

APULEII

OPERA OMNIA.

VOL. V.

APULEII

OPERA OMNIA

EX EDITIONE OUDENDORPIANA

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN QUINTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1825.

METAMORPH. LIB. IV.

Pag. 63 Demutatus in asinum Apuleius, ærumnas laboriosas eloquenter enarrat, quas sub asinina forma, humana mente retenta, peregrinatione multiplici perpessus est: interseruntur tempestiviter varii latronum casus: describitur et ille, qui effigiem ursæ subiens, instruxit apparatum gladiatorum. De industria inserit fabulam Psyches, quæ et voluptate et eruditione est refertissima, cujus mysticus intellectus suo loco explicabitur. *Beroald.*

Diem ferme circa medium] Confer Lucianum, ex quo Noster hunc librum totum descripsit. *Elmenh.* Expressit Auctor fere Græca hæc: Ἤδη δὲ τοῦ καύματος ἀκμάζοντος, καὶ διχαζούσης τῆς ἡμέρας, apud Suid. v. Διχαζούσης. *Oud.*

Cum jam flagrantia solis] Nonnus Dionys. libr. XLVIII. vs. 306. Πάλλων Καρχαλέης πυρόεντα μεσημβρινὸν ἦχον ἱμάσθλης Ἥλιος σελάγιζε. Valer. Flaccus lib. II. 'Et Sol ætherens medias conscenderat axes.' *Elmenh.*

Caleret] Guelf. *fragrantia.* Reg. Fux. *caleretur*, D'Orv. *coleretur.* Vide num quid lateat. Sed lib. VI. p. 117. 'de Solis flagrantia mutuato calore.' Lib. IV. pag. 73. 75. Solin. pag. 63. 'ob Solis flagrantiam maxima partis istius inaccessa:' ut e Mss. leg. *Oud.* *Diem ferme circa medium, cum jam flagrantia Solis caleret*] 'Medios cum Sol attenderet æstus.' Virg. 'Et medio tostas æstu terit area fruges:' ubi Servius: 'Medio æstu, i. e. per diem, quando æstus est:' lege, *per medium diem quando æ. e.* Gellius V. 14. 'Sole medio, rapido, et flagranti.' Gregor. Nazianz. 1. contra Julianum: Μέσης ἡμέρας, ἡλίου τὸ φλεγῶδες ἐκλάμποντος. Terent. Adelph. 'Meridie ipso faciam ut stipulam colligat:' ubi Donatus: 'Cum Sol vehementior est.' 'Flagrantiam Solis' Noster etiam lib. VI. dixit. *Pric.*

Apud notos ac familiares l. s. divertimus] *Ac familiares* exsulant a Guelferb. Pricæus hic et pag. 534. ait scribendum esse, *ad notos*; quia passim 'divertere ad aliquem' dicit Apuleius. Nam Plautum Pseudolo II. 2. 63. 'devortar apud anum' scripsisse, jam monuerat Beroaldus. Sed non solum ille sæpius, ut in Mil. II. 2. 86. 19. 5. 17. verum etiam ipse Noster ita ait lib. II. p. 22. 'Numquam erit, ut non apud te devortar.' Male vero Pal. Pith. et Edd. Vic. Bas. pr. et posteriores dant *divert.* nec bene *div.* Recte D'Orv. et Oxon. *devort.* ut rescripsi. Vide ad lib. I. pag. 11. 'cumque sero devorteras.' *Oud.* *Apud notos, &c. latronibus senes divertimus*] Scribe, *ad notos, &c.* sic passim 'divertere ad aliquem' Appuleius. *Pric.*

Oscula mutua] Lucianus pag. 246. φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους. *Elmenh.*

Rebus eos quibusdam, &c.] In Regio, Fux. *reos ejus quibusd.* Pro *eos* in Pal. et Par. Codd. etiam *eorum.* Scribendum scil. est *coram.* Senes illos *coram* rebus munerabantur, sed *secreto* loquebantur. Nimis invidiosum ceteris latronum familiaribus fuisset, si modo *quosdam* munerati fuissent. De *coram* absolute posito vide ad lib. II. pag. 56. 'coram magiæ noscendæ cupidissimus.' *Oud.*

Levigatos] *Levigatos*, quod sane ostentant Mss. nunc omnes, præter Pi-

thœanum et Bertinum, vel *lævigatos*, invexerunt universi post Colvium editores. At pace doctissimorum virorum dixerim, videntur errare. Boni scriptores non utuntur τῷ 'levigare,' nisi sensu leniendi seu lævum et æquum faciendi, *glad maaken*, *vereffenen*, sive *levandi* prima longa, (quod est apud Virgil. Stat. Auson. Ep. 131. et Ser. Sammon. cap. 11. 154. ubi vide Burm.) et hinc 'allevari,' 'collevari' apud Columellam, Plin. Vide Harduin. ad lib. XVII. cap. 22. § 19. Sic Minuc. Fel. cap. 3. 'pueros vidimus' (sic l.) 'ludere. Is lusus est testam teretem jactatione fluctuum levigatam legere,' &c. Male ibi vir doctus conjicit *erat*. Describit lusum, non quem illi soli pueri exercuerant; sed qui erat tum notissimus, et frequens puerorum. Sed hoc obiter. Arnob. lib. II. pag. 49. 'compositionibus fluere levigatis.' Neque viros doctos juvat locus lib. I. pag. 2. Illic enim recte ait *aspera* jugi fore *levia*, quia non sentirent viæ molestias per fabularum jucunditatem. Jungit eadem verba Seneca Ep. 64. 'Asperitas oculorum collævatur.' Hic vero loci, quomodo possint asini dici *levigari*, non video, sed *levatos* onere, quivis intelligit, obvia ubivis locutione: sic lib. I. pag. 8. 'somno levata lassitudine.' Lib. VII. pag. 146. 'pondere levatus.' Quo sensu etiam videntur istum locum sumsisse: cum etiam Virgilius dixerit lib. VIII. Æn. 309. 'varioque viam sermone levabat:' ut forsan legendum in Virgil. Cul. vs. 94. 'jucundoque levet languentia corpora somno.' Vulgo *licet*, in Mss. *libet*, *liget*. Nec me in aliam sententiam movet Cassiodori auctoritas Prol. de Amic. § 33. 'Qui gravia levigat;' multo minus Ruffini apud Joseph. lib. II. Ant. Jud. cap. 3. 'ut malum sceleris aliquatenus levigarent:' ubi et τῷ 'exasperari' posset opponi, aut Acronis glossa ad Horat. I. O. XXIV. in f. 'Levius fit, levigatur.' Ex scriptura *levigatos* divinavit Cl. Wasse hic *levifactos*. Certe in glossis est: 'Levifacio, κουφισθῆναι ποιῶ.' Ego ἐπέχω, quamvis et Nostro lib. VIII. p. 159. 'sobriefactus.' Lips. in marg. *leviatos*. Oud.

Compascuus cœtus] *Locus* est in nullis editis, sed aliquot Mss. teste Beroaldo, ac placuit Pricæo, vel *cibus*, quod expressit Vulcanius, melior sane *horto*, quem diserte mox a pascuis hisce distinguit Auctor. Floridus *compascuus* active sumsit de una. Ego cum Beroaldo *cœtum* capio pro ipso loco ubi plures coëunt, variasque lectiones pro meris habeo glossis. Non secus ac *concio* sæpe occurrit de loco, ubi habetur concio: unde 'adscendere in concionem.' Sed et sic 'venire in cœtum.' Non multum dissimilis est locus Silii lib. I. 638. 'Quem freta, aut cœtus genuere ferarum.' i. e. antra et saxa, ubi coëunt feræ. Infra pag. 75. 'Flagrantia Solis fatigatam cœtui multarum bestiarum committere.' Frequens vero in hoc vocabulo est Appuleius. *Potui* mox in Palat. *potuerit* Pith. *Idem*. *Compascuus cœtus*] Non male in editis nonnullis, *compascuus locus*. Basil. Homil. de fame et siccit. Προβάτων ἀγέλαι ἓν καὶ τὸ αὐτὸ καταβόσκονται ὄρος. ἵπποι δὲ παμπληθεῖς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατανέμονται πεδιάδα. Vide Suidam in Σύννομα. Onomast. vetus: 'Compesco, (fors. *Compascor*) συννέμομαι.' In aliis est *compascuus cibus*. Horat. 'Cervus equum, pugna melior, communibus herbis Pellebat:' id est, *cibo compascuo*. Pric. *Compascuus cœtus*] Agrum compascuum dixerunt, communem vicinis ad pascendum, in quo mihi atque vicino simul pascere liceat pecus. Hinc apud Ciceronem in Top. et Quint. et Boëtium ex conjugatis ducitur argumentum; ut si compascuus est ager, compascere liceat: hoc modo: hic de quo quæritur ager compascuus est, in compascuo autem licet compascere: compascere enim et

compascuum conjugata sunt: in hoc igitur agro licet compascere, quia compascuus est: et ita a conjugatis sumptum est argumentum. Nunc scite et festiviter 'compascuus locus' dicitur ab Appuleio, qui sibi cum altero asino et equo communis ad pascendum, et in quo simul compascere poterant. *Cœtus* autem dicitur, quasi communis locus. Quidam codices habent *compascuus locus* intellectu simpliciore apertioreque. *Beroald.*

Fame perditus] 'Non pauxillulam in utero gestitans famem, Verum hercle multo maximam et gravissimam:' ut in Sticho Plautinus ille. Cicero Verr. VII. 'Egestate et fame perditus.' Aristophanes Pace: Ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες. Luc. 15. 16. Λιμῷ ἀπόλλυμι. *Pric.*

Candens rosarium] A Lips. libro exsulat *τὸ candens*. In Palat. *cadens rosarium*. Recte vero Gruterus lib. VII. Susp. cap. 2. contra Beroaldum et Colvium mox docuit candens non esse *albicans*, sed *fulgens*, seu micans, quomodo 'rosis micantibus' ait Auctor lib. VI. p. 116. Unde passim de igne occurrit. Hinc 'pruinæ candentes,' 'ferrum candens,' et alia in Lexicis. Vide ad lib. VII. Lucani init. in cur. sec. 'Candens flamma' in Flor. N. 109. Lib. VII. pag. 132. 'candidum solis curriculum.' Adde Ovid. lib. I. Met. 120. II. 230. 298. 433. &c. Sed et lib. IX. p. 189. 'candentes solidi aurei,' sive flammei splendoris, ut illic subdidit Auctor. pag. 193. 'candido fumo sulphuris:' ubi etiam vide. Sic et 'candida toga' est plus quam *alba*, ac λαμπρά. 'Candentes Apollinis humeri,' de quibus consule Bentlei. ad Horat. lib. I. O. II. 31. 'Candida mella' pro *splendidis* vulgo vide apud Heins. et Burm. ad Ovidii lib. I. F. 186. III. 762. *Oud.* *Candens rosarium*] Albicans, a candore dictum; alias ignitum. *Beroald.*

Ipsa solitudo jam bonam mihi fiduciam tribuebat] Infra lib. X. 'Habes solitudinis plenam fiduciam.' *Pric.*

Devius et protectus absconditus] Fulvianus Cod. *si divinitus protectus abs.* Nolo tamen dissimulare verius mihi videri, quod sane quam ingeniose commentum, cum in Germania essem, mihi a nescio quo subjici memini: *si devius et rosectis absconditus:* pro *rosetis*. Sciopp. in Symb. *Rosetis* quoque Salmasius margini adlevit. *J. Bosscha.* *Devius et frutetis.* Sic recte membranæ Florent. Vulgo, *protectus*. Schickeradt, *rosectis*, male. *Elmenh.* In D'Orv. *de'vinus*. Pro *protectus*, quod in plerisque Mss. et Edd. ante Elmenh. legas, in Par. exaratur *prædoctus*. Sed verissima est restitutio Elmenhorstii, *frutetis*, pro quo scripsere librarii *frutectis*. Hinc *protectus*. Forsan et rectum est *frutectis* contracte ex *fruticetis*. Sic certe censet Salm. ad Solin. p. 288. Ut apud Gell. lib. XIX. c. 12. 'frutecta et virgulta.' Prudent. Psychom. 442. 'per acuta frutecta.' Lactant. Arg. F. III. lib. I. Met. Ovidii: 'Frutecta silvarum:' ubi vide Burm. Fest. 'Vespices frutecta densa.' Sic enim Mss. quatuor Leidd. Solin. cap. 30. p. 41. 'seu frutecto virens.' Sic enim Mss. Salm. et mei 8. et inferius: 'id frutectum situ brevi nascitur.' Sic Mss. 7. in 2. *fructetum*. Immo apud Plin. lib. XIII. 23. XVI. c. 37. 'Frutectosi generis:' et XVIII. c. 6. in f. 'Frutecta igni tolluntur,' in vetustissimis membranis. Vide Indic. et Salmas. ad Solin. pag. 288. 706. Nisi potius vulgaris sit in hac quoque voce librariorum error, passim *c* litteram inculcantium ante *t*, ut in 'virecta' pro *vireta*, de quo dicam mox p. 64. 'lætissima vireta.' Huc facit, quod et vulgo aiebant scholastici *fructeta*, teste Servio ad Virgil. Ecl. I. 40. unde contra metrum vulgo in Gunthero lib. I. vs. 43. 'Sic fructicosa leves quatiunt arbusta cicadæ:' item quod pro *frutex* sæpe exaretur *fructex*, ut in Mss. aliquot Solini pag. 17.

'spineis fruticibus ac surculis.' pag. 61. 'mare fruticosum.' Mss. quatuor cum Aldo male *fructic.* Vide Plin. VI. 22. Plura de eo more vide ad lib. II. pag. 30. Burm. ad Lucan. lib. IV. 406. VI. 507. Drak. ad Liv. lib. III. cap. 40. Hinc 'Vecturium' irrepsit pro *Veturium*, apud Treb. Poll. de 30. Tyr. c. 8. ubi frustra alias ejus pronunciationis caussas quærit Cl. Canneg. et in Solin. c. 52. 'rictibus' pro *ritibus:* ubi e Mss. leg. *ritibusque asperis.* Oud.

Rursum refectus in hominem res.] *Refectus* posset probari ex seqq. 'equum curulem refectum.' Sed verius *erectus* habent Mss. O. et Edd. Vicent. Junt. Ald. Bas. sec. &c. lib. XI. p. 246. 'Bos in erectum levata statum.' Vide Drak. ad Sil. lib. IX. 595. 'erectis cruribus.' Immo Heinsio et alii, f. Tollio, placebat, *sursum er.* Alibi Nostro, 'sursum remeare,' 'respicere,' 'efferri,' 'rapi,' &c. Posui autem distinctionem post hoc vocabulum, quæ vulgo negligitur, vel post *hominem* demum locatur. Jungenda enim sunt *de incurvo gradu erectus*, et *in hominem resurgerem.* Idem.

Ergo igitur] Male Elm. Scriv. et Pric. Edd. *ego igitur*, contra stylum Appuleii, Mss. omnes et Edd. ceteras. Vide ad pag. 4. et sæpius, item Pricæum ad lib. X. pag. 237. 'Ergo igitur non de pudore jam.' *Idem.*

Cum in isto cogitationis salo fluctuarem] Glossæ: 'Κυμαίνομαι, fluctuo, æstuo.' In de Deo Socratis: 'Motu cordis, et salo mentis ad omnes cogitationum æstus fluctuare.' Infra lib. XI. 'Cogitationis salo fluctuantem.' Lib. V. 'Æstu pelagi similiter mœrendo fluctuat:' VII. 'Talibus cogitationibus me fluctuantem,' &c. IX. 'Miroque mentis salo, et cogitationum dissensione,' &c. Hesychius: Σάλος, φροντὶς, ταραχὴ, &c. Chrysologus Serm. 33. 'Non tantum duo maria confunduntur fluctibus suis, quantum mulieris hujus animus ancipiti cogitationum cumulo jactabatur:' et de Eadem Serm. 34. 'Magni maris instar confusis æstubus jactabatur.' Chrysostomus Homil. in Saltat. Herodiadis: Καὶ ἦν τότε ἡ ψυχὴ Ἡρώδου ὥσπερ ἐν τῇ θαλάσσῃ πλοῖον ἀπειλημμένον, καὶ πρὸς ἑκάτερον τοῖχον ταλαντεῦον. Sic apud Plutarchum Natur. Quæst. ψυχὴ σάλον ἔχουσα: et Aristænetum I. 17. τρικυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύειν. Sirachides XXIX. 21. Ἐσάλευσεν αὐτοὺς ὡς κῦμα θαλάσσης. *Pric.*

Aliquanto longius] D'Orv. *aliquam.* Minus bene. Citant quidem ex Tertull. Apolog. c. 12. 'aliquam pluribus;' sed vide illic Haverkamp. 'Aliquanto plus,' 'majus,' 'altius,' &c. passim occurrit. Alia ratio est in positivo, ut 'aliquam multum,' de quo adi ad lib. I. p. 17. *Oud.*

PAG. 64. *Lætissima vireta*] *Latissima* in Edd. Junt. e crebra corruptione. *Mixta* pro *vireta* in Regio, Fux. quod natum est ex *virecta*, ut exhibent Edd. pp. lib. VIII. p. 166. 'virectis amœnum:' item quidam lib. X. pag. 232. nec non Mss. Mart. Cap. p. 18. 'Scythidis virecta:' et aliorum sæpe. Vide Munk. ad Fulgent. Myth. I. I. p. 11. et 12. Immo et Pierium pluresque ad Virgil. lib. VI. Æn. 638. 'amœna virecta:' uti habent et Mss. 5. a Wasse inspecti, sed ex vitio ævi, quo librarii scripserunt, judice Burmanno. *Idem.*

Niveus color renitebat] *Niveus* exaratur in Mss. Oxon. Pal. Guelf. Bert. In D'Orvill. sic *nīveus.* Ac Rhododaphnen seu Nerium esse floribus albis æque ac rubris, docet Bod. a Stapel ad Theoph. I. I. c. 15. Quare ni obstaret vox *punicantes*, concessissem in Colvii sententiam, cui accessere Vulcan. Merc. Wow. Nunc *mineus* vel *minius* retineo. Quod et Lipsio placebat. Ex *minius*, ut est in Pith. factum est *nimius*, hinc *niveus.* Unde autem nisi calami lapsu apud Gruterum sit *nitor*, nescio. At sta-

tim sequitur, 'nitor relucebat.' Restitui etiam *renidebat*, quod legitur contra plerosque Mss. in omnibus Edd. Colviana prioribus, probaruntque jam Rittershus. Sciopp. lib. III. Susp. lib. XXII. N. Heins. ad Ovid. F. IV. 429. Infra lib. XI. pag. 243. 'Arbores germine foliorum renidentes.' Male Elmenh. *renit.* Solin. pag. 12. 'stellas sub nubilo renidentes croceo colore perfundat:' ubi tamen major Msstorum pars cum Isidoro et Ed. Cam. dat *renitentes*. Plin. lib. XXXVII. c. 6. 'candore circuli renidente.' Male Harduin. *ridente*, al. *renitente*. Sed vide Salm. ad Solin. cap. 33. in f. 'corona crocea renidente.' Cap. 52. p. 59. 'ad argenti colorem renitens:' in Mss. tribus *renidens*. Petron. Carm. de B. Civ. vs. 29. 'ostrumque renidens Quæ secum trahat:' ut bene emendat Ill. Bouhier. Arnob. lib. VI. p. 191. 'Templa laquearibus renideant aureis.' Crebro est apud Martian. Capell. Sed plura vide ad lib. II. p. 26. 'capillus placidus renidet.' *Idem.*

Eventu] Ut Deo. Namque 'Boni eventus' ædes Romæ et simulacra fuere in Capitolio; eique dicatæ sunt multæ inscriptiones. Vide Beroald. B. Pium in tom. I. Thes. Crit. p. 371. Grut. Inscr. p. CI. Murator. p. XCII. *Idem.* *Invocato hilaro atque prospero eventu*] Petronius: 'Quod bene fæliciterque eveniret precati Deos, viam ingredimur.' *Pric.*

Cursu me concito proripio] Philo in de Fortitudine: *Οἱ πεινῶντες ἢ διψῶντες, ὅταν σιτίον ἢ πότον που παραφανῇ, διώκουσι, καὶ ἐπιτρέχουσιν ἀμεταστρεπτὶ, γλιχόμενοι μεταλαβεῖν.* Infra lib. IX. 'Sine ulla mora progressus etiam obvio gradu, satis sitienter, pronus, et totum caput immergens, salutares equidem vere illas aquas hauriebam.' *Idem.*

Proprio] Lego *proripio*: verbum est. Concitato enim gradu sese proripuisse designat. *Beroald.*

Curulem] Sic D'Orv. Palat. Oxon. et Ed. Junt. post. cum Elmenh. et seqq. In ceteris Mss. et Edd. est *currulem*, ut vulgo lib. IX. pag. 182. 'equorum curruli rabie.' Et sic passim Mss. etiam Festi, quia derivarunt a *curru*. Sed vide omnino Juret. ad Symmach. lib. IX. Ep. 23. 'Curules quadrigæ:' et Fabri Thes. *Oud.* *Ut hercle ipse sentirem non asinum me, verum etiam equum currulem, &c.*] Infra lib. VI. 'Equestri celeritate, &c. solum replaudens:' et VIII. 'Me cursu celeri equos antecellentem mirabantur omnes.' Glossæ: '*Τροχηλάτης ἵππος*, currilis equus.' *Pric.*

Præclarus ille conatus fortunam] Lib. I. 'Tam bellum consilium meum prævertit sors teterrima.' Pindar. Olymp. 12. *Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος.* *Elmenh.* *Sed agilis atque præclarus ille conatus, fortunæ meæ scævitatem anteire non potuit*] Infra heic: 'Enimvero Alcimus tam solertibus cœptis scævum tamen Fortunæ nutum non potuit abducere.' Et VI. 'Nec tamen nutum sævientis Deæ vel tunc expiare potuit.' *Pric.* *Sævitatem*] Sævitiam, asperitatem, et, ut Veteres dixerunt, sævitudinem. *Beroald.*

Loco proximus] Melius *proximans*, legas. Sic III. cum dativo, 'Præsepio proximantem.' VI. 'Sacratis foribus proximat:' et IX. 'Decretam sibi mortem proximare,' &c. *Pric.*

Madidas divini roris et nectaris] Optime ita e Lips. correxit Colv. et confirmant Mss. Flor. Oxon. Palat. Reg. Fux. D'Orvill. et Ed. Junt. post. sed in qua typothetarum culpa est *divinis*, ut in Pith. inferserunt *guttis*, quod habent ceteri Edd. ante Colv. qui non adtenderunt, Auctorem passim Genitivum pro Ablativo adhibuisse. Vide ad lib. I. 16. 'sordis infimæ infamis.' *Oud.*

Punicantes] Infra: 'Faciem jam dudum punicantem præ pudore.' Lib. III. 'punicantibus phaleris Au-

rora roseum quatiens lacertum.' *Elmenh.*

Quos equidem fragrantis, minime rurestri v.] In vulgata lectione, *in modum floris inodori*, et distinctione, *fragrantes, minime rurestri vocabulo*, contendo haud ullum idoneum reperiri sensum, et eas rei veritati esse contrarias. Quis enim ille 'flos inodorus' est, cujus 'in modum' pariunt arbores caliculos? Auget difficultatem Elmenhorstius, iique qui delent vel uncis includunt voces *in modum.* Si enim arbores illæ pariunt caliculos floris inodori, quomodo quæso *fragrantes* dici queunt, sive sumas in bonum, sive in malum sensum pro *olentibus*, ut fecit Floridus in interpretatione? Temerarium est enim ejus commentum pro *equidem nequicquam* corrigentis, et pejus Philomathis Pisani in erratis ad Ed. Junt. post. emendantis *modice*, quæ vox paullo ante præcessit. Adhæc *minime rurestre* vocabulum est *rosa laurea:* immo vero utraque vox est rurestris, sed ab indocto vulgo huic arbori inposita, cum nec *rosa* sit nec *laurus:* verum tantum earum *faciem* habeat. Optime quidem Gruterus ultimam difficultatem tollit, distinctione sic mutata: *fragrantes minime, rurestri vocabulo, &c.* quem miror a nemine auditum esse, et præsertim iis qui τὰ *in modum* ejicienda volunt. Verum si Auctor jam dixisset, *pariunt caliculos floris inodori*, supervacua plane forent sequentia, *fragrantes minime.* Præterea Mss. omnes servant *in modum*, et mere Appuleianum redolent stylum. Vide ad lib. II. p. 40. 'in modum exanimis.' Quid ergo? Verissimam lectionem, qua omnes scrupuli auferuntur, suggerunt unice Mssti: quos nescio qui factum sit ut tam negligenter despexerint eruditi, ipsi promentes e Lips. Fux. Flor. *floris odori:* uti præbent quoque Reg. Palat. Oxon. et D'Orvill. Nihil est certius, et sensus clarissimus facillimusque. Hæ arbores pariunt calices puniceos, similes *flori odoro*, id est, rosæ, sed qui tamen minime fragrant. Similitudinem igitur habent rosarum, et nihil magis, ut docent herbariæ rei periti, quique de 'Asinaria herba' agunt. Vide Bodæum a Stapel d. l. et citatos auctores ad Plinium lib. XV. c. 20. 'sempiternum fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum:' ubi Bapt. Pius t. I. Thes. Crit. p. 369. e Nostro legit *calicibus*. Quæ vox, licet communis multis floribus, tamen quasi rosis propria, Græce certe adhæsit. Consule egregium J. P. D'Orvillium in Vanno Crit. c. 5. Pro *fragrantis*, ut antiqui dant Mss. et Edd. plerique, seu *fragrantes*, ut est in Guelf. et Palat. male exaratur in Flor. *flagrantis*, Par. *fragrantius*. Supra D'Orv. *punicantes*, Edd. Vic. et Junt. pr. *punicantis*. Dein *ruresti* Guelf. *Idem.*

Rosas laureas] Glossæ: 'Ῥοδοδάφνη, herba asinaria, taxus, viburna.' Ejus herbæ pastus asinis lethalis; unde et mox post 'venenum rosarium' appellat. Vide Lucianum p. 246. Isidor. Etym. lib. XVII. c. 7. Baptistam Pium in Annot. prior. fol. 107. *Elmenh.*

Vulgus adpellant] In Ed. Scriv. perperam omnino editur *adpellavit*. Etiam tunc, cum Appuleius hæc scribebat, ita adpellabatur. De eleganti hoc plurali vide ad lib. II. p. 47. 'populus diffluebant.' Solin. cap. 20. 'inperitum vulgus vocat bubalos:' in Leid. pr. et Huls. *vocant*. Oud.

Sponte illud venenum rosarium sumere gestiebam] Cicero VI. 6. Famil. 'Prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus.' *Pric.*

Arreptumque me totum plagis obtundit] Lib. VII. 'Occipiens a capite, imo vero et ipsis auribus, totum me compilabat.' *Idem.*

Lumbis elevatis in altum, pedum posterioribus calcibus jactatis in eum, &c.] Lib. VII. 'Hic, elatis in altum vastis pectoribus, &c. primoribus in me

pugillatur ungulis.' *Idem.* *Pedum posterioribus calcibus jactatis in eum*] Lib. VI. 'Incussis in eam posteriorum pedum calcibus.' *Idem.*

Mulctato graviter atque jacente, contra proclive m.] Flor. Pith. Par. et Edd. Colv. Vulc. Wow. *multato*, Fux. Edd. vett. *mulctato.* Sed rectissime D'Orv. Edd. Junt. post. Elm. &c. *mulcato.* Lib. VIII. p. 173. 'sese commulcat ictibus.' Vide Comment. ad Phædr. Fab. 3. 'male mulcato.' Drakenb. ad Sil. x. 463. Socerum ad Valer. Max. lib. I. c. 7. § 4. 'servum verberibus mulcatum.' Prave *jacentem* est etiam in Oxon. Palat. Porro *proclivum* optime exaratur in D'Orvill. Adi me ad Front. lib. II. cap. 2. § 1. 'adjuvante proclivo:' et ad Hirt. B. Afric. cap. 8. 'Omnia sibi procliva.' Adde Drakenb. ad Liv. lib. XXXV. cap. 30. 'per angustam et proclivem viam.' *Oud.* *Contra proclive montis*] Id est, 'acclive.' In vetere Onomastico: 'Acclive, ἐπικλινές.' Glossæ: 'Acclive, ἐπιῤῥεπῶς ἐπαρθέν.' *Pric.*

Semianimem] Ἡμιθανῆ. Luc. 10. 30. *Idem.*

Ejulabili] In Mss. Lips. Pith. Oxon. Fux. Par. Guelf. Pal. D'Orv. et Edd. Junt. post. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. est *ejulabili*, quod adjectivum nusquam alibi occurrit: licet *ejulare* Nostro sit frequens et *ejulatus.* Lib. v. pag. 92. 'crebris earum ejulatibus.' Verum in Florent. aliisque, et Edd. ceteris ante Colvium, exstat *ululabili*, quod restituere Elmenh. Scriv. Florid. et præfert itidem Priceus e lib. v. pag. 92. 'sono vocis ululabili.' Adde lib. x. pag. 213. 'ululabili clamore matrem totamque ciet familiam:' sicut et hic male *clamore* pro *plang.* est in Bertin. *ululare* et *ejulare* confunduntur quoque in lib. de Mundo p. 751. *ululatus* passim dicitur in omni dolore Virgilio, Ovidio, Silio, Statio, aliisque poëtis. Lib. IV. p. 78. 'neque clamore, ac ne ululatu:' ubi Heinsius *ejulatu.* Oud. *Ejulabili cum plangore*] Melius *ululabili.* Ammianus (quem sæpius jam monui Scriptoris nostri voces ac locutiones usurpare) lib. XXIV. 'Ululabili clamore sublato.' Imo infra heic lib. v. 'Sono penetrabili vocis ululabilis.' Hesychius: Κρυόεσσα ἰωκὴ, ἡ φρικτὴ καὶ φοβερὰ βοή. *Pric.*

Crearet exitium] Lib. v. 'Tibi summum creabis exitium.' Lib. IX. 'periculum grande, imo exitium præsens conflavit mihi.' *Elmenh.* *Ut, &c. mihi præsens crearet exitium*] Lib. v. 'Tibi summum creabis exitium.' *Pric.*

Utque ad me laniandum rabie perciti ferrent impetum] *Atque* legas in Mss. Flor. Reg. Pal. Oxon. item Edd. Juntinis et Aldi. Verissime. Solet enim Auctor cum optimis quibusque scriptoribus *ut* subintelligere. Nam constructio est; atque cohortantur, ferrent impetum. Quod non capientes librarii locum corruperunt, ita ut Palat. Reg. Fux. Guelf. Oxon. et D'Orvill. (licet in eo sit *utque*) præbeant *ferre.* Sed consule Notas ad lib. IX. p. 177. 'Exitium commune protelarent, cohortati.' *Perciti* exsulat ab Oxon. Guelferb. *Oud.* *Conclamant canes, utque ad laniandum ferrent impetum passim cohortantur*] Infra hoc lib. 'Nec secus canes illos venaticos, auritos et horricomes, ad comprimendam bestiam cohortantur.' *Pric.*

Jam morti proximus] Supra lib. I. 'Et nunc morti proximus.' *Idem.*

Ad compugnandum] In Edd. Junt. Ald. Elmenh. Scriv. et Flor. est *adpugnandum.* Quod cur, Mss. et Edd. reliquis obstantibus, maluerint illi, haud computo. Bis 'compugnare' apud Gellium, ut lib. XII. 5. XIV. 5. inveniri, monent Lexica. *Oud.* *Canes, &c. ursis ac leonibus ad compugnandum idoneos*] Nicetas Choniates de Andronico Comneno: Κύνα κάρχαρον, οἷον καὶ λέουσιν ἀντιπλέκεσθαι, &c. ἑαυτῷ σύνοικον πεποίητο. Philostratus VIII.

12. de templo Dictææ Matris Cretensi: [illegible Greek] &c. [illegible Greek] λειπόντων. lege, [illegible Greek] λειπόντων. neque ursis (inquit) nec apris impares: ut Noster hæc, leonibus et ursis similes. De Creticis hinc, uti et de Indicis canibus vide v. 5. Pollucem. *Pric.*

E re nata consilio capto] Infra hic: 'E re nata subtile consilium, &c. comminiscimur.' *Idem.*

Fugam desino] Passim desino cum quarto casu Noster et alii jungunt: unde 'luctum desino,' et multa similia: quare nihil temere mutandum est. Quia tamen in laudatis Codd. uti et Oxon. Guelf. scribitur *destino*, possaet conjici, fuisse *destituo*, hoc est, defigo, sisto, pedem premo. Vide ad l. II. p. 37. 'obtutumque in me destituit.' Hoc sensu in Fabulis Nielantii pag. 3. 'Destituit minas.' i. e. stitit, desiit. Quod minus bene interpretatur Cl. Cannegieter. ad Aviani Fab. XXXI. Immo ipse Ovidius ait l. III. Am. El. XIII. 20. 'Dicitur inceptam destituisse fugam.' Sic 'destituere conata alterius' est sistere et impedire. Vide Burmann. ad Vellei. l. II. c. 42. *Oud.*

Illi canibus jam ægre cohibitis] Lib. IX. 'Ægreque cohibita equorum curruli rabie:' quem locum eo cum pervenerimus corrigemus. *Pric.*

Loro valido ad ansulam quandam destinato] Infra: 'Nobis ante ipsas fores loro valido destinatis.' In vetere Onomast. 'Ansula, βρόχος.' *Idem.*

Alvus artata] Palat. Guelf. *albus.* D'Orv. *artatur.* Est qui legat *laxata.* Male. *Artatam* ait alvum, crudorum olerum convulsionibus tortam et compressam. Si quid mutandum foret, rectius diceres *ancta.* Quæ alibi quoque confunduntur. Adi Heins. ad Claud. Rapt. Pros. l. I. 46. Vide et ad l. I. p. 12. *Oud.* *Dolore plagarum alvus arctata*] Vide Gell. XIX. 4. In Latine Jobi 41. 16. 'Territi purgabuntur.' *Pric.*

Putore nitoris f.] D'Orv. *pudore.* Palat. *pudore nitoris.* Fux. *p. nitoris.* Odor putidus fœtidusque sæpe dicitur nidor. L. III. p. 55. 'fumantium capillorum nidor.' Vide Drak. ad Liv. lib. XXXVIII. 7. 'fœdo quodam odore ex adusta pluma.' *Nitor* et nidor sic et confunduntur lib. VIII. p. 165. '*Putor* de odore fœtido apud Caton. de R. Rust. c. 157. Veget. rei Veterin. c. 44. 'Neque putorem neque putredinem lavis.' Hinc 'putidi digiti' l. VIII. p. 169. ubi vide. *Oud.*

Abegissem] In Pith. est *abegisse.* Constructionis analogia postulat, ut scribatur *abegisset*, quod liquido exstat in membranis D'Orvill. ut conjecit Heinsius, et dudum citavit Salmas. ad Solin. cap. 40. 'fimum egerit per longas aspergines:' ut est in Mss. 4. Et sic tacite edidit Floridus. Nam præcedit 'alvus artata' et 'abundans;' nisi pro *fimo excusso* legamus *fimum excussisset, et, &c. abegissem.* Hoc facit, quod *fimum* non, ut hic mascul. vel neutro genere, sed feminino posuit Auctor in fine L. VII: et re plane simili: 'Donec liquida fimo strictim egesta, faciem atque oculos ejus confœdassem.' Alioquin confugiendum est ad Anacoluthon, quo sive dedita opera, sive casu fortuito sæpe usi sunt quivis scriptores. Vide Sanct. et Periz. in Minerv. p. 725. Græv. ad Cic. III. in Verr. 71. Gronov. ad Gellium l. II. c. 22. Drak. ad Sil. l. XI. 472. Burm. ad Serv. Æn. I. 119. Davis. et me ad Cæs. l. III. B. Civ. c. 19. Quia vero in primis eam loquendi figuram frequentarunt Græci, hinc haud a vero alienum videtur, Græcissantem Apuleium ea quoque fuisse delectatum. Certe similia multa in eo occurrunt, si quidem sunt sana. L. VI. p. 121. 'Tibi fluentum transmeanti, &c. orabit.' Lib. VII. p. 146. in f. 'Sese, &c. furens incurrit.' Lib. IX. p. 182. 'præ-

lium capessiturus, &c. subacturi et capturi:' ubi Floridus audacissime reposuit, *subactum et captum iri.* L. x. p. 227. 'At illa per absentiam mariti, natam puellam insita matribus pietate præventa, descivit,' &c. Verum is locus sine dubio est corrigendus, nec ad Anacoluthon pertinet. Flor. n. 7. 'Alexandro illi,' &c. ubi vide omnino. N. 22. 'Crates... nulla domus ei clausa:' de Mundo pag. 749. 'Eos, &c. flammarum fluenta illum locum ambire maluerunt.' Tale et est Hygini lib. II. Astron. c. 4. 'Pueri membra, &c. dedit cuidam alendum;' item Ausonii Epist. 21. 'Sed hæc aliquis fortasse quamvis rarus, illud, &c. nulli imitabile:' ubi contra Mss. Tollius reposuit *alicui* et *rarius.* Nec sane quidquam cum Gesnero mutandum in Æliano l. x. Anim. c. 1. 'Ἀνὴρ, &c. φησὶν Δίων μόσχον ἰδεῖν.' docere poterit Perizonii nota ad l. II. V. Hist. c. 11. *Idem.*

Fimo fistulatim excusso, quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris fœtidi a meis jam quassis scapulis abegissem] Lib. VII. 'Donec solo quod restabat præsidio nisus, liquidissimo stercore strictim egesto faciem atque oculos ejus confœdassem: qua cœcitate atque fœtore tandem fugata est a me pernicies.' Gloss. ''Οσμὴ σαπρά· Putor, fœtor,' &c. *Pric.*

In meridiem prono jubare] *Pleno* exstat in Oxon. sed nemo explicuerit idonee *pronum in meridiem jubar.* Rectius tum simul e Mss. Reg. Oxon. et D'Orv. scriberetur, *meridie pl. jubare.* Sed certe *prono* non videtur mutandum: quæ vox passim de die, sole, &c. occurrit. Adi Broukh. ad Propert. I. 16. 23. Lucan. IV. 28. 'Prono tum Cæsar Olympo In noctem.' Nec male de fluvio Cl. Withof. in Enc. p. 150. legit in eodem l. VI. 361. 'Pronus in occasus Æas:' ubi vide. Stat. Achill. lib. II. 15. 'Frangebat radios humili jam pronus Olympo Phœbus.' Ac *pronus* est, qui vergit in inferiorem partem; Sol vero in meridiem est acclivus. Immo jam meridies præterierat. Nam supra dixit: 'diem ferme circa medium, cum jam flagrantia Solis caleret, in pago devortimus:' et Lucian. p. 588. Interim omnia illa, quæ narrat intermedia, acciderant. Nunc æstu paullum imminuto latrones rursus itineri se dedunt. Quapropter, præeuntibus Mss. conjicio dedisse Auctorem: *cum jam de meridie prono jubare,* vel *e.* Aut statuendum, *meridie* et *in meridiem* a Glossatoribus esse adjecta, et scripsisse Appuleium simpliciter, *prono jubare:* ut passim solent Poëtæ. Vide Broukh. ibidem male explicantem Nostri, ut se habent, verba, *medium iter evecto,* sed bene ad sensum. Adi et Indicem Lucani. *Oud.*

Ictibusque fustium fatigatus] Uti aliis exemplis, in quibus *fessi* et *lassi* dicuntur omnes quibusvis malis vexati, conquassatique, ita maxime hoc loco stabiliri potest vulgaris Terentii lectio in Adelph. A. II. 2. 5. 'Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus:' ubi Rutgers. lib. v. Var. Lect. cap. 10. et P. Scriverius in ineditis notis ad Vegetium lib. I. in f. ex Scholiaste Juven. S. III. 289. malebant *defecti:* quod hic præcedit, et de quo præter alios consule Rigalt. ad Phædr. lib. I. 20. *Idem.*

Propter insistens] Sic Palat. Vulgo, *prope.* Elmenh. Accedunt Mss. Lips. Pith. Fux. Reg. et Ed. Junt. post. cum Ed. Scriv. Recte; neque tamen opus est, ut cum Pricæo emendemus *propter adsistens,* de quo vide ad lib. II. pag. 36. 'quam propter adsistens.' Vel enim *insistens* poterit significare, subsistens paululum, interquiescens, nec pergens: quod et Lexica e Cicerone notant. Sil. x. 157. 'Nec certa per æquor Interdum insistens Perusinus membra ferebat.' Vel *insistens* erit incedens, ut exponit Floridus: quando mallem jungere *insistens rivulum,* ut lib. III. init. 'dum primum angiportum insistimus;' de quo pluribus egi ad

lib. II. p. 35. 'insistebat lapidem.' Sic *propter* adverbialiter erit sumendum. Cic. IV. Verr. c. 48. 'Etenim propter est spelunca:' ubi cave, addas *eam* cum Ursino. pro L. Manil. cap. 6. 'propter adsint,' e Mss. Terent. Eun. II. 3. 76. 'propter dormiet.' Phædr. lib. II. 6. 7. 'propter volans.' Tacit. lib. IV. Ann. c. 54. 'Quum propter discumberet.' Martian. Cap. lib. IV. p. 96. 'Quæ propter adstabat.' Sic enim Codd. quam plurimi et vetustissimi. Vulgo, *prope*. Immo Noster ita loquitur sæpius, ut lib. IV. p. 71. 'lapidem propter jacentem.' p. 76. 'propter sopiti jacebant.' Sic enim utrobique legendum videbimus. Lib. V. p. 90. 'viso suggestu propter.' Lib. IX. pag. 193. 'Alveo temere propter jacenti.' *Oud.* *Rivum quendam, &c. prope insistens*] Vide an rectius *propter adsistens.* Supra lib. II. 'Quam propter adsistens,'&c. et X. 'Lumen propter adsistens:' item V. 'Venerem, &c. propter adsistens.' *Pric.*

Substitem occasionem] Fux. *subtilem*, et ita Aldus. *Roald.* Scilicet in Ed. Bas. sec. editur *subsistem*, tamquam a nominativo 'substes,' ut 'superstes,' sitque 'substes occasio,' ea, quæ coram est et quasi ad pedes. Verum nemo hujus vocis scit exemplum, et Mss. atque Edd. O. habent *subtilem*, quam exponunt 'opportunam;' atque ita Cl. Wasse, et vir doctus in Misc. Obs. v. II. p. 394. ex hoc loco similiter legit lib. VIII. p. 153. 'persubtilem occasionem.' Contra Celeb. Burm. ibidem hic præfert *subitam*, quæ vox cum *subtili* permutatur in Suetonio Tib. c. 68. 'subiti tumores.' Aliud enim quid est 'subtile consilium,' 'subtilis fabrica:' de quibus disserit vir Eruditus Misc. Obs. v. VII. p. 280. Si quid mutandum, mallem cum Heinsio, qui et *utilem* conjecit, rescribere *labilem*, seu facilem labendi occasionem. Amm. Marc. lib. XXVII. cap. 10. 'labilis limus.' Gloss. 'Labile, εὐόλισθον.' Arnob. lib. VII. 'labilis dulcedo.' Videtur tamen Appuleius per *subtilem occasionem* intelligere subtilitatem astus, quam illa occasione posset exercere. Sic Velleio lib. II. cap. 119. 'Ne pugnandi quidem egregie occasio data esset inmunis, sive libera:' id est, cum non permitteretur iis pugnare, egregia data occasione. Vide Misc. Obs. v. VIII. p. 78. Offendit etiam Cel. Burm. ad Suet. Tib. c. 11. 'ad occasionem majoris spei, sive obportunum tempus, quo major adfulgeret spes.' Ibi vide plura. Pro *nactus* in Oxon. *naptus.* Oud.

Cogitabam totum memet, &c. pronum abjicere] Infra lib. VII. 'Per prona non tantum pedibus, verum etiam toto corpore projecto.' *Pric.*

Certus atque obstinatus nullis verberibus, &c.] Columella VI. 2. 'Pervicax contumacia plerumque sævientem fatigat.' Infra hic lib. VII. 'Cæterum plagis non magnopere commovebar,' &c. *Idem.*

Ad egrediendum] *Egrediendum* est in Reg. Edd. Junt. Ald. Colv. Vulc. scilicet *ex aqua.* Sed in plerisque Mss. et Edd. Vett. est *ingrediendum*; ut scripserunt posteriores: *grediendum* D'Orv. *ingradiendum* Pal. Oxon. Guelf. Nempe e Lips. et Florent. recipiendum videtur *ingradiundum*, sive *ingrediundum*. Oud.

PAG. 66 *Machæra percussus*] Pal. Oxon. Par. Guelf. ac D'Orv. exhibent *perfossus*, cum Edd. Elmenh. Scriv. Flor. Recte. Nam, licet non proprie *fusti perfossus* dici possit, sed *percussus, contusus*, aut simile; nemo nescit, auctores solere ultimo tantum substantivo jungere verbum adcommodum, subintelligentes aliud in præcedentibus, brevitatis caussa. Exempla sunt δοῦρα κόνις. Adi me Hirt. lib. VIII. B. G. cap. 5. et quos laudavit Drakenb. ad Liv. lib. XL. cap. 42. § 11. Passim vero *perfodere* dici de eo, qui telo alterius pectus vel membra trajicit, nullus tiro ignorat. *Idem.*

Occumbere. Rebar, &c. mereri caussa-

riam missionem] *Causariam missionem* cum Mss. Florent. egregie legunt pro *causæ remiss.* quod etiam est in Vicent. Beroaldus et Pius tom. I. Thes. Crit. pag. 368. Vide et Stewech. ad Veget. lib. II. cap. 30. Verum cum pro hisce, *mer. c. m.* in Mss. quoque Reg. Oxon. Guelf. Par. Palat. D'Orvill. exaretur, *morti succumbere*, nullus dubito, quin pro priori *occumbere* hæc sint reponenda. Ibi enim illa verba excidisse videntur, et hinc illic vulgare *occumbere* substitutum. Vide me ad Lucan. lib. II. 198. 'infesto juvenes succumbere leto:' et Duker. ad Flor. lib. III. cap. 3. § 21. 'Quum in acie Cimbri succumberent:' ubi minus bene Grævius volebat *occ.* ex uno Mssto, cui tamen adstipulatur unus Leid. uti frequens est confusio. Vide ad Lucanum Burmanni notam. *Ad debilem* Guelf. *Idem.* *Prorsus exanimatum ac debilem, mereri causariam missionem*] In lib. XVIII. ff. de muner. et honor. 'Hos ex albi ordine vocari, nec ulla excusatione nisi sola læsi et inutilis corporis infirmitate specialiter sit expressum.' *Pric.* *Mereri causariam missionem*] Glossæ: ''Απολυθεὶς στρατείας, missionem emeritus.' *Idem.* *Causæ remissionem*] Corrigo *causariam missionem*, et ita aliquot abhinc annis corrigendum docui, cum privatim intra cubiculum discipulis familiaribus Appuleium enarrarem. Sunt enim tria missionum genera: honesta, causaria, ignominiosa. Honesta est, quæ militiæ tempore impleto datur: causaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur: ignominiosa, cum quis propter delictum sacramento solvit. Auctores jurisconsulti, titulo de re militari, et tit. de his qui notantur infamia. Hinc 'causarii' dicti, valetudinarii. Plin. in XXV. scribit, 'elleborum minime dandum esse sanguinem excreantibus causariis, vel latere vel faucibus.' Livius in VII. 'Tertius,' inquit, 'exercitus ex causariis senioribusque a Tito Quintio conscribatur, qui urbi mœnibusque præsidio sit.' Ubi 'causarii' significantur milites, qui propter valetudinem a laboribus militiæ soluti missique sunt: et Spartianus quoque in Hadriano: 'Post hæc,' inquit, 'profectus in Gallias, omnes causarios liberalibus sublevabit.' Dicitur et 'causaria' nomine substantivo, pro ipsa missione simpliciter, lib. Codicis 12. ubi sic scriptum legimus: 'Causaria missus nulla existimationis macula aspergitur.' Sensus est Appuleii: Opinabar, inquit, me, cum essem verberibus fatigatus, ungulis extritus, claudicans, invalentia debilitatus, mereri missionem causariam: quam scilicet milites valetudine impediti consequi solent, a laboribus militaribus feriati, renunciatique militiæ veluti minus idonei. Palladius 'causationem' posuit pro vitio interiore, et ægritudine, cum ait in primo: 'Si salvo capite in pulmonibus ac thorace aut nulla est, aut rara causatio.' *Beroald.*

Studio festinatæ fugæ] Pal. et Fux. liber, *destinatæ*. Elmenh. Adde Lips. Par. D'Orv. Guelf. et Ed. Floridi, qui tamen in interpretatione exposuit, 'tum quod cuperent fugere celerius:' hoc est, *festinatæ*. Alterum significaret 'studio, ut fugerent quo destinarant.' Sed durius hoc foret: 'destinata fuga' est decreta, etiamsi non suscepta. At in illa jam diu fuerant. Solin. p. 12. 'Achaiam destinantibus.' Vide Salm. Vulgo contra Mss. additur *cursum*. ut pag. 18. 'quum abscessus longius destinasset:' pag. 29. 'nocturnos excursus sic destinant.' pag. 38. 'iter sideribus destinatur.' 'Contendentes ad destinatum locum' pag. hujus fine. Vide Front. Strateg. I. 4. 3. Curt. lib. VII. 2. 19. 'quo destinaverat.' Metuebant, ne hoc asini prolapsu et perseverantia in jacendo, 'fugam nimis morarentur,' ut sequitur. Imitatus est, ut sæpe, Virgil. lib. IV. Æn. 575. 'Festinate fugam:' ubi

vide. De passivo et participio vide ad lib. III. pag. 59. 'remedium festinabitur tibi.' Septim. de B. Troj. lib. III. 1. 'Græci cuncta, intenti animo, summis studiis festinabant:' ubi nihil mutandum delendumve. *Oud.*

Meque in altioris vindictæ vicem] *Vicem* sine præpositione vel *vice* æque dici, ac *in vicem*, et hæc tria aliquoties confundi, vidimus jam ad lib. I. pag. 9. 'vicem Calypsonis.' Nihil tamen hic mutandum censeo, licet etiam D'Orvill. suspicionem loci depravati possit injicere, habens, *in alterioris vindictæ* sine τῷ *vicem*. Sed *altior* est ulterior, gravior, vehementior, ut lib. IX. pag. 197. 'mulier altius commota.' Lib. X. pag. 211. 'inpatientia furoris altius agitata:' ubi in Edd. quoque nonnullis est *alterius*. Quamvis tamen illis locis capi posset pro 'imo de pectore,' de quo videbimus plura ad pag. 80. 'altius ejulans sese.' Sed et lib. VI. p. 110. 'Alte prorsus malefica.' Lib. VIII. in f. 'altius metuens.' Et sic alii quoque. Auct. de Corr. Eloq. c. 14. 'Suspicatus altiorem inter illos esse sermonem.' i. e. graviorem, magis serium. Mart. Capell. lib. V. pag. 146. 'facti alta negatio.' Sic enim Mss. cum glossa *subtilis*. Vulgo, *alia*. Quin et sæpius, ut 'summus' ponitur pro 'maximo,' ita et 'altior' pro 'majore' occurrit in Appuleio. Lib. I. p. 9. 'mulieres duas altioris ætatis.' Lib. XI. pag. 246. 'altioris religionis argumentum.' Ita Virgilio lib. X. Æn. 626. 'Altior venia latet.' *Id.*

Vulturiis] *Vulturiis* hic est in Mss. omnibus, (*vulturis* Guelf.) et ante Colvium, quem bene ceteri sunt secuti, jam expressit Ed. Junt. post. Infra etiam variatur. Adi Serv. ad Æn. VI. 595. Drak. ad d. Livii l. [lib. XXVII.] c. 21. J. Obs. c. 65. 'Vulturius non adparuit.' Legendus ita Ser. Sammon. vs. 387. 'vulturiive jecur:' ut diserte exaratur in antiquissimo Cod. Vossiano, et conjecit Heinsius. *Vulturisve jecur* a m. sec. contra metrum. Vulgo, *vulturis atque j.* Idem.

Dorsi mei sarcinam duobus ceteris jumentis distributuros, meque in altioris vindictæ vicem lupis et vulturiis prædam relicturos] Infra lib. VI. 'Certe ego cum primum sarcinas istas quanquam invitus pertulerit, protinus eum vulturiis gratissimum pabulum futurum, præcipitabo.' *Pric.*

Prævertit] *Pervertit* est in D'Orvill. atque Edd. Vicent. Junt. Ald. Sed perverse. lib. IV. pag. 97. 'prævertit lumen.' Lib. VII. pag. 146. 'ustrina moram non sustinens meliora consilia prævertitur.' Lib. VI. p. 149. 'Fortunæ opportunum latibulum celeritate præversa.' In quibus eadem confusio, ut passim alibi. Vide Brant. et Hotom. ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 33. 'Huic rei prævertendum.' Drakenb. ad Liv. lib. XXIV. 5. 'Fuga præverterent metum.' *Oud.*

Ementita lassitudine] In D'Orv. Fux. Guelf. et Oxon. est *mentita*, de quo vide ad lib. VIII. pag. 160. In Pith. Edd. item Vicent. Junt. utraque, *se mentita*. Quod facile reciperem, si mox *offundit* e Bert. legas; nisi potius hinc faciendum rursus *scilicet*. Vide ad pag. 61. lib. III. 'pessima s. sorte:' aut *lassitudine se mentita* construendum. Sed et librarii potuerunt rursus offendisse ad participia asyndeta, de quibus dixi ad lib. III. pag. 45. *Ementiri*, sic in Apol. pag. 431. 'paupertatem gloriæ caussa ementiri.' Adi et Pricæum ad lib. V. pag. 97. 'nomen ementientes:' ut leg. Torrentium ad Sueton. Cæs. cap. 66. 'amplificando, ementiendoque.' *Id.*

Effunditur] *Effunditur* est in D'Orv. Par. Edd. Beroaldi, Colin. Bas. Sed rectius restituere Colv. et seqq. *offunditur;* quod dant Flor. Reg. Palat. Guelf. Pith. Edd. pp. Juntinæ, et Aldi. 'Offundi' hic est terræ adfligi, magisque denotat pondus ruentis asini, quam *eff.* Sic 'obfulcire' abiit in *effulc.* Lib. I. p. 10. Infra p. 70. 'ad ostium obfigi:' ubi in aliis *eff.* Passim *ob* Nostro valet *ad* sensu

objiciendi, vel contra ponendi. Lib. II. in f. 'digitis detunsis ob lapides:' et pag. 39. 'ob os corporis inponit.' Sæpe in compositis ea præpositione usi sunt Veteres, quos imitatur passim Auctor noster. Vide Heins. ad Virg. Æn. IX. 632. *Idem.*

Jacensque in mortuum] Colvii emendationem confirmant reliqui, Pithœano excepto, Mss. et jam olim sic bene expressit Ed. Junt. poster. In ceteris Edd. remanet glossa, *in modum mortui.* Vide ad lib. III. p. 50. 'fixus in lapidem.' Auctor de Obitu Mæcenatis vs. 88. Jupiter 'dicitur in nitidum procubuisse bovem.' Sic locus hic e Mss. legendus: sive *specie nitidi tauri.* Idem. *Jacensque in mortuum*] Lactant. IV. 26. 'Jacentia mortuorum corpora erexit.' Philostratus II. 14. Ἐκτείνοντες ἑαυτοὺς ὥσπερ οἱ ἀποθνήσκοντες. Male in quibusdam, *in modum mortui.* Virgilius de equo: 'Quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat:' ubi Servius: 'In plumam: in similitudinem plumæ. Ut, Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum: id est, in antri similitudinem.' *Pric.*

Non fustibus, non stimulis, &c.] Plato Phædone: Ὁ δὲ οὐδὲ κέντρων ἡνιοχικῶν, οὔτε μάστιγος ἐντρέπεται. *Idem.*

Ac ne cauda quidem, &c.] Lib. VII. 'Cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda sublevare,' &c. *Idem.*

Mortuo, imo vero lapideo asino] Sic omnibus modis inutilia vocari solent. Martialis de vetula nupturiente: 'Quid surire si velit saxum?' Apud Esaiam enerve Abrahami corpus lapidi assimilatur. De eodem Rom. IV. 19. σῶμα νενεκρωμένον. Sic Philo dixit: τὴν ἄγνοιαν βαθὺ σκότος καὶ πολὺ καταχέουσαν, κωφὸν λίθον τὸ περικαλλέστατον εἶδος ψυχῆς ἐργάζεσθαι· Libello περὶ μέθης. *Idem.*

Poplites totos] Scriptus liber et Venetus, *totas.* Colvius. Sic et D'Orv. Palat. Pith. Fux. Guelf. Oxon. Zabar. et Ed. Vicent. idque Appuleianæ licentiæ adtribuit Ferrarius lib. I. El. 14. Sed tam licentiosus non fuit Appuleius; contra scrupulosissimus erat, affectator quidem antiquitatis et exoletorum verborum, sed nihil scribens sine exemplo. Quod observandum in iis, quæ nunc videtur nove dixisse Auctor, quoniam perierunt tam multa Veterum. *Totas* igitur non admitto, dum ostendatur feminini generis auctoritas, quam non defugio. De 'succisis poplitibus' vide omnino erudita ad Petron. c. 1. 'Succisi poplites membra non sustinent.' *Oud.* *Districto gladio poplites ejus totos amputant*] In pœnam inertiæ. Julianus apud Ammianum Marcellinum l. XXII. 'Quisque agmini cohærens incedat: quod si remanserit uspiam, exectis cruribus relinquetur.' *Pric.*

Ac, &c. per altissimum præceps in vallem proximam, &c. præcipitant] 'Præcipitant truncum, volvuntque per ardua saxa.' Horatius: 'Ut ille Qui male parentem in rupes detrusit asellum Iratus.' Addit Appuleius: 'Etiamnum spirantem.' Polybius lib. I. Κολοβώσαντες καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη ἔτι ζῶντος, ἔῤῥιψαν εἴς τινα τάφρον. *Id.*

Tunc ego miseri commilitonis mei fortunam cogitans, statui jam dolis abjectis, &c.] Philo in de Legatione: Αἱ ἑτέρων τιμωρίαι βελτιοῦσι τοὺς πολλοὺς, φόβῳ τοῦ μὴ λαβεῖν παραπλήσια. 'Dolis abjectis' heic, ut IX. 'consiliis' (id est, *dolis*) 'abjectis.' *Idem.*

Statui jam, &c. asinum me bonæ frugi Dominis exhibere] Apud Plautum Trinummo ille: 'Certum'st ad frugem applicare animum.' Infra de eodem asino isto l. VIII. 'Quin emis bonum et frugi mancipium?' *Idem.*

Quod in proximo nobis esset habenda mansio, et totius viæ finis quieta] Seneca cap. 1. de Tranquill. 'Pecoribus fatigatis velocior domum gradus est.' *Idem.*

Clementi denique transmisso clivulo, &c.] Cato apud Priscianum: 'Quod iter longius arduiusque erat a curis.' Idem apud Servium in Virgilium:

'Quam mollissimum est, adoriuntur.' Quos locos hactenus divulsos jungamus, et hoc modo corrigamus: *Quod iter longius arduiusque erat a clivis, qua mollissimum est adoriuntur.* Qui 'clemens clivulus' Appuleio, est Tacito Annal. XIII. 'collis clementer assurgens.' Ammiano l. XVI. 'collis molliter editus.' Plinio 'clivus sensim fallens, ut eum ascendere non putes, scias ascendisse.' Lib. V. Epist. 6. *Idem.*

Rebus t. dissolutis] Mss. Fux. Bert. e Modii Coll. Pal. Oxon. Reg. D'Orv. cum Edd. omnibus ante Colvium habent *exsolutis.* Quod nequaquam fuerat mutandum. Passim res quævis dicuntur *exsolvi*, composito pro simplici, ut fides, promissum, culpa, æs alienum. Vide Hirt. B. Alex. c. 49. Auson. Grat. Act. p. 709. Tib. IV. 5. ubi vide Broukhus. et Drakenb. ad Liv. lib. II. 32. III. 19. me ad Lucan. lib. II. 262. 'gladioque exsolvere culpam.' Sed et 'nexos exsolvere' Livio Epit. VI. *Oud.*

Vice lavacri, pulveris volutatibus digerebam] *Vite l.* Guelf. Pal. *pluris* D'Orvill. Notis præfixit Pricæus *pulvereis.* Nec male. Tum *voluptatibus* est perperam in Pith. Guelf. sec. Edd. Vett. plerisque: ut solent sæpissime illæ voces confundi. Errat vero Roaldus, cum *volutabris* adscribit Beroaldo. Ea adfert modo ad locum explicandum. Confer eum, uti et Pricæum quoque, item Salmas. ad Solin. p. 336. 'confugiunt ad volutabra.' Heins. in Misc. Observ. vol. V. tom. III. p. 130. in Advers. pag. 706. Burm. ad Sueton. Calig. cap. 43. Plin. lib. X. cap. 4. 'pulverem volutatu colligere.' Hic denuo incipit Guelf. pr. *Idem.* *Vice lavacri*] Arntzen. ad Mamert. Panæg. c. 2. ultimam vocem male omissam esse testatur in Excerptis Codicis penes se. *J. Bosscha.* *Pulvereis volutatibus, &c.*] Pollux I. 11. Λέγοις δ' ἂν περὶ ἵππων, ψηλαφᾷν, καὶ ψήχειν, &c. κυλίσαι, ἀλίσαι, καὶ ἐξαλίσαι. Sic ὡς ὄνος κυλισθεὶς Sophocles apud Apollonii Scholiastem. Vide Suidam in ἐξαλίσας. Vegetius I. 1. 'se transvolvere' dixit. *Pric.* *Pulveris volutaribus*] Volutationibus: jumentis volutatio in pulvere vicem lavacri et balnearum repræsentat, id quod quotidie passim conspicimus. Plinius in XVII. 'Veterina,' inquit, 'a jugo, et canes a cursu volutatio juvat.' Idem in X. 'Solidipedum,' inquit, 'propria est volutatio.' M. Varro tradit, sues in luto volutari: hæc enim illorum requies, ut lavatio hominis: ideoque *volutabra* a Virg. dicta loca, in quibus se apri volutant, cum ait in Georg. 'Sæpe volutabris pulsas sylvestribus apros.' Vetus proverbium est apud Hieronymum, et in decretis canonicis relatum: 'Sus lota est in volutabro luti.' Heraclitus ait, sues cœno, cohortales aves pulvere vel cinere lavari. *Beroald.*

Et speluncæ quam latrones inhabitabant] Confer Heliodori Æthiop. p. 51. et seqq. *Elmenh.* Item Miscell. Observ. v. VI. p. 297. *Oud.*

PAG. 67 *Res ac tempus flagitant*] Flor. *flagitat.* Elmenh. Istum numerum hinc prætulit Elmenh. cum Scriv. et Florido, confirmantque Oxon. Pith. Guelf. pr. et Palat. ac sic citat Cort. ad Sall. B. Catil. cap. 5. 'res ipsa hortari videtur.' Vide et Wass. ad Jug. cap. 19. Cic. II. ad Att. 25. 'Neque eo magis quam ipsa res et tempus poscit.' Terent. Ad. V. 4. 2. 'Quin res, ætas, usus semper aliquid adportet novi.' Liv. I. 24. 'Tempus et locus convenit:' ac millies. Quum igitur utrumque in æquali sit usu, præfero hic singularem. *Oud.* *Res ac tempus ipsum, locorum ac speluncæ illius quam latrones inhabitabant, descriptionem exponere flagitant*] Infra hic lib. IX. 'Res ipsa mihi poscere videtur, ut hujus quoque servitii mei disciplinam exponam.' Sallustius in Catilinario: 'Res ipsa mihi hortari videtur,' &c. et in Jugurthino: 'Res postulare videtur Africæ situm paucis exponere.' Cicero II. 25. ad At-

ticum: 'Te exspecto, &c. neque eo magis, quam ipsa res et tempus poscit.' Appuleius heic imitatus videtur Ælianum, qui ferme simili præfatione Var. XIII. 1. speluncam Atalantæ describit. *Pric.*

Mons horridus, &c.] Guntherus lib. V. 'Prædonum castella jugis horrentia summis, Et vix spectandas summis in rupibus arces.' *Idem.*

Frondibus umbrosus] Florid. I. 'Spelunca frondibus inumbrata.' *Idem.*

Hujus per obliqua devexa, quæ saxis asperrimis, et ob id inaccessis cingitur, &c.] Lib. VI. 'Saxum immani magnitudine procerum, et inaccessa salebritate lubricum.' Guntherus lib. IV. de simili factione: 'Rupis inaccessæ sedem statione latenti Servabant.' Ait, 'per obliqua devexa.' Josephus XV. 13. Trachonitarum prædonum latebras describens: Πέτρα τὸ σύμπαν σκληρὰ καὶ δύσοδος, εἰ μὴ τρίβῳ χρῷτό τις ἐξ ὁδηγίας· οὐδὲ γὰρ αὐταὶ κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ πολλὰς ἕλικας ἐξελίττοντο. Adde quæ de Isauriæ latronibus Ammianus XIV. non longe ab initio. *Idem.*

Lacunosæ] Lacunæ sunt fossæ, in quibus collecta aqua stare consuevit, a lacu dictæ, quas alii *lamas* vocant. Horat. 'Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.' Cum autem in convallibus crebræ sint hujuscemodi voragines et lacunæ, merito lacunosæ nuncupantur. M. Tullius oppido quam decenter dixit lacunam in auro factam: intelligi volens exinanitionem auri, et quasi voraginem quandam ex furto et rapina: et alibi: 'Ut illam,' inquit, 'lacunam rei familiaris explerent.' *Beroald.*

Quamquam versus repositæ] *Quamquam* scil. erat in sola Ed. Bas. pr. Sed et in Mss. Lips. et Oxon. vitiose. In Lips. *reopsitæ*. Participium verbi *poni* cum compositis passim adhibetur de naturali etiam locorum situ. Sil. l. XIII. 133. 'positos ad mœnia campos.' 'Adpositus mons' Virg. l. III. G. 212. 'adposita urbi regio' Curt. lib. IV. cap. 1. et passim in Septim. de B. Troj. cap. 45. 'Apud peninsulam, quæ antepositа civitati, continenti ejus adjungitur.' Sic Mss. non 'ante *positam civitatem*. Hirt. B. Alex. cap. 72. 'circumpositi oppido colles.' Ovid. lib. III. Am. 6. 7. 'Nunc ruis opposito nivibus de monte solutis:' quo loco vide Heins. et Burm. Sic ergo et 'convalles quaquaversus repositæ,' sive in longum et procul jacentes circum circa, ut 'terræ repostæ' Virgilio III. Æn. 364. 'populi reposti' Silio lib. III. 325. *Veprosæ* conjecit Heinsius. Quæ vox exemplo caret.' *Oud.*

Bullis ing. scaturibat] D'Orv. *vullis.* Palat. Fux. Guelf. sec. Oxon. *scaturiebat.* Sed sæpe Auctor utitur ea terminatione quartæ conjugationis antiqua, ut 'abligurribam,' 'insignbar,' 'mollibat,' 'munibant,' 'nutribat,' 'quibat,' 'parturibam,' et alia, de quibus suo loco, quamque hic illic adhibuere aurei quoque seculi scriptores, et passim Gellius, aliique. *Idem.* *De summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturibat*] Catullus: 'Qualis in aërii pellucens vertice montis, Rivus muscoso prosilit e lapide.' *Pric.*

Perque prona delapsus, &c.] Ibidem: 'Qui cum de prona præceps est valle volutus.' Avienus: 'Et qua præcipiti volvuntur prona meatu Flumina.' Scholiastes vetus Horatii ad Carm. I. 29. 'Proni dicuntur rivi de montibus effluentes:' et ad I. 7. 'Præceps Anio: aut per devexa cadens, aut rapidus.' *Idem.*

Amnibus stagnantibus] Bene *agminibus* receperunt Scriver. et Florid. quod confirmant Pithœan. Florent. Bert. Oxon. D'Orvill. Guelferbitani, in quorum primo glossa est adscripta *congregationibus.* Auson. de claris Urb. XIV. 22. 'Quantus in amne tumor! quanto ruit agmine præceps!' Ammian. Marcell. lib. XV. c. 11. 'Rhodanus proprio agmine ripas occultat.' Avien. descript. Orb. vs. 1158. de

12. de templo Dicteæ Matris Cretensi: *Φυλακὴ δὲ τῷ ἱερῷ κυνῶν ἐπιτέτακται*, &c. *καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοὺς οἱ Κρῆτες μήτε τῶν ἄρκτων μήτε τῶν ὧδε ἀγρίων λείπεσθαι.* lege, *μήτε τῶν ὑῶν ἀγρίων λείπεσθαι.* neque ursis (inquit) nec apris impares: ut Noster heic, *leonibus et ursis idoneos.* De Creticis hisce, uti et de Indicis canibus vide v. 5. Pollucem. *Pric.*

E re nata consilio capto] Infra hic: 'E re nata subtile consilium, &c. comminiscimur.' *Idem.*

Fugam desino] Passim *desino* cum quarto casu Noster et alii jungunt: unde 'luctum desino,' et multa similia: quare nihil temere mutandum est. Quia tamen in laudatis Codd. uti et Oxon. Guelf. scribitur *destino*, posset conjici, fuisse *destituo*, hoc est, defigo, sisto, pedem premo. Vide ad l. II. p. 37. 'obtutumque in me destituit.' Hoc sensu in Fabulis Nielantii pag. 3. 'Destituit minas.' i. e. stitit, desiit. Quod minus bene interpretatur Cl. Cannegieter. ad Aviani Fab. XXXI. Immo ipse Ovidius ait l. III. Am. El. XIII. 20. 'Dicitur inceptam destituisse fugam.' Sic 'destituere conata alterius' est sistere et inpedire. Vide Burmann. ad Vellei. l. II. c. 42. *Oud.*

Illi canibus jam ægre cohibitis] Lib. IX. 'Ægreque cohibita equorum curruli rabie:' quem locum eo cum pervenerimus corrigemus. *Pric.*

Loro valido ad ansulam quandam destinato] Infra: 'Nobis ante ipsas fores loro valido destinatis.' In vetere Onomast. 'Ansula, *βρόχος*.' *Idem.*

Alvus artata] Palat. Guelf. *albus.* D'Orv. *artatur.* Est qui legat *laxata.* Male. *Artatam* ait alvum, crudorum olerum convulsionibus tortam et compressam. Si quid mutandum foret, rectius diceres *ancta.* Quæ alibi quoque confunduntur. Adi Heins. ad Claud. Rapt. Pros. l. I. 46. Vide et ad l. I. p. 12. *Oud.* *Dolore plagarum alvus arctata*] Vide Gell. XIX. 4. In Latino Jobi 41. 16. 'Territi purgabantur.' *Pric.*

Putore nidoris f.] D'Orv. *pudore.* Palat. *pudore nitoris.* Fux. *p. nitoris.* Odor putidus fœtidusque sæpe dicitur *nidor.* L. III. p. 55. 'fumantium capillorum nidor.' Vide Drak. ad Liv. lib. XXXVIII. 7. 'fœdo quodam odore ex adusta pluma.' *Nitor* et *nidor* sic et confunduntur lib. VIII. p. 168. '*Putor* de odore fœtido apud Caton. de R. Rust. c. 157. Veget. rei Veterin. c. 44. 'Neque putorem neque putredinem lavis.' Hinc 'putidi digiti' l. VIII. p. 169. ubi vide. *Oud.*

Abegissem] In Pith. est *abegisse.* Constructionis analogia postulat, ut scribatur *abegisset*, quod liquido exstat in membranis D'Orvill. ut conjecit Heinsius, et dudum citavit Salmas. ad Solin. cap. 40. 'fimum egerit per longas aspergines:' ut est in Mss. 4. Et sic tacite edidit Floridus. Nam præcedit 'alvus artata' et 'abundans;' nisi pro *fimo excusso* legamus *fimum excussisset, et, &c. abegissem.* Huc facit, quod *fimum* non, ut hic mascul. vel neutro genere, sed feminino posuit Auctor in fine l. VII. et re plane simili: 'Donec liquida fimo strictim egesta, faciem atque oculos ejus confœdassem.' Alioquin confugiendum est ad Anacoluthon, quo sive dedita opera, sive casu fortuito sæpe usi sunt quivis scriptores. Vide Sanct. et Periz. in Minerv. p. 725. Græv. ad Cic. III. in Verr. 71. Gronov. ad Gellium l. II. c. 22. Drak. ad Sil. l. XI. 472. Burm. ad Serv. Æn. I. 119. Davis. et me ad Cæs. l. III. B. Civ. c. 19. Quia vero in primis eam loquendi figuram frequentarunt Græci, hinc haud a vero alienum videtur, Græcissantem Apuleium ea quoque fuisse delectatum. Certe similia multa in eo occurrunt, si quidem sunt sana. L. VI. p. 121. 'Tibi fluentum transmeanti, &c. orabit.' Lib. VII. p. 146. in f. 'Sese, &c. furens incurrit.' Lib. IX. p. 182. 'præ-

lium capessiturus, &c. subacturi et capturi:' ubi Floridus audacissime reposuit, *subactum et captum iri.* L. x. p. 227. 'At illa per absentiam mariti, natam puellam insita matribus pietate præventa, descivit,' &c. Verum is locus sine dubio est corrigendus, nec ad Anacoluthon pertinet. Flor. n. 7. 'Alexandro illi,' &c. ubi vide omnino. N. 22. 'Crates... nulla domus ei clausa:' de Mundo pag. 749. 'Eos, &c. flammarum fluenta illum locum ambire maluerunt.' Tale et est Hygini lib. II. Astron. c. 4. 'Pueri membra, &c. dedit cuidam alendum;' item Ausonii Epist. 21. 'Sed hæc aliquis fortasse quamvis rarus, illud, &c. nulli imitabile:' ubi contra Mss. Tollius reposuit *alicui* et *rarius*. Nec sane quidquam cum Gesnero mutandum in Æliano l. x. Anim. c. 1. 'Ἀνὴρ, &c. φησὶν Δίων μόσχον ἰδεῖν. docere poterit Perizonii nota ad l. II. V. Hist. c. 11. *Idem.*

Fimo fistulatim excusso, quosdam extremi liquoris aspergine, alios putore nidoris fœtidi a meis jam quassis scapulis abegissem] Lib. VII. 'Donec solo quod restabat præsidio nisus, liquidissimo stercore strictim egesto faciem atque oculos ejus confœdassem: qua cœcitate atque fœtore tandem fugata est a me pernicies.' Gloss. 'Ὀσμὴ σαπρά· Putor, fœtor,' &c. *Pric.*

In meridiem prono jubare] *Pleno* exstat in Oxon. sed nemo explicuerit idonee *pronum in meridiem jubar*. Rectius tum simul e Mss. Reg. Oxon. et D'Orv. scriberetur, *meridie pl. jubare*. Sed certe *prono* non videtur mutandum: quæ vox passim de die, sole, &c. occurrit. Adi Bronkh. ad Propert. I. 16. 23. Lucan. IV. 28. 'Prono tum Cæsar Olympo In noctem.' Nec male de fluvio Cl. Withof. in Enc. p. 150. legit in eodem l. VI. 361. 'Pronus in occasus Æas:' ubi vide. Stat. Achill. lib. II. 15. 'Frangebat radios humili jam pronus Olympo Phœbus.' Ac *pronus* est, qui vergit in inferiorem partem; Sol vero in meridiem est acclivus. Immo jam meridies præterierat. Nam supra dixit: 'diem ferme circa medium, cum jam flagrantia Solis caleret, in pago devortimus:' et Lucian. p. 588. Interim omnia illa, quæ narrat intermedia, acciderant. Nunc æstu paullum imminuto latrones rursus itineri se dedunt. Quapropter, præeuntibus Mss. conjicio dedisse Auctorem: *cum jam de meridie prono jubare*, vel *e*. Aut statuendum, *meridie* et *in meridiem* a Glossatoribus esse adjecta, et scripsisse Appuleium simpliciter, *prono jubare:* ut passim solent Poëtæ. Vide Bronkh. ibidem male explicantem Nostri, ut se habent, verba, *medium iter evecto*, sed bene ad sensum. Adi et Indicem Lucani. *Oud.*

Ictibusque fustium fatigatus] Uti aliis exemplis, in quibus *fessi* et *lassi* dicuntur omnes quibusvis malis vexati, conquassatique, ita maxime hoc loco stabiliri potest vulgaris Terentii lectio in Adelph. A. II. 2. 5. 'Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus:' ubi Rutgers. lib. v. Var. Lect. cap. 10. et P. Scriverius in ineditis notis ad Vegetium lib. I. in f. ex Scholiaste Juven. S. III. 289. malebant *defecti:* quod hic præcedit, et de quo præter alios consule Rigalt. ad Phædr. lib. I. 20. *Idem.*

Propter insistens] Sic Palat. Vulgo, *prope*. Elmenh. Accedunt Mss. Lips. Pith. Fux. Reg. et Ed. Junt. post. cum Ed. Scriv. Recte; neque tamen opus est, ut cum Pricæo emendemus *propter adsistens*, de quo vide ad lib. II. pag. 36. 'quam propter adsistens.' Vel enim *insistens* poterit significare, subsistens paululum, interquiescens, nec pergens: quod et Lexica e Cicerone notant. Sil. x. 157. 'Nec certa per æquor Interdum insistens Perusinus membra ferebat.' Vel *insistens* erit incedens, ut exponit Floridus: quando mallem jungere *insistens rivulum*, ut lib. III. init. 'dum primum angiportum insistimus;' de quo pluribus egi ad

lib. II. p. 35. 'insistebat lapidem.' Sic *propter* adverbialiter erit sumendum. Cic. IV. Verr. c. 48. 'Etenim propter est spelunca:' ubi cave, addas *eam* cum Ursino. pro L. Manil. cap. 6. 'propter adsint,' e Mss. Terent. Eun. II. 3. 76. 'propter dormiet.' Phædr. lib. II. 6. 7. 'propter volans.' Tacit. lib. IV. Ann. c. 54. 'Quum propter discumberet.' Martian. Cap. lib. IV. p. 96. 'Quæ propter adstabat.' Sic enim Codd. quam plurimi et vetustissimi. Vulgo, *prope*. Immo Noster ita loquitur sæpius, ut lib. IV. p. 71. 'lapidem propter jacentem.' p. 76. 'propter sopiti jacebant.' Sic enim utrobique legendum videbimus. Lib. V. p. 90. 'viso suggestu propter.' Lib. IX. pag. 193. 'Alveo temere propter jacenti.' *Oud.*

Rivum quendam, &c. prope insistens] Vide an rectius *propter adsistens*. Supra lib. II. 'Quam propter adsistens,'&c. et X. 'Lumen propter adsistens:' item V. 'Venerem, &c. propter adsistens.' *Pric.*

Substitem occasionem] Fux. *subtilem*, et ita Aldus. *Roald.* Scilicet in Ed. Bas. sec. editur *subsistem*, tamquam a nominativo 'substes,' ut 'superstes,' sitque 'substes occasio,' ea, quæ coram est et quasi ad pedes. Verum nemo hujus vocis scit exemplum, et Mss. atque Edd. O. habent *subtilem*, quam exponunt 'opportunam;' atque ita Cl. Wasse, et vir doctus in Misc. Obs. v. II. p. 394. ex hoc loco similiter legit lib. VIII. p. 153. 'persubtilem occasionem.' Contra Celeb. Burm. ibidem hic præfert *subitam*, quæ vox cum *subtili* permutatur in Suetonio Tib. c. 68. 'subiti tumores.' Aliud enim quid est 'subtile consilium,' 'subtilis fabrica:' de quibus disserit vir Eruditus Misc. Obs. v. VII. p. 280. Si quid mutandum, mallem cum Heinsio, qui et *utilem* conjecit, rescribere *labilem*, seu facilem labendi occasionem. Amm. Marc. lib. XXVII. cap. 10. 'labilis limus.' Gloss. 'Labile, εὐόλισθον.' Arnob. lib. VII. 'labilis dulcedo.' Videtur tamen Appuleius per *subtilem occasionem* intelligere subtilitatem astus, quam illa occasione posset exercere. Sic Velleio lib. II. cap. 119. 'Ne pugnandi quidem egregie occasio data esset inmunis, sive libera:' id est, cum non permitteretur iis pugnare, egregia data occasione. Vide Misc. Obs. v. VIII. p. 78. Offendit etiam Cel. Burm. ad Suet. Tib. c. 11. 'ad occasionem majoris spei, sive obportunum tempus, quo major adfulgeret spes.' Ibi vide plura. Pro *nactus* in Oxon. *naptus*. Oud.

Cogitabam totum memet, &c. pronum abjicere] Infra lib. VII. 'Per prona non tantum pedibus, verum etiam toto corpore projecto.' *Pric.*

Certus atque obstinatus nullis verberibus, &c.] Columella VI. 2. 'Pervicax contumacia plerumque sævientem fatigat.' Infra hic lib. VII. 'Cæterum plagis non magnopere commovebar,' &c. *Idem.*

Ad egrediendum] *Egrediendum* est in Reg. Edd. Junt. Ald. Colv. Vulc. scilicet *ex aqua*. Sed in plerisque Mss. et Edd. Vett. est *ingrediendum*; ut scripserunt posteriores: *grediendum* D'Orv. *ingradiendum* Pal. Oxon. Guelf. Nempe e Lips. et Florent. recipiendum videtur *ingradiundum*, sive *ingrediundum*. Oud.

PAG. 66 *Machæra percussus*] Pal. Oxon. Par. Guelf. ac D'Orv. exhibent *perfossus*, cum Edd. Elmenh. Scriv. Flor. Recte. Nam, licet non proprie *fusti perfossus* dici possit, sed *percussus*, *contusus*, aut simile; nemo nescit, auctores solere ultimo tantum substantivo jungere verbum adcommodum, subintelligentes aliud in præcedentibus, brevitatis caussa. Exempla sunt ὅσα κόνις. Adi me Hirt. lib. VIII. B. G. cap. 5. et quos laudavit Drakenb. ad Liv. lib. XL. cap. 42. § 11. Passim vero *perfodere* dici de eo, qui telo alterius pectus vel membra trajicit, nullus tiro ignorat. *Idem.*

Occumbere. Rebar, &c. mereri caussa-

riam missionem] *Causariam missionem* cum Mss. Florent. egregie legunt pro *causæ remiss.* quod etiam est in Vicent. Beroaldus et Pius tom. I. Thes. Crit. pag. 368. Vide et Stewech. ad Veget. lib. II. cap. 30. Verum cum pro hisce, *mer. c. m.* in Mss. quoque Reg. Oxon. Guelf. Par. Palat. D'Orvill. exaretur, *morti succumbere*, nullus dubito, quin pro priori *occumbere* hæc sint reponenda. Ibi enim illa verba excidisse videntur, et hinc illic vulgare *occumbere* substitutum. Vide me ad Lucan. lib. II. 198. 'infesto juvenes succumbere leto:' et Duker. ad Flor. lib. III. cap. 3. § 21. 'Quum in acie Cimbri succumberent:' ubi minus bene Grævius volebat *occ.* ex uno Mssto, cui tamen adstipulatur unus Leid. uti frequens est confusio. Vide ad Lucanum Burmanni notam. *Ad debilem* Guelf. *Idem.* *Prorsus exanimatum ac debilem, mereri causariam missionem*] In lib. XVIII. ff. de muner. et honor. 'Hos ex albi ordine vocari, nec ulla excusatione nisi sola læsi et inutilis corporis infirmitate specialiter sit expressum.' *Pric.* *Mereri causariam missionem*] Glossæ: 'Ἀπολυθεὶς στρατείας, missionem emeritus.' *Idem.* *Causæ remissionem*] Corrigo *causariam missionem*, et ita aliquot abhinc annis corrigendum docui, cum privatim intra cubiculum discipulis familiaribus Appuleium enarrarem. Sunt enim tria missionum genera: honesta, causaria, ignominiosa. Honesta est, quæ militiæ tempore impleto datur: causaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renunciatur: ignominiosa, cum quis propter delictum sacramento solvit. Auctores jurisconsulti, titulo de re militari, et tit. de his qui notantur infamia. Hinc 'causarii' dicti, valetudinarii. Plin. in XXV. scribit, 'elleborum minime dandum esse sanguinem excreantibus causariis, vel latere vel faucibus.' Livius in VII. 'Tertius,' inquit, 'exercitus ex causariis senioribusque a Tito Quintio conscribatur, qui urbi mœnibusque præsidio sit.' Ubi 'causarii' significantur milites, qui propter valetudinem a laboribus militiæ soluti missique sunt: et Spartianus quoque in Hadriano: 'Post hæc,' inquit, 'profectus in Gallias, omnes causarios liberalibus sublevabit.' Dicitur et 'causaria' nomine substantivo, pro ipsa missione simpliciter, lib. Codicis 12. ubi sic scriptum legimus: 'Causaria missus nulla existimationis macula aspergitur.' Sensus est Appuleii: Opinabar, inquit, me, cum essem verberibus fatigatus, ungulis extritus, claudicans, invalentia debilitatus, mereri missionem causariam; quam scilicet milites valetudine impediti consequi solent, a laboribus militaribus feriati, renunciatique militiæ veluti minus idonei. Palladius 'causationem' posuit pro vitio interiore, et ægritudine, cum ait in primo: 'Si salvo capite in pulmonibus ac thorace aut nulla est, aut rara causatio.' *Beroald.*

Studio festinatæ fugæ] Pal. et Fux. liber, *destinatæ*. Elmenh. Adde Lips. Par. D'Orv. Guelf. et Ed. Floridi, qui tamen in interpretatione exposuit, 'tum quod cuperent fugere celerius:' hoc est, *festinatæ*. Alterum significaret 'studio, ut fugerent quo destinarant.' Sed durius hoc foret: 'destinata fuga' est decreta, etiamsi non suscepta. At in illa jam diu fuerant. Solin. p. 12. 'Achaiam destinantibus.' Vide Salm. Vulgo contra Mss. additur *cursum*. ut pag. 18. 'quum abscessus longius destinasset:' pag. 29. 'nocturnos excursus sic destinant.' pag. 38. 'iter sideribus destinatur.' 'Contendentes ad destinatum locum' pag. hujus fine. Vide Front. Strateg. I. 4. 3. Curt. lib. VII. 2. 19. 'quo destinaverat.' Metuebant, ne hoc asini prolapsu et perseverantia in jacendo, 'fugam nimis morarentur,' ut sequitur. Imitatus est, ut sæpe, Virgil. lib. IV. Æn. 575. 'Festinate fugam:' ubi

vide. De passivo et participio vide ad lib. III. pag. 59. 'remedium festinabitur tibi.' Septim. de B. Troj. lib. III. 1. 'Græci cuncta, intenti animo, summis studiis festinabant:' ubi nihil mutandum delendumve. *Oud.*

Meque in altioris vindictæ vicem] *Vicem* sine præpositione vel *vice* æque dici, ac *in vicem*, et hæc tria aliquoties confundi, vidimus jam ad lib. I. pag. 9. 'vicem Calypsonis.' Nihil tamen hic mutandum censeo, licet etiam D'Orvill. suspicionem loci depravati possit injicere, habens, *in alterioris vindictæ* sine τῷ *vicem*. Sed *altior* est ulterior, gravior, vehementior, ut lib. IX. pag. 197. 'mulier altius commota.' Lib. X. pag. 211. 'inpatientia furoris altius agitata:' ubi in Edd. quoque nonnullis est *alterius*. Quamvis tamen illis locis capi posset pro 'imo de pectore,' de quo videbimus plura ad pag. 80. 'altius ejulans sese.' Sed et lib. VI. p. 110. 'Alte prorsus malefica.' Lib. VIII. in f. 'altius metuens.' Et sic alii quoque. Auct. de Corr. Eloq. c. 14. 'Suspicatus altiorem inter illos esse sermonem.' i. e. graviorem, magis serium. Mart. Capell. lib. V. pag. 146. 'facti alta negatio.' Sic enim Mss. cum glossa *subtilis*. Vulgo, *alia*. Quin et sæpius, ut 'summus' ponitur pro 'maximo,' ita et 'altior' pro 'majore' occurrit in Appuleio. Lib. I. p. 9. 'mulieres duas altioris ætatis.' Lib. XI. pag. 246. 'altioris religionis argumentum.' Ita Virgilio lib. X. Æn. 626. 'Altior venia latet.' *Id.*

Vulturiis] *Vulturiis* hic est in Mss. omnibus, (*vulturis* Guelf.) et ante Colvium, quem bene ceteri sunt secuti, jam expressit Ed. Junt. post. Infra etiam variatur. Adi Serv. ad Æn. VI. 595. Drak. ad d. Livii l. [lib. XXVII.] c. 21. J. Obs. c. 65. 'Vulturius non adparuit.' Legendus ita Ser. Sammon. vs. 387. 'vulturiive jecur:' ut diserte exaratur in antiquissimo Cod. Vossiano, et conjecit Heinsius. *Vulturisve jecur* a m. sec. contra metrum. Vulgo, *vulturis atque j.* Idem.

Dorsi mei sarcinam duobus ceteris jumentis distributuros, meque in altioris vindictæ vicem lupis et vulturiis prædam relicturos] Infra lib. VI. 'Certe ego cum primum sarcinas istas quanquam invitus pertulerit, protinus eum vulturiis gratissimum pabulum futurum, præcipitabo.' *Pric.*

Prævertit] *Pervertit* est in D'Orvill. atque Edd. Vicent. Junt. Ald. Sed perverse. lib. IV. pag. 97. 'prævertit lumen.' Lib. VII. pag. 146. 'ustrina moram non sustinens meliora consilia prævertitur.' Lib. VI. p. 149. 'Fortunæ opportunum latibulum celeritate præversa.' In quibus eadem confusio, ut passim alibi. Vide Brant. et Hotom. ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 33. 'Huic rei prævertendum.' Drakenb. ad Liv. lib. XXIV. 5. 'Fuga prævertерent metum.' *Oud.*

Ementita lassitudine] In D'Orv. Fux. Guelf. et Oxon. est *mentita*, de quo vide ad lib. VIII. pag. 160. In Pith. Edd. item Vicent. Junt. utraque, *se mentita*. Quod facile reciperem, si mox *offundit* e Bert. legas; nisi potius hinc faciendum rursus *scilicet*. Vide ad pag. 61. lib. III. 'pessima s. sorte:' aut *lassitudine se mentita* construendum. Sed et librarii potuerunt rursus offendisse ad participia asyndeta, de quibus dixi ad lib. III. pag. 45. *Ementiri*, sic in Apol. pag. 431. 'paupertatem gloriæ caussa ementiri.' Adi et Pricæum ad lib. V. pag. 97. 'nomen ementientes:' ut leg. Torrentium ad Sueton. Cæs. cap. 66. 'amplificando, ementiendoque.' *Id.*

Effunditur] *Effunditur* est in D'Orv. Par. Edd. Beroaldi, Colin. Bas. Sed rectius restituere Colv. et seqq. *offunditur;* quod dant Flor. Reg. Palat. Guelf. Pith. Edd. pp. Juntinæ, et Aldi. 'Offundi' hic est terræ adfligi, magisque denotat pondus ruentis asini, quam *eff.* Sic 'obfulcire' abiit in *effulc.* Lib. I. p. 10. Infra p. 70. 'ad ostium obfigi:' ubi in aliis *eff.* Passim *ob* Nostro valet *ad* sensu

objiciendi, vel contra ponendi. Lib. II. in f. 'digitis detunsis ob lapides:' et pag. 89. 'ob os corporis inponit.' Sæpe in compositis ea præpositione usi sunt Veteres, quos imitatur passim Auctor noster. Vide Heins. ad Virg. Æn. IX. 632. *Idem.*

Jacensque in mortuum] Colvii emendationem confirmant reliqui, Pithœano excepto, Mss. et jam olim sic bene expressit Ed. Junt. poster. In ceteris Edd. remanet glossa, *in modum mortui.* Vide ad lib. III. p. 50. 'fixus in lapidem.' Auctor de Obitu Mæcenatis vs. 88. Jupiter 'dicitur in nitidum procubuisse bovem.' Sic locus hic e Mss. legendus: sive *specie nitidi tauri.* Idem. *Jacensque in mortuum*] Lactant. IV. 26. 'Jacentia mortuorum corpora erexit.' Philostratus II. 14. Ἐκτείνοντες ἑαυτοὺς ὥσπερ οἱ ἀποθνήσκοντες. Male in quibusdam, *in modum mortui.* Virgilius de equo: 'Quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat:' ubi Servius: 'In plumam: in similitudinem plumæ. Ut, Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum: id est, in antri similitudinem.' *Pric.*

Non fustibus, non stimulis, &c.] Plato Phædone: Ὁ δὲ οὐδὲ κέντρων ἡνιοχικῶν, οὔτε μάστιγος ἐντρέπεται. *Idem.*

Ac ne cauda quidem, &c.] Lib. VII. 'Cum deberet egregius agaso manum porrigere, capistro suspendere, cauda sublevare,' &c. *Idem.*

Mortuo, imo vero lapideo asino] Sic omnibus modis inutilia vocari solent. Martialis de vetula nupturiente: 'Quid surire si velit saxum?' Apud Esaiam enerve Abrahami corpus lapidi assimilatur. De eodem Rom. IV. 19. σῶμα νενεκρωμένον. Sic Philo dixit: τὴν ἄγνοιαν βαθὺ σκότος καὶ πολὺ καταχέουσαν, κωφὸν λίθον τὸ περικαλλέστατον εἶδος ψυχῆς ἐργάζεσθαι· Libello περὶ μέθης. *Idem.*

Poplites totos] Scriptus liber et Venetus, *totas.* Colvius. Sic et D'Orv. Palat. Pith. Fux. Guelf. Oxon. Zabar. et Ed. Vicent. idque Appuleianæ licentiæ adtribuit Ferrarius lib. I. El. 14. Sed tam licentiosus non fuit Appuleius; contra scrupulosissimus erat, affectator quidem antiquitatis et exoletorum verborum, sed nihil scribens sine exemplo. Quod observandum in iis, quæ nunc videtur nove dixisse Auctor, quoniam perierunt tam multa Veterum. *Totas* igitur non admitto, dum ostendatur feminini generis auctoritas, quam non defugio. De 'succisis poplitibus' vide omnino erudita ad Petron. c. 1. 'Succisi poplites membra non sustinent.' *Oud.* *Districto gladio poplites ejus totos amputant*] In pœnam inertiæ. Julianus apud Ammianum Marcellinum l. XXII. 'Quisque agmini cohærens incedat: quod si remanserit uspiam, exectis cruribus relinquetur.' *Pric.*

Ac, &c. per altissimum præceps in vallem proximam, &c. præcipitant] 'Præcipitant truncum, volvuntque per ardua saxa.' Horatius: 'Ut ille Qui male parentem in rupes detrusit asellum Iratus.' Addit Appuleius: 'Etiamnum spirantem.' Polybius lib. I. Κολοβώσαντες καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη ἔτι ζῶντος, ἔῤῥιψαν εἴς τινα τάφρον. *Id.*

Tunc ego miseri commilitonis mei fortunam cogitans, statui jam dolis abjectis, &c.] Philo in de Legatione: Αἱ ἑτέρων τιμωρίαι βελτιοῦσι τοὺς πολλοὺς, φόβῳ τοῦ μὴ λαβεῖν παραπλήσια. 'Dolis abjectis' heic, ut IX. 'consiliis' (id est, *dolis*) 'abjectis.' *Idem.*

Statui jam, &c. asinum me bonæ frugi Dominis exhibere] Apud Plautum Trinummo ille: 'Certum'st ad frugem applicare animum.' Infra de eodem asino isto l. VIII. 'Quin emis bonum et frugi mancipium?' *Idem.*

Quod in proximo nobis esset habenda mansio, et totius viæ finis quieta] Seneca cap. 1. de Tranquill. 'Pecoribus fatigatis velocior domum gradus est.' *Idem.*

Clementi denique transmisso clivulo, &c.] Cato apud Priscianum: 'Quod iter longius arduiusque erat a curis.' Idem apud Servium in Virgilium:

'Quam mollissimum est, adoriuntur.' Quos locos hactenus divulsos jungamus, et hoc modo corrigamus: *Quod iter longius arduiusque erat a clivis, qua mollissimum est adoriuntur.* Qui 'clemens clivulus' Appuleio, est Tacito Annal. XIII. 'collis clementer assurgens.' Ammiano l. XVI. 'collis molliter editus.' Plinio 'clivus sensim fallens, ut eum ascendere non putes, scias ascendisse.' Lib. v. Epist. 6. *Idem.*

Rebus t. dissolutis] Mss. Fux. Bert. e Modii Coll. Pal. Oxon. Reg. D'Orv. cum Edd. omnibus ante Colvium habent *exsolutis.* Quod nequaquam fuerat mutandum. Passim res quævis dicuntur *exsolvi*, composito pro simplici, ut fides, promissum, culpa, æs alienum. Vide Hirt. B. Alex. c. 49. Auson. Grat. Act. p. 709. Tib. IV. 5. ubi vide Broukhus. et Drakenb. ad Liv. lib. II. 32. III. 19. me ad Lucan. lib. II. 262. 'gladioque exsolvere culpam.' Sed et 'nexos exsolvere' Livio Epit. VI. *Oud.*

Vice lavacri, pulveris volutatibus digerebam] *Vite l.* Guelf. Pal. *pluris* D'Orvill. Notis præfixit Pricæus *pulvereis.* Nec male. Tum *voluptatibus* est perperam in Pith. Guelf. sec. Edd. Vett. plerisque: ut solent sæpissime illæ voces confundi. Errat vero Roaldus, cum *volutabris* adscribit Beroaldo. Ea adfert modo ad locum explicandum. Confer eum, uti et Pricæum quoque, item Salmas. ad Solin. p. 336. 'confugiunt ad volutabra.' Heins. in Misc. Observ. vol. v. tom. III. p. 130. in Advers. pag. 706. Burm. ad Sueton. Calig. cap. 43. Plin. lib. x. cap. 4. 'pulverem volutatu colligere.' Hic denuo incipit Guelf. pr. *Idem.* *Vice lavacri*] Arntzen. ad Mamert. Panæg. c. 2. ultimam vocem male omissam esse testatur in Excerptis Codicis penes se. *J. Bosscha.* *Pulvereis volutatibus, &c.*] Pollux I. 11. Λέγοις δ' ἂν περὶ ἵππων, ψηλαφᾷν, καὶ ψήχειν, &c. κυλίσαι, ἀλίσαι, καὶ ἐξαλίσαι. Sic ὡς ὄνος κυλισθεὶς Sophocles apud Apollonii Scholiastem. Vide Suidam in ἐξαλίσας. Vegetius I. 1. 'se transvolvere' dixit. *Pric.* *Pulveris volutaribus*] Volutationibus: jumentis volutatio in pulvere vicem lavacri et balnearum repræsentat, id quod quotidie passim conspicimus. Plinius in XVII. 'Veterina,' inquit, 'a jugo, et canes a cursu volutatio juvat.' Idem in X. 'Solidipedum,' inquit, 'propria est volutatio.' M. Varro tradit, sues in luto volutari: hæc enim illorum requies, ut lavatio hominis: ideoque *volutabra* a Virg. dicta loca, in quibus se apri volutant, cum ait in Georg. 'Sæpe volutabris pulsas sylvestribus apros.' Vetus proverbium est apud Hieronymum, et in decretis canonicis relatum: 'Sus lota est in volutabro luti.' Heraclitus ait, sues cœno, cohortales aves pulvere vel cinere lavari. *Beroald.*

Et speluncæ quam latrones inhabitabant] Confer Heliodori Æthiop. p. 51. et seqq. *Elmenh.* Item Miscell. Observ. v. VI. p. 297. *Oud.*

PAG. 67 *Res ac tempus flagitant*] Flor. *flagitat.* Elmenh. Istum numerum hinc prætulit Elmenh. cum Scriv. et Florido, confirmantque Oxon. Pith. Guelf. pr. et Palat. ac sic citat Cort. ad Sall. B. Catil. cap. 5. 'res ipsa hortari videtur.' Vide et Wass. ad Jug. cap. 19. Cic. II. ad Att. 25. 'Neque eo magis quam ipsa res et tempus poscit.' Terent. Ad. v. 4. 2. 'Quin res, ætas, usus semper aliquid adportet novi.' Liv. I. 24. 'Tempus et locus convenit:' ac millies. Quum igitur utrumque in æquali sit usu, præfero hic singularem. *Oud.* *Res ac tempus ipsum, locorum ac speluncæ illius quam latrones inhabitabant, descriptionem exponere flagitant*] Infra hic lib. IX. 'Res ipsa mihi poscere videtur, ut hujus quoque servitii mei disciplinam exponam.' Sallustius in Catilinario: 'Res ipsa mihi hortari videtur,' &c. et in Jugurthino: 'Res postulare videtur Africæ situm paucis exponere.' Cicero II. 25. ad At-

ticum: 'Te exspecto, &c. neque eo magis, quam ipsa res et tempus poscit.' Appuleius heic imitatus videtur Ælianum, qui ferme simili præfatione Var. XIII. 1. speluncam Atalantæ describit. *Pric.*

Mons horridus, &c.] Guntherus lib. v. 'Prædonum castella jugis horrentia summis, Et vix spectandas summis in rupibus arces.' *Idem.*

Frondibus umbrosus] Florid. I. 'Spelunca frondibus inumbrata.' *Idem.*

Hujus per obliqua devexa, qua saxis asperrimis, et ob id inaccessis cingitur, &c.] Lib. VI. 'Saxum immani magnitudine procerum, et inaccessa salebritate lubricum.' Guntherus lib. IV. de simili factione: 'Rupis inaccessæ sedem statione latenti Servabant.' Ait, 'per obliqua devexa.' Josephus XV. 13. Trachonitarum prædonum latebras describens: Πέτρα τὸ σύμπαν σκληρὰ καὶ δύσοδος, εἰ μὴ τρίβῳ χρῷτό τις ἐξ ὁδηγίας· οὐδὲ γὰρ αὐταὶ κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ πολλὰς ἕλικας ἐξελίττοντο. Adde quæ de Isauriæ latronibus Ammianus XIV. non longe ab initio. *Idem.*

Lacunosæ] Lacunæ sunt fossæ, in quibus collecta aqua stare consuevit, a lacu dictæ, quas alii *lamas* vocant. Horat. 'Viribus uteris per clivos, flumina, lamas.' Cum autem in convallibus crebræ sint hujuscemodi voragines et lacunæ, merito lacunosæ nuncupantur. M. Tullius oppido quam decenter dixit lacunam in auro factam: intelligi volens exinanitionem auri, et quasi voraginem quandam ex furto et rapina: et alibi: 'Ut illam,' inquit, 'lacunam rei familiaris explerent.' *Beroald.*

Quamquam versus repositæ] *Quamquam* scil. erat in sola Ed. Bas. pr. Sed et in Mss. Lips. et Oxon. vitiose. In Lips. *reopsitæ*. Participium verbi *poni* cum compositis passim adhibetur de naturali etiam locorum situ. Sil. l. XIII. 133. 'positos ad mœnia campos.' 'Adpositus mons' Virg. l. III. G. 212. 'adposita urbi regio' Curt. lib. IV. cap. 1. et passim in Septim. de B. Troj. cap. 45. 'Apud peninsulam, quæ anteposita civitati, continenti ejus adjungitur.' Sic Mss. non '*ante positam civitatem*. Hirt. B. Alex. cap. 72. 'circumpositi oppido colles.' Ovid. lib. III. Am. 6. 7. 'Nunc ruis opposito nivibus de monte solutis:' quo loco vide Heins. et Burm. Sic ergo et 'convalles quaquaversus repositæ,' sive in longum et procul jacentes circum circa, ut 'terræ repostæ' Virgilio III. Æn. 364. 'populi reposti' Silio lib. III. 325. *Veprosæ* conjecit Heinsius. Quæ vox exemplo caret.' *Oud.*

Bullis ing. scaturibat] D'Orv. *vullis*. Palat. Fux. Guelf. sec. Oxon. *scaturiebat*. Sed sæpe Auctor utitur ea terminatione quartæ conjugationis antiqua, ut 'abligurribam,' 'insignbar,' 'mollibat,' 'munibant,' 'nutribat,' 'quibat,' 'parturibam,' et alia, de quibus suo loco, quamque hic illic adhibuere aurei quoque seculi scriptores, et passim Gellius, aliique. *Idem. De summo vertice fons affluens bullis ingentibus scaturibat*] Catullus: 'Qualis in aërii pellucens vertice montis, Rivus muscoso prosilit e lapide.' *Pric.*

Perque prona delapsus, &c.] Ibidem: 'Qui cum de prona præceps est valle volutus.' Avienus: 'Et qua præcipiti volvuntur prona meatu Flumina.' Scholiastes vetus Horatii ad Carm. I. 29. 'Proni dicuntur rivi de montibus effluentes:' et ad I. 7. 'Præceps Anio: aut per devexa cadens, aut rapidus.' *Idem.*

Amnibus stagnantibus] Bene *agminibus* receperunt Scriver. et Florid. quod confirmant Pithœan. Florent. Bert. Oxon. D'Orvill. Guelferbitani, in quorum primo glossa est adscripta *congregationibus*. Auson. de claris Urb. XIV. 22. 'Quantus in amne tumor! quanto ruit agmine præceps!' Ammian. Marcell. lib. XV. c. 11. 'Rhodanus proprio agmine ripas occultat.' Avien. descript. Orb. vs. 1158. de

Euphrate: 'protenditur agmine molis.' Plura vide apud elegantissimum P. Burmann. ad Valer. Flacc. lib. IV. 721. 'flumineo sic agmine frangit amari Vim salis.' Salmas. ad Solin. pag. 11. 'Auctusque aquarum accessione:' ubi in Leid. sec. etiam *agminibus*. pag. 12. 'aquarum agmina secum trahens.' pag. 43. 'Nilus tantis agminibus extollitur.' 'Aëris agmen inmensum,' de Deo Socratis pag. 679. 'Agmina et volumina fati' dixit Gell. lib. VI. cap. 2. Sumi autem hic debet pro copia, mole, et multitudine. Alioquin impetui *agminum* non conveniunt seqq. Sed *amnes* in modum *fluminis* dici nequeunt. Solent autem *amnis* et *agmen* in Mss. confundi. Adi Drakenb. ad Liv. lib. XXI. c. 5. *amnibus* servant Reg. Lips. Palat. si fides excerptis. *Oud.* *Ac valles illas agminibus stagnantibus irrigans, &c.*] Virgil. 'Nec quæ Saxosas inter decurrunt flumina valles.' Infra lib. VI. 'Montis ardui verticem, de quo fontis atri fuscæ defluunt undæ, proximæque conceptaculo vallis inclusæ Stygias irrigant paludes,' &c. 'Stagnantia agmina,' quæ campos circumjacentes inundarent. Æneid. III. 'Exupero præpingue solum stagnantis Helori.' Servius: 'Fluvii qui ad imitationem Nili effunditur campis.' Onomast. vetus: 'Stagno, λιμνάζω.' *Pric.*

In m. sopiti maris] *Stipati* exstat in Mss. omnibus, et Edd. Vett. item Colv. Wow. Pric. aliorumque, quod significat, non 'septi' et 'coërciti montibus,' ut exponit Floridus; plane enim contrarium dicit Auctor; sed 'colligati,' 'densati,' 'stricti' seu 'congelati:' quæ participia de æquore vel fluvio glacie adstricto adhibere solent auctores. Alio sensu etiam Solin. cap. 32. 'Stipato jam flumine.' *Sopiti* tamen ediderunt Vulcan. Elmenh. et Scriv. ac conjecerunt quoque Soping. et Pricæus, et Florido placuit, ut est apud Silium lib. XIV. 276. 'nidosque natantes Inmota gestat, sopitis fluctibus, unda.' Anthol. I. pag. 6 lib. 1. Dioscuri θάλασσαν ἀγρίαν ἐκοίμισαν. pag. 113. ὑπνώει δὲ θάλασσα. Vulcan. etiam et Wasse margini adleverunt *strati*, ut apud Virgil. Ecl. VI. 57. 'stratum silet æquor.' Sil. ibid. vs. 274. 'Strato Gaulum spectabile ponto:' et passim apud alios. Si quid mutandum, malim *stupidi*; quod dicitur tum de congelata, tum de stagnante aqua. Val. Flacc. lib. V. 603. 'Rhipæa stupuerunt flumina bruma.' Senec. Herc. Fur. 763. 'stupent ubi undæ, segne torpescit fretum.' Lucanus ait lib. V. 434. 'Æquora lenta jacent, alto torpore ligata:' quod et ad *sopitum* referas. Petron. c. de B. Civ. 190. 'Sed hæc quoque (jussa putares) Stabant, et vincta fluctus stupuere profunda.' Mart. l. IX. Epigr. 100. 'a fonte bibatur, Quæ fluit, an pigro quæ stupet, unda, lacu:' al. *qui* et *cui*. Avien. Or. Marit. 121. 'Sic segnis humor æquoris pigri stupet.' Et sexcenties 'iners,' 'tarda,' 'deses,' 'pigra,' 'otiosa,' et, ut sequitur, 'ignava' describitur fluviorum vel maris aqua. *Oud.* *In modum stipati maris*] Fortasse melius *sopiti maris*. Somnus apud Homerum ad Junonem Iliad. ξ. Ἄλλον μέν κεν ἔγωγε θεῶν αἰειγενετάων Ῥεῖα κατευνήσαιμι, καὶ ἂν ποτάμοιο ῥέεθρα Ὠκεανοῦ, &c. at Jovem nequaquam. *Pric.*

Vel ignavi fluminis] Quum in Ms. reperisset Barthius, ut ait, *val*, lib. XXXIII. Advers. cap. 5. non inepte conjecit: *agm. stagnantibus irrigans in modum stip. maris, vallo ign. fluminis cuncta cohib.* Gell. lib. XII. cap. 13. 'Oceani ambitu terris convallatis.' Manil. lib. I. 151. 'complexis culmina cæli Flammarum vallo.' Nil tamen temere muta. A pluribus simul sæpe comparationes petit Auctor. lib. I. pag. 14. 'lenis fluvius in speciem placidæ paludis ignavus ibat argento vel vitro æmulus in colorem.' *Oud.*

Cuncta cohibebat] Oxon. *cogibebat.*

Per *cuncta* vero intellige non *agmina*, sed antra, et omnia illa descripta latronum loca, quæ undique angebant, sive includebant, et *continebant* hæ aquæ, ut passim de Oceano dicitur. Tib. IV. 1. 147. Serv. ad Virg. IV. G. 364. 'Terræ claustra cohibere' l. XI. pag. 239. Eleganter adhibet hoc verbum Avien. descript. Orb. vs. 1172. 'Invectumque sibi cohibens altrinsecus amnem Stat disclusa palus:' i. e. per mediam paludem eunt amnes ita, ut quasi inter ripas solidas currerent cohibiti, ne evagarentur. De Alpibus perpetua glacie obsitis ait Silius lib. III. 380. 'Cuncta gelu canaque æternum grandine tecta Æquævam glaciem cohibent:' ut leg. puto. *Idem.*

Turris arduo caule firma] *Arduo caule* legas et in Regio, Fux. Sed quomodo turris hæc in arduo colle, cum jam *montana* desierint, et inferius ad *speluncam* descendat, in qua turris erat? Ad hæc *ardua* est in plerisque Mss. et Edd. Vett. item Scriv. nisi quod in D'Orvill. sit *arduo caulo.* Posset *ardua calle* e Bertin. recipi, sive difficillima, et avia fere semita. Nam et *callis* sæpius occurrit in feminino genere, ut docet Drakenb. ad Liv. lib. XXII. 14. 'per æstivos saltus deviasque calles.' Olim etiam in Miscell. Obs. conjeci *caute*, ut lib. VIII. p. 165. 'At non speluncas ferarum, vel cautes incolitis barbarorum.' Quomodo deinceps vidi emendasse quoque N. Heinsium in Adversariis p. 393. Verum nunc adtentius considerans Codd. scripturam, muto sententiam. In Florent. enim est, *ardua caula firmas.* In Pal. *ardua caule firmas.* In Lips. etiam *caulæ.* In Guelf. sec. itidem, *firmas.* In Oxon. *ardua caule firmans.* In Edd. Ber. Junt. pr. Aldi, Colin. Bas. *caula firma*, quod revocavit Floridus. Certum mihi sedet, separatim ponenda, *turris ardua*, ut Ovidio lib. X. Met. 392. 'Erat ardua turris. Arce focus summa.' Dein legendum puto vel in Ablativo, *caula firma sol.* vel, *caula firmæ est sol. cr.* Quo, non vero ad 'turrim,' omnia sequentia clare pertinent. Nam quod vir doctus ad oram Ed. Vicent. dicit, 'caulem' hic poni pro ipso trunco turris, quem vulgo 'fustem' adpellant, probari debuerat. Est enim 'caula' quodvis sepimentum et cancelli. Vide Beroald. et Salmas. ad Vopisci Carin. cap. 1. p. m. 802. Dein malim, *stabulationi.* Caula illa erat commoda ovium stabulationi, ut lib. III. p. 54. 'Tectum his artibus suis commodum:' sive aptum et accommodatum. Lib. II. pag. 29. 'diem peregrinationi commodum.' Lib. V. pag. 90. 'instrumentum cœnatorium refectui suo commodum.' Et sic passim. Nec non alii. Claudian. de Mall. Theod. Cons. vs. 178. 'Nosse soli vires, nemori quæ commoda rupes.' Unde patet, e Mss. in quibus et 4. Leidd. et Edd. Vett. sic legendum de IV. Cons. Honor. 327. 'Quæ campis acies, quæ fraudi commoda vallis:' non *accommoda*, alioquin æque probum. Pro *solidis cratibus* vitiose Edd. pp. Ven. et Bas. pr. *solitis*, quod jam emendavit Beroaldus. *Idem.* *Insurgit speluncæ, &c. turris arduo caule firma*] Saxo Grammaticus lib. VI. 'Nihil ita situ munitum, cui si desit humana opera, simplex nostra tutela sufficiat:' ubi pro *nostra* videtur *Naturæ* scribendum. *Caule* pro *colle* dixit. Virgil. II. Georg. 'Quin et candicibus,' &c. ubi Servius: 'Pro codicibus, sicut caulem pro collem: sauricem pro sorice dicimus:' et ad Georg. III. 'Caurum pro Corum, sicut saurex pro sorex, caulis pro collis.' In vetere Onomast. 'Colliculus, καυλίον.' *Pric.* *Caula firma*] *Caulas* dicunt munimenta ovium, et septa. Virg. 'cum fremit ad caulas ventos perpessus et imbres:' ubi 'caulas,' ut interpretatur Donatus, dixit ambitum ipsum, quo tutæ oves adversus insidias continen-

tur. Græcum nomen est, *e* litera detracta. Nam Græci αὔλας vocant animalium receptacula, quas nostri *caulas;* quod et Servius docet. Quidam *caulas* a cavo dictas autumant; antiquitus enim, ante usum tectorum, oves in antris claudebantur. Sic Lucretius, Caulas corporis et caulas palati, ponit pro, cava et foramina. *Beroald.*

Solitis] Lego *solidis*, hoc est, firmis et robustis. *Idem.*

Exigui tramites] Lege cum Fulvio et Schickerado, *e. ramices.* Elmenh. Idem placuit Florido. Certum est, Auctorem innuere *sepem* foribus prætentam, *vice structi parietis*, a quo ad *fores* verum erat *atrium.* Ex quibus vocibus patet, ipsos aditus artos vel saltuosos non esse intelligendos; ut putabat Pricæus. Num legi potest *termites*, sive rami et virgæ in *ramicum* a Columella descriptorum usum? Vide Fest. et Glossas. Ita passim confunduntur 'carmen,' 'crimen,' 'germen,' 'gramen,' 'ternus,' 'trinus.' In Regio, Fux. non comparet τὸ *exigui.* Oud. *Ante fores exigui tramites*] Male nonnulli *ramices.* Virgilius: 'Tenuis qua semita ducit, Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni.' Interpres vetus Judith. 7. 5. 'Sederunt per loca, quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa.' Josephus ubi supra: Αἱ μὲν εἴσοδοι στεναὶ, καθ' ἕνα παρερχομένων. ubi rectius παρεισερχομένων crediderim. Idem 14. 27. de aliis id genus speluncis: Ἦν δὲ ἐν ὄρεσι τὰ σπήλαια τελέως ἐξεῤῥωγόσι, καὶ κατὰ τὸ μεσαίτατον ἀποκρήμνους τὰς παρόδους ἔχοντα. *Pric.*

Casula cannulis t. contecta] In Pal. *cannis.* In D'Orvill. *contexta*, verissime: uti Pricæus quasi e conjectura emendavit, probavitque N. Heins. ad Ovid. lib. v. Metam. vs. 448. 'textam stramine vidit Forte casam.' Adi notas meas ad Lucan. lib. v. 517. 'Sed sterili junco cannaque intexta palustri:' et ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 17. 'rubisque sentibusque intertextis.' Differentia 'casæ arundine textæ,' et 'stramento tectæ,' quæ simul egregie habent locum, patet ex Livii multis locis. Vide Drakenb. ad lib. xxxv. cap. 27. 'Casas ex arundine textas, fronde texissent.' Adde Vitruv. lib. II. cap. 1. 6. Catullum Carm. XIX. vs. 2. 'Villulamque palustrem tectam vimine, junco varicisque maniplis.' Dubium est, quid præferas in Paulino cap. 12. pag. 477. 'Nigrantesque casas, et tecta mapalia culmo.' Ibi enim in Ms. vetustissimo quoque, *texta.* Sic et 'crates ex tenuibus virgis textæ,' ut leg. in Vitruv. lib. x. c. 21. Vulgo, *textis*, Mss. *texta.* Solin. pag. 12. 'texta cratium.' *Oud.* *Casula cannis temere contecta*] Ita editi omnes, ita Oxon. Ms. legendum tamen *contexta.* Isidorus Orig. xv. 12. 'Casa est agreste habitaculum, palis atque virgultis arundinibusque contextum:' et ibid. cap. 2. 'Tuguria sibi et casas virgultis arundinibusque contexuerunt.' Ovidius Metamorph. VIII. 'Mille domos clausere feræ, tamen una recepit Parva satis, stipulis et canna tecta palustri:' ubi *texta* reponendum non dubito. Idem alibi: 'Texantur reliqua tecta palude tibi:' id est, κατὰ μετωνυμίαν, canna de palude texantur. Idem III. Fastorum: 'Aspice de canna straminibusque domum:' contextam nempe de canna et straminibus: cujusmodi et πλεκτὰς καλύβας Theocritus dixit. 'Temere contexta' inquit Lucius Noster. Ammianus lib. XIV. 'Ratibus temere contextis.' Sic, 'lapides temerario interjectu positi' in de Deo Socratis. *Pric.*

Sorte ducti noctibus excubabant] Virgilius: 'Per muros legio sortita periclum Excubat.' Sidonius VIII. 7. 'Si quid inter excubiales curas, utpote in castris, sortito vacabis:' ad quem locum Savaro consulendus. Noster in de Mundo: 'Custodiam

per vices sortium sustinebant.' *Idem.*

Ibi q. s. direpsissent] In Lips. Coll. est *isti* pro *istic*. Vide ad pag. 72. In Palat. *direpissent*. Oxon. *direxissent*. Probo Pricæanum, quod et in Beroaldi est notis, *dereps.* hic et lib. IX. pag. 207. ' derepit in cistulam:' ubi eadem confusio. Adi Cl. Burm. ad Phædr. lib. II. F. 4. 12. ' Derepit ad cubile setosæ suis.' Quod si Mss. addicerent, cum Grutero restituerem Tib. I. 2. 19. ' furtim molli derepere lecto.' Mss. *decedere*. Vulgo, *descendere*. In Edd. Ber. Colin. Bas. pr. est *irrepsissent*. Oud. *Stipatis artubus direpsissent*] Existimo *derepsissent* legendum. Infra lib. IX. ' Derepit in quandam cistulam.' De fele Phædrus: ' Derepit ad cubile setosæ suis:' hoc et nonnunquam *erepere*. Avienus Perieg. ' In dumosas erepunt denique rupes.' Seneca Epist. 53. ' Dum per aspera erepo.' Suetonius in Tiberio: ' Quod, &c. per aspera et devia erepsisset.' Sic, ' per aspera et dumis hirta erepere,' lib. XXVII. Ammianus: et ' agrum erepere,' Sat. VI. Juvenalis. *Pric.*

Anum q. curvatam gr. senio] Participium ab Ed. Scriverii exsulat, typothetarum, sine dubio, culpa. Ovid. lib. II. Art. 670. ' Jam veniet tacito curva senectà pede.' Ter. Eun. II. 2. 44. de sene: ' incurvus, tremulus, labiis demissis.' Ceterum anus ita fingitur in contubernio latronum ab Xenophonte Ephesio lib. III. pag. 50. *Oud.* *Anum, &c. curvatam g. senio*] Crates: 'Ο χρόνος μ' ἔκαμψε. *Pric.*

Cui salus commissa] In Addendis Pricæus hic legi mallet, *permissa*, quia id Appuleianum magis. De eo dicemus ad lib. VIII. pag. 168. ' cui familiæ tutelam dominus permiserat:' ut illic legendum videbimus. Sed hic omnes Mss. *comm.* servant, ut et lib. VII. pag. 142. ' divitias publica custodela commisere.' *Tot juv. num. c. videbantur* Pith. *Oud.* *Commissa videbitur*] *Commissa* idem hic quod *permissa*, at hoc Appuleianum magis. lib. IX. ' Senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat:' ibidem: ' Suæque Dominæ custodelam omnem permittit:' itaque melius *permissa* legamus. *Pric.*

Etiamne tu? &c.] Legi non male potest, *Tune etiam?* Virgilius, (quem Noster pressim et ubique sectatur,) ' Tune etiam telis moriere Dianæ?' ubi Servius: ' Cum ingenti amaritudine dictum est.' *Idem.*

Busti cadaver] Claudianus de Eutropio: ' Postquam deforme cadaver Mansit, et in rugas totus deflexit aniles.' Infra hic lib. VIII. ' At te cadaver surdum ac mutum,' &c. *Idem.* *Busti cadaver*] Probra latronum sunt congruentia, in vetulam cadaverosam, atque annis obsitam, tanquam polychronia fœmina, annosissima ac busto digna, sit vitæ dedecus, et Plutonis fastidium: cum alioquin Pluto gaudeat manibus defunctorum ad ipsum commigrantibus. *Beroald.*

Vitæ dedecus] Plautus ' capuli decus' dixit. Infra lib. IX. ' Illam universi sexus grande dedecus.' *Pric.*

Et Orci fastidium solum] Id est, quam solum Orcus cum fastidio transit, nec inter mortuos recipere dignatur. In Pseudolo Plautina: ' Eam ob rem Orcus recipere hunc ad se noluit, Ut esset heic qui mortuis cœnam coquat.' *Idem.*

Lusitabis] Sopingius conjecerat *insibilabis*. Ferrario lib. I. Elect. cap. 14. placebat, *esitabis*, vel *mussitabis*. In Mss. Zabar. Pal. Par. Guelf. utroque est, *insitabis*. Sed rectum omnino mihi videtur *lusitabis*, quod frequentativum adhibuit etiam Plautus, id est, nugas ages et ineptias. Vide Beroald. et lib. IX. pag. 180. ' Siccine vacuus et otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi?' Vel, si quid mutandum, posset legi, *inlusitabis*, sive inludes *nobis*, quod præcedit, alioquin pleonastice sumendum. Fa-

vent nonnihil sequentia. Notum est illud Virgilii lib. II. Æn. 64. 'certentque inludere capto:' ubi vide Servium. F. Pithœus conjiciebat *vissicabis*, quod et Salmasius margini adlevit, ut sit frequentativum a *visire* vel *vissire*, flatum ventris emittere, βδεῖν, de quo vide Casaub. ad Sueton. Claud. cap. 32. *Oud.* *Lusitabis*] Ludes, et per desidiam jocaberis. Frequentativum verbum est. Lucianus: ἤροντο τὴν γραῦν, διὰ τί οὕτω καθέζῃ, καὶ οὐ παρασκευάζεις ἄριστον; *Beroald.*

Pag. 68 *De tam sera refectione*] *De* significat *per*, sive per cœnam tam sero nos refecturam, et πληθυντικῶς ponitur. Quod Nostro, ut Afro, (vide Heum. ad Lactant. Sympos. vs. 12.) est frequens. Lib. III. pag. 48. 'de vindicta solatium date.' Lib. VII. pag. 140. 'de verbis eorum dubiis cognosco.' Lib. VIII. p. 158. 'de ipso nomine temerarius.' p. 173. 'pœnas ipse de suis manibus exposcere.' Lib. IX. pag. 182. 'de simulatione solemnium furati:' ut est in nonnullis. p. 206. 'de vastiore nodulo cerebrum diffindere.' Lib. XI. pag. 261. 'de Serapis nocturnis orgiis illustratus:' et ibid. 'teque de isto numero præsume beatum:' ubi vulgo exciderat, ut et alibi: de quo suis locis: de Dogm. Plat. init. 'Isthmia de lucta certaverit.' Immo et optimis sic in usu est hæc præpositio. Adi Ill. Bouhier. ad Pervig. Ven. pag. 181. et me ad Hirt. lib. VIII. B. G. c. 24. 'de incursione accidit.' *Oud.* *Sic nobis otiosa domi residens lusitabis? nec nostris tam magnis tamque periculosis laboribus solatium de tam sera refectione tribues*] Lib. IX. 'Siccine vacuus et otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? nec obito consueto labore vitæ nostræ prospicies, nec aliquid cibatus parabis?' Pro *sera refectione* fuit qui *fera profectione* legebat, conjectura inutili. Calpurnius Ecloga V. 'Ubi declivi jam nona tepescere Sole Incipiet, seræque videbitur hora merendæ:' τὸ *de* etiam qui in *die* mutaverunt, Auctorem corruperunt plane. Supra lib. III. 'Nostræque viduitati ac solitudini de vindicta solatium date.' *Pric.*

Aviditer ingurgitare]. Pal. *avariter*. Recte. Plaut. Curc. Act. I. Sc. 2. 'Hoc vide, ut ingurgitat impura in se merum avariter, faucibus plenis.' *Elmenh.* Ejus fide *avariter* edidit Scriverius. Sed ex illo codice Gruterus excerpserat *aviter*, ut est in Guelf. sec. et in D'Orvill. reperi *animiter*, sive animose. At nusquam id adverbium invenias, nec analogæ est formæ, de qua consule Priscianum lib. XV. col. 1010. *Oud.* *Quæ diebus ac noctibus nihil quidquam rei quam merum sævienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare*] Simonides de voraci uxore: Ἐσθίει μὲν ἐν μύχῳ Πρόνυξ, προῆμαρ. Ælianus Var. II. 2. de Mycerino: Ταῖς ἡμέραις προστιθεὶς τὰς νύκτας, διετέλει ἀγρυπνῶν καὶ πίνων ἅμα. Horatius: 'Nocturno certare mero, certare diurno.' Scholiastes: 'Dies noctesque potare.' Plautus: 'Dies noctesque bibite, pergræcamini.' *Ingurgitare* heic (ut et infra VII.) est 'ingerere.' Glossæ: 'Ingurgito, ἐμφορέομαι.' Bene autem *sævienti ventri*. Juvenalis: 'Dum gula sævit.' *Pric.*

Stridenti vocula anus] Eugraph. ad II. 1. Eunuchi: 'Decrepiti dicuntur senes, siquidem longa senectute vix loqui possunt: et tantummodo fractis vocibus loquuntur, ac sunt quasi quædam crepitacula.' *Idem.*

Sospitatores] Minus bene cum Elmenhorstio Scriverius vocem, nusquam alibi nunc occurrentem, *hospit.* revocavit. Cui non conveniunt epitheta, 'fortissimi fidelissimique;' quales sunt σωτῆρες et *sospitatores*, qui illam protegebant, et de suo alebant. Mirorque eam Beroaldinam lectionem non prius Colvio esse receptam. Certe bene restituit et exemplis firmavit Pricæus, exstatque etiam in Lips. Regio, Fux. Pal. Guelf. D'Orv. et

Oxon. et Edd. Vulc. Merc. Wow. Flor. *Oud.* *Sospitatores*] Ita recte Beroaldus, cum antea *hospitatores* legeretur. Lib. VII. 'Virginis et asini sospitator:' et XI. 'Humani generis perpetua sospitatrix.' Onomast. vetus: 'Sospito, σώζω.' *Pric.* *Hospitatores*] Emendatione unius literæ lego *Sospitatores*: sic enim purior est intellectus. Dicimus autem *Sospitatores*, qui nos sospitant, faciuntque incolumes, quibus vitam acceptam ferimus. *Beroald.*

Affatim cuncta, &c. pulmenta præsto sunt] Ἑτοιμά ἐστι. De qua, et similibus in convivali re loquendi formulis, videantur quæ ad Matth. 22. 4. notavimus. *Pric.*

Calidaque perfusi et oleo peruncti] Prius igitur lavabant, postea ungebantur. Plautus Pœnulo: 'ubi tu laveris, Ibi ut balneator faciat unguentariam.' Deinde fricabantur. Pseudulo: 'Uncti hi sunt senes: fricari sese ex antiquo volunt.' Sed latius ad Florida. *Colv.*

Commodum cubuerant] *Cubuerant* est in Mss. plerisque, *combuerant* Guelferb. sec. Ed. Vicent. *accubuerant* Guelf. pr. Sed 'accumbunt' modo præcessit. Quare puto hic legendum, *conquierant*, ut l. hujus pag. 78. de latronibus quoque: 'Canticis Marti Deo blanditi paullulum conquiescunt.' Lib. v. init. 'dulce conquierat.' Lib. XI. init. et sæpius. *Consederant* forte reposuere, quia infra mentio 'fororum,' in quibus sedetur melius, quam accumbitur. *Oud.*

Quidam longe plures n.] Quod Pric. ex Oxon. et Ed. Vicent. adnotavit, *quidam*, videas quoque in D'Orv. Palat. Pith. et Guelf. utroque, et Edd. omnibus ante Basil. sec. sed perperam, uti idem monuit. Adi ad lib. II. pag. 36. 'introductis quibusdam septem testibus.' *Idem.* *Ecce quidam longe plures numero juvenes, &c.*] Oxon. Ms. et vetus Vicent. Editio: *quidem*: male. lib. II. 'Ecce tres quidam vegetis et vastulis corporibus,' &c. et 9. 'Ecce quidam miles per mediam plateam,' &c. *Pric.*

Vestis sericæ intextæ filis aureis] Ovidius: 'Et pictis intextum vestibus aurum.' *Idem.*

Lavacro refecti] *Refoti* est in Mss. O. præter Guelf. pr. et Edd. ante Bas. sec. quam temere secuti sunt Colv. Vulc. Merc. Wow. Crebro 'refovere' hoc sensu aiunt Noster et alii. Apposite Sueton. Ner. cap. 27. 'Refotus calidis piscinis.' Auson. Mos. vs. 344. 'amne refotos.' Reddendum est hoc verbum Septimio de B. Troj. lib. III. cap. 22. 'Rex ubi in aliquantum refovit spiritum.' Sic enim Ms. Periz. et Ed. Artop. Vulgo, *revolvit*: unde alii emendant, *revocavit*. Oud.

Inter foros sociorum] *Choros* est in D'Orvill. aliisque apud Beroaldum; quod sine dubio profluxit ex consuetudine vocis *torus* scribendi per *th.* quomodo, vel *toros*, exhibent Mss. plerique, nec non Ed. Junt. poster. et dein Vulc. Elm. Scriv. Flor. Verum tamen suas quoque veneres, si non hic majores, habent *fori*, seu sedilia lignea, rudia ac vilissima in comparationem *tororum* tricliniarium. Tales navium sunt *fori*, item talia erant tabulata lignea, ex quibus olim spectabantur ludi; sed adsidebant, non accumbebant. Vide Beroaldum, et Festum ejusque Comment. *Foros* habent Guelferb. Edd. Rom. Vic. Ber. Junt. pr. Col. Merc. Wow. Pric. Sed sequor Mss. plurimos. *Idem.* *Foros*] Sedilia: proprie autem *foros* dicimus in navibus, sedilia nautarum, et tabulata: quo in significatu apud Virg. M. Tullium, Lucanum, cæteros invenitur: alias *fori* significantur circensia spectacula, quorum meminit Livius in primo. Quidam non *foros* legunt, sed *choros*, intra tot cœtus et turbam. *Beroald.*

Estur ac potatur] *Editur* Guelf. pr. Bene revocavit adverbium Elmen-

horstius; quod auctoritate Ms. Lipsiani delerat Colvius, quem de more Vulcan. Merc. Wow. Pric. sequuntur. Reliqui Mss. omnes, quantum sciam, recte agnoscunt, præter Fux. non etiam Guelferbytani, nec D'Orv. *Oud.* *Estur ac potatur*] Plautus Persa: 'Bibitur, estur, quasi in popina, haud secus.' *Pric.*

Acervatim, &c.] Adverbia in *im*, ut apud Terent. 'cautim,' 'paulatim,' 'unciatim,' et in historia Sisennæ apud Agel. lib. XII. cap. 15. 'cursim,' 'properatim,' 'celatim,' 'velitatim,' 'saltuatim.' Apud Nonium Marcell. 'pedetentim,' 'pedepessim,' 'adamussim,' 'centuriatim,' 'fluctuatim,' 'guttatim,' 'alternatim.' Ex quibus et 'pedetentim' legas apud M. Tull. lib. IX. Epist. 14. ad fam. et 'centuriatim' orat. pro L. Flacco. Apud eundem II. de Orat. 'furtim,' 'cursim.' Noster de Deo Socratis: 'singulatim mortales, cunctim tamen universo genere perpetui:' et usurpant passim alii auctores. *Brant.*

Pulmentis, &c. panibus, &c. poculis, &c.] Quæ tria etiam Virgilius junxit: 'Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris Dona laboratæ Cereris, Bacchumque ministrant.' *Pric.*

Clamore ludunt, strepitu cantillant, conviciis jocantur] Lucretius: 'Clamor, singultus, jurgia gliscunt.' *Idem.* *Strepitu cantillant*] 'Crateras magnas statuunt, et vina coronant: Fit strepitus tectis.' *Idem.*

Cætera semiferis Lapithis, Thebanis, Centaurisque similia] Quamvis Lapithæ Thessali habeantur primi equorum domitores, et ex illa domatione 'Centauri' sint conficti, qui adeoque videri possunt et 'Lapithæ' fuisse, sicut et Lapithæ et Centauri ab eodem Thessaliæ monte vocantur 'Pelethronii:' Virg. Georg. lib. III. 115. 'Frena Pelethronii Lapithæ, gyrosque dedere:' Ovid. Met. lib. XII. 452. Lucan. lib. VI. 386. 'Illic semiferos Ixionidas Centauros Feta Pelethroniis nubes effudit in antris;' nihilominus nusquam, quod sciam, a Poëtis et Mythologis Lapithæ adpellantur 'semiferi;' sed semper id epitheton datur Centauris nubigenis, semiferisque, (qui et male vulgo *biferi* apud Manil. lib. IV. 230. sed vide Bentlei.) a quibus diserte distinguunt Lapithas. Hinc facile accederem N. Heinsio et Florido, si vel unus Codex in transpositionem ejus subscriberet: præsertim quum τοῖς Lapithis aliud prædicatum videatur adtribuisse Auctor. Nullus enim dubito, quin *Thebanis* male olim substituerint pro *Thelamibus*, quod est in Edd. Rom. Vicent. aut *Telamibus*, ut in Pithœano, *Tebaris* D'Orvill. vel aliis Mstorum corruptis lectionibus. In Palat. et Guelf. sec. est *Lap. et Thebanis.* Pro Beroaldi *Telamonibus* placeret magis *Titanibus.* Nam Stewechii *Threcibus* nemini placiturum opinor. Accedit propius *infamibus, inmanibus,* quod et Heinsio in mentem venit. Sed non arridet: quare ἐπέχω. Nam et 'semiferi' utrique potuerunt vocari, non ob bifidam naturam, sed asperrimum cultum et ferocissimos mores, ut Alpinæ gentes Silio lib. III. 542. 'Horrida semiferi promunt e rupibus ora.' Arnob. lib. VIII. p. 213. 'Semiferi nos homines, quin imo feri:' et 'semifer Cacus' Æn. VIII. 266. In Par. est *se miseris.* Vel sic tamen τὸ *Thebanis* in mendo cubat. An *Telchinibus?* ut tria hominum genera nominet. De iis vide ad Hesych. et Suidam. An potius *evantibus* i. e. ebriis et bacchantibus. Quod inter cetera succurrit quoque Heinsio. Infra de Deæ Syriæ Sacerdotibus lib. VIII. p. 172. 'Evantes exsiliunt, incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.' Propert. lib. II. 2. 28. 'Egit ut evantes dux Ariadna choros.' Quid ergo, si fuerit, *Lapithis et evantibus semiferisque Centauris?* Nam unde alioquin littera *T?* An pro *Lapithis Thebanis* simpliciter *Læstrygonibus,* aut *Leontinis* est legen-

dum? Sic enim 'Centauros Pelii,' et 'Læstrygonas Leontii,' in simili comparatione junxit Theopompus lib. XLIX. Philipp. Bene procederet oratio, si legeretur, *ac jam cetera sem. Lapithis fiebant ab iis, C. similia.* Nunc id verbum, vel *erant,* aut activum *agebant,* subaudiri debet; nisi adripiamus haud ineptam sane conjecturam Stewechii, *cetera similes:* de quo vide ad lib. x. p. 220. Sed quia præcedunt *ac jam,* vel sic verbum erit subintelligendum. Quod haud Apuleianum videtur. *Oud.* *Ac jam cætera semiferis Lapithis, &c. Centaurisque similia*] Scholiastes ad Horatii I. Car. 18. 'Post ebrietatem Centauri cum Lapithis pugnavere.' Lucianus Lapith. *Καὶ οἱ πλεῖστοι ἐμέθυον ἤδη, καὶ βοῆς μεστὸν ἦν τὸ συμπόσιον.* Chrysostomus Homil. in Herodiad. saltat. *Ὅπου θρύψις, καὶ χλιδὴ, καὶ μέθαι, καὶ κῶμοι, οὐδὲν βέβαιον, ἀλλὰ πάντα σεσαλευμένα καὶ ἀνάστατα. Pric.* *Lapithis.* Lapithæ Pelethronii dicti a loco, qui subjectus est Pelio monti, ab eo quod medicamentorum magna vis ibi nascatur, quæ Græci glossematici *θρόνα* vocant. Pelion autem est eadem lingua luridum. Sed occurrit scopulosus locus, ex quo vix datur enatare: quid sit quod ait *Telamibus.* Quidam emendarunt *Thebanis,* tanquam Lapithas a loco Thebanos nominet. Ego video, si conjectatorie res agenda est, non duriter nimis legi posse *Telamonibus:* ut comparatio sit triplex, Lapitharum scilicet, Telamonum et Centaurorum. 'Telamones' autem dicuntur Gigantes, ab Atlante: de quo Ovid. 'Quantus erat mons factus Atlas.' Hunc Latini 'Telamonem' vocant, Servius docet in quarto Æneidos commentario: hinc in ædificiis 'telamones' appellant signa, quæ virili figura mutulos aut coronas sustinent. Vitruvius existimat rationem ex historiis non inveniri, quid aut quare dicantur tales statuæ 'Telamones.' Demiror virum eruditissimum id nescisse, quod Grammatici non ignoraverunt. Græci hos 'Atlantes' vocant, ex eo quod Atlas mundum sustinere deformatur a pictoribus et statuariis. Atlas autem et Telamon idem est. Super hoc loco diu me torsi, nec adhuc melius quippiam inveni: debebo his qui ingenii bonitate veriora excogitaverint, communicaverintque. Dicant quod Origenes et Augustinus ingenue fatentur: ignorantiam nostram non ignoramus: nec pudet me fateri nescire, quod nesciam; elaborataque non abscondimus, sed in propatulum depromimus: longe ab illis dissentientes, qui pauca aliqua novere, et ea recondunt in secretario, perinde ac arcana mysteria, videlicet invidentes bona mortalibus: quibus, ut inquit Plin. noster, neminem docere in auctoritatem scientiæ est. *Beroald.*

Ceteros anteibat] *Anteibat* profectum demum est ab Ed. Bas. sec. nec comparet, nisi illic, et in Edd. Colv. Lugd. Paris. In reliquis Mss. et Editis est, *ceteros ante,* vel *antistabat:* nisi quod videatur in Flor. Cod. scribi, ut a Vulcanio editum est, *ceteris* in Dativo, uti citat Gebhardus ad Nepot. Arist. c. I. 'Antistaret eloquentiæ.' Vide Vossium et Vulp. ad Catull. c. 8. 'Antistans milibus trecentis.' Sed et cum Accusativo composuit Q. Metellus apud Gellium lib. XII. cap. 9. 'Me unum antistatis.' Atque ita Mela, Avienus, Ausonius, pluresque construxerunt, quos jam congessit Savaro ad Sidon. Apollin. lib. VII. Ep. 14. Mart. Cap. lib. IX. p. 307. 'O vere antistans numina magna Deum.' At infra pag. 73. 'animi robore ceteris antistaret:' in Ms. tamen Oxon. *ceteros.* Lib. VIII. p. 153. 'ceteris omnibus id genus viris antistaret.' Lib. XI. p. 260. 'Erogationes urbicæ pristinis illis provincialibus antistabant.' *Oud.* *Qui robore cœteris antestabat*] Gellius IX. 13. 'Viribus et magnitudine, et adoles-

centia, simulque virtute cæteris antestabat.' *Pric.*

Tantæ Fortunæ copiam] *Tantæ* servant Guelferb. si fides excerptis. Perinde est. Vide ad pag. 69. 'Fortunam popularem.' Sed *tantam* præfero cum Mss. ceteris et Edd. præterquam Vulc. Merc. Wow. In Par. est *fortitudinis.* In Guelf. pr. *fortitudine.* Oud. *Præter tantæ fortunæ copiam*] Sic infra hic, 'fortunam popularium inquirebamus:' quæ ἐνικῶς solens, id est, insolenter dixit. Glossæ: 'Fortunæ, ὑπάρχοντα.' Et, 'Ὑπάρχοντα, Bona, fortunæ.' *Pric.*

Nostra virtute] Bert. *n. vi virtute.* Elmenh. Qui sic cum Florido edidit. Pricæus malebat, *vi et virtute,* nec non Wasseus, adscripto Plauti loco Amphit. I. 1. 36. 'sed vi et virtute militum expugnatum est oppidum.' Plura vide apud Drak. ad Liv. lib. XXVI. 39. 'non vi aut virtute, sed proditione ac furto.' Præstat hic *vi* pro glossa haberi τοῦ *virtutis,* adscripta ab eo, qui *virtutem* nolebat adscribi latronibus, suo tamen more sic gloriantibus. In Palat. *vestra.* Oxon. *napti.* Oud. *Quam nostra virtute nacti sumus*] Non, Deorum auxilio, et virtute nostra: ut solebant justis præliis vincentes loqui: sed, vi nostrarum manuum, vigore fortitudinis nostræ. Loqui hoc modo autem latrones ἠθικώτατα facit: 'Dextra etenim his Deus, et telum quod missile librant.' Rectius porro, me Judice, *nostra vi et virtute* legas. Gellius XVII. 2. 'Is et genere, et vi, et virtute bellica concedebat nemini.' Et XV. 21. 'Præstantissimos virtute, prudentia, viribus.' Adde ejusdem IX. 13. locum paulo supra citatum. Quin et lectio a nobis excogitata, in Ms. Bertin. erat. *Pric.*

PAG. 69 *Lamacho diminuti*] In D'Orv. *Lamatheo,* Par. *Lamatho,* ut editum est ante Vulcanium, qui optime *Lamacho* expressit; nomen a re, Nostri eleganti more. Vide Pricæum et me ad lib. II. pag. 30. Vere etiam in D'Orvill. et Guelf. ambobus est *deminuti.* Vide ad lib. II. p. 35. *Oud. Duce vestro fortissimo Lamacho, &c.*] Nomen (ut plura in hoc scripto alia) instituto vitæ adaptatum. Hesychius: Λάμαχος, ἄμαχος, ἀκαταγώνιστος. *Pric.*

S. illum q. utcumque nimia v. s. p.] Prave Pricæus in sua ἐκδόσει secutus est Wowerii judicium, *virum* substituentis τῷ *utcumque* (vitiose in Edd. Ber. Bas. pr. *utrumque*) contra reliquos Codd. et stylum Appuleii p. 72. 'totis utcumque patrimonii viribus.' p.76. 'utcumque cunctis.' Lib. VI. p. 130. 'utcumque mors erat decreta.' p. 151. 'atque utcumque se præsumit innocentem.' Quod itidem male mutat vir doctiss. Lib. VIII. p. 175. 'Et utcumque metuens:' ubi etiam vide. Lib. X. p. 211. 'Utcumque debitum sistens obsequium:' et sæpissime. Apposite Septim. de B. Troj. lib. V. c. 2. 'Et eos quidem, quos in bello fortuna eripuit, utcumque jam sepelivimus:' ex quo simul patet, *quidem* hic male desiderari in D'Orvill. *Oud. Sed illum quidem nimia virtus sua peremit*] Sallustius Catil. 'Atque ille egregius adolescens immoderatæ fortitudinis pœnas morti dedit.' Juvenalis: 'Torrens dicendi copia multis, Et sua mortifera est facundia: viribus ille Confisus periit, admirandisque lacertis.' *Pric.*

Enim vos] In Bertin. *vos vero.* Elmenhorst. et Scriver. tacite reposuere vetustarum Edd. scripturam, *enim vero vos:* ut sæpius quidem loquitur Appuleius. Vide ad lib. V. p. 89. 'Enim vero pavimenta.' Sed Lipsiano Cod. suffragantur hic Flor. Pith. Pal. Guelf. Reg. Oxon. D'Orvill. ut cum Colvio bene dederunt Vulc. Merc. Wow. Pric. Flor. ut passim amat Plautus. Sic in Mil. II. 5. 19. 'Quid metuis? Sc. enim ne nos perdiderimus uspiam.' cumque illo Noster, ut docet Colvius: licet hic

illic vulgo corruptum sit. pag. 85. 'Enim duæ majores sorores.' Lib. v. p. 116. 'Videris enim mihi:' ubi etiam vide. Lib. x. p. 224. Flor. N. 18. 'Enim Geometriæ repertor.' De Deo Socratis p. 694. 'Enim Socrates.' Et illic contra Mss. optimos *Enimvero*. Nec secus apud alios. Vide Gifan. Ind. Lucret. Voss. de Anal. lib. IV. cap. 26. me ad Cæs. lib. I. B. Civ. cap. 21. Burm. in Misc. Obs. vol. V. p. 10. Sic e Mss. Salm. et meis 5. leg. apud Solin. c. 38. 'Enim quoquo vorsum mari alluitur.' Dein *boni* Fux. *bene* Guelf. pr. *Oud*. *Enim vos, &c.*] Ita et recte Oxon. Ms. vide Colvii notas. *Pric.*

Timidule] Vulgo, *timidicule*. Elmenh. Miror istud *timidicule* contra analogam formationem, tam diu potuisse tolerari a viris doctis. Sola enim Ed. Junt. post. ante Elmenhorstium recte expressit *timidule*, ut debet, cum Florentinis, Regio, D'Orvill. Pal. Fux. Oxon. Guelf. sec. aliisque. Pith. *timididē*: unde vir doctus conjiciebat *indidem*. Oud.

Per balneas] Loquitur de furibus balneariis, quos Tertullianus vocat 'lavantium prædones.' *Elmenh.* Vide Ber. Pric. et lib. IX. p. 191. 'qui de balneis soleas furatus es.' *Oud.* *Inter furta parva atque servilia timidicule per balneas, &c. reptantes, &c.*] Apud Senecam Clytæmnestra: 'Quid timida loqueris furta?' contra in Ejusdem Hippolito: 'Non in recessu furta, et obscuro improbus Quærit cubili.' Et nota, 'parva furta.' Juvenalis: 'Exiguæ furtis imbutus ofellæ.' Nec temere eadem 'servilia,' de balneis loquens vocavit. Horatius: 'Sub noctem qui puer uvam Furtiva mutat strigili:' ubi vetus Scholiastes: 'Puer, servus qui strigilem furatur.' *Pric.* *Per balneas*] Fures balneares furta nequaquam luculenta pretiosaque conficiunt, sed furtim rituque servili vestimenta et id genus vilia subducunt. In Trinummo Plautinus servus sibi in thermopolio condylium fuisse ereptum a furibus graphicis conqueritur: ubi 'thermopolium' significatur taberna sive caupona, ubi cibaria calida veneunt: 'condylium' vero annulus est, quem et 'condylum' et 'symbolum' et 'ungulum' prisci vocitabant. Scribunt jurisconsulti, præfectum vigilum judicem esse constitutum adversus capsarios, qui servanda in balneis mercede vestimenta suscipiunt: ut si quid in servandis vestimentis fraudulenter amiserint, ipse cognoscat. Apud eosdem titulus est de furibus balneariis, ubi scribit Ulpianus, fures balnearios extra ordinem esse puniendos. Miles quoque, qui in furto balneario deprensus est, ignominia mitti debet. Locus in balneis ubi loturi exuebant vestimenta dicitur 'apodyterion:' quod Latine 'spoliarium' interpretantur: cujus meminit M. Varro in II. de Re Rustica: et Plin. in Epistolis ait: 'Inde apodyterion balnei laxum et hilare excipit cella frigidaria.' *Reptantes* autem dixit, quasi furtim ac latenter irrepentes: quod latrunculorum est. *Beroald.*

Scrutariam facitis] Oxon. a m. pr. *scortariam*, Pal. Guelferb. *scruptariam*. Bene hæc explicat Beroaldus, et luculentius J. D. Casell. lib. I. V. L. cap. 11. J. Parrhas. ad Claud. p. 56. Metaphora est desumta ab iis, qui 'scrutarium' quæstum exercent. Non enim ipsi intelliguntur 'scrutarii,' (de quibus vide Lucilium apud Gell. lib. III. c. 14.) ut male cepit Dousa ad Plaut. lib. IV. c. 4. Significat ergo convasatis et furamini vasa vilia. *Oud.* *Scrutariam facitis*] Id est, more furunculorum minuta quæque et vilia furtim angulatimque perquiritis: cum egregius latro non tam scrutari latenter soleat, quam diripere violenter. Veteres 'scruto' dicebant, nos 'scrutor,' quod est inquirere et vestigare etiam minutissima. Plautus

in Aulularia: 'Postremo hunc jam perscrutari.' Hinc 'scrutaria' dicta, ipsa scrutatio vestigatioque: ut 'sagaria,' ut 'cænacularia,' ut 'lintearia,' et alia compluscula eodem inclinatu formata. *Beroald.* *Scrutariam facitis*] Dum strigiles, soleas, et id genus quisquilias, e balneis, cellulis, et conclavibus surripitis. Lucilius: 'Scrutarîu' laûdat Præfractam strigilem, soleam improbu' dimidiatam.' *Pric.*

Numerosa familia] In de Deo Socratis: 'Familias numerosissimas comparant.' Infra lib. v. 'familiam populosam' dixit. *Idem.*

Quisque magis suæ saluti, &c.] Pind. Neme. Od. I. Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πάνθ' ὁμῶς· εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον. *Elmenh.* *Tamen quisque magis suæ saluti, &c. consulat, &c.*] Lib. IX. 'Ad istum modum saluti quisque suæ consulebat:' et VI. 'Quin igitur, &c. tuæ saluti dum licet consulis?' De loci sententia dicemus ad lib. VII. *Pric.*

Fortunam parvam, &c. protegunt acrius] Theophylactus ad Luc. 18. Ὁ πένης πρὸς τὴν μίαν οἰκίαν, καὶ πρὸς τὸν ἕνα ἀγρὸν δριμύτερον διάκειται. id est, 'acrius protegit.' *Idem.*

Et sanguinis sui periculo muniunt] Hieronymus ad Rusticum: 'Et servent cum animæ discrimine quæ multis periculis quæsierunt.' Et nota heic vocem *sanguinis.* Donatus ad I. 1. Phorm. 'Damnum, plaga, res, sanguis noster dicitur.' In veteri senario: Ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς. Pollux II. 23. de avaro: Θᾶττον ἂν τοῦ αἵματος ἢ χρημάτων μεταδοίη. *Idem.*

Res denique ipsa sermoni meo fidem dabit] Lucretius v. 'Dictis dabit ipsa fidem res.' Gellius XVII. 10. 'Res ipsa verum indicium facit.' *Idem.*

Vix enim T. H. accessimus: quod est h. d. pr. studium. Sed dum sedulo, &c.] In Mss. O. et Edd. Vett. exhibetur, ut supra vides. Quasi primarium disciplinæ esset studium, Thebas accedere. Ineptissime sane! Hinc viri eruditi variis modis tentarunt hunc locum; et Gruterus quidem *sectim* sive divisim ac dispersim legendo ea verba, *quod est, &c.* ad sequens comma retulit. Verum vox *sectim* nimis longe petita est, ac dura sane. Brantianæ conjecturæ, qua *nox* sive *nocte* ad urbem accedere dicitur primarium latronum studium, non favet locus infra: ibi enim non agitur de ingressione in urbem, sed accessione ad ipsam spoliandam domum, ut in fine lib. III. et mox hac in re, 'noctis initio foribus ejus præstolamur.' Quare si durius etiam *nox* pro *noctu* legas, necessario debes in sequentibus subintelligere *die.* Nam noctu fortunas popularium interrogationibus aliisve modis inquirere non poterant. Neque verosimile, eos totum diem ibi manere voluisse. *Sed dum* delebat Salmas. et alius vir doctus, ut natum ex τῷ *studium.* Wower. et Pric. edidere: *vix en. Th. H. accessimus, et quod e. h. d. pr. studium: dum, &c. denique nos non l.* quasi jungenda sint, *vix accessimus, et denique nos non l.* Cum in Mss. et Edd. sit, *nec nos den.* Groslotius legit: *accessimus. Sed dum s. f. inq. p.* (*quod est, &c. studium*) *nec nos.* Freinshem. ad Flor. lib. III. 4. 6. legit: *vix en. T. H. accessimus; quum q. e. h. d. pr. studium*) *sedulo f. in. populares. Nec nos d.* ejiciens nempe *sed:* atque ita fere Ferrarius lib. I. El. c. 15. *Vix en. T. H. accessimus, dum sedulo,* (*q. e. h. d. pr. studium,*) *f. i. populares, nos denique non.* Sed constat, *nec nos d.* incipere novam periodum et verba, *quod est, &c. studium,* non esse prolata a latrone ad socios suos, qui id satis sciebant, sed per parenthesin inserta ex judicio et sententia Appuleii. Quare amplexus partim Freinshemii transpositionem, lego: *Vix en. T. H. accessimus; quum* (*quod est h. d. primarium studium scilicet*) *sed, &c.* Quam

sæpe illa vocula *scilicet* a Nostro sit usurpata, sed et varie corrupta, vidimus ad lib. III. p. 61. 'pessima scilicet sorte.' Vocula *vix* sic a Nostro ponitur in temporis denotatione, ut sequatur temporis index particula, etiam præcedente *et*, ut *illico*, *statim jam*, *&c.* Adi ad lib. III. p. 60. 'vix me præsepio videre proximantem, jam furentes,' &c. Et ita *jam* ponitur apud Statium lib. I. Silv. c. 6. vs. 9. 'Vix Aurora novos movebat ortus, Jam bellaria a Borea fluebant, Hunc rorem veniens profudit Eurus.' i. e. simul cum Aurora orti sunt venti, e machinis sc. qui magis dissiparunt missilia. De *Borea* dissyllabo jam dixi ad Sueton. Male hæc ceperunt viri doctissimi, et pessime Marklandus, mutans in *Eos*, et intelligens de ipsa Aurora. Eleganter ortui diei jungit surgentes ventos, quod verum esse docet natura: unde patet, recte me explicuisse locum Lucani lib. V. 456. 'Sed, nocte fugata, Læsum nube diem jubar extulit:' sive *dies:* nam eodem utrumque redit. Ibi vide plura, et adde Stat. lib. IV. Theb. 96. 'Verni blanda ad spiramina Solis.' Propert. lib. I. 16. 22. 'Eoo me dolet aura gelu.' Prudent. Cathem. H. I. 22. 'Ut cum coruscis flatibus Aurora cœlum sparserit.' Lactant. Carm. de Phœn. vs. 44. 'Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portæ, Et primi emicuit luminis aura levis.' *Venire* vero passim de ventis et auris exorientibus occurrit. Ovid. lib. IX. Met. 477. 'venientesque excipit auras.' Lucan. lib. III. 596. 'Semper venturis componere carbasa ventis.' Calpurn. Ecl. IV. 53. 'Nam tibi non solum venturos noscere nimbos Agricolæ, qualemve ferat Sol aureus ortum, Adtribuere Dei.' Sæpe, 'aura venit mollior,' &c. Vide omnino Heins. et Burm. ad Ovid. Ep. III. Her. 44. Sed ut ad Appuleium revertar, simili parenthesi profert Auctor judicium rei post eam memoratæ in Flor. N. 16. 'Cumque jam in tertio actu (quod genus in Comœdia fieri amat) jucundiores adfectus moveret.' 'Genus' scilicet 'adfectuum.' *Oud.*

Thebas Heptapylos] Homerus Od. II. vs. 262. Pausan. lib. IX. pag. 550. et 555. Juven. Sat. XV. vs. 6. *Elmenh.* *Vix enim Thebas, &c.*] Locus turbatior paulo, at mens aperta est. Pro tempore ad hunc modum reponere tentabam: *Vix enim Thebas Heptapylos accessimus, sed dum (quod est huic disciplinæ primarium studium) sedulo fortunam inquirebamus popularium, nec* (id est, *non*) *nos denique latuit Chryseros quidam, &c.* 'Inquirere in alicujus fortunas' dixit et Seneca I. de Beneficiis. Similis autem Appuleii loco est hic Petronii, de simili tenebrionum collegio: 'Haud procul, &c. civitatem cernimus: nec quod esset sciebamus errantes, donec a villico quodam Crotona esse cognovimus, &c. Quum deinde exploraremus qui homines nobile solum inhabitarent,' &c. id est, qui cæteros opibus et facultatibus anteirent: nimirum ut his præ cæteris insidias tenderent. *Pric.*

Fortunam popularem] Vulgaris ante Elmenhorstium lectio, quam et Pricæi habet Editio, satis defendi potest; ut *Fortuna* ἑνικῶς sumatur pro fortunis et opibus, ut in Apolog. 'amplissima fortuna.' Supra: 'Fortunam parvam protegunt,' et pag. 68. 'tantam fortunæ copiam:' ubi male Pricæus ita insolenter esse dictum scribit. Nam optimi ita loquuntur. Suet. Cæs. c. 65. 'Militem neque a moribus neque fortuna probabat.' Auctor ad Herenn. lib. IV. cap. 41. 'fortuna familiaris rei attenuatissima:' ubi tamen in Voss. 2. aliisque, *fortunæ familiares att.* Sed adi Cel. Burmannum ad Phædri lib. IV. F. 4. 'totam ut fortunam tribus Æqualiter distribuat.' At tamen sequendi sunt Mss. Nam Zabar. Flor. Palat. Bert. Oxon. Par. Guelf. uterque, Reg.

In Palat. Guelf. utroque, Bert. ac Zabarellæ legitur *præstolatis* passive; quod placuit Ferrario lib. I. Elect. cap. 14. non mihi. Quid enim significarent 'fores præstolatæ,' me nescire fateor. Adhæc pendet sententia; nec enim hæc apte τοῖς *tunc itaque* jungi possunt. In Regio, Fux. etiam, et D'Orvill. est *postulatis*. In Pith. *lanitus*. In Oxon. *pessalatis:* unde conjici posset *pessulatis:* ut sensus sit: Postquam initio noctis fores ejus pessulo clausæ erant, &c. tunc itaque; et *cum* sit præpositio, majore distinctione post *nec mora* posita. Vide ad Hirt. B. Afric. cap. 62. 'cum primo mane Leptim vectus.' Verum nusquam Auctor, neque alius quisquam utitur simplici *pessulare*, sed *obpessulare*. Adhæc vel sic durius conjungentur hæc post multa intermedia sequentibus, *tunc itaque, &c.* Præterea *nec mora, cum*, sequente verbo indicativo, est frequens Appuleio. p. 76. 'Nec mora, cum numerosæ familiæ frequentia domus tota completur.' pag. 79. 'Nec mora, cum latrones remeant.' Lib. v. p. 91. 'Nec mora, cum paullo maturius lectum maritus accumbens sic expostulat.' Lib. VI. pag. 121. 'Nec mora, cum ad flumen venies:' pag. 125. 'Nec mora, cum nuptialis cœna exhibetur:' ubi et vide. Lib. XI. p. 243. 'Nec mora, cum somno absolutus exsurgo:' et paullo post: 'Nec mora, cum, noctis fugato nubilo, Sol exsurgit.' Item, *præstolari* pro *præsto adesse*, cum Dativo sæpius dixit: lib. v. p. 90. 'statim voces cubiculo præstolatæ.' Lib. X. p. 225. 'dudum præstolantem cubiculo meo matronam obfendi.' Quia tamen vestigiis omnium Mss. insistendum videtur, legendum conjicio, *præstolati s.* i. e. *sumus*. Oud.

Nec sublevare, neque dim.] Vulgati, *neque sublevare*. Colv. Abest hic *nec* a Palat. *nec subl.* ad Oxon. et Guelf. pr. *neque s.* Reg. Fux. D'Orv. et Edd. ante Colv. An elegantius *nec*, *neque* varietur, an repetatur idem bis, vide Græv. et Cort. ad Cic. l. X. ad F. Ep. 11. me ad Lucan. I. 350. X. 38. *Oud.*

Nec perfringere quidem] Deest τὸ *nec* in D'Orv. At Regius, Fux. Guelferbytani præbent *ne*. Bene, ut vidimus supra ad l. II. p. 35. passim scribi, etiam seq. vocali, 'ne obliquanda quidem:' licet vix ullus sit locus, quo non varient Mss. Vide Burm. ad Virg. Georg. I. 126. 390. Et hic præsertim, tum varietatis gratia, tum quod præcedat *ac:* unde fit, ut *nec* vim habere hic nequeat τῶν *et ne*, ut alibi, et lib. VIII. p. 170. 'non mordacem, nec calcitronem quidem:' de quo adi ad Suet. Tib. cap. 37. 'Nec per eos quidem.' Sed tamen p. 71. 'Cumque jam cuncta emolitus nec toro quidem aniculæ parcere vellet.' Lib. VI. p. 113. 'cui nec Dearum quidem potuerunt prodesse suffragia.' p. 123. 'nec tantillum quidem.' Sed et ibi melius *ne* in Ms. Lib. IX. p. 207. 'ac diebus plusculis nec vidisse quidem illum hortulanum contendit.' Solin. cap. 27. p. 36. 'vis tamen nec defuncto quidem deest.' Sic Mss. O. præter Leid. sec. a m. pr. in quo recte *ne*. Eidem tamen cap. 30. pag. 40. 'nec elephanti quidem.' Sic Mss. et Edd. O. præter Salm. Perperam ab optimo Mediceo recedit Cortius ad Plin. lib. VII. Ep. 27. in f. Ceterum non percepit Auctoris mentem Heinsius, qui pro *videbatur*, seu placebat, conjecit *vitabatur*. Nolebant vim sonum facturam adhibere. *Idem.*

PAG. 70 *Qua clavi immittendæ*] In Regio, Fux. perperam *quam*. *Clavis* Pith. Sed in Mss. reliquis *clavi*, ut debent. Universi tamen ante Colvium edidere *clavis inmitt.* non *emitt.* ut negligenter scripsit Elmenh. Claves autem eas oportet fuisse maximas, quibus januæ inmittendis tantum erat foramen, ut ei manus tota potuerit inseri. Hinc eas gerebant quoque servi clavigeri seu κλειδοῦχοι,

etiam humeris; unde κατωμάδια κλεῖς Callimacho H. in Cer. vs. 45. Vide Pignor. de Servis p. m. 214. Huet. Demonstr. Evang. c. 105. Salmas. ad Solin. p. 650. *Idem.* *Qua clavi immittendæ foramen patebat, sensim immissa manu, &c.*] Cantic. v. 4. Ἀπέστειλεν χεῖρα αὐτοῦ διὰ τῆς ὀπῆς. Seneca in Controversiis: 'Effregit domum manu suspensa.' Lucianus in Meretric. Dialog. Ἐπάρας ἠρέμα τὴν θύραν, παραγαγὼν τὸν στροφέα, παρῆλθον ἀψοφητί. *Pric.*

Claustrum evellere gestiebat] Lib. III. 'Claustrisque omnibus violenter evulsis,' &c. *Idem.*

Omnium bipedum nequissimus] Plinius I. Epist. 5. 'Regulus, omnium bipedum nequissimus.' Alexander Severus de Caracalla apud Spartianum: 'Ille omnium non solum bipedum, sed etiam quadrupedum nequissimus.' *Idem.*

Vigilans, et singula rerum sentiens] Quintilianus II. Declam. 'Parvulis noctium turbamur offensis: excitant nos exigui plerumque motus: vox incerta, longinqua, et aliquando ipsum silentium.' *Idem.*

Obnixum silentium tolerans] Infra hoc libro, 'Premens obnixum silentium.' *Idem.*

Officit] D'Orv. *effigit.* Par. Guelf. pr. *officit.* Bas. pr. Ed. *affigit.* Male. Vide Beroald. Vet. Inscr. apud Grut. p. 207. 'Simas pictas ferro obfigito.' Plaut. Most. II. 1. 13. 'Sed ea lege, ut obfigantur bis pedes, bis brachia:' ut Paræus et Taubm. e Mss. et Vett. Edd. edunt, et agnoscit Horrion ad Liv. lib. XXXIII. 5. 'densos obfigunt implicantque ramos:' et alibi. Vide et supra ad lib. IV. p. 66. 'terræ obfunditur.' *Oud.* *Offigit*] Affigit, connectitque. *Ob* enim pro *ad* in frequenti usu est eruditorum. Unde 'oboritur,' pro, adnascitur: et 'ob os,' pro, ad os: et 'obmoveto,' pro, admoveto dicebatur. 'Omnes occisi occensique' dixit Ennius pro accensi. *Beroald.*

Exitiabili nexu] Reg. Fux. Guelf. pr. *exitiali*, solita perturbatione. Vide ad lib. I. pag. 1. 'ærumnabili labore.' Lib. II. p. 34. 'ad exitiabiles viventium fortunas.' pag. 35. 'exitiabilis operæ merces.' Lib. V. p. 91. 'exitiabile tibi periculum minatur Fortuna:' ubi D'Orv. *exitiale.* Lib. VI. p. 120. 127. 'memor exitiabilis propositi latronum.' Lib. X. p. 217. 'exitiabilem mercatus potionem.' Et sic aliquoties Livio: cujus Mss. etiam variant. Vide ad lib. XXVII. cap. 22. 'exitiabilis prodigiorum eventus.' *Oud.* *Exitiabili nexu patibulatum*] Seneca VI. 17. Lactantii: 'Sive flamma ore recipienda est, sive extendenda per patibulum manus.' Hesychius: Προσήλωσαν, προσέπηξαν, &c. *Pric.*

Patibulatum] Sic recte Scaliger. Mss. et vulgati legunt, *patibulum.* Elmenh. Vulcanius ita jam ediderat, ut apud Plaut. Most. I. 1. 'forabunt patibulatum:' et secutus est Pricæus. Sed recte notat Floridus a Lipsio l. I. El. c. 18. servari *patibulum*, quod constanter exhibent Mss. et Edd. Vett. cum Scriverio, quasi a nominativo *patibulus*, sive ita adfixus, ut in patibulo, ex Plauti Carbon. apud Nonium: 'Patibulus ferar per urbem.' Quapropter id retinui quoque. *Oud.*

Atque inde c. v. c. rogansque vic.] Acute vir doctus ad marginem Ed. Junt. post. conjecit, *aquamque:* quia ardere domum mentiebatur. Propert. IV. 8. 58. 'Territa vicinas Teia clamat aquas.' Vide et ad lib. III. p. 44. Minus necessarie putat Pricæus rescribendum *corrogans*, tam hic, quam lib. VIII. p. 174. 'Vicinos undique percientes.' *Idem.* *Gurgustioli sui tectum ascendit, contentissima voce clamitans, rogansque vicinos*] Lucianus veræ Histor. II. Αὐτὸς δὲ ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ στέγος, ἐβόων τε, καὶ τοὺς ἑταίρους συνεκάλουν. Quintilianus jam citato loco: 'Prima vigilantium præsidia sunt clamores.' Infra lib. VII. 'Procurrens in cubiculum, clamori-

bus inquietis cuncta miscuit, &c. omnem viciniam suppetiatum convocans:' quod in lib. I. Cod. Theod. de Rapt. Virg. &c.' 'vicinorum opem clamoribus quærere.' In Appuleii qui præ manibus loco *corrogansque vicinos* scripserim. Glossæ: 'Συμπαρακαλῶ· corrogo:' sic infra heic lib. IX. 'amicos corrogare.' Lib. VI. 'Formicarum accolarum classem corrogare:' et ibidem, 'benevolam misericordiam corrogare.' *Pric.* *Contentissima vocè clamitans*] Florid. I. de præcone: 'Contentissima voce clamitat.' *Idem.*

Et salutis communis admonens] Lucretius: 'Communi deesse saluti.' Supra heic lib. III. 'Salute communi protecta.' *Idem.*

Regansque vicinos, &c. diffamat incendio repentino domum suam possideri] Seneca I. 25. de Clement. 'Sub uno aliquo tecto flamma apparuit? familia vicinique aquam ingerunt.' *Idem.*

Unusquisque proximi confinii per. territus] Hor. lib. I. Ep. 18. 'Ad te post paulo ventura pericula sentis: Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.' *Elmenh.* *Decurrunt*] Vulgati, *decurrere.* Colv. Excepta Junt. post. quæ cum Mss. tantum non omnibus *decurrunt* ostentat. Passim Noster cum aliis, (de quibus vide Ind. Not. ad Cæs. Heins. Advers. pag. 82. &c. Burm. ad Quinctil. Decl. VII. 6. Duk. ad Flor. lib. III. c. 18.) τὸ *quisque* jungit verbo pluralis numeri. Lib. VIII. pag. 172. 'sua quisque brachia dissecant:' ubi etiam turbatur. Lib. X. pag. 213. 'varie quisque præsentium auctores insimulabant.' Lib. XI. p. 250. 'quæ quisque detulerant.' pag. 251. 'varie quisque munerabundi festinant.' Nec tamen *decurrere*, si in Mss. idoneæ fidei reperiretur, damnarem; ut sit infinitivus; de quo vide ad l. II. p. 33. 'puellæ subministrare et obferre.' *Oud.* *Unusquisque proximi periculi confinio territus, suppetiatum decurrunt anxii*] Salvianus l. VI. 'Quis domum vicini sui ardere cernit, et non efficere omnibus modis nititur ne ipse, &c. concremetur?' Infra hic lib. V. 'Tanti mali confinio sibi etiam eximie metuentes.' *Pric.* *Suppetiatum decurrunt*] Glossæ: 'Ἐπικουρῶ, &c. Suppetias venio.' *Idem.*

In ancipiti periculo constituti, &c.] Justinus l. XXVII. 'Ancipiti periculo circumventi.' Curtius V. 'Ancipiti malo oppressi.' Sallustius Catilinario: 'Ancipiti malo permotus,' &c. *Idem.*

Medium e re n. validum] Falsum est, quod scribit Gruterus, et ad marginem Sopingius, eos deliberasse, an occiderent socium. Præcedit enim 'opprimendi nostri,' passive scil. ut bene cepit Floridus, quia periculum erat, si diutius manerent, ne omnes opprimerentur a vicinis concurrentibus. Vide ad Suet. Galb. c. 8. 'ad gestandum.' Ad hæc si *medium* hic eo sensu, quo sumunt viri docti, poneretur, (ut 'media ætas' dicitur in illo, qui nec adolescens, nec senex est: de qua consule Comm. ad Phædr. F. 33. Cup. Obs. II. 20. et *medius* dicitur, qui in utramque rem paratus est, Liv. lib. I. 32. Vell. l. II. c. 114.) addi hic necessario deberet substantivum *consilium*, vel tale quid. Quare præfero lectionem alteram cum Pricæo, quam vides in multis esse Mss. uti et in Pith. Palat. Oxon. Par. Coll. Voss. et Edd. O. a Beroaldo usque ad Colv. Quin etiam Pricæus, post Piccartum in Peric. Crit. c. 19. malebat itidem *calidum.* Sed obstat *e re nata*, neque erat inprobandum, utpote unicum, quo nec opprimerentur, nec tamen desererent socium. De ea voce vide ad lib. I. p. 19. 'condiscipuli calido consilio:' ut ibi legendum docuimus. *Oud.* *Comminiscimus*] *Comminiscimur* est in Oxon. p. 73. 'Tunc e re nata subtile consilium comminiscimur:' quomodo edidere ex conjectura Beroald. Aldus, Junt. post. Col. Bas. pr. *commissimus* vel *commisimus* Pith. D'Orv. Edd. pp. Ber. Junt. pr.

At *comminiscimus* præbent cum aliis Mss. Flor. Reg. Palat. Guelferbytani, Pith. quod nequaquam damno; quia solet Noster Activis deponentium loco uti. Adi ad lib. I. p. 17. Nec inepta tamen est viri docti ad marg. Ed. Junt. post. conjectura, per quam et *medium* posset retineri, *consilium inimus.* Vide ad Hirt. B. Alex. lib. VIII. c. 44. 'Rebellare consilia inissent.' *Idem.* *Medium e re nata validum volente eo comminiscimur*] Pro *medium* reponamus *remedium*, quod ingeniose a Beroaldo excogitatum recentiores recensitores temere repudiaverunt: et pro *validum*, *calidum*, id est, citum, subitarium: sic supra ad finem I. 'consilium calidum:' ubi dicta vide. Ait, *e re nata.* Donatus ad III. 1. Adelph. 'Sic proprie dicimus de iis, quæ contra voluntatem nostram acciderunt.' *Pric.* *Medium*] Corrige *Remedium.* Beroald. *Commisimus*] Lego *comminiscimur*, id est, excogitamus, invenimus. *Idem.*

Temerato] Corrige, *temperato*, quasi temperamento quodam librato. *Idem.*

Abscidimus] In Edd. Vic. Merc. Pric. Flor. male est *abscindimus.* Vide me ad Cæs. lib. III. B. G. c. 14. 'quibus abscisis.' Sic et legendum e Mss. duobus vetustissimis in Juvenal. S. II. 116. 'Cultris abscidere carmen:' ubi in multis, *abscindere.* Vulgo, *abrumpere*, uti et in Pseudoservio ad Virg. Æn. IX. 620. Sic et e Mss. 5. vetustioribus leg. in Solino p. 18. 'Athon, &c. continentique abscisum:' nempe manibus Persarum, non natura *abscissum:* de quo vide Duker. ad Flor. lib. II. cap. 2. *Oud.*

Cæterum] Sine brachio truncum, truncatumque. *Beroald.*

Trepidi regionis urgemur gr. tumultu] In Reg. Fux. est *trepido.* Quod probarem, nisi ibi aliud adjectivum adderetur, *gravi.* Nec tamen putem jungenda esse *trepidi regionis* pro ignari seu incerti huc illuc, sed potius *trepidos* dici latrones, quia vere *terrebantur*, et construenda esse *regionis tumultu*, sive clamore viciniæ, recte etiam *trepidæ* ut cum Pricæo posset substitui, si Mss. addicerent. Qui *trepidi religionis* legerunt, ut est in Reg. Fux. Pith. Guelf. utroque, Pal. Oxon. Par. D'Orv. et Edd. primis Beroaldo prioribus, non videntur sumsisse pro *metu*, sed religione, ne socium contra sacramenti fidem desererent, et hinc tamen ipsi proderentur. At rectius Beroaldus *regionis*, quod in nonnullis videtur esse Mss. prætulit. Easque voces alibi quoque confundi videas. In D'Orvill. est *urgeremur* et *terreremur* perperam. Guelf. pr. *urgueremur*, sed bene Edd. Rom. et Vicent. *urguemur*, ut ubivis nunc scribunt viri docti, sicut et 'tinguere,' 'unguere.' Confer Roald. ad lib. V. pag. 96. 'urguemur cladibus.' Elmenh. ad lib. VIII. pag. 159. Drak. ad Sil. VI. 265. et Liv. Ind. Cort. ad Sall. Jug. cap. 24. § 3. Dein *gr. cum tumultu* est in Oxon. *Oud.* *Religionis*] Purior lectio est *Regionis:* consimiliter Virg. 'ignari hominumque locorumque Erramus.' *Beroald.* *Dum trepidi regionis urgemur gravi tumultu, &c.*] Ita et Oxon. Cod. Virgilius Æneid. XII. 'Trepidæ rerum:' ubi Servius: 'Nescientes quid agant, ignaræ auxilii:' malebam tamen in Appuleio *trepidæ regionis.* Virgilius: 'Omne tumultu Festinat trepido Latium.' Servius: 'Trepido, festino.' *Pric.* *Dum trepidi regionis u. g. t. et instantis periculi metu terremur ad fugam, &c.*] Sidonius III. 12. 'Dum dubitant in crimine reperti, starent, an dilaberentur,' &c. 'Instantis periculi' locutio est ex Jure sumpta. Vide l. III. § 4. 5. de mortis causa donat. *Idem.*

Virtutisque præcipuus] D'Orvill. *virtuteque*, ut p. 72. 'Liberalitate præcipuus.' Sed nec alterum rejiciendum. Secundum casum adjectivis a

Nostro addi sæpius vidimus. Vide ad lib. I. pag. 16. 'sordis infimæ infamis.' *Oud.*

Precibus quæsens] Mirum est, istud *quæsens* olim adeo placuisse viris doctis. Nam et sic J. Gulielm. in Plauti Trin. cap. 4. Acidal. ad Vell. lib. II. cap. 37. adprobante Vossio de Analog. lib. III. cap. 41. legi voluerunt, uti ediderunt hinc ceteri. Consule ipsos, et Parei Lexicon Plaut. E Cod. Regio nihil est notatum. Ceteri scripti habent *quærens*, cum vulgaribus Edd. Vett. vel potius *querens*; ut diserte est in Edd. Beroaldi et Junt. post. quodque unice verum existimo a *queror*. Passim 'preces' et 'questus' junguntur, ut apud Nostrum lib. III. pag. 62. *Idem*. *Multis nos affatibus, multisque precibus quæsens hortatur: Per dextram Martis, &c.*] Eugraphius ad Andr. I. 5. 'Impetrabile fit, si quod volumus, in allocutione cum precibus collocamus.' Et nota, quam proprie hæc adjuratio facta. Dido apud Virgil. Æneid. IV. 'Per ego has lacrymas, dextramque tuam te:' ubi Servius: 'Bene virum fortem per dextram adjurat.' Oxoniensis Ms. et editio vetus Vicentina, *quærens hortatur*. Pric.

Per fidem sacramenti] Bene de more militiæ dixit *sacramentum*. Lactant. in VIII. Statii Thebaidos: 'Nemo militaris legis sacramenta servavit.' Noster lib. I. 'Sic instantis militiæ imponimus sacramentum.' Lib. IV. 'Neque clamore nec ululatu quidem fidem sacramenti prodidit.' August. tom. X. Serm. I. in festo Pentecost. fol. 703. 'Notum est, quod milites seculi beneficia temporalia a temporalibus dominis accepturi prius sacramentis militaribus obligantur, et dominis suis fidem se servaturos profitentur.' Hieron. ad Heliodorum Ep. I. cap. 1. 'Recordare tyrocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus in sacramenti verba jurasti pro nomine ejus non te patri parciturum esse, non matri.' Vide Isidor. Orig. lib. IX. cap. 3. et quæ dixi ad Arnobium lib. II. *Elmenh.*

Bonum commilitonem cruciatu simul et captivitate liberaremus] Id est, occideremus eum. Lucanus: 'Aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem.' Mezentius ad Æneam: 'Nullum in cæde nefas:' ubi Servius: 'Aut, nihil acerbi in morte se passurum ait: aut, nihil infandum Æneam commissurum, si se volentem interfecerit.' Apud Saxonem Grammaticum ille: 'Obire volentem Sterne virum.' Et post: 'Sponte pia legem fati præcurrere fas est, Quod nequeam fugere, hoc etiam anticipare licebit.' Deinde, 'Mors optima tunc est Cum petitur.' Servius ad Æneid. X. 'Pro petentis qualitate nonnunquam etiam mors miseratio videtur esse.' In Senecæ Troade: 'Mortem misericors sæpe pro vita dedit.' Et nota heic mortem captivitati præoptatam. Tacitus Annal. XII. de Zenobia gravida cum conjuge Rhadamisto fugiente: 'Festinatione continua ubi quati uterus, et viscera vibrantur, orare ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur.' Anonymus apud Servium ad Æneid. II. 'Scimus mortem captivitatis esse remedium.' Justinus lib. IV. de Demosthene: 'Amisso exercitu, a captivitate, &c. voluntaria morte se vindicat.' Nicol. Damascenus apud Stobæum de Antariatis: Τοὺς τῶν στρατιωτῶν ἀδυνάτους ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις οὐδέποτε ζῶντας ἀπολείπουσι. ne nempe aut hostium iras aut ludibria experirentur. *Pric.*

PAG. 71 *Cur enim manu, qua rapere et jugulare s. p. fortem l. supervivere*] Accedit D'Orvill. *manui*, ut jam edidere Elmenh. Scriv. et ceteri. Sed *manu* est in Reg. Oxon. Par. aliisque, et Edd. prioribus, antiquo Dativo. Adi Beroald. Pricæum, et me ad lib. I. p. 4. 'quod primum ingressu fuerit sta-

bulum.' Tum *quam* est in Ed. Bas. pr. *quæ* etiam in Regio, Guelferb. D'Orv. Bert. et Edd. Ber. Elm. Scriv. Flor. Sed tum rectius Auctor dixisset *potest*, nisi recipiamus scripturam Mss. Fulv. Oxon. Reg. Fux. Guelferb. D'Orv. uti et Palatini (non enim in eo est *invadere*, ut editur in VV. LL. Wowerii,) *juvare*, sive vobis utilis esse. Ego nil temere muto. Pro *fortem* Vulcan. margini adlevit *expertem* vel *exertum*. Male omnino. Senec. in Controv. 'Vir fortis non habens manus.' Flor. lib. III. cap. 4. in f. 'Nihil barbaris atrocius visum est, quam quod abscissis manibus relicti vivere superstites pœnæ suæ jubebantur.' Tum Ed. Junt. post. dat *latronum*, forsan typographico errore. Tandem Piccartus Peric. Crit. cap. 19. existimat claudicare sententiam, *Cur manu supervivere?* et hinc legendum conjicit, *Turpe sine manu*. Sed quis non videt plane sic abundare *super?* Quare non potius tentavit *superviveret?* Verum Infinitivus est pro nomine, nec rarus, præsertim in admiratione, de qua alias, et interrogatione; unde creberrimum est illud *quo* cum accus. ut, 'quo mihi fortunam,' 'quo mihi speciem,' scil. esse. Vide Comm. ad Ovid. Ep. II. 53. et passim. *Oud*. *Manu*] Pro *manui* declinatio vetus, et frequens. Hinc apud Varronem, 'Concubitu indulgens:' 'Teque aspectu ne subtrahe nostro.' Est autem sensus: Se nolle supervivere, nec superstitem esse manui præmortuæ, abscissæque a reliquo corpore, sine qua mancus est homo: nam, ut Aristoteles et cæteri tradunt, manus est organum organòrum, instrumentum instrumentorum. Anaxagoras dicere solebat, hominem prudentissimum omnium animalium esse, quoniam unus omnium manuatus esset: contra Aristoteles lib. XIII. de animalibus: 'Recta,' inquit, 'ratio exigit, ut, quoniam prudentissimus omnium est homo, ideo manus receperit.' 'Quid dicam,' inquit Lactantius, 'de manibus, rationis ac sapientiæ ministris, quas solertissimus artifex planas ac modice concavo sinu fictas, ut si quid tenendum sit, apte possit insidere in digitos, terminavit.' 'Manus,' ut auctor est Galenus libro primo de Juvamentis membrorum, 'datæ sunt homini vice omnium instrumentorum et armorum, quibus utitur in omnibus artificiis.' *Beroald*. *Cur enim manui, qua sola rapere et jugulare posset, fortem latronem supervivere*] Juvenalis: 'Extinctæ corpus non utile dextræ.' In Mimo vetere: 'Nil posse quenquam, mortuum hoc est vivere.' Tertullianus in de Idololatria: 'Eundem' (Apostolum) 'præcepisse dicunt, secundum suum exemplum, ut manibus unusquisque operetur ad victum. Si hoc præceptum ab omnibus manibus defenditur, credo et fures et aleatores manibus suis vivere, et ipsos latrones manibus agere quo vivant:' ubi et vide Laberii locum ab eruditissimo Rigaltzio adductum. In Oxon. et alio Ms. *juvare*, non *jugulare* exaratum. In eodem, et nonnullis editis rectius *manu* (id est, *manui*) scriptum. Sic I. 'Primum ingressu stabulum.' Infra hic, 'lacu aliquo conterminam:' et alibi eodem libro isto, 'Luctu publico congruum.' *Pric*.

Manu socia v. occumberet] D'Orvill. *sociali*, e glossa sine dubio. 'Socius' passim adjective occurrit pro genitivo *socii*, sive *sociali;* ut sæpissime apud Ovidium et alios poëtas. Vide Lexica, et Heinsium ad Ovid. lib. I. Am. 9. 6. 'Hos petit in socio bella puella toro.' Tum *velens* Guelf. pr. et *succumberet* Oxon. Palat. Par. Guelf. ambo. *occubere* Ed. Vicent. et marg. Bas. pr. *Oud*. *Qui manu socia volens occumberet*] Id est, alicujus ex sociis suis. Oxon. *succumberet*. Pric.

Cumque nulli nostrum spontale parricidium suadens persuadere posset, &c.]

Florus de Bruto et Cassio: 'Quis sapientissimos viros non miretur ad ultimum non suis manibus usos? nisi si hoc quoque ex persuasione defuit ne violarent manus, sed in abolitione, &c. animarum, judicio suo, scelere alieno uterentur.' *Idem.*

Diuque deosculatus] Malim, *deosculatum*. Colv. Optime sic conjecit Colvius, ut diserte exhibent Mss. Reg. Fux. Guelf. Pith. Palat. Oxon. D'Orv. et Ed. Junt. post. passive, cum alioquin abundet *que*: unde Pricæus non male divinarat *diu diuque*. Sed tutius est, Mstos sequi ex stylo Appuleiano. Lib. II. pag. 46. 'me deosculato.' pag. 51. 'me pressim deosculato.' Infra pag. 81. 'manuque ejus deosculata.' Adde Burm. ad Suet. Ner. c. 34. 'papillas exosculatus.' D'Orvill. ad Charit. l. v. c. 4. κατεφίλει τὸν βρόχον. Sic alia multa apud Nostrum, ut 'alumnatus,' 'adhortatus,' 'comminatus,' 'deprecatus,' 'mentitus,' 'nactus,' &c. passive. Vide Ind. Ferrar. in Elect. et plura ad lib. VIII. pag. 160. Statim, 'vigore venerato.' *Oud.* *Sumptum gladium suum, diuque deosculatus, &c.*] Ita Epaminondas (apud Justinum) moribundus gladium osculatur suum. In Appuleio videtur legendum *diu diuque deosculatus*. Infra lib. v. 'Viam, quæ sola ad salutem perducit, diu diuque cogitatam,' &c. et XI. 'Diu diuque apud cogitationes meas revolvebam.' *Pric.*

Ictu f. transadigit] *Ictuque* Guelf. sec. Palat. in quibus, uti et Regio, Fux. Guelf. pr. Oxon. D'Orvill. est *transadegit*. Sed male. Historicorum more ad rem lectorum oculis coram sistendam utitur præsenti, uti in tota narratione præcedente. *Transadiit* est quoque in Edd. Ber. Colin. Bas. sec. sicuti variatur etiam locis a Colvio citatis pag. 156. et 203. Ed. Pric. ubi Stewechius etiam tam hic quam illic *transadiit* maluit, et priore eorum loco Burmannus etiam, male scribens Colvio ibi placere *transadiit*, prætulit *transabiit*, ad Valer. Flacc. lib. IV. 511. 'Turbine sic rapto populos atque æquora longe Transabeunt.' Sed certum mihi sedet, virum egregium, at semper nimis festinantem, non attentis sat oculis istum lib. VIII. locum considerasse, et sic cum Beroaldo, Stewechio, et Brantio erravisse. Namque ipse gladius crebro *transadire*, vel transabire, et *transire pectus*, aliave hominis membra, dicitur. Vide ad Æn. IX. 432. 'ensis adactus Transabiit costas:' non vero homo, qui 'gladium' vel 'gladio aliquem transadigit.' Sic lib. VIII. p. 165. 'ipsam bestiam facili manu transadegit.' 162. 'Ferro sub papillam dexteram transadacto.' Virg. Æn. XII. 275. 'juvenem transadigit costas:' ubi et vs. 508. in nonnullis quoque, *transadiit*. Confer Drakenb. ad Silium lib. X. 140. 'Hæc fatus jaculo Lucam, qui maximus ævi, Transadigit.' Restituendum hoc Pindaro Homerico p. 434. Ed. Spond. e Ms. membranaceo: 'Transadigitque viri pectus: pars cuspidis ante Eminet, et prodit scapulis pars altera fossis.' Vulgo, *transfoditque*. Paullo ante pro *tempora transfixit* in eodem Cod. *t. transadigit*. Oud. *Per medium pectus ictu fortissimo transadigit*] Hegesippus II. 18. 'Elevavit dextram, ac formidabilem cunctis subjiciens sibi mortem, proprio victor se mucrone transfixit.' *Pric.*

Magnanimi Ducis vigore, &c.] Florid. I. 'Idem vigor acerrimi bellatoris.' *Idem.*

Corpus veste linea diligenter convolutum, &c.] Joh. 19. 40. Ἔλαβον τὸ σῶμα, &c. καὶ ἔδησαν αὐτὸ ὀθονίοις. Artemidorus II. 3. Τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἔθος ἐκφέρεσθαι. Plutarchus Crasso: Τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος ἐν λευκοῖς ἀμφιέννυσι. *Idem.*

Mari celandum commisimus] Theodoretus de nautis: Ἰωνᾶν τῇ θαλάττῃ παρέδοσαν. *Idem.*

Et nunc jacet noster Lamachus] Id est, corpus Lamachi nostri. Palinurus apud Virgilium: 'Nunc me fluctus habet:' ubi Servius: 'Quia secundum Philosophos corpus solum nostrum est, quod nobiscum oritur, nobiscum perit, &c. ergo ME, corpus meum, quod est hominis proprium.' Bene autem *jacet*. Hesychius: Κεῖται ἀεὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ τίθεται· ἢ θανάτου, ἢ ἀπραξίας. Infra hoc lib. 'Jacentem bestiam.' *Idem.*

Elemento toto sepultus] Propert. lib. III. Eleg. 7. 'Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare est.' *Elmenh.* Vide Ber. et Pric. Sed recte scrupulum injecit Floridus, quomodo latrones Lamachum et pag. seq. Alcimum, quem prioris exemplo sepulturæ tradiderunt, potuerint mari celandum committere; cum Thebæ, ubi erant, distent multis passuum millibus ab Euripo, proximo mari. Anne credere fas est, hallucinatum tantopere, suique oblitum esse Appuleium? Nec enim intelligi potest cadavera in fluvium Ismenum projecta, et sic in mare esse devoluta. Lib. I. p. 16. 'Aristomenes comitem mortuum trepidus et eximie metuens sibi arenosa humo in amnis vicinia sempiterna contexit.' Et *terra* æque est totum elementum, ac *mare*, pro *aqua omni* sumtum. Vide Cel. D'Orv. ad Charit. p. 619. Dispiciant acutiores. Forsan per *Thebas* non intelligit urbem, sed regionem Thebanam, ut sæpe 'Sparta,' 'Troja' pro regione earum. Sed p. 72. 'Thebanis conatibus abnuentes Plateas conscendimus proximam civitatem.' *Oud. Elemento toto sepultus*] Plinius Proœmio libri XIX. de inventore lini velificationi inservientis: 'Cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi et insepultus periret.' At non invenusta catachresi etiam in mari quis sepeliri dicitur. Eustathius ad Homerum: Θαλάσσῃ τυμβεύεσθαί τις λέγεται, βυθισθεὶς ἐκεῖ. Clitophon apud Achillem Tatium: Οὐκ ἤκουσας ὅτι ἐν πελάγει τέθνηκεν; ἔτι πλέω Λευκίππης τάφον. 'Sepultus toto elemento' inquit, non terræ exigua portiuncula sex pedes longum faciente. Alcmæna de Hercule suo apud Senecam: 'Quæ tibi sepulchra gnate, quis tumulus sat est? Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.' Bene et *elemento toto.* Virgilius: 'Tot maria intravi duce te:' ubi Servius: (quem in transitu emendabimus) 'Dicendo maria, partes eum maris navigasse ait, non tantum' (lege, *non totum*) 'mare: mare enim elementum est totum.' Arrianus venuste: Εὐθὺς ὅτε πλέω, παρακύψας εἰς τὸν βυθὸν, &c. ἐξίσταμαι, καὶ φανταζόμενος ὅτι ὅλον με δεῖ τὸ πελάγος τοῦτο ἐκπιεῖν, ἂν ναυαγήσω, οὐκ ἐπέρχεταί μοι ὅτι μοι τρεῖς ξέσται ἀρκοῦσι. Ex quibus, ut et Appuleii verbis, patet Veteres ita et sensisse, et loqui solitos. Fortasse etiam κατ' ἐξοχὴν *elementum* heic non tam *mare* quam *aquam* vocat: secutus hac parte Physicos, inprimis Thaletem, qui *aquam* omnium rerum esse *elementum* affirmavit. Vide ad IV. Georg. Junium Philargyrum. *Pric. Toto elemento*] Scilicet maris. Dixit diserte Mœcenas: 'Non tumulum curo, sepelit natura relictos.' Dii boni, quam multorum sepulchrum est mare? quanti quotidie mortales in mari moriuntur, et in mari sepeliuntur? Propertius: 'pro tumulo Carpathium omne mare est.' *Beroald.*

Et ille quidem dignum virtutibus suis vitæ terminum posuit] Diodorus lib. I. de Sesostri Rege: Δόξας τῇ μεγαλοψυχίᾳ τῶν πεπραγμένων ἀκόλουθον τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν πεποιῆσθαι. Egesippus V. 30. de Juliano milite: 'Haud, &c. tali dignus exitu fuit, ut tanta viri virtus sic deciperetur.' Frequens et in partem contrariam simile genus loquendi. Diodorus Siculus de Phayllo: Τῆς ἀσεβείας οἰκείως τὸν βίον κατέστρεψε. et in Excerptis, de Antiocho R. Μετὰ πάσης δυνάμεως

ἀπολλύμενος, τρέπουσαν τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου εὗρε. Gregorius Nyssenus de fœneratore quodam: Ἀξίως τοῦ τρόπου τὸν βίον καταστρέψας. Sallustius: 'Dignum moribus factisque suis exitum vitæ invenit.' Paterculus de Agrippa: 'Dignum furore suo habuit exitum.' Idem de Ignatio Rufo: 'Mortem dignissimam sua vita obiit.' Egesippus IV. 20. de Nerone: 'Parricida dignum meritis suis vitæ exitum tulit.' Trebellius Pollio de Aureolo: 'Apud Mediolanum occisus, dignum exitum vita ac moribus suis habuit.' *Pric.*

Tamen sævum Fortunæ nutum] In Flor. non est *t. eum;* [vid. VV. LL.] sed simpliciter *eum*, ut in Regio, Fux. Pith. Guelf. utroque, et D'Orvill. sed in Palat. *tum*, in Bert. et Oxon. *cum*. Prave. 'Tamen' valet nihilominus. Vide ad Lib. III. pag. 57. *Scævum* Vulcan. Elm. Scriv. et Flor. recte expresserunt, licet cum ceteris plerique Mss. *sævum* ostentent, errore apud Nostrum obvio. Vide ad lib. I. p. 13. Sed *nutui* elegantius respondet vox *scævus*, quam altera. Lib. VII. p. 146. 'in rebus scævis adfulsit Fortunæ nutus hilarior:' ubi ante Colvium quoque erat *sævis*. Contra lib. X. p. 221. 'Mollius mihi renidentis Fortunæ contemplatus faciem.' Βάσκανος τύχη Herodian. lib. I. § 20. *Oud.*

N. p. abducere] Colvius: 'Num *aufugere*, an *abdicare?*' Ego utrumque abdicaverim, et fortasse reposuerim, *obducere*, quod apud Tertullianum sæpe occurrit pro, vincere. Ut libro de Carne Christi circa finem: 'Hoc quidem capitulo ego potius utar, cum adulteratores ejus obduxero.' Et adversus Praxeam: 'Undique enim obducti distinctione patris et filii.' Obducti, id est, convicti, ut exponit Beatus Rhenanus. *Brant.* Sic et Soping. ad marg. nec non Groslotius, vel *aufugere*. Floridus construit, 'abducere nutum cœptis,' sive 'amoliri sinistrum arbitrium Fortunæ a cœptis suis.' Omnes male, ut puto. *Adducere* est in Pith. Fux. Guelf. pr. D'Orv. Bert. Ed. Vicent. solemni mutatione. 'Abducere nutum Fortunæ scævum,' est in se convertere, facere per cœpta sollertia, ut se nutu suo Fortuna 'respiciat.' Quod verbum passim de Diis faventibus adhiberi notum est. Id vero non potuit Alcimus, quia scæva erat et obliquis oculis se avertebat. Hoc sensu *abducere* legitur apud Lucan. lib. VI. 451. 'Abducit superos alienis Thessalis aris.' Lib. VII. 311. 'Di, quorum curas abduxit ab æthere tellus:' ubi vide me in curis secundis. Fateor tamen duriorem esse loquendi modum. Ac forsan e Florentinæ scripturæ vestigiis rescribendum est: *tamen se scævis F. nutibus n. p. abd.* i. e. subducere, subtrahere se, quod lib. X. p. 227. 'Hæc feralem Fortunæ nutum latere non potuerunt.' *Oud.*

Enimvero Alcimus solertibus cœptis tamen sævum Fortunæ nutum non potuit abducere] Lib. X. 'Sed hæc bene, atque optime, &c. disposita, feralem Fortunæ nutum latere non poterant:' ad quem locum uberius dicemus. 'Alcimi,' ut 'Lamachi' et 'Thrasyleonis,' nomen a fortitudine effinxit. Hesychius: Ἄλκιμος, μάχιμος, ἀνδρεῖος, ἰσχυρὸς, θρασύς. *Pric.*

Oblisis faucibus] Cicero pro Scauro: 'Gulam digitis oblidere.' *Elmenh.*

Interstinguere] Suffaucare, seu suffocare. 'Interstinguere,' plane et penitus exstinguere, ut 'internecare' et 'intertrahere' Plauti Amphitruone, id est, delere ad internecionem, omnino et totum extrahere: apud Terentium Andria, 'interturbare:' ubi vide Donatum: etiam 'interbibere' Aulularia, omnino ebibere. *Colv.* Pith. *interstringere*. Palat. vitiose, *intustiguere*. Guelf. sec. *intustinguere*. Vide Voss. in Etymol. *Oud.*

Qui eum, &c. protinus oblisis faucibus interstinguere eam debuisset, prius ma-

luit, &c.] Quod præter sectæ suæ disciplinam factum, vitæ dispendio luit. Vide Marc. 3. 27. Casaubono *debuisset* heic est ἔμελλε: nobis nostra expositio satisfacit. *Pric.*

Per latiorem fenestram] Constanter Mss. editam lectionem præferunt. At statim de hac fenestra ait: 'præter altitudinem nimiam.' Hinc N. Heinsius ad Ovid. lib. v. Met. vs. 450. conjecit *elatiorem*, Pricæus *altiorem*: uti tacite in textum recepit Floridus. Et sane perpetua fere in Mss. est confusio vocum 'latus' et 'altus:' quod cum alii crebro docuerunt, tum plus semel ad Frontinum et Cæsarem monendum habui. Vide et ad h. Libri p. 83. *Oud.* *Per latiorem fenestram*] Ita Oxon. Ms. et vett. editt. fortasse tamen *altiorem* scribendum. sequitur enim in hac ipsa narratione, 'Qui præter altitudinem nimiam,' &c. *Pric.*

Stylis rapienda] Sopingius margini adleverat, *solis*. Sed omnes illas conjecturas *stilis, pilis, singulis, solis* vanas esse, manu exarati libri docent. Nam in D'Orv. et Pith. etiam est *scilicet*. In Oxon. Reg. Fux. Guelf. utroque, et Ed. Junt. post. *s.* hoc est, *scilicet:* ut supra jam docui, sæpe eam vocem per compendiosam notam esse scriptam. Vide ad lib. III. p. 61. et ad Suet. Aug. c. 4. Nec obstat, quod sequatur 'subductam scilicet.' Nam etiam vox *rerum* repetitur. Ibi tamen non inepte scribi posset *ilicet*, ut divinaverant Stewechius ad lib. I. pag. 11. et Colv. ad lib. IV. p. 79. Mox rursus, 'verens scilicet:' ubi itidem in Mss. multis *s.* Bene ergo *scilicet*, δηλαδὴ, receperunt Elm. Scriv. ceterique. *Oud.* *Dispergere*] Heinsius d. Ovidii loco legebat, *despergere*, sive ex alto dejicere. Sed non opus eo videtur. Incerto jactu hac illud projecit cuncta, ab hoc illove latronum captanda et auferenda. *Idem.* *Nobis scilicet rapienda, &c.*] Firmatur et hæc lectio a jam dicto Ms. *Pric.*

Cuncta rerum gnaviter emolitus] 'Res emoliri,' est quod sententia simili l. XXXIX. ff. de furt. 'res egerere:' ubi qui pro *egesserunt*, *ejecerunt* substituunt, si non in mentem Jurisconsulti, ejus in sermonem peccant. Sic infra hic lib. VII. 'monte lignum egerere.' *Idem.*

Vestem stragulam] De stragula Veterum veste tres elegantissimos libellos jam olim studiose elaborarat Isaacus Casaubonus, quos præmatura et optimis literis admodum damnosa viri eximii mors nobis invidit. *Elmenh.*

Genibus ejus profusa, sic nequissima illa deprecatur] Ennius: 'Me orat mulier, lacrymansque ad genua accidit.' Similem infra sub finem IX. astutiam vide. *Pric.*

Regulas] Fateor, in Mss. tantum non omnibus, item Edd. primis et Junt. pr. scribi *resculas*. Sed recte Beroaldus, quem bene Ald. Junt. post. Colin. Wow. Vulc. Merc. et Pricæus secuti sunt, correxit *reculas*, Analogia id jubente, et docente Prisciano lib. III. p. 613. nec non Charisio lib. I. p. 51. Ed. Putsch. Sic enim 'dies, diecula,' 'nubes, nubecula,' 'plebes, plebecula,' 'spes, specula.' A *res* igitur *recula*. Plura vide apud Rittersh. ad Salvian. p. 546. ubi in Mss. quoque *resculas* et *resculis* exaratur; et ad Suet. Vespas. c. 19. 'plebeculam pascere.' Sic a 'pulvis, pulviculus,' ut in Mss. optimis, etiam tribus a me visis, et Ed. Salm. apud Solin. pag. 26. *Oud.* *Quid oro fili paupertinas pannosasque reculas miserrimæ anus, &c.*] Tibullus I. 1. 'At vos exiguo pecori furesque lupique Parcite, de magno est præda petenda grege.' 'Pannosæ et paupertinæ reculæ,' sunt σκεύη καὶ ἐσθὴς, τοιαῦτα οἷα ἂν γένοιτο πτωχῶν κτήματα: ut Basilius Homil. in Avarit. locutus l. I. Cod. de defensor. civit. 'res minuscularias' vocat. Seneca et Juvenalis, 'frivola.' Glossæ: 'Σκευάρια εὐτελῆ πάνυ, frivola.' Oxon. et ve-

teres editiones *resculas* legunt. *Pric.*

Reclusas] Legendum *reculas*, ex auctoritate Prisciani, qui scribit, nomina quintæ declinationis fœminina, abjecta s, assumere *cula*, et facere diminutiva: ut 'dies,' inquit, 'diecula:' 'res, recula.' Plautus in Cistellaria: 'Siquidem imperes pro copia, pro recula.' Nomine *recularum* pannosarum expressit significanter tenuiculum patrimonium, et supellectilem oppido quam pusillam. Nam appellatione rei opes significantur. Horatius: 'ut rem facias, rem. Si possis, recte: si non, quocunque modo rem:' et apud Ausonium: 'non auxi, non minui rem.' Præterea nomine *rei* notatur imperium, lis, et coitus. Ausonius: 'Imperium, litem, Venerem, cur una notet res.' Refert M. Tul. nondum inter jurisconsultos esse constitutum, utrum *rem* an *litem* dici oporteat. *Beroald.*

Domum prosp.] D'Orv. Fux. Palat. *domus* in Accus. plurali, ut p. 69. 'domus esse majores.' Lib. v. p. 95. 'domus suas contendunt.' De Deo Socratis p. 699. 'domus vice templorum exornatas:' ut est in Mss. et Edd. Vett. sicut variant in Phil. Mor. p. 627. Item in Suet. Claudio c. 25. Lactant. Ms. Bonon. lib. I. c. 10. 'quorum domus dedecore plenissimas.' Item Mss. aliquot Mart. Cap. pag. 15. in f. 'Binas domus animalibus titularint.' Adde Claudium apud Gell. lib. XVI. c. 2. Statii Ed. Gronovianam, Lucani Cortianam, Heins. ad Ovid. Met. I. 122. 'subiere domus.' Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 29. § 5. *Oud.*

Jam certus erroris] Pro *virtus* conjiciat quis scribendum, *victus*, seu convictus. Vox *erroris* abest ab Oxon. *Incertus* cum Scioppio divinavit quoque Casaubonus, et edidit Floridus. Sed frustra. Significat vulgata lectio, 'postquam jam certus foret se errare.' Lib. VI. p. 116. 'certa tunc difficultatis tantæ:' ut leg. lib. x. p. 218. 'certum extremæ pœnæ.' *Idem.*

Sagaciter perspecturus] Bert. *prospecturus.* Elmenh. Qui ita cum Scriv. et Florido edidit, adstipulantibus Regio, Palat. et Ed. Junt. post. ut mox, 'in prospectu adtonitum.' Optime, utpote ex alto, siquidem non adderetur adverbium *sagaciter*, quod desideratur in Regio, Fux. vel id jungeretur sequenti *arbitraturus.* Nunc vero vulgatum retineo, sive penitus et omnino despiceret. Perpetua in his est confusio. Vide me ad Sueton. Tib. c. 57. 'Et perspexisse primus sagaciter.' *Oud,*

PAG. 72 *Senile illud facinus*] Id est, anus facinorosa illa: at alterum illud gravius et vehementius. Terent. Eunuch. 'Quin insuper scelus,' &c. ubi Donatus: 'Αὔξησις, plus enim est quam scelestus.' *Pric.* *Senile illud facinus*] Asperius significantiusque appellavit senile 'facinus,' quam si 'vetulam facinorosam' dixisset: sic Lucilius: 'carcer vix carcere dignus:' sic et Epigrammatarius poëta: 'Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.' *Beroald.*

Inopinato pulsu nutantem ac pendulum, &c. præceps inegit] In caput inegit. Glossæ: ''Επὶ κεφαλῆς, præceps.' Hesychius: Κυβηττίζω, ἐπὶ κεφαλὴν ῥίπτω. Virgil. 'Pronusque magister Volvitur in caput.' Lucilius: 'Has e fenestris in caput dejiciunt.' Simillimum isti facinus, etiam a muliere patratum, e nescio quo Veterum ita Suidas narrat: 'Η δὲ ἐγκύψαντα αὐτὸν εἰς πίθον, &c. ἔωσεν εἰς κεφαλὴν, καὶ ἀπέπνιξεν. In verbo ἔωσεν. *Pric.*

Alioquin] Exsulantem rursus hanc vocem e Bertino, male uncis inclusere, ut sæpe, Elmenh. Scriv. Pric. Vide ad lib. II. init. De *attonitum*, quod nequaquam cum Heinsio, Burm. &c. in *adtentum* reformandum est, vide ad pag. 79. 'Hinc me operi adtonitum.' *Oud.* *In prospectu alioquin attonitum*] Hesychius: Προκεχηνότες, πρὸς τὰ κάτω βλέποντες. *Pric.*

Præter altitudinem nimiam] Id est, 'profunditatem.' Servius ad Æneid.

I. '*Altum*, sciendum est quod et superiorem et inferiorem altitudinem significat: namque mensuræ nomen est altitudo.'

Diffissaque cr.] Pal. Fux. Pith. Guelf. et D'Orv. cum Edd. ante Colv. *diffusaque*. Monuit *diffissaque* legendum esse Stewech. quoque ad lib. IX. p. 367. Ed. Lugd. 'servi tenacitatem diffinderet.' Lib. IX. p. 206. 'inversa vite cerebrum diffindere:' ubi eadem confusio, et passim. Vide Comm. ad Liv. lib. IX. c. 38. 'Dissilire' hoc est Lucano lib. II. 156. Adi Polit. Miscell. cap. 41. Mox vitiosissime *castrorum* in Fux. *Oud.* *Diffissaque crate costarum, &c.*] Æneid. XII. 'Transadigit costas, et crates pectoris ense.' Sidonius de Elephantis: 'Improba cratem Nativam nec tela forant.' Arnobius III. 'Sub costis, earumque sub cratibus.' Aldhelmus de Laud. Virginit. 'Squamigeras costarum crates.' Lactant. cap. 5. de Opific. Dei: 'Ex ejus' (spinæ) 'parte quasi media, costas, id est, transversa et plana ossa porrexit in diversum: quibus clementer curvatis, &c. interna viscera conteguntur: ut ea quæ mollia et minus valida fieri opus erat, illius solidæ cratis amplexu possent esse munita.' Hesychius: Κτένας, &c. *μεταφέροντες ἀπὸ τῶν εἰς τὰς τρίχας ἐπιτηδείων κτενῶν· λέγουσι καὶ τὰς πλευρὰς νωτιαίας. Pric.* *Diffusa*] Corrige *diffissa*. Significat enim costas Alcimi decidentis fuisse disruptas, diffissasque. *Beroald.*

Rivos sanguinis vomens] Prudent. Cathem. Hym. 'Sistitur rivus, cruore qui fluebat perpeti.' *Elmenh.* *Rivos sanguinis vomens*] Ex Virgilii illis, 'Sanguinis ille rivos vomens cadit.' Aldhelmus in de Virginit. Laud. 'Cruorem ritu rivi rorantis deputare:' ubi forsan *despumare* scribendum. Æneid. IX. 'Et plenos spumanti sanguine rivos.' *Pric.*

Primitus narratis nobis, &c.] Flor. *imitus*. Elmenh. Sic etiam D'Orv. Guelf. uterque, Palat. Oxon. eleganter et vere, sive, ut alibi loquitur, 'imo cum gemitu,' imo de pectore. Lib. IX. p. 201. 'terra dehiscente imitus.' Gell. lib. II. c. 30. 'undas imitus commotas:' ubi vide J. Fr. Gronov. In Pal. Guelf. et Oxon. *narratisque*. Oud. *Primitus narratis nobis quæ gesta sunt, &c. vitam evasit*] Lib. VIII. 'Et enarratis ordine singulis, &c. ferro sub papillam dextram transadacto corruit.' Lib. X. de medico, venenata potione hausta: 'Domum pervadit ægerrime, vixque enarratis cunctis' (supple, quæ gesta sunt) &c. 'effudit spiritum.' Ibidem statim, de uxore ejus, eodem illo poculo perempta: 'Ab ipso exordio crudelissimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, &c. ante ipsos Præsidis pedes exanimis corruit.' Apud Libanium Parasitus: Τοσοῦτον δ' οὖν ὅμως ἤρκησα πρὸς τὸν λιμὸν ἀντισχεῖν, ὅσον ἃ πέπονθα πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν, τὸν βίον καταλῦσαι. In Gallo Luciani: Ὤμην γὰρ τὸν Εὐκράτην αὐτὸν ἄπαιδα ὄντα, οὐκ οἶδα ὅπως, ἀποθνήσκειν· (id est, ἐσχάτως ἔχειν) εἶτα προσκαλέσαντά με, καὶ διαθήκας θέμενον ἐν αἷς κληρονόμος ἦν ἁπάντων ἐγὼ, μικρὸν ἐπισχόντα ἀποθανεῖν. Terentius I. 5. Andr. 'Mors continuo eam occupat:' ubi Eugraphius: 'Continuo, inquit, tanquam ad mandati creditam sententiam vita suffecerit.' *Pric.*

Bonum secutorem Lamacho dedimus] I. e. qui Lamachum sequeretur, comitareturque ad Orci cancros. Lipsius Saturn. lib. II. cap. 7. *Elmenh.* Qui Lamathum sequeretur comitareturque ad Orci cancros. Sic eum explicat J. Lipsius lib. II. de Gladiator. cap. 5. a *secutoribus* olim in militia, qui Tribunos comitabantur, velut loco apparitorum. A qua notione lib. IX. 'Myrmecem acerrimum relinquens uxori secutorem:' id est, asseclam, comitem, qui illam quasi umbram, (umbra) quoquo iret, persequeretur. Aliter Jos. Scaliger Castigation. in Manilium (pag. 377.) qui ad rem gladiatoriam respexisse Lu-

cium vult, in qua victis aut interfectis qui sufficiebantur, Græci ἐφέδρους, Latini 'subactitios' et 'secutores' vocabant. Martialis etiam 'suppositios' lib. II. Epigr. de Herme gladiatore. Legit autem uterque pro *Lamatho*, *Lamacho*. Brantius. Malim honestius a re militari quam gladiatoria (de qua vide et ad Juven. S. VI. 210.) deducere. Miles enim minister et comes adsiduus ducis ac 'Tribuni secutor' dicitur. Vide Grut. Inscr. p. 521. 561. Fabrett. p. 131. Murat. p. 836. Hinc 'doctor secutorum' Fabr. p. 234. et infra lib. VII. p. 170. 'Marti Secutori Comitique victimant.' *Lamachum* scribendum vidimus pag. 69. *Oud.* *Bonum secutorem Lamacho dedimus*] In vetere funesta formula apud Servium: 'Vale, nos te ordine quem Natura permiserit sequemur.' Scaliger et Lipsius ad gladiatorium morem allusum malunt. Ego *sequi* hic intelligo *comitari*: sic IX. 'Myrmecem acerrimum uxori secutorem relinquens:' et hinc VII. junctim, 'Marti Comiti et Secutori' dixit. *Pric.*

Orbitatis duplici plaga petiti] Pith. *orbitati*. Palat. Guelf. ambo, et Oxon. *exorbati d. plaga*. D'Orv. Reg. Fux. *exorbati discipuli d. plaga*. Omnesque illi Mss. carent participio *petiti*, litura relicta in Guelf. pr. cujus prima littera tamen adparet *p*; quod per se non damno, ut proprium in re militari et gladiatoria. Sed forsan hic dederat Auctor non intellectum a librariis *perciti*, seu *perculsi*. Quod participium apprime amavit Noster. Infra p. 87. 'Tanto malo perciti.' Lib. VIII. p. 156. 'percito atque plagosa crura contegenti.' Lib. IX. init. 'mobili ac trepida facie percitus.' Adde omnino Indicem. Scripserit itaque Auctor: *ex orbitatis perciti d. plaga*. Oud. *Orbitatis duplici plaga petiti*] Ita 'repetitum orbitatis vulnus' Quintilian. lib. VI. Præfatione dixit. Oxon. *Exorbati d. p.* ἀποφανισθέντες. *Pric.*

Thebanis conatibus abnuentes] Sic VI. 'Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens.' Simile apud Lucilium: 'Stimulisque negantem.' Hoc *κείμενον* ab Oxon. abest. *Idem.*

Conscendimus civitatem] Forte, *concedimus*; vel potius, *contendimus*. Colv. Ultimum est in Pith. et legendum voluit Heinsius. Frustra, licet lib. I. in f. 'cubiculum contendo,' male alii dent *conscendo*. Hic bene notat ἀναβαίνειν. Retro a maritimis ibant ad interiora Bœotiæ; quæ semper ab auctoribus Græcis Latinisque describuntur, ut altiora. De hac confusione adi me ad Hirt. Bell. Afric. c. 5. *Oud.*

Ibi fama celebrem quendam, nomine Democharen munus editurum gladiatorum deprehendimus] Repone ex Cod. Florent. *Ibi famam celebrem super quodam Demochare munus edituro deprehendimus*: quæ eadem totidem literis scriptura est Oxoniensis manuscripti. 'Democharis' nomen, ut et aliorum multorum, ad negotium præsens accommodavit: quod apparet vel ex continuo sequentibus, 'voluptates publicas instruebat.' *Pric.*

Vir et genere primarius] Sic edidi cum Elmenh. Scriv. et Flor. ex Mss. Florent. Pith. Reg. Fux. Pal. Oxon. D'Orv. Guelf. utroque, Ed. Junt. post. Antea vulgo erat, *et gen. pr. vir*. Pricæus credidit in solo Oxon. verum exstare ordinem. *Oud.* *Nam et genere primarius vir, &c.*] Melius Oxon. Cod. *Nam vir, et genere primarius, &c.* Onomasticon vetus: 'Primarius, ἀρχικός.' *Pric.*

Et opibus pluribus] Copulam non agnoscit Palat. Vir doctus ad marginem Ed. Junt. post. adlevit *plurimis*. Alius ad oram Ed. Colv. *plurimus*. Sed alibi quoque *plura*, sine comparationis respectu dicuntur de quam multis. *Oud.*

Digno Fortunæ suæ splendore] Est *formæ* in Pith. et Ed. Vicent. quod merito correxit Beroaldus. Vide ad lib. I. p. 1. Ad oram libri sui Casau-

bonus adlevit *dignas*. Pricæus vero mallet *fortuna sua*. Quia scilicet non satis adtenderunt, τῷ *dignus* sæpe jungi casum secundum, quem amat Noster. Merito itaque reprehenduntur ab Ill. Heinsio ad Ovidii Tristium lib. IV. 3. 57. ' Utque probæ dignum est.' Adde Græv. ad Cic. de Har. Resp. cap. 24. Munker. ad Hygin. Astron. lib. II. 5. Comm. ad Lucan. lib. III. 136. ' dignum te Cæsaris iræ:' ad Suet. Oth. c. 6. ' successione imperii dignum.' Bend. Var. Lect. lib. XVI. 44. Carm. Sepulcr. apud Fabrett. p. 190. ' O quam longinquæ fuerat dignissima vitæ !' *Idem*. *Digno fortunæ suæ splendore publicas voluptates instruebat*] Ita Ms. ille, et Vicentiæ editus liber. Casaub. hic ad oram libri sui: *dignas fortunæ suæ splend.* placeret mihi, *Digno fortuna sua splendore, &c.* Pric. *Formæ*] Purior lectio et congruentior est *fortunæ* quam *formæ*. Beroald.

Quis tantus ingenii, quis facundiæ, qui singulas species apparatus multijugi? &c.] Josephus in descriptione Vespasianæi triumphi: 'Αμήχανον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν τῶν θεαμάτων ἐκείνων τὸ πλῆθος, καὶ μεγαλοπρέπειαν, ἐν ἅπασιν οἷς ἄν τις ἐπινοήσειεν, ἢ τεχνῶν ἔργοις, ἢ πλούτου μέρεσιν, ἢ φύσεως σπανιότησιν. Oxon. *apparatus multi*: quod nequaquam vulgato prætulerim. *Pric.*

Glad. isti f. m. venat. illi prob. pernic.] Utroque loco *isti* Bert. In Regio, Fux. et D'Orv. est *istic* et *illic*. quod margini adpinxere Heinsius et Wasse, et edidit Floridus. Sed ἀρχαϊκῶς *isti* et *illi* valent idem quod *istic* et *illic*. Vide ad Hirtii B. Alex. c. 25. Virg. Georg. I. 471. Æn. II. 503. 661. Supra p. 69. *isti* in Ms. pro *ibi*. L. D'Orleans utrobique *illic* voluit ad Tacit. lib. XII. Ann. p. 685. Ceterum in Regio est *formosæ m.* Male. Vide Pric. In D'Orv. *perniciatos*. Oud. *Gladiatores isti famosæ manus*] Infra lib. X. de alio munerario: ' Gloriæ publicæ studio Thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras, et famosos inde gladiatores comparaturus.' ' Famosæ manus gladiatores' vocat, qui multa Orco funera demiserant, qui (ut de perfido medico eodem libro illo) multarum palmarum præliis spectati, magna dextrarum suarum trophæa numeraverant. Donatus ad Hecyr. ' Meretrices et gladiatores dici nobiles solent.' *Pric.*

Perdita securitate, &c.] In Bert. non est *securi*, sed *securite*. Oxon. teste Pricæo, *severitate*. Cl. Wasse margini adlevit vel *perdite securi*, vel *perditæ securitatis* aut *sævitatis*: ut respondeat τοῖς ' probatæ pernicitatis.' Verum id haud est necesse. Sed aliud latere censeo, ac *noxios* distinguendos puto a gladiatoribus, vel venatoribus *perditæ securitatis*; quo facit lectio *noxia*: credoque legendum, *noxiis alibi, alibi perd.* Et per *noxios* intelligi pœnæ servos, bestiarios ad munus et gladium damnatos. Vide præter alia Comm. ad Coll. Leg. Mos. et Rom. p. 778. &c. Corp. Antejust. Gron. lib. I. Obs. cap. 8. infra lib. X. Per ceteros tales innui, qui vili auctoramento ' sanguinem venalem habebant:' ut ait Liv. lib. XXVIII. c. 21. vel, ut Manil. lib. IV. 225. ' Caput in mortem vendunt ac funus arenæ:' aut ' sua funera vendunt,' ut Juven. S. VIII. 192. De quibus ' perditissimæ securitatis' auctoratis vide illic et Comm. ad Horat. lib. II. S. VII. 59. ad Petron. c. 117. ' gladiatores domino corpora animasque addicimus.' Lips. lib. II. Sat. c. 3. et 5. Hos etiam *dissolutos* dictos notat Scholiast. Juven. ad S. II. 143. Inde jam satis patet, quid sit *perdita securitate*, sive temeritate vesana, nec mortis timida præ dissolutis moribus, quales sexcenties vocantur *perditi*. Sic et ' perdita luxuria' Nep. in Dione c. 6. Plura vide ad lib. V. p. 99. ' nocte turbatis vigiliis perditæ.' i. e. vesanæ. Si vero *isti* et *illi* supra malis sumere pronomen, quam adverbium *istic* et *illic*, hic bis posset *alii* legi.

Immo si legas *noxii, alibi perd. sec.* repetitione non erit opus, manente eadem distinctiva sententia. Vide omnino Gron. et Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 37. 'Virgis cædi: alii securi subjici:' me ad Cæs. lib. I. B. G. cap. 8. J. Gron. ad Minut. Fel. p. 493. Solin. c. 23. 'promontorium est, quod Artabrum, alii Olisiponense dicunt.' Sic leg. cum Mss. et Ed. Ald. Male distinxit Salmas. et ceteri adjiciunt *alii*. Immo alibi quoque Noster semel omittit, male inculcatum a novitiis editoribus, ut lib. II. de Phil. Mor. p. 623. Ed. Flor. 'in quibus sunt regentes, alii deteriores.' De Mundo p. 728. 'ut eorum religione lymphantes, alii sine cibo potuque sint.' Nec aliter Græci. Xenoph. lib. v. Cyrop. p. 120. Πάντας ἐξῆγε φέροντας οἶνον, ἄλευρα, ἄλλους δέ. ubi non opus est cum Leunclavio inserere, ἄλλους μέν. Nam et μὲν sæpe negligitur, de quo alias. Sic semel modo ponitur *partim*. Vide ad p. 79. 'item nonnumquam.' Vide Comm. ad Liv. lib. III. 39. Suet. Aug. c. 75. 'Nunc pergo.' Si autem duplex hominum genus hic intelligeretur 'damnatorum' et 'auctoratorum,' tunc 'suis epulis,' non capi posset de dapibus, quibus illi se onerabant securi, sed sua carne, cibo delicato bestiis futuro, ut sumit Pricæus. Malim tamen cum Beroaldo et Florido explicare dapes, quibus tam noxii, quam præcipue venales illi se implebant, quibusque efficiebant, ut bestiæ ipsos comesuræ inde melius saginarentur. Adde eum et Passerat. aliosque ad Propert. lib. IV. 8. 25. 'Qui dabit inmundæ venalia fata saginæ.' Hinc conjeci aliquando, num vox *alumnati* hic excidisset, de qua passive sumta agam ad lib. VI. p. 124. 'quod manibus meis alumnatus sit.' Nec obstat, quod sequatur modo, 'damnatorum capitum.' Nam certe ibi intelliguntur non solum, qui hic 'alibi noxii' dicuntur, sed et 'gladiatores famosæ manus' et 'venatores probatæ pernicitatis,' unde et 'auctorati' sub iis possunt comprehendi, omnesque destinati ad hoc munus. In Pith. est *suis epistolis*. Oud. *Perdita securitate suis epulis bestiarum saginam instruentes*] Artemidorus II. 59. Ὁ θηριομαχῶν, ἀπὸ τῶν ἰδίων σαρκῶν τὰ θηρία τρέφει. De hujusmodi Amphilochius: Δοῦλοι γὰρ ὄντες γαστρὸς, αἰσχίστης νόσου, Ὑπηρετοῦσι τοῖς κακοῖς προστάγμασιν. Ἡ δ' ὡς πικρὰ δέσποινα τῶν λοιπῶν μελῶν Ἔνδον κάθηται θηρσὶ πωλοῦσα μέλη, Λάβρως κατεσθίουσα τὰ τιμήματα, Γαστὴρ ἄσωτος, θηρίων εἰς γαστέρας Τυραννικῶς ὠθοῦσα συγγενῆ μέλη. Apud Minucium Fœlicem: 'Feræ membris et visceribus hominum saginatæ.' Oxon. *severitate:* ego nec hoc, nec illud intellectum habeo. *Pric.*

Confixilis machinæ sublicæ turres tabularum n.] Pegma intelligit, quod glossæ veteres 'confixum' interpretantur. Quæ etiam: 'Συμπεπηγὸς, confixum.' Distingue hunc locum: *Confixilis machinæ sublicæ: turres, &c.* Vitruvius lib. III. c. 3. 'Et palis alneis, aut oleagineis, aut robusteis ustulatis configatur: sublicæque manibus adigantur.' Sed primus hunc locum bene explicavit Belgicæ nostræ lumen, Lipsius, de Amphitheatro cap. 12. *Colv.* Miror, plerosque editores distinguere post *sublicæ*, quasi de duorum generum machinis sermo esset: cum sine dubio loquatur Auctor de solo pegmate ambulatorio quod sublicis innixum et confixum erat turribus per varia tabulamenta surgentibus, quod pegma diversum erat a 'repagulis,' quibus tuti erant a feris, et quæ etiam 'versatilia' fuerunt nonnumquam. De priore pegmate vide Lips. de Amph. cap. 22. de aliis cap. 12. et Herodian. lib. I. cap. 15. Ex Oxon. Cod. malebat Pricæus, *machinæ sublimes turres, tab.* Sed ea lectio meram sapit glossam. In Edd. Juntinis et Aldi exhibetur, *subliciæ turres;* quod admodum placet, sive turres machinæ, tabularum nexibus confixæ, stantes in sublicis. 'Subli-

ciæ turres' ergo dictæ, ut 'sublicius pons.' Vide ad Hirt. B. Alex. cap. 2. 'Turres tabulatorum totidem ambulatorias confixerant.' De turribus portatilibus vide Xenoph. Cyrop. p. 156. In Oxon. Guelf. pr. *terros tabularii*. Pith. *stabularum*. Oud. *Confixilis machinæ sublicæ, turres tabularum nexibus ad instar circumforaneæ domus*] *Sublicas* Glossarium 'sublices' vocat, exponitque, καταπῆγας τοὺς ἐν ποταμῷ τὴν γεφύραν ὑποβαστάζοντας. de his plura jam alii: at in Oxoniensi *sublimes* legitur: unde post *turres*, non *sublicæ*, interpungendum crediderim. Virgil. IX. 'Turris erat vasto suspectu, et pontibus altis.' Servius: 'Pontibus, pro tabulatis.' De hujusmodi Claudianus: 'Et non permissa morari, Fida per innocuas errent incendia turres.' 'Ad instar domus circumforaneæ,' inquit. Josephus ubi supra: Θαῦμα δὲ ἐν τοῖς μάλιστα παρεῖχεν ἡ τῶν φερομένων πηγμάτων κατασκευή, &c. τριώροφα γὰρ αὐτῶν καὶ τετρώροφα πολλὰ πεποίητο. Bene autem *nexibus*. Tacitus Annal. IV. ubi de gladiatorio munere: 'Neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit.' *Pric.*

Floridæ picturæ] Sive habentes floridam picturam; ut sit Genitivus. Malim tamen, si per Mss. liceret, *floride pictæ*, vel *picturatæ*: quod margini adscripsit vir doctus. Eleganter autem *floridum* adhibetur de lucidis et variegatis coloribus. Lib. XI. p. 250. 'carina citro limpido perpolita florebat.' Valer. Flacc. lib. V. 565. 'variis floret via discolor armis:' ubi vide Burm. Pro *decora* in Par. est *decorus*. Oud.

Qui præterea numerus! quæ facies ferarum] Claudianus simili argumento: 'Quodcunque tremendum Dentibus, aut insigne jubis, aut nobile cornu, Aut rigidum setis, capitur: decus omne timorque Sylvarum non caute latet, non mole resistunt Fortia, non volucri fugiunt pernicia cursu.' Gellius V. 19. ex Appione: 'Multæ ibi sævientes feræ, magnitudine' (lege *magnitudines*) 'bestiarum excellentes: omniumque invisitata erat aut forma aut ferocia.' *Pric.*

Studio, forensi etiam, advexerat] Pal. et Guelf. pr. Codd. Edd. Vicent. Junt. Ald. Vulc. sec. *forensis*. Perperam. Pricæus recte cepit et distinxit non solum singulari *studio*, sed et exotico et externo, quomodo lib. I. init. 'forensis sermo,' et 'forensia vestimenta,' quibus foris utimur in oppositionem domesticorum. Vide ad Suet. Aug. cap. 73. Intelligitur enim Demochares peregre quoque profectus ad feras sibi comparandas, et reversus secum advexisse eas, ut narrat de Thyaso lib. X. pag. 223. 'Gloriæ publicæ studio, tunc Thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras et famosos inde gladiatores comparaturus.' Eoque sensu *forensi* explicari posset simul *mercatorio*. Gr. τῷ ἔξωθεν ἔργῳ, ut lib. IX. p. 180. 'forensi negotio officinator noster adtentus:' et huc pertinet, quod p. 73. ait, 'largis emtionibus partas.' Nugatur hic omnino Beroaldus de reis sententia judicum damnatis in actione forensium causarum, vel exponendo studium ludi gladiatorii in foro. Vir doctus ad marg. Ed. Junt. et Ill. Heinsius ad Ovidii lib. V. Metam. vs. 450. legendum omnino putant *forinsecus*. Verum metuo, ut *forinsecus* significare possit id, quod ab exteriore loco advectum, nostram in domum est delatum. Certe exempla Appuleii contrarium probant, et innuunt id, quod domo, et ἔξωθεν, ut in Glossis, effertur; etiam ea, quæ ipse Heinsius excitavit, ut paulo ante 'rerum singula forinsecus nobis rapienda dispergere.' Lib. III. p. 57. 'forinsecus totis alis evolat.' Lib. IX. pag. 196. 'Affatim plagis castigatum forinsecus abjicit.' pag. 201. 'Mustelæ mortuum serpentem forinsecus mordicus adtrahentes.' Contrario tamen, eoque, quo Heinsius volebat,

sensu inveni apud Boëthium lib. v. Cons. Philos. pr. quarta: 'quamvis afficiunt instrumenta sensuum forinsecus objectæ qualitates:' uti exstat quoque in Ms. Leid. Sed Ed. Bert. dat *extrinsecus*. Oud.

Generosa illa d. capitum funera] Male hæc capit Beroaldus de reis a Demochare advectis, damnatisque ad munus: cum Auctor intelligat feras, dictas 'funera,' non quod funestam inferant mortem, sed quæ sunt quasi sepulcra, et ἔμψυχοι τάφοι hominibus ad bestias damnatis. Similes locutiones multas congessit Pricæus ad l. v. pag. 100. 'bestiæ sepeliri visceribus.' Ipsum sepulcrum 'funus' dicitur. Vide ad Sueton. Domit. cap. 15. Nihil etiam in verbis hisce mutari debet. Perperam enim N. Heinsius ibidem conjecit *nemerosa*. Auctor 'nobilissimas feras' dicit l. x. pag. 223. Virgil. III. G. 75. 'Continuo pecoris generosi pullus.' Herodot. lib. I. cap. 15. Λέοντας δὲ καὶ παρδάλεις, ὅσα τε ζῶα γενναῖα. De squillis γενναίως morientibus vide Ælian. lib. I. Anim. cap. 30. Immo hinc forsan quoque nil mutandum est l. I. pag. 3. 'serpentem generosum.' Minime vero cum eodem rescribendum *ille*. Sexcenties enim laudis vel vituperii adjectivis addit hoc pronomen Auctor. Vide ad lib. I. pag. 2. 'Plutarcho illo inclyto.' Lib. x. pag. 224. 'spretis luculentis illis suis vehiculis.' In Fux. est *generoso*. Tandem pro *capitum* in Oxon. et Guelferb. pr. est *corporum*: quæ mera est glossa. 'Caput' pro toto homine et quovis corpore poni jam Lexica docent. Vide passim ad Prop. lib. IV. 2. 55. Liv. l. XXIX. cap. 29. 'Octo milia liberorum servorumque capitum sunt capta.' Immo Noster lib. IX. p. 183. 'scelere inpuratissima illa capita confutari.' *Idem*. *Nam præcipuo studio forensi etiam advexerat generosa illa damnatorum capitum funera*] Interpunge: *N. præcipuo studio, forensi etiam, advexerat, &c.* Non solum *studio præcipuo*, sed et *forensi*: id est, *exotico*. ἐκ χωρῶν τῶν ἔξω. sic supra lib. I. 'forensis sermo.' Mira et delectabilia plane quæ heic bonus Beroaldus excogitavit. Oxon. *corporum*, non *capitum* legit. *Pric.*

S. præter ceterum speciosi m. supellectilem] In Bert. D'Orv. Oxon. Palat. est *præ*. In Edd. Rom. Vic. Junt. pr. *cetera*. In Guelf. pr. *ceterum*. In Par. *superlectilem*, Palat. *supellectile*. Hinc opinor cum Pithœano Cod. cujus lectionem Salmasius quoque ad marginem adposuit, legi debere: *præ cetera tam speciosi m. supellectile*. Statim utitur Auctor τῷ *præter*. Hic vero significat optime comparationem studii ejus erga ursas comparandas *præ* reliquo muneris adparatu. Vide Drak. ad Liv. lib. III. cap. 26. 'præ divitiis omnia humana spernunt.' Virg. Æn. III. 435. 'præque omnibus unum.' Unde fit, ut ipsi comparativo addatur. Vide ad Cæs. l. I. B. G. cap. 32. lib. VIII. pag. 155. 'præ ceteris feris mitior cerva.' In Flor. N. 24. 'pars illa posterior præ illa Græca nec argumentis sit effœtior.' Nec dubito, quin ita scribi oporteat in Auct. Corr. Eloq. cap. 18. 'Qui præ Catone Appium Cæcum magis mirarentur.' Vulgo, *pro*. Errat vero Elmenhorstius, quando Fulvio adscribit lectionem, quæ ejus Codici debetur ex glossa, ut lib. VI. pag. 112. 'Videt dona speciosa:' ubi in multis est *pretiosa*. Sed 'speciosus' significat proprie speciem habentia, et hinc pulcherrima, adeoque pretiosa. Ovid. III. Art. 421. 'mulier speciosa.' Infra p. 81. 'speciosus adolescens.' Vide Pric. Vellei. lib. II. cap. 79. 'speciosissima classe fabricata:' et sæpe. Alibi, 'speciosissimus triumphus.' Dein *totis* abest a Fux. *Patrimonus* Guelf. pr. *Oud.*

Inmanis ursæ numerum] Nota singularem numerum de toto genere, ut pag. 75. 'hoc genus bestiæ:' ubi plura notavi. Sic 'homo,' 'miles,' 'pedes,' &c. de quibus ad lib. I. de

Dogm. Plat. p. 808. ubi multi corriguntur auctores e Mss. Monuit jam Beroaldus. *Idem.* *Totis utcunque patrimonii viribus immanis ursæ comparabat numerum copiosum*] Salvian. III. contra Avarit. 'Totis patrimonii sui viribus elaborans,' &c. Anonymus in Passione S. Mariæ, de Tertullo Decurione: 'Munera anni auspicantis absolvit: et magnis spectaculis propriis viribus comparatis, communem totius populi aspectum satiavit.' *Pric.* *Immanis ursæ*] Ammianus lib. XXXI. 'Vel interemerit immanem ursum.' Infra hic lib. VII. 'Ex summo studio fugiens immanem ursam.' *Idem.* *Immanis ursæ*] Pro immanium ursarum, singularis pro plurativo; quod genus elocutionis est usitatissimum. *Berald.*

PAG. 73 *Largis emptionibus partas*] Donatus ad I. 1. Phorm. 'Proprie dicitur partum, de eo quod labore quæsitum est.' *Pric.*

Tutela sumptuosa nutriebat] Sic infra lib. VIII. 'ad tutelæ præsidia curiose alumnari.' Commode in hoc argumento autem *sollicite nutriebat.* Seneca cap. 14. de Vita beata: 'Feras cum labore periculoque venamur, et captarum quoque illarum sollicita possessio est.' *Idem.*

Invidiæ noxios eff. oculos] Miror, Heinsio displicuisse *oculos*, qui egregie conveniunt limæ et fascinanti, venenoque inficienti bestias, Invidiæ. Vide ad Horat. l. I. Ep. 14. 37. 'Obliquo oculo mea commoda limat:' et Cerd. &c. ad Virgil. Ecl. III. 103. 'Quis teneros oculus mihi fascinat agnos?' Cui ignotus βάσκανος ὀφθαλμός? Quin etiam Ovidius hinc describens Invidiam lib. II. Met. 781. jungit, 'videt ingratos, carpitque.' *Oud.*

Pigra etiam sessione lang.] Istud *pigræ* [vid. VV. LL.] est in sola Ed. Bas. pr. corrupte. Cuique substantivo naturale Adjectivum suum dat Appuleius. *Sessio* enim facit pigros, iisque propria est, ut 'pigra senectus,' 'pigrum frigus,' et innumera talia. 'Pigra planities' Silio lib. XV. 224. Dein *sexione languidus* in Palat. r. et *correptæ* Fux. *correptæ* item Guelf. sec. *Idem.* *Pigra etiam sessione languidæ, &c.*] Idem Epist. CXXII. 'Sine ulla exercitatione jacentibus tumor pigrum corpus invadit, et super membra iners sagina succrescit.' Apud Suidam ex Veteribus quis in ἀκινησία· Καὶ τοὺς ἵππους ἐξελαύνειν προσέταξεν, ὡς διαλύοιτο αὐτοῖς τὸ ὑπὸ τοῦ παράπλου νεναρκηκὸς ὑπὸ ἀκινησίας. *Pric.*

Ad nullum rediere numerum] Ἀριθμητοὺς ἀπὸ πολλῶν. Casaubonus ad Theocritum cap. 17. *Elmenh.*

Passim per plateas plurima c. j. semivivorum c. f. naufragia] Mss. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. pr. Oxon. Palat. Edd. Vicent. Junt. Ald. *plurimas*, non male. Sed expressum videtur ex Virgilio lib. II. Æn. 364. 'Plurima perque vias sternuntur inertia passim Corpora.' ut notavit jam Pricæus. 'Adsidue passim' Sil. lib. XI. 433. ad cujus lib. VII. 139. adeatur Drakenb. de voce *passim.* In Oxon. *semivorum.* Oud. *Passim per plateas cerneres jacere semivivorum corporum ferina naufragia*] Ex his Virgilii: 'Plurima perque vias sternuntur inertia passim Corpora.' Æneid. II. *Pric.*

Tunc vulgus ignobile, &c.] Hieronymus in Hilarionis vita: 'Et hinc inde ex urbibus et agris vulgus ignobile.' *Idem.*

Inculta pauperies, &c.] Ut etiam erant, qui de feris in arena consectis epulabantur. Tertullianus Apologet. cap. 9. 'Ubi sunt item isti, qui de arena ferinis obsoniis cœnant, qui de apro, qui de cervo petunt,' &c. *Colv.* Refert inter magna generis humani incommoda paupertatem, unde et Horatio 'sæva probrosaque,' Juvenali 'infelix' dicitur. Chrysostomus Oratione II. de Lazaro f. 538. Edit. Antwerp. 'Paupertas est res vere molesta. Non enim ulla oratio potest assequi cruciatum, quem sus-

tinent illi, quibus cum paupertate res est, si nesciant uti philosophia.' Et Æschines in Timarchum fol. 273. paupertatem et senectutem gravissima in rebus humanis mala dicit. *Elmenh.*

Sine delectu ciborum] Antiphanes apud Stobæum Sermone 93. Ἅπανθ' ὁ λιμὸς γλύκεα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ. Athenæus lib. IV. cap. 28. Liber Proverb. c. 27. vs. 7. *Idem.*

T. ventri c. sord. supplementa] Vitiosum hoc. Bono certe meo periculo corrige *explementa* e Seneca Epist. cx. 'Si scieris cacumina arborum explementum esse ventris.' Plaut. Sticho, Act. II. Sc. 1. 'Inanimentis explementum quærito.' *Brant.* At tu vide Pricæum. Cibi sunt supplementa, quibus conquisitis quotidie venter extenuatus debet suppleri. Metaphora a re militari: ubi omnes illæ voces sunt propriæ. Nam 'conquisitores supplementorum' passim sunt, quos dicimus, *Wervers van recruten:* quando legiones sunt 'adtenuatæ,' ut est apud Cæsar. lib. III. B. Civ. cap. 89. et alibi. *Oud.* *Quos inculta pauperies tenuato ventri cogit sordentia supplementa et dapes gratuitas conquirere*] Supra lib. II. 'Tenuato viatico paupertati meæ fomenta conquiro.' Recte autem gratuitas dapes facit pauperes sectari. Scholiastes ad Plutum Aristophanis: Κατὰ νουμηνίαν οἱ πλούσιοι δεῖπνον ἑσπέρας ὡς Ἑκάτῃ θυσίαν προσάγοντες, ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἐτίθουν, οἱ δὲ πένητες ἤρχοντο πεινῶντες, καὶ αὐτὸ ἤσθιον. Pro *supplementa* hic quidam *explementa* maluit, quod non possum approbare. Supra lib. II. 'Ubi sagæ mulieres mortuorum ora demorsicant, eaque sunt illis artis Magicæ supplementa.' Adde, quod et Ovidius *supplere* pro *explere* dixit: 'Amplexaque corpus amantis Vulnera supplevit lacrymis.' Metamorph. IV. Vide et Jacobi II. 23. 1 Cor. XIV. 16. Latinum Interpretem. *Pric.*

Jacentes epulas accurrere] Ms. D'Orvill. Edd. Ber. Colin. Bas. *ad jac. ep. acc.* Male. Vi præpositionis verbo adhærentis passim apud Nostrum, ut alios, regitur Accusativus, licet sæpe sit corruptum id, ut videbimus ad lib. IX. pag. 187. pag. præc. 'eum præceps inegit.' Immo lib. III. pag. 56. 'Me accurrit.' Dein *accurrunt* rescripsi auctoritate Mss. Flor. Pithœan. Oxon. Reg. Fux. Pal. D'Orv. et Ed. Junt. post. (e Guelferb. nil notatum) pro *accurrere*, qui infinitivus hic ob præcedentes valde est inconcinnus. Elegantissime, 'vulgus, quos, &c. accurrunt.' Adi ad lib. III. pag. 47. 'populus diffluebant:' et lib. IV. p. 64. 'vulgus adpellant.' *Oud.* *Passim jacentes epulas adcurrere*] Tertullianus Apologetico: 'Ipsorum ursorum alvi appetuntur, cruditantes adhuc de visceribus humanis: ructatur proinde ab homine caro pasta de homine.' *Pric.*

Tunc e re nata subtile] Ut correxit Beroaldus, habent Mss. O. (præter Guelf. sec. in quo *nacta*) et exigit Appuleii stylus, pag. 65. 'E re nata capto consilio.' p. 70. 'remedium e re nata validum comminiscimur:' uti et hic sequitur. Ac passim. Vide Ind. et alios. In Edd. Rom. Vicent. et Ald. *nacti*, arreptum forsan e pag. 65. 'subtilem occasionem nactus.' *Oud.* *E re nata subtile consilium, &c. comminiscimur*] Ita editi plerique, ita Oxon. Ms. Vicentiæ liber excusus, *Nacti subtile consilium.* ut supra hoc libro, 'subtilem occasionem nactus.' At melior altera lectio: Supra heic, 'Remedium e re nata, &c. validum comminiscimur.' *Pric.* *Tunc nacti*] Id est, excogitantes. Sed ego legere malim, *Tunc e re nata:* quæ locutio Appuleiana est, et sententiæ congruens. *Beroald.*

Iste Babulus] Beroald. *Bardulus.* Colvius *Bubalus.* Ego a vulgata non recedo. Terent. Adelph. 'Jube jam nunc dinumeret illi Babulo viginti minas.' Ut Nannius illam vocem per me quidem sollicitare desinat. *Brant.* Locus ille Terent. Ad. v. 7. 17. nihil ad hunc pertinet. Ibi enim cum Bent-

leio in Nominativo debet legi, *ille Babylo*, i. e. iste prodigus. Errant enim Nannius lib. II. Misc. p. 58. Salm. in Plin. Exerc. p. 180. aliique. Confer Burm. ad Suet. Ner. c. 36. 'Ex Babilo Astrologo didicit.' Sopingius hæc adlevit: 'Ego mavelim *Baburus*. Vide ad Sidonium ex Isidoro nostras notas. Glossæ Steph. *Barburra*, ἄφρων, ἀνόητος. Sed leg. *baburrus*.' Scilicet ut apud Isidorum lib. x. pag. 1070. 'Baburrus, stultus, ineptus.' Adi Du Cangium. *Bardulus* expressit Vulcanius. *Barbulus* conjecit item Beroaldus. Sed Mss. mordicus retinent *Babulus* vel *Babilus*. Posses æque substituere *Balbulus* vel *Balbillus* a balbo. Sed nihil temere mutandum puto. Posuit Auctor pro vero nomine, allusione, ut facit ubique, ad aliquem corporis vel mentis habitum facta. *Babulus* idem potest esse qui *baburus*. Liquidæ istæ litteræ *l* et *r* aliquoties vicissim adhibitæ, aut Græca P a Latinis per L expressa, uti in PACKOΥΠΟΡΙC, *Rhascupolis*. Vide ad Suet. Tib. c. 37. 'Latiaris' et 'Latialis,' 'Pariiia' et 'Palilia.' Vide ad Suet. Calig. cap. 16. 22. Alioquin et 'Gabulus' ponitur pro homine cruce digno. Vide Catal. Burm. l. II. Ep. 112. 'Gabalus iste fuit.' *Bacelus* est castratus. Vide Salm. ad Solin. pag. 580. *Oud.* *Babulus*] Nomen proprium latronis. Quid si legas *Bardulus*, ducto a tarditate nomine? *Bardus* enim stultus appellatur, dictione inflexa a Græco: illi enim βράδιστος dicunt. Quid si *barbulus*, a barba, tanquam barbatulus? nam et Barbula Romani consulis nomen est, apud Livium. *Beroald.*

Sagina c. prævalebat] Rom. *sarcina*. Elmenh. Primus ita reposuit Vulcan. quod retinuere ceteri, nec refragor, si in Mss. optimis reperiatur. Certe *saginam* est in Oxon. et Lindenbrogius, qui ad Vulcanii Editionem contulit Codd. Florentinos, nihil de varietate admonuit. Ut ursæ pinguedo denotetur. Justin. lib. XXI. c. 2. 'Saginam corporis contraxit:' ubi vide Bernecc. Auson. Ephem. VIII. 'Multa quod potas, nimiaque tendis Mole saginam:' ubi male Tollius vult *cædis*. Et passim Nostro *saginare*. Sed in Reg. Fux. est *sarcinis*, in ceteris, quantum sciam, certe Palat. D'Orv. Fux. nec non Edd. prioribus *sarcina*: quod et prætulit Pricæus. Sic magnitudo et pondus, quæ magis adspectui patent, quam pinguedo, significabuntur. Ut lib. VIII. p. 163. 'lupos vastis corporibus sarcinosos.' Lib. I. de Dogm. Plat. in f. 'sanitas obteritur pabuli sarcina inmoderatius invecti:' quo loco N. Heinsius etiam margini adleverat *sagina*. Sed crebro *sarcina* de onere ventris seu fœtu occurrit, ut apud Nostrum lib. I. p. 7. 'in sarcinam prægnationis:' et l. x. p. 227. 'sarcina prægnationis onerata.' Tum in Pith. est *revelabat*. Oud. *Ursam quæ cæteris sagina corporis prævalebat, &c.*] Glossæ, 'Sagina, παραπλήρωμα.' rectius hic alii autem *sarcina corporis*: sic infra lib. VIII. 'lupos corporibus sarcinosos' dixit. Oxon. et Florent. Mss. *Unam quæ, &c.* utro legatur modo, ad sensus nihil, ad veritatem contextus permultum refert: sequamur itaque lectionem ineditam illam, cui subjecti loci sat auctoritatis conciliabunt. Infra hic, 'Unus e numero nostro, non qui corporis adeo, sed et animi robore cæteris antestabat.' Lib. III. 'Unus denique et manu' (cæteris) 'promptior, et corpore vastior,' &c. et VIII. 'Unus præ cæteris, et animo fortior, et ætate juvenior, et corpore validior.' *Pric.*

Ejusque nudatum probe carnibus corium, &c.] Florid. I. 'Velut ursum bipedem corio executo, nudis et laceris visceribus reliquerunt.' Virgilius: 'Tergora deripiunt costis, et viscera nudant.' *Idem.*

Servatis solerter unguibus] Theodoretus IV. περὶ Προνοίας· Λέουσι καὶ ἄρκτοις καὶ παρδάλεσιν, &c. ὀξεῖς καὶ παχεῖς, καὶ μακροὺς, καὶ μάλα ἰσχυροὺς ἐνέφυσεν ὁ Ποιητὴς ὄνυχας. φυσικὴν αὐτοῖς περι-

τέθεικε πανοπλίαν. Ovidius Metamorph. 'Armatosque unguibus ursos.' *Idem.*

Tergum omne] Fulvii liber, *tergus.* Elmenh. Bene sane, ut dant D'Orv. Guelf. pr. et excusum jam est in Ed. Junt. post. ac Scriv. *Tergus* enim corium, *δορὰ ζώων*, ut est in Glossis. Plin. lib. VIII. de Elephanto c. 10. et Solin. c. 25. 'durissimum dorso tergus, ventri mollius.' Phædr. lib. II. F. 1. de juvenco: 'tunc diviso tergore, Silvas petivit:' ubi vide Cel. Burmannum. At alterum se non minus tueri potest Virgilio lib. v. Æn. 352. 'Tergum Gætuli inmane leonis, Dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.' Vide Salm. ad Solin. pag. 707. c. 52. 'amictus vestimento tergorum:' ut leg. e Mss. quinque. *Oud.*

R. studiosa tenuamus] Pricæus scribere mavult *studiose*, ut l. VI. p. 178. 'subtili fabrica studiose poliverat.' p. 185. 'studiose gradum celerans.' Lib. X. p. 220. 'studiose vestigabant reum.' De Mundo p. 706. 'studiose legunt.' Sed tamen substantivo amat Auctor aliquod dare adjectivum. Et sic plane h. lib. p. 83. 'Quos eximii spectaculi rumor studiosa celebritate congregabat.' Pro *studiose* etiam dicitur *studio*, sive de industria, consulto; quod restituendum Solino cap. XIX. p. 28. 'Teneros studio occulunt.' Sic enim Mss. quinque optimi. *Idem.* *Tergum omne rasura studiosa tenuamus*] *Tergum* (ut et Virgilius jam adductus) quod supra *corium* vocat. Glossarium: 'Tergus, *δορὰ ζώων*.' Onomasticon vetus: 'Tergus, *σκῦτος*.' Porro *studiose* scribi malim: *rasura studiose tenuare* hic, ut VI. 'fabrica studiose polire.' Hujusmodi non mutant sensum, at contextus sinceritatem stabiliunt. *Pric.* *Rasura*] In eodem Onomastico: 'Rasura, *κουρά*.' *Idem.*

Et minuto cinere perspersum, &c.] Lib. VII. 'Corium adfirmatum inspersu cineris.' *Idem.*

Soli siccandum tradimus] Sic VI. 'Solis ardentis vaporibus tradere.' *Idem.*

Examurcatur] *Examurgatur* D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Palat. Oxon. et Edd. Vic. Ber. Bas. pr. sollemni permutatione. Vide Indic. Auct. Rei Rusticæ. Tales pelles Apollodorus lib. I. p. 40. vocat *βύρσας ἐξηραμμένας.* Sic enim est in Mss. Palat. Vat. et D'Orvill. cum Ed. Fabri. Alterum *ἐξηρημένας*, vel Galei *ἐξηρτημένας* friget id loci, ut inspicienti patebit. Mox *ejus* abest a D'Orv. et male quidam rursus volunt *interim* pro *interdum*. Oud. *Pulpis ejus saginamur*] Gloss. '*Σάρκες*, pulpæ.' Infra l. VIII. 'Ossa pulpis viduata.' *Pric.*

Instantis militiæ disponimus sacramentum] Lib. XI. 'Da nomen huic sanctæ militiæ, cujus jam olim etiam sacramento rogabaris.' *Idem.*

Per opportuna noctis silentia] 'Per amica silentia noctis.' *Idem.*

PAG. 74 *Sollers species*] Bert. *spes.* Elmenh. Item Oxon. Par. D'Orv. solita confusione, ut l. XI. init. Vide ad Cæs. lib. III. B. Civ. c. 97. Drak. ad Liv. lib. III. cap. 9. in f. Placebat Heinsio, *sollertiæ*, sc. monstrandæ, *spes.* Corrigendus et Colum. lib. III. cap. 2. § 25. 'nec tam largi' (vini) 'quam ex numero uvarum prima specie promittit.' Sic Sangerm. Vulgo; *uv. quas p. spes.* Oud.

Subit aleam] Thrasileon non recusans sub ursæ specie et ferino habitu grandia moliri, subit periculum et discrimen machinæ, ut periculosæ: ut pro nomine transfiguratus in ursam, in cavea ad Democharem munerarium perinde quasi bestia deportetur. 'Subire aleam,' est periclitari, et objectare sese fortunæ dubiæ et ancipiti: ex translatione aleatorum, qui in alea foroque aleatorio varie agitantur, et repente victores, repente victi dubio eventu examinantur. Livius: 'In dubiam servitii imperiique aleam imus:' et apud Lucanum: 'placet alea fati Alterutrum mersura caput.' Aleatores a Veteribus *alea-*

nes dicti. Catullus: 'Quis hoc potest videre, quis potest pati, Nisi impudicus et vorax et aleo?' Ita apud Salustium legendum est illud ex Catilina: 'Quicunque impudicus adulter, ganeo, aleo, manu, ventre, pene, bona patria laceraverat.' Sincerior enim lectio est, et tersior, ut legatur *aleo*, quam *alea*: sicut in pervulgatis codicibus scriptum invenitur. *Beroald.*

Habili corio, et m. t. vultu sereno sese rec.] *Ferino* exstat in margine Codicis Oxon. et in textum tacite recepere Wower. et Pricæus, præeunte in notis Beroaldo, qui explicat, 'induit ursinam faciem.' Sic lib. II. pag. 23. 'in cervum ferinus.' Lib. hoc pag. 73. 'corporum ferina naufragia.' pag. 78. 'ferino fremitu:' et Flor. N. 3. 'Marsyas vultu ferino trux.' Verum Thrasyleon non erat vultu ferino, neque se recondidit ursæ vultu, at toto corio mollitie tractabili, fecitque id lubens, hilari et læto vultu, ut bene explicat Gruterus. Vide ad Lucan. lib. IV. 363. 'vultuque serenus.' Sueton. Aug. cap. 79. 'Vultu erat adeo tranquillo serenoque.' Ceterum similiter apud Longum in Pastor. lib. 1. pag. 14. Ed. Moll. Dorcas se recondens pelle Lupi, τῷ σώματι περιέτεινε ποδῆρες κατανωτισάμενος· ὡς τούς τ' ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσὶ καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἄχρι πτέρνης. ubi pessime Mollius conjicit ἐφοπλίσασθαι, et vertit 'armarent,' pro 'superinjicerentur,' 'superpanderentur.' Vide Suidam in v. Ἐφαπλώματα. Gloss. Philox. 'Ἐφάπλωμα, culcitra:' sive potius *culcita*. Adi ad Suet. Tib. cap. 54. Ignorant tamen τὸ ἐφαπλόω Lexica. Pro *habili* in Guelf. pr. a m. pr. *mobili*. Oud. *Habili corio*] Isidorus Orig. lib. X. 'Habilis, quod sit ad habendum aptus et commodus.' Gloss. 'Habilis, εὐάρμοστα.' Cicero I. de Orat. 'Quamvis essent habiles, et apti ad pedem.' *Pric.*

Mollicie tractabili] Huc spectant Glossarii ista: 'Pelliones, δερματομαλάκται.' et illa alterius Glossarii 'Μαλάσσω, subigo, mollio.' In eodem glossario 'εὐψηλάφητος,' &c. In alio Glossario: 'Εὐψηλάφητος, tractabilis:' et contra, ''Αψηλάφητος, intractabilis:' in eodem Glossario. *Idem.*

Tenui sarcimine] Si a Mss. Bertino et Pithœano recesseris, [vid. V.V. LL.] habent Mss. O. *sarcimine*, quod e suis Codd. recepit Beroaldus, et recte exponit, 'consuimus extremas partes sutura sive sartura tenui.' Nam perperam in Ed. Paris. Merceri est *farcimine*. At Edd. pp. item Junt. pr. et Aldi cum Bas. pr. dederunt *acumine*, sive subtilitate tenui corii extremitates summas ita adæquavimus resecando, ut bene jungi ac consui utrimque potuerint, &c. Sed præfero *sarcimine*. Forsan fuit *tenui acus minimæ sarcimine*, vel *acus spineæ*, factæ scilicet ex spina, quæ in hystricum cute excrescit. Vide Plin. lib. VIII. cap. 35. 37. et Mss. At hoc est hariolari. *Oud.* *Acumine*] Quidam codices habent *sarcimine*: quod graphice quadrat: signat enim, oras, hoc est, extremas corii partes, sutura quadam tenuissima fuisse connexas, compositasque, ut vix vestigium sectionis internosceretur. *Sarcimine* autem positum est pro sutura, quasi a sarciendo. Unde 'sarcinatores' dicti, et 'sarcinatrices:' quamvis non desint qui 'sarcinatricem' non tam a 'sarciendo,' quam a 'sarcinis' dictam velint. 'Sartores' quoque non solum a 'sarciendo,' verum etiam a 'sarriendo' dici autumant scriptores idonei: quo intellectu illud Plauti ex Captivis est accipiendum: 'Sartor sarrorque scelerum et messor maxime:' sarrire autem est fodere, et aperire, quod in agricolatione utilissimum esse docet Columella, et reliqui rusticationis conditores. *Beroald.*

Adæquavimus] Recte Palat. *adæ-*

quamus. Wower. Sic et Fux. et Oxon. cum Guelferbytanis, ut primus edidit Woweriu*s*, quem tacite Elmenh. et reliqui sunt secuti; quia præcedunt et sequuntur præsentia. Sed in ceteris Mss. et Edd. est præteritum, item in Ed. Junt. post. *sepivimus*, solita temporum diversitate. Vide ad lib. II. pag. 37. *Oud.*

Juncturæ rimam, licet gracilem, &c.] Aptius, ni fallor, *scilicet g.* legas. *Pric.*

Thrasyleonis caput subire cogimus] Cum tamen supra, 'Sic instanti militiæ disponimus sacramentum, ut unus e numero nostro, &c. atque is inprimis voluntarius, &c. ursæ effigiem subiret:' at *cogere*, hoc loco *facere* intelligendum. *Idem.*

Parvisque respiratui circa nares et oculos datis foraminibus, &c.] Apud Petronium ille: 'Ego vos in duas jam pelles conjiciam, vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebo: apertis scilicet aliquatenus labris, quibus et spiritum recipere possitis, et cibum.' *Idem.*

Præstinatæ pretio] Flor. et Bert. *prædestinatæ:* male. *Elmenh.* Item Pith. Reg. Fux. Guelf. pr. D'Orv. et Edd. Rom. Vicent. Junt. dant *prædestinatæ:* quod correxit Beroaldus, reliquis editoribus recte eum sequentibus; licet et Nonius ex Lucilio probare nitatur *destinare* pro emere. Vide Voss. ad Cæs. lib. III. B. G. cap. 14. Sed in Lucilio si *destinor* pro *præstinor* vere se habet, significat ibi statuor, decernor, conveniunt de me in tria millia. Eadem varietas est lib. VII. pag. 139. 'magnis talentis puellam præstinare.' Lib. X. pag. 219. 'me ad vasa illa gestanda præstinarent.' Sed adi ad lib. I. p. 18. 'piscatum XX. denariis præstinavi.' *Oud.*

Sic reliqua fallaciæ peregimus] Quod edidere Wow. et Elmenhorst. dant Flor. D'Orv. Guelf. uterque, et Mss. plerique cum Ed. Junt. post. nisi quod male *sic* exsulet ab Edd. Wow. et Pric. In Regio tamen, ut in ceteris Edd. est, *sic rel. f. peregimus.* Scripsitne Auctor, *sic reliqua f. pergimus?* ut 'pergere iter;' de quo vide ad lib. II. pag. 30. ubi eadem confusio. Et sane ita exaratur in Pithœano. *Idem.*

Genere Thracio] Alii, *Thraco*, vel *Thrace.* Elmenhorstius. Scil. Vulcan. exhibuit *Thrace.* quo facit Florent. *Thracem.* In Oxon. *Thratio.* Guelf. pr. *Tractio.* Si quid mutandum, accederem Colvio: ut apud Gell. lib. XIX. cap. 11. 'cuidam Thraco,' et 'homo Thracus:' ac passim, sicut et *Threcus.* Consule Salmas. ad Spartiani Hadr. cap. 3. J. F. Gron. lib. I. Obs. cap. 15. N. Heins. ad Ovid. Ep. XIX. 26. lib. VI. Met. 455. Sed et *Thracius* frequens est Adjectivum, unde 'Thracius Orpheus;' 'Thracius Boreas' Lucan. lib. I. 319. Infra lib. VII. pag. 136. 'Hæmus ille Thracius.' pag. 144. 'de rege Thracio:' ubi idem tentavit Colvius. Erat autem hæc ignominiosa prosapia; sicut et ex Thressa muliere. Vide Nepot. in Iphicr. cap. 4. Heins. Epist. Corp. tom. V. pag. 15. *Oud.*

Proditus] *Productus* probaverat Sciopp. lib. II. Susp. Lect. cap. 8. quia etiam dicitur 'producere liberos.' Vide Cl. Burmann. ad Nemes. Ecl. III. 24. 'justo produxit tempore partus.' Sed ceterorum Codd. scripturam recte defendit Elmenh. De Deo Socratis in f. 'prodite patria.' Arnob. lib. V. pag. 174. 'subolem prodere.' Adi ad lib. I. pag. 2. 'originis fundamenta a Plutarcho, &c. prodita.' *Idem.*

Abusi præsidio tenebrarum] Lib. I. 'fide tenebrarum contectus.' *Elmenh.*

Abusi præsidio tenebrarum] Defensi tenebris, et dono noctis opacæ. *Abusi* pro *usi*, quomodo et Lucretius: 'Sentit enim vim quidque suam qua possit abuti.' et Cicero ipse: 'Nos elephantorum acutissimis sensibus, nos

sagacitate canum ad utilitatem nostrum abutimur:' II. de Nat. Deorum.' *Pric.*

Demiratus] *Miratus* est in Pith. Fux. Guelf. pr. Pal. D'Orv. Oxon. minus bene. 'Demirari' enim est valde mirari apud Plautum, Terent. alios. Sed in Florent. est, notante Lindenbrogio, *emiratus*, optime: sive crebro voce et gestu admirationem prodens. Egregie id compositum adseruit Cl. Cuninghamus Horatio lib. I. Od. 5. 7. 'Et aspera Nigris æquora ventis, Emirabitur insolens:' ut est etiam in Mss. a me visis. Lactant. Arg. Ovid. lib. VIII. Met. F. X. 'Emirant casus mortalium:' quem cum Papiæ glossis jam citavit Burm. ad Virg. Æn. V. 555. Quin et apud Plinium lib. XI. cap. 34. 'Æque mira sanguinis et hirudinum generi in palustri aqua sitis.' Sic Hard. Vulgo, *æque est m.* Sed Mss. Leidenses quinque prodant, *æque emira.* Immo et Colum. lib. VIII. cap. 11. de pavone: 'Cum semetipsum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis protegit.' Nam Mss. Polit. et vetustissimus Sangermanensis habent, *velut emirantem.* Dein *sui* non est in Fux. *Oud.* *Demiratus bestiæ magnitudinem*] Gellius, paulo supra adductus: 'Magnitudines bestiarum excellentes.' Et nota *bestiam* de ursa: sic in l. II. ff. ad leg. Aquil. 'Bestiæ sunt ursi, pantheræ,' &c. *Pric.*

Ut ipse habebat] Vet. ed. *ut ipse hebat.* Col. *ut ipse aiebat;* minime assentior. Vulgatam cur mutemus, causæ profecto non est. Facit Sueton. Galba c. 12. 'Cano autem choraulæ,' &c. *Brant.* Eum Suetonii locum jam protulit Beroaldus. Sed cur tunc jussit dari, et non potius dedit ipse, ut Galba? Quare, si ista verba sunt sana, malim adsentiri Grutero, solidos aureos, et non pretium eorum intelligenti, ac cum Gronovio de Pec. Vet. pag. 238. junctim interpretari *protinus ut ipse habebat,* ut Græci dicunt ὡς αὐτὸς εἶχεν, Latini vulgo, 'sicut erat.' Omnes scilicet dedit aureos, qui in loculis erant. In Apol. p. 71. Ed. Pric. 'perinde ut loculi suppetebant.' De 'loculis,' seu sacculis nummorum vide Martial. XIV. 12. Frontin. de aquæd. art. 118. Sed ea verba absunt quoque Guelferbytanis et Oxon. uncis inclusa per Scriverium. Melius certe excluderes, quam reponeres *aiebat*, ut fecit Vulcanius, cum plane abundet post *jussit:* licet *ut aiebat* sic interponatur lib. IX. p. 199. lib. XI. p. 254. Sed non superflue. Heinsius conjecit, *ut is se habebat*, sive ut ingenium ejus erat liberale. *E suis*, ut a Fux. sic et a Regio exsulant. Vide ad Sueton. In Ed. Scriv. est *ipso*. Pith. *adnumeraret.* Oud. *Jubet nobis protinus, &c. decem aureos adnumerari*] In Trinummo Plautina: 'Jam modo ex hoc loco Jubebo ad istam quinque perferri minas.' *Pric.*

Ut novitas, &c.] Guntherus: 'Rerum miratrix fama novarum.' Petron. 'Novitas omnium convertit oculos.' Seneca: 'omnes concurrunt, ad nova conveniunt.' *Elmenh.* *Ut novitas consuevit ad repentinas visiones animos hominum pellere*] Ammianus lib. XXVI. 'Insita plerisque vulgarium novitatis repentina jucunditate.' Ovidius: 'Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.' Seneca Natur. Quæst. lib. ult. 'Naturale est magis nova quam magna mirari.' Petronius: 'Convertit ad novitatem rei mentem.' 'Repentinas visiones' heic ut supra lib. I. 'Attonitus repentinæ visionis stupore.' Pro *pellere*, melius *impellere*, vel *pellicere* legas. *Pric.* *Pellere*] Lego *pellicere*, pro *pelliciebat*, ut sit sensus: Animos hominum pellectos esse, tractosque ad visendam ursam enormem: id quod in rebus novis accidere solet: ad nova enim conveniunt homines, ad nova concurrunt, ut inquit Seneca in Declamationibus: idem in Quæs-

tionibus ait: 'Naturale est magis nova quam magna mirari:' hinc illud notissimum: 'Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.' *Pellicere* autem est, illicere: quod et 'perlicere' dicitur, usitatissimum Livio. 'Pellicationem' Cato dixit a pellicendo, quasi invitamentum, et (ut inquit M. Varro) illicitum, ab illiciendo. *Beroald.*

Mirabundi ad bestiam confl.] Flor. omittit τὸ *ad*. Elmenh. Optime. Neque aliter sine præpositione legas in Mss. Pith. Reg. Fux. Bert. Oxon. D'Orv. utroque Guelferb. Edd. Vicent. Beroald. Bas. pr. citatque G. J. Vossius de Anal. cap. 9. Sic lib. II. p. 23. 'Hæc rimabundus:' ubi vide quoque. Lib. III. p. 43. 'Carnificem imaginabundus.' Lib. V. pag. 103. 'aciem periclitabunda.' Lib. XI. pag. 242. 'Manum deosculabundus.' Mart. Cap. 'Jovem salutabunda.' Lib. VII. p. 237. et lib. VIII. init. 'virginem conspicabunda.' *Oud.* *Multi numero mirabundi ad bestiam confluebant*] Phædrus: 'Ut mos est vulgi, passim et certatim ruunt.' Themistius IX. Orat. Τῆς καινουργίας, &c. ἐπισπωμένης ἀεὶ τὸν πολὺν συρφετὸν, καὶ πρὸς τὰ ξένα καὶ παράλογα κεχηνότα. Et bene in hoc argumento *mirabundi*. Cassiodorus Chronico: 'Muneribus amphitheatralibus diversi generis feras, quas ætas pro novitate miratur, exhibuit.' *Pric.*

Frequenter] Ed. Scriv. *frequente*, ne duo adverbia, *satis callenter*, *frequenter*, uni verbo *inhibebat* jungantur. Sed cum unum sit modi, alterum temporis, non ausim damnare, præsertim cum *impetu* habeat adjectivum secum *minaci*: præterquam quod 'frequenter minax' apte possint jungi. De duobus adverbiis sine copula uni verbo adpositis adi ad Liv. lib. XXV. 15. *Oud.*

Pag. 75 *Novo proventu*] Fulvius, *provectu*. Elmenh. Immo ejus Cod. quem cave audias. Significat reditum uberem. Lucan. lib. II. 61. 'novorum Proventu scelerum quærunt, uter imperet urbi.' Eadem variatio in Sept. de B. Troj. lib. VI. c. 11. 'insulamque proventu frugum brevi redundaturam.' Sic recte Ms. Periz. et Ed. Artop. cum Anna Fabri. Al. *provectu*. Solin. c. 21. 'Galliæ accommodæ proventibus fructuariis.' Hinc passim de bono successu dicitur Nostro aliisque. Vide pag. 82. lib. X. p. 230. ubi plura, ad Suet. Vespas. cap. 5. *Oud.*

Jubet summa cum dilig. reportari] In Pal. Guelf. utroque est, *summa cum dil. jubet rep.* A Paræano absunt τὰ *jubet summa*. Omnia a Fux. Regio. Et forte τὸ *ire* Glossatores hic per *reportari* exposuerunt, in textum dein intrusum. Quod verum crederem ob ea, quæ dixi ad Suet. Ner. cap. 25. 'præëunte pompa:' et supra lib. III. p. 51. 'jussis adsequi balneariis.' sc. instrumentis, nisi scirem superfluam Appuleii orationem. *Idem.*

Itineris spatio fatigatam] Ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κεκοπιακυῖαν. *Pric.*

Domus tuæ patulum ac perflatilem locum, &c.] Etymologus: Κάπω, τὸ πνέω· ὅθεν καὶ κῆπος διαπνεόμενος τόπος· διὸ καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις τὸν ἀποτετμημένον τόπον πρὸς ἀνέμου ἀνάπνευσιν, καὶ κῆπον λέγουσι. vide Pollucem v. 18. Hesychius: Ῥιπιστὰ, διαπνεόμενα. Eundem vide etiam in κεκαφηότα. Oxon. et Florent. Mss. *perflabilem*. Ammianus, ut heic, *perflatilem*. De Alexandrina urbe lib. XXII. 'Auris, et salutari temperamento perflatilis.' *Idem.*

Lacu aliquo conterminum] Non male Floridus censet Ablativum hunc regi vi præpositionis *cum* in composito præsentis. Vide ad pag. 73. 'epulas adcurrunt.' Et sic lib. VI. p. 125. 'jure congruus' pro *juri*. Lib. VII. pag. 142. 'publica custodela commisere.' Verum tamen Noster huic adjectivo alibi jungit secundum vel tertium casum cum ceteris auctoribus. Vide Indicem. Immo in Reg. Fux.

Pal. Oxon. D'Orv. est *lacui*. Quare *lacu* capi posset pro *lacui*. Vide ad Lib. I. p. 4. 'Ingressu fuerit stabulum:' et *aliquo* pro *alicui*, vel *aliquoi* forsan scribendum. Vide Dousam et Broukh. ad Tib. I. 11. 64. et alios passim. Tum *conspicis* Pith. *Lucos* exsulat a Fux. *Oud.*

Hoc genus bestiæ] Vide supra ad p. 72. Ed. Pric. Sic Solinus p. 12. 'hoc genus alitis:' et p. 25. 'Hoc genus canis crescit:' in Mss. nonnullis. Sed rectius alii cum Edd. Delr. Salm. *hoc genus canes crescunt:* de quo alibi. *Idem.*

Specus roridos] Est qui malit *roscidos*, ut sæpe Noster cum aliis, quod in Mss. crebro abiit in *rosidus*. Adi Burm. ad Ovid. Fast. II. 314. Virg. Æn. VII. 683. *Torridos* Guelf. sec. Sed *roridos* propugnat Pricæus, ut descendens a verbo *roro*, quod ubivis occurrit apud Poëtas. Cur non potius a Genitivo *roris*, ut 'floris, floridus?' In Oxon. *specus roridas*. Idem.

Colles frigidos et fontes amœnos] In Flor. τὸ *colles frigidos* non comparet. *Elmenh.* Edidit is cum Scriverio: *et calles amœnos, et fontes frigidos.* Verum erravit vehementer. Non enim in Bertino est *fontes frig. et calles am.* sed *colles frigidos et calles am.* per paronomasiam seu parechesin, Nostro frequentissimam. Vide ad lib. III. p. 62. Eaque lectio Scioppio placebat, ut tollerentur *fontes;* quia eos non incubant, sed occubant, ut ait in Susp. At illa ratio infirmissima est. Nam in aqua, fontibus, et undis dicuntur esse illa, quæ sunt ad aquam, fontes, et undas. Vide notas ad Lucan. lib. VIII. 862. 'pulsatur in æquore saxum.' Misc. Obs. vol. I. p. 131. vel etiam *super ea*, ut hic in nonnullis esse videbimus.. Lucan. lib. I. 381. 'Castra super Tusci si ponere Tybridis undas:' quæ male tentat Burmannus: 'super undas' est super undarum ripas: ut apud Eutropium lib. IX. c. 18. 'Castra super Tigridem haberet.' Sic enim in Mss. Orosio et Jornande, non *supra*, quod esset *ultra*, et historiæ contrarium; ut Valer. Flacco lib. V. 186. 'tumulumque virentia supra, Flumina cognati medio videt aggere Phrixi.' Adi omnino ad Sueton. Calig. cap. 8. 'super' vel 'supra confluentes.' Similiter errat Burmannus vs. 396. 'tentoria fixa Lemanno,' i. e. ad Lemannum. Sed ad Appuleium revertor, in quo ob eamdem, quam Sciopp. dederat, rationem *fontes* in *calles* e Ms. mutandi, Wowerius temerarie edidit *montes*, seq. editione Pricæana; licet fatear, in D'Orvilliano etiam *montes* exarari. Sed is codex cum Pithœano caret τοῖς *et colles*, sicuti Flor. Fux. Guelferbytani, Pal. Oxon. non agnoscunt *et colles frigidos*. Si quid mutandum, placet maxime Bertini Cod. lectio. Nam ob repetitionem *collis* et *callis*, videtur alterum excidisse. Floridus negligenter dedit inverso ordine: *et colles amœnos et fontes frigidos*. Oud.

Semper incubare] Palat. et Ald. *superincubare*. Elmenh. Errat Pricæus, scribens in iis haberi *superexcubare*, quomodo in nonnullis est lib. VI. p. 122. 'ante atria pr. semper excubans.' Aldus secutus est Ed. Junt. pr. in qua etiam *superincubare*, ut Elm. et Scriverius expressere, ut apud Liv. lib. XXII. cap. 51. 'superincubanti Romano.' Virgilio lib. X. Æn. 727. et Lucano l. IX. 933. 'superincumbens.' 'Supersedere' vel 'superinsedere' Solino pag. 13. nisi melius ibi legas *superincedentibus* sive *calcantibus*, ut apud Lucan. lib. IX. Sed nil temere muto. 'Incubare' cum quarto casu passim Noster utitur. Vide ad lib. VII. pag. 137. 'tabernulam incubabat.' Supra, 'folles incubare.' Rem expressit Ovid. Epist. IX. Her. 87. 'Ut Tegeens aper cupressifero Erymantho Incubet.' 'Sacello incubare,' pro cubare in sacello, Dativo casu, dixit Solinus pag. 16. *Oud.* *An igno-*

ras hoc genus bestiæ lucos consitos, et specus roridos, et colles frigidos, et fontes amœnos semper incubare] Virgilius de equabus: 'Saltubus in vacuis pascant, et plena secundum Flumina, muscus ubi, et viridissima gramine ripa, Speluncæque tegunt, et saxea procubat umbra.' Adde quæ Jobi 40. 16. 17. de Behemotho, quem elephantum exponunt. In Cod. Palat. et Aldina editione, *superexcubare:* quod fortasse vulgatis rectius: sic infra lib. VI. *superexcubare* dixit. *Roridos* bona lectio est, non *rosidos*. Glossæ: 'Δροσίζω, roro.' Onomast. vet. 'Roresco, roro, δροσίζω.' *Pric.*

Talibus monitis, &c.] Lib. III. 'Talibus me monitis delinire gestiunt.' *Idem.*

Numerumque perditorum] Desideratur copula in Oxon. et Guelf. pr. *Perditarum* præbent Fux. Palat. ambo Guelferb. Edd. Ber. Colon. Wower. Pric. scilicet *ferarum*, quæ præcedunt. Verum sciolorum corruptricem manum hic videor agnoscere, qui ita mutarunt non cogitantes, subintelligi debere vel *ursorum*, vel in genere *animalium*, generis mutatione passim in talibus obvia. Vide me ad Frontin. lib. III. cap. 15. § 5. 'pecora,' et sequitur 'visceribus earum,' scil. *ovium*. Burm. et me ad Suet. Claud. cap. 25. 'Omnes, qui exponerentur,' et præcedit 'mancipia.' Scil. *servi*. J. Obs. cap. 114. 'armenta,' et sequitur 'lacrymantes,' nisi illic *lacrymarumque mutis affectibus*. Apud Nostrum lib. v. pag. 99. 'trucis bestiæ,' seq. 'eum,' scil. *serpentem*. Lib. VIII. pag. 169. 'jumentorum refectis corporibus, quo vendibiliores videremur.' Atque ita capi potest Virg. G. III. 305. 'Hæc, &c. tuenda;' ut est in plerisque Mss. et Servio; cum præcedant *capræ*, de quibus agit. Æn. VI. 660. Plura vide apud L. Guadagn. de Pand. Florent. cap. 15. in Symb. Rom. Gor. V. II. *Oud.*

Non diff. adsensus, ut e. a. n. caveam locar. facile permisit] Uncis tacite inclusere Elmenh. ac Scriverius ultima verba, *facile permisit*. Et recte. Mera enim est glossa præcedentium, *non difficulter adsensus tribuit*, ut habent diserte D'Orvill. quoque et Palat. vel *adsensum tribuit*, ut est in Oxon. et Guelferbytanis. Neque comparent *facile perm.* in Palat. Reg. Fux. Oxon. Guelferb. utroque, Par. Palat. Sic 'tribuere silentium,' 'aures:' immo lib. v. pag. 92. 'nuptæ precibus veniam tribuit.' Lib. XI. p. 257. 'matris adfectionem miserorum casibus tribuis.' Et sic fere lib. X. pag. 225. in Mss. *consensum adnuit.* Idem.

Hic ibidem] Vide supra pag. 55. adnotata. *Pric.*

Excubare noctes] Id est, *noctu*. Virgil. IV. Georg. 'Flet noctem:' ubi Servius, 'Jugi nocte.' Idem: 'Noctes lentus non deficit humor.' *Idem.*

Cibum tempestivum, &c. offeramus] Hoc Psalm. 104. διδόναι τὴν τροφὴν εἰς εὔκαιρον. et Psalm. 144. ἐν εὐκαιρίᾳ. sic infra IX. 'prandium tempestivum.' *Idem.*

Nihil indigemus labore isto vestro] Supra lib. I. 'Nihil' (inquit) 'istarum rerum, &c. indigemus.' *Idem.*

VALE *facto, discessimus*] Lege conjunctim *valefacto*, a *valefacio*. Vide veterem Interpretem Act. 18. 18. et 21. 6. *Idem.*

Ibi] De *capulis* vide Cuperum lib. II. Obs. cap. 9. *Oud.*

Noctis illumino tempore] *Illunio* vel *inlunio* est in Regio, Fux. Oxon. D'Orv. Guelf. et Ed. Junt. post. Sed velim dari mihi exemplum terminationis *inlunius*. Wow. Elmenh. Pric. ediderunt *illuni*. Sil. Ital. lib. XV. 618. 'illunem nacti noctem.' Scriverius exhibuit *illuno*. Ceteri *illumino*. Sed in Florent. est *inlunia*. Quare præfero *inlunæ*, ut lib. IX. pag. 209. ut *nox* suum habeat epitheton. Salm. hinc quidem suspicatus est *noctis illunis*. Passim vero hanc terminationem

ostentat Noster, ut 'inanimus,' 'eneruus,' 'exossus,' 'hilarus,' 'procliuus,' aliaque, quæ frequenter quoque apud ceteros reperiri auctores, ne tironibus quidem est ignotum. Vide ad lib. I. pag. 3. Sed et contra, *is* dedit, ubi alii *ius*. Vide ad pag. 76. *Idem.* *Ex disciplina sectæ servato noctis illuni tempore*] Ammianus lib. XIX. 'Observata nocte squalida et interluni.' Thucydides lib. IV. Τηρήσαντες νύκτα, &c. ἀσέληνον. nimirum, cujus nullam partem Luna illuminavit. At alia Appuleii mens: vult ille id noctis tempus quo lumen obscura Luna premit, ut Virgilius loquutus. Ait, 'ex sectæ disciplina.' Theodoretus VII. περὶ προνοίας· Οἱ τῆς πονηρίας κατατολμῶντες, &c. νύκτωρ κακουργοῦσι, τὸ σκότος, καὶ τὸν ὕπνον, καὶ τὴν ἁπάντων ἡσυχίαν τῆς λῃστείας λαμβάνοντες. Adde quæ I. 18. Gellius ex Varrone. *Pric.*

Quo somnus obvius] Cointus Smyrnæus l. I. 133. Νηπίη, ἥ ῥ' ἐπίθησεν ὀϊζυρῷ περ ὀνείρῳ Ἑσπερίῳ, ὃς φῦλα πολυτλήτων ἀνθρώπων Θέλγει ἐν λεχέεσσιν* ἐπικέρτομα βάζων. Rhodomannus addit ἄδην vel ἑοῖς. *Elmenh.* *Quo somnus obvius impetu primo, &c.*] Guntherus: 'Quo membra diurnis Extenuata malis primo sopor irrigat imbre.' Idem: 'Primo somni torpore gravatos.' Ovidius Metamorph. VII. 'Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis Pectora somnus habet.' Phædrus: 'Sanctamque uxorem dormientem cubiculo, Sopita primo quæ somno nil senserat.' *Obvius*, est, ultro insinuans se, dono Divum serpens. *Premit* heic, ut infra V. 'Exordio somni prementis implicitus.' *Pric.*

Pag. 76 *Expilationis vadimonium*] Glossæ: ''Αποσυλῶ, expilo.' Aliæ: 'Expilat, ἀποδύει, λῃστεύει, συλᾷ, ἐκπορθεῖ, τοιχωρυχεῖ.' *Idem.*

Examussim capto] Onomasticon vetus: 'Examussim, ἀπηκριβωμένως.' *Id.*

Prope sopiti q.] Non male conjecit Priceus *probe*, ut alibi apud Nostrum. Sed Mss. Pith. Fux. Edd. Juntinæ, Aldi exhibent *propter*, i. e. juxta caveam. Hos enim custodes solos intelligit, ut patet e seqq. Adverbialiter et vere, ut opinor. Vidimus jam ad lib. III. pag. 65. 'propter adsistens.' Ita construxit Noster quoque *circa*, ut videbimus lib. X. pag. 236. 'pascentes circa capellas.' *Oud.* *Custodes, qui prope sopiti quiescebant, &c. gladio conficit*] Firmicus VI. 31. 'Famosos domuum effractores reddet, et qui armati gladio quiescentibus hominibus, et patrimonii jacturam et vitæ discrimen infligant.' Scriptor de Excid. Hierosol. IV. 9. 'Quoscunque repererunt, dormientes alios, perterritos alios, totis viis cædebant.' In Appuleio *probe*, non *prope* scribendum. Supra heic: 'Probe nudatum carnibus corium.' Lib. VI. 'Jubam probe pectinatam.' IX. 'Probe suasum et confirmatum.' Ibidem, 'Probe capite contectum:' et X. 'Poculum probe temperatum.' *Pric.*

Ad unum omnes] Servius ad Æneid. III. 'Ad unum: nullo excepto.' In Græco 1 Samuel. XI. 11. Οὐκ ὑπελείφθησαν ἐν αὐτοῖς δύο κατὰ τὸ αὐτό. Gellius III. 7. 'Quadringenti omnes tum una perfossi gladiis, aut missilibus operti, cadunt:' quæ scio sic posse accipi, *una cadunt:* credebam tamen melius, *omnes ad unum perfossi, &c.* Sic XVI. 11. apud Eundem: 'Eo facto Psyllos ad unum omnes interiisse.' Ammianus lib. XXXI. 'Trucidassetque omnes ad unum, ni,' &c. Idem lib. XIV. 'Periissent ad unum, ni,' &c. Scriptor de Illustribus Viris: 'Ad unum occisione perierunt.' Perplexam porro Appuleiani loci lectionem ita bene Oxon. Ms. constituit, *omnes ad unum, mox etiam, &c.* Idem.

Fores januæ repandit, nobisque, &c. domus alveo receptis, &c.] Ex his (ni fallor) Virgilii: 'Cæduntur vigiles, portisque patentibus omnes Accipiunt socios, atque agmina conscia jungunt.' *Idem.*

Demonstrat horreum ubi vespera sagaciter argentum copiosum recondi viderat] Supra lib. III. 'Tunc horreum quoddam, &c. quod mediis ædibus constitutum gazis Milonis fuerat refertum,' &c. Infra lib. V. 'Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfecta, magnisque congesta gazis conspicit.' Sic 'pignora in horreis servata,' in l. IX. Cod. de pignor. act. Lampridius in Alexandro Severo: 'Horrea fabricavit, in quibus privati homines qui domi loca non habebant, aut custodia carebant, aurum, argentum, gemmas, aut grana convectarent.' Similem hodieque usum Venetiis *la Volta* præbet. *Idem.*

Quo p. perfracto] Flor. *prostrato.* Elmenh. Florentinarum membranarum lectio primo intuitu posset alicui videri verior, quia sic Auctor dixit lib. I. p. 9. 'Januæ reserantur; immo vero fractis et evulsis funditus cardinibus prosternuntur.' Sed bene observari meretur, *januas* ibi dici *prosterni:* hic vero agi non de horrei januis, sed ipso horreo, quod certe non prostraverunt latrones, sed *perfregerunt,* ejus janua fractis et evulsis cardinibus *prostrata.* Quomodo hæc jungit Cicero pro Cluentio c. 16. 'perfregit ac prostravit omnia furore.' In Cod. D'Orvill. est *profracto:* unde quis conjicere posset *præfracto:* de quo alibi. At *perfringere* vulgare est verbum de violenta januæ vel ædium apertura. Lib. I. p. 8. 'Non claustra perfringi, non fores evelli.' Supra hoc libro pag. 56. 'Fores ne perfringere quidem nobis videbatur:' et, ut hic, pag. 71. 'perfracto tuguriolo.' Tibull. lib. I. 11. (10.) 54. 'Perfractas conqueriturque fores.' Sil. XIII. 255. 'Perfractæ patuerunt milite portæ.' Hinc patet, nihil esse mutandum in Lucano lib. III. vs. 342. 'claudere muros Obsidione paras et vi perfringere portas:' ubi male Cortius voluit *refringere:* quomodo Ennius, et Cæsar lib. II. B. G. c. 33. 'refractis portis:' et Flor. lib. III. cap. 19. 'refractis ergastulis' dixere. Item Horat. lib. I. S. IV. 61. 'Ferratos postes portasque refregit.' Val. Flacc. lib. VIII. 323. 'Tempestatumque refringit Ventorumque domos.' Rectius in Lucano, ut volebat Gebhard. in Tib. I. 11. 54. 'refingeres præfringere.' Nam multi Mss. habent *præstringere:* quod reponendum e Mss. videtur in Statio lib. X. Theb. vs. 548. de tuba: 'Obseptasque fores sonitu præstringit amaro.' Vulgo *perfringit,* quasi ageretur de Hierichonis casu. *Oud.*

Confertæ manus violentia] *Confestim confarctæ m. v.* Flor. *Elmenh.* Item Regius et D'Orvill. addunt *confestim,* cum præcedat *protinus.* Quod dictum esset ut 'curiose sedulo,' et similia multa, de quibus ad lib. I. pag. 13. vel ut *protinus* ad *perfracto* pertineat, *confestim* ad *confertæ.* Verum supra satis jam dixerat omnes convolasse, et iis horreum monstratum. Statuendum potius esset, adverbium suo loco excidisse, et ante τὸ *asportare* esse collocandum: Nisi malis credere, eam vocem hic natam esse e varia lectione vocis *confertæ,* vel *confartæ;* uti dant quoque Reg. Oxon. Guelferbytani et D'Orvill. cum Florent. non *confarctæ.* Quasi litera *a* in hoc participio quoque servata foret, uti in aliis verbi 'farcio' compositis, sicuti in compositis verbi 'tractare.' Vide infra pag. 87. 'Quid detracto venientem?' *Oud.*

Asportare quantum quisque poterat, &c.] In vetere Onomastico: 'Asportare, ἐμφέρειν.' Glossarium: 'Asportavit, ἐξεφορτίσατο.' *Pric.*

Ædibus mortuorum] Lego *sedibus.* Brant. Si id Mss. haberent, non spernerem. Quoniam aliquoties occurrit de sepulcro, ut monuit et Tollius ad Auson. Prof. cap. 11. 6. 'quietis manibus sedem fore.' In Parent. 15. 16. Prof. c. ult. 11. Epit. Her. cap. 23. 1. 'Hic Priami non est tu-

mulus, nec condor in ista Sede.' Musæ Lapid. Ferretii pag. 54. 'Hac Corale casta condita sede jacet.' Immo Virg. Æn. VI. 328. 'quam sedibus ossa quierunt.' Verum non minus sepulcra vocantur *ædes* et *domus:* ut bene observavit Pricæus. Adi modo quæ laudat Broukh. ad Tibull. lib. III. El. 2. 22. 'Atque in marmorea ponere sicca domo.' *Oud.* *In illis ædibus, &c. mortuorum*] In Notis Magnonis. 'D. M. Domus mortui.' Sic 'monumentorum bustorumque diversoria' apud Suetonium in Neronis vita. Vide ad Matth. 19. 23. notata. Lusit heic operam ergo qui *sedibus* reponebat. *Pric.*

Occultare propere, rursum concito gradu, &c.] Istud *corpora* [Vid. VV. LL.] est in sola Ed. Vulcanii ultima. Quod quid sibi velit non capio, et typothetarum σφάλμα esse suspicor. Quia vero hic omnino deest copula, Gruterus lib. VII. Susp. cap. 10. conjecit, *rursumque cito gr.* Sed *concito gradu* Appuleianum est plane, ut Elmenhorstius docet. Vide Indic. et Flor. N. 21. 'equo concito.' Quare rectius *et* inseres ante τὸ *propere;* præsertim si τὸ *confestim* jungas verbo *asportare*, vel Fuxensis et Guelferb. utriusque atque Oxoniensis Codicum auctoritate legas, *rursumque concito gr.* Dein in Pith. *recurrenti.* Oud.

Ex usu foret] Oxon. a m. pr. *ex censu.* quasi *census* ponatur pro emolumento, ut vulgo exponunt locum de Dogm. Plat. lib. I. haud procul a fine: 'Ventrem hiris intestinorum circumplexum, et nexibus impeditum esse, ne esculenta et poculenta sese penetrarent, sed ut retenta paullisper utilitatem sui et censum animantibus exhiberent.' Verum illic legendum esse e Mss. *sui accessu*, videbimus. 'Ex usu esse' pro 'e re esse' frequens Nostro, Plauto, Terentio, aliisque est locutio. *Idem.* *Quod enim ex usu foret omnium*] Oxon. *ex censu:* male. Infra XI. 'Quod enim ex usu foret,' &c. *Pric.*

Ad proterendos, si q. forte vigilassent] *Proterendos* in Palatin. Pith. Guelf. pr. *perterrendos* ediderunt Wow. et Scriver. pravo judicio, et contra Mss. O. Adi Pric. et me ad lib. III. p. 46. 'proterrere latrones.' In alio loco lib. VIII. patebit legendum: 'invaditis atque obruitis.' Ceterum egregie Stewech. et ad oram Ed. Junt. post. vir doctus emendarunt, *evigilassent*, sive e somno excitarentur, quo putabant latrones, domesticos reliquos adhuc premi, et neminem *vigilare.* Vim hanc præpositionis *e* in hoc verbo vide in Comm. ad Sueton. Aug. 78. Claud. cap. 33. Vespas. cap. 21. et egregie lib. VIII. pag. 161. 'Relictis somnolentis tenebris ad aliam pœnalem evigila caliginem.' Contra rescribendum est in Tibullo lib. I. El. 8. vs. 64. 'Vel cum promittit, subito sed perfida fallit, Et mihi nox multis est vigilanda malis.' Vulgo, *est m. evigilanda modis.* Sed Marathus somnum non viderat. Non ergo tantum, ut melius fluerent hi versus, quod putabat Heynius, sed ut bonus inesset sensus, ita legendi. *Malis* habent Mss. tantum non omnes, et in his sex a me visi. *Oud.* *Ad proterrendos*] Glossæ: 'Καταπτοῶ, Proterreo,' &c. Onomast. vetus: 'Proterreo, ἀποφοβέω:' adde quæ infra sub initium libri X. adnotata. *Pric.*

Immani forma tantæ bestiæ] Ad proprietatem locutionis animos advertamus. Virgilius: 'Et formæ magnorum ululare luporum.' Plinius lib. I. Epist. 20. 'Animalium formas, &c. nihil magis quam amplitudo commendat.' Sic 'primæ formæ feræ' apud Senecam lib. Cur bonis viris, &c. Idem cap. 12. in sap. non cad. injur. de senibus nil rerum usu proficientibus: 'A pueris tantum magnitudine ac forma corporum differunt.' Horatius Serm. II. 2. 'Imparibus formis

deceptum te patet.' Scholiastes: 'Inæquali magnitudine.' Juvenal. IV. 'Adriaci spatium admirabile rhombi.' Scholiastes: 'Piscis formæ magnitudo.' Justinus lib. XXV. 'Elephantos ad terrorem velut inusitatas Barbaris formas Rex ostendi jusserat.' Isidorus XII. 2. 'Elephantem Græci a magnitudine corporis vocatum putant, quod formam montis præferat.' Solinus cap. 5. de enormibus hominum staturis tractans: 'Ante Augustum annis ferme mille non apparuit forma hujusmodi.' *Idem.*

Sese cella cohiberet] Illud *cella* glossema puto. *Brant.* Delevi vocem per glossema e præcedentibus 'obdito cellæ pessulo' repetitam, et uncis ab Elmenh. Scriv. Pric. inclusam. Neque agnoscunt eam Reg. Fux. Pith. Palat. Oxon. D'Orv. Edd. Vicent. Ber. Junt. utraque. In Ed. Floridi, *cella se coh.* Oud. *His omnibus salubri consilio recte dispositis accurrit sævus eventus*] In de Dogm. Platonis: 'Instabile quiddam et incurrens intercedere solere, quæ consilio fuerint et meditatione suscepta, quod non patiatur ad finem venire.' *Idem.*

Strepitu scilicet divinitus inquietus] Recte viderunt eruditi interpretes, vulgata non sana esse, quæ significarent, eum servum strepitu excitatum, 'tamquam sic Dii voluissent.' Sed de 'divina providentia' parum cogitant latrones, et si *strepitu* fuit inquietus, non ergo *divinitus*. Hinc sine dubio quidam librarii duas voces priores omiserunt, exsulantes etiam a Regio, Guelferbytanis, et Oxon. et uncis inclusas ab Elmenh. Scriv. Pric. Sed sæpe jam vidimus, vocem *scilicet* passim a Nostro inseri, licet satis abesse posset: uti mox infra quoque. G. Vossius vero conjecit: *strepitu scil. an divinitus inq.* Critica regula tunc potius suaderet *divinitusne.* Piccartus in Peric. Crit. cap. 4. post Stew. et Wow. rectius censuit, *diutino inquietatus.* Heinsio etiam in mentem incidit *diutino.* At in Ms. D'Orvill. est, *strepitus sc. devitus inq.* unde aliquando in mentem venit, *strepitus sc. desueti*, sive insueti et insoliti, *inquietus.* Nam vix dubium mihi est, quin servari debeat Genitivus *strepitus*, quem etiam Beroaldus cum Bas. pr. per Græcismum agnoscit. Estque is mere Appuleianus ac passim occurrens. Vide in primis ad lib. I. pag. 16. 'sordis infimæ infamis homo.' Ac scribendum existimo: *strepitus diutini s. inq.* i. e. scilicet. *S.* enim in Mss. pro *scilicet* exaratur, uti hoc loco edidit Beroaldus. Vide ad lib. III. p. 61. 'pessima s. sorte.' Frustra vero Gruterus e Nonio divinavit *strepitis*, pro strepitibus, *diutinis.* Piccartus male *inquietatus* reponit. Quadrigarius apud Gell. lib. IX. cap. 13. 'Ut quiescerent pugnæ.' Quid autem Brantius velit, emendans *divagantes*, non capio: nisi scribendum in ejus nota *divagantis*, sc. Thrasyleonis ursæ specie. *diutinus* et *divinus* aliquoties confunduntur. Vide ad lib. I. pag. 6. ad Suet. Calig. cap. 1. *Oud.*

Numerosæ familiæ frequentia domus tota completur: tædis, lucernis, &c.] Theocrit. XXIV. Οἱ δ' αἶψα προγένοντ' ἅμα λύχνοις δαιομένοισι Δμῶες, ἐνεπλήσθη δὲ δόμος σπεύδοντος ἑκάστου. *Pric.*

PAG. 77 *Tædis, &c. clarescunt tenebræ*] Niceph. Gregoras lib. VIII. Λαμπάσι καὶ πυρσοῖς κεχρήμεθα ἕως ἂν μὲν στερήσει τῆς τὰ πάντα βοσκούσης λαμπάδος, οἱονεί τινα δεύτερον ἐκ μηχανῆς ἥλιον τῇ νυκτὶ πράττοντες. quo loco forsan πλάττοντες scribendum. *Idem.*

Nocturni luminis instrumentis clarescunt tenebræ] 'Noctem flammis funalia vincunt.' Optime hic Ms. Oxon. *Et cæteris nocturni l. i.* Idem. *Sebaceis*] Gloss. 'Sebum' (sic enim, non *Sebrum* legendum) 'λίπος.' Ammian. lib. XVIII. 'Sebalem facem,' &c. *Id.*

Nec inermis quispiam, &c. processit: sed singuli fustibus, lanceis, &c.] Infra lib. VIII. 'Hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius,' &c. Accius apud Festum in *Rodus*. 'Nec quisquam a telis vacuus, &c. hic ferrum, alius saxum,' &c. *Idem*.

Muniunt aditus] 'Omnemque aditum custode coronant.' *Idem*.

Nec secus canes etiam]. *Secius* est in Oxon. Fux. Guelf. sec. et Ed. Scriv. ut paullo ante, 'nec secius Thrasyleon.' Lib. V. p. 89. 'Nec secius opes ceteræ majestati domus respondent.' pag. 106. 'Nec secius et ipsa.' Virg. G. III. 367. 'Interea toto non secius aëre ningit.' v. Æn. 862. et sæpe. Sed utrumque occurrit passim apud Nostrum, ut lib. II. p. 47. 'Nec secus bonum illum Milonem.' Vide et lib. III. p. 50. v. 106. ubi rursus confunduntur, uti et in Auct. B. Hisp. c. 30. et alibi. Quando *eo*, *quam*, et similia adduntur, *secius* legendum esse, satis constat; sed alioquin *secus* præfero. *Oud*.

Auritos illos et horricomes] Priores duæ voces male desiderantur in Ed. Floridi. *Horricomos* mallet Cl. Wasse. Sed lib. VII. p. 140. 'hircum annosum et horricomem:' nisi et illic *mum* substituas. Certe reliqua composita a *coma* potius efferri videas in sec. declinatione, ut 'Anguicomus,' 'Auricomus,' 'Flammicomus,' 'Flavicomus,' 'Ignicomus,' 'Mollicomus,' &c. plurima. Sed et statim 'retrogradi fuga:' quod alii malunt *retrograda f.* Idem. *Canes, &c. horricomes*] Quales λασίους, πιναρᾷ καὶ αὐχμώσῃ τῇ λάχνῃ Lucianus in Philopseude vocat. *Pric.*

Gliscente adhuc illo tumultu, retrogradi fuga domum facesso] Plutarchus in Amator. narrat: Ἐν τῷ θορύβῳ ἡ κόρη φυγοῦσα, ᾤετο διὰ τῆς χώρας. Infra hic lib. X. 'Dum magister meus lectulo probe coaptando districtius inservit, et tota familia partim ministerio venationis occupata, partim voluptario spectaculo attenta, &c. paulatim furtivum pedem proferens, &c. cursu me celerrimo proripio.' Horatius: 'Fit clamor utrinque, Undique concursus: sic me servavit Apollo.' Supra hic: 'Me retrorsum celeri gradu in stabulum quo diverteramus recipio.' *Idem*.

Quanquam vitæ metas ultimas obiret] 'Quanquam in media jam morte tenetur.' Servius ad Æneid. XII. 'Metas vitæ dicimus, non mortis: mors enim infinita est.' *Idem*.

Non tamen sui nostrique, vel etiam pristinæ virtutis oblitus, &c.] Justinus lib. IX. 'Non tamen pristinæ gloriæ obliti, cecidere.' Infra lib. IX. 'Nec tamen sagacitatis, &c. meæ prorsus oblitus,' &c. et VII. 'Nec tamen illa genuini vigoris oblita,' &c. De Socrate VII. 2. Valer. Maximus: 'O immensam sapientiam, quæ nec ipso vitæ excessu oblivisci sui potuit!' E converso quod Agathiam, Ἔφευγον προτροπάδην, ἀλκῆς ἁπάσης ἐπιλελησμένοι. Porro et hæc Noster effinxit partim ex Virgilii illis, [III. 629. ubi v.] 'Nec talia passus Ulysses, Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto:' partim ex his Sallustii in Jugurthino: 'Attamen virtutis memores,' &c. et Catil. 'Quo audacius aggredimini, memores pristinæ virtutis.' *Idem*.

Jam faucibus ipsis hiantis Cerberi, &c.] Id est, 'esurientis Cerberi,' ut I. de eodem locutus. Sic 'hiare,' et 'malis increpare' apud Virgilium. Bene hic Oxon. *ipsius h. C.* simile mendum supra p. 184. a. ex Quintiliano sustulimus. *Idem*.

Scenam denique] Oxon. *sceuon*. Ed. Scriv. *scemam* corrupte. Ursinus vero ad Suet. Tib. c. 43. et Schott. lib. I. Obs. c. 5. item Groslotius voluere *schemam*: ut edidit Vulcanius. Sed contra Mss. et Edd. Vett. ac male. 'Sumere scenam' est sumere partes seu personam ursi. Vide Colv. [in VV. LL. p. 285.] ubi recte *schemis*,

et alios. Ita 'sumere luctus' lib. II. p. 37. ubi plura. Vel quia *scena* de una persona dici posse quis negabit, cum tamen sæpe tota scena, una persona absolvitur, posset capi de toto adparatu, ut lib. II. p. 65. 'Venerabilis scenæ facie.' p. 81. 'Specta denique scenam meæ calamitatis.' Lib. VI. p. 199. 'memoranda spectaculi scena.' Lib. VIII. in f. 'scenam patefaciunt:' ubi vide Pric. et Sciopp. ad lib. IX. p. 187. 'scenas fraudulentas construebat.' Lib. X. p. 226. 'Libidinis nostræ scenam detegit.' Immo lib. VIII. p. 158. 'scenam pessimi Thrasylli perspiciens.' Similiter Tacit. lib. XIV. Ann. c. 8. 'scenam criminis parat.' Suet. Calig. c. 15. 'Nec minore scena.' Pro *denique* in Regio quoque perperam est *quippe*. Oud.

Cum anima retinebat] Sallustius: 'Quem quisque locum pugnando vivus ceperat, eum amissa anima corpore tegebat.' *Pric.*

Variis corp. s. schemis ac motibus] Verissime Colvius cum Groslotio aliisque hic reposuit *schemis*: quomodo (vel *scemis*, sed male,) legitur in Mss. Flor. Reg. Palat. Pith. Guelferb. sec. D'Orv. Oxon. marg. nam in textu est *serenis*. Ex Græco σχῆμα, Latini fecerunt nomen feminini generis *schema*: quo fit, ut non opus sit, ut cum Schotto et Ed. Junt. post. legamus *schematis*. Adi et Parei Lexic. Plaut. Voss. Inst. Orat. lib. v. c. 1. Comment. VV. DD. ad Sueton. Tib. cap. 43. 'exemplar imperatæ schemæ:' ubi vide plura. Salm. ad Solin. pag. 856. In Palat. est *sui corp. schem. ac moribus*. In Guelf. pr. *schentis ac moribus*. In Par. *serenus ac moribus*. Perperam. Pro *tandem* dein in D'Orv. est *tendere*. Oud. *Variis corporis sui schemis ac motibus, &c.*] Ovidius in Herculis et Acheloi lucta: 'Flexos sinuavit corporis orbes.' Virgil. v. 'Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.' Ibidem: 'Ille ictum venientem a vertice velox Prævidit, celerique elapsus corpore cessit.' Statius Theb. VI. 'Motu Spartanus acuto Mille cavet lapsas circum sua tempora mortes.' Curtius lib. IX. 'Macedo lanceam emisit, quam cum Dioxippus exigua declinatione corporis vitasset,' &c. et VI. 'Alia tela clypeo excipiebat, alia corpore vitabat,' &c. Scholiastes ad II. lib. Apollonii, in pugna Amyci et Pollucis: Ὁ Ἄμυκος ἐπέκειτο μὲν, &c. διεκκλινόμενος δὲ ἐκεῖνος ἄτρωτος ἦν. Lucianus in de Saltat. Ἅτε ἠσκημμένος ἐν τῇ ὀρχηστικῇ, ῥᾳδίως οἶμαι διεδίδρασκε τὰς ἐπ' αὐτὸν τῶν ἀκοντίων ἀφέσεις. Bene autem *schemis corporis*. Agatharcides apud Photium: Πολλαχῶς τῶν σωμάτων τὰς θέσεις μετασχηματίζοντες. *Pric.*

Salutem fuga q. potuit] Lib. I. 'fugæ mandare præsidium.' *Elmenh.*

Spectatum adspexi] Edd. Vicent. Bas. pr. Colv. Vulc. dant *spectatum*, ut *destinatum*, et similia, de quibus egi ad Frontini præf. Sed *spectamen* exaratur etiam in Reg. Pal. Guelf. sec. D'Orv. Verissime. Adi ad lib. III. p. 56. 'tantæ rei speculam.' In Oxon. *adspectum*. Male Beroaldum secuti sunt Junt. Ald. Colin. *Oud.* *Miserum funestumque spectamen aspexi, &c.*] Lib. VIII. 'Cerneres non tam hercle memorandum quam miserandum spectaculum: canes copiosos ardentibus animis alios fugientes arripere, alios stantibus inhærere, quosdam jacentes inscendere, et per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare.' *Pric.* *Spectatum*] Nitidior lectio est *spectaculum*: tamquam Thrasileon morsu canum laniatus præbuerit spectaculum miserum prorsus ac funestum. *Beroald.*

Populi, &c. turbulis immisceor] Lege ex Florent. et Oxon. Mss. *turbelis*. Lib. III. 'Inter ipsas Græcorum turbelas.' Ut a fuga 'fugela,' sic a turba 'turbela.' *Pric.*

Celatum auxilium b. ferre comm.] Vid. omnino ad Gell. lib. XII. c. 15. Elegantem hanc Lipsii conjecturam re-

cepit Vulcan. Ed. sec. nec quidquam varietatis Lindenbrogius ibi e Florent. adnotavit. Passim Noster utitur adverbiis in *im*, ut Elmenhorstii Index, et Brantii notæ ad p. 68. docent. *Oud.*

Pretiosam perdimus bestiam] Virgil. VIII. 'Et pelle Libystidis ursæ :' ubi Servius: 'Libystidis, ut et pretio bestiæ aliquid gratiæ potuisset, &c. accedere. i. e. accederet.' *Pric.*

Nostri sermonis artes] 'Sermonis fallacias' infra lib. V. vocat. Servius Fuldensis: 'Veteres 'artes' pro dolis ponebant.' Infra lib. X. 'Maritum miris artibus persuadet,' &c. *Idem.*

Procurrens, &c.] Claudianus: 'Unus per medios, audendi pronior, ense Prosilit exerto, dictisque et vulnere torvus Appetit.' II. in Ruffin.' *Idem.*

PAG. 78 *Lanceam injecit*] L. I. 'injecto non scrupulo, sed lancea.' *Elmenh.*

Et ecce] Male ab Editionibus Colv. Vulc. Merc. Wow. Pricæi exsulat copula *et*, quam Mss. et reliquæ Edd. tum veteres, tum recentiores agnoscunt, et exigit Appuleii stylus. Vide ad lib. II. p. 22. 'Et ecce lapis.' Adde pag. 37. in Ms. et 68. 'Et ecce quidam plures numero.' pag. 79. 'Et ecce nocte promota.' Lib. VI. p. 130. 'Et ecce de quodam ramo.' Lib. VI. p. 148. 'Et ecce de proximo specu.' p. 150. 'Et ecce adveniens.' Lib. IX. p. 182. 'Et ecce nobis de tergo.' Lib. XI. p. 246. 'Et ecce numinis promissa.' Abest etiam vulgo lib. X. p. 218. 'Et ecce pater.' Sic loquitur etiam Martian. Cap. lib. IX. p. 306. 'Nec mora: et ecce quædam suavitas.' Immo ipse Virgilius ac Varro. Adi Muson. &c. ad Virgil. lib. V. Æn. 167. 'Et ecce Cloanthum,' &c. *Oud.* *Certatim gladios, et jam de proximo congerunt*] In Excerptis Euripidæis: πλησίον θρώσκουσί με. Contra de Alexandro Curtius lib. IX. 'Cum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere :' et lib. VI. de Agide Lacedæmonio: 'Nec quisquam fuit qui sustineret cominus congredi, procul missilibus appetebatur.' Virgilius, ubi de Mezentio: 'Non ulli est animus stricto concurrere ferro: Missilibus longe, et vasto clamore lacessunt.' *Pric.*

Thrasyleon, egregium decus nostræ factionis] Æn. XI. 'Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis,' &c. ubi Servius: 'Ingenti arte laudat potius quam miseretur extinctos: ut præsentium animos, &c. succendat.' Idem fabulatoris propositum istius, eadem ceteros excitandi solertia. *Idem.*

Spiritu expugnato magis quam patientia] Hegesippus V. 28. de Sabino: 'Confectus vulneribus, spiritum prius quam bellum deposuit.' *Idem.*

Neque clamore, ac ne ululatu quidem, &c.] Gellius XII. 5. 'Nullos ejulatus, nullas complorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat.' Auctor ad Herenn. IV. de Tib. Graccho: 'Nulla voce delibans insitam virtutem, concidit tacitus.' Lucanus de Pompeio: 'Nullo gemitu consensit ad ictum.' Et paulo ante: 'Continuitque animam ne quas effundere voces Posset, et æternam fletu corrumpere famam.' Plinius lib. VI. Epist. 20. 'Possem gloriari, non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse :' et VII. 19. de Fannia: 'Nullam vocem cedentem periculo emisit.' Seneca cap. 3. ad Helviam, de veteranis: 'Quamvis confossi, patienter, ac sine gemitu, &c. patiuntur.' In Ecclesiæ Smyrnensis Epistola de Polycarpi passione: Οἱ μὲν (de martyribus sermo) μάστιξι καταξανθέντες, &c. τοὺς δὲ εἰς τοσοῦτον γενναιότητος ἐλθεῖν, ὥστε μήτε βρύξαι, μήτε στενάξαι τινὰ ἑαυτῶν. De Batavo milite perpessitio, Bredæ in cespitum scapha ab explorantis cuspide vulnerato, recentior multo est memoria, quam ut scribi tanquam obliterata debeat. *Idem.*

Fidem sacramenti et] Supra heic: 'Per fidem sacramenti,' &c. *Idem.*

Obnixo mugitu, &c.] Lib. VIII. 'Ferinos mugitus reiterans:' ubi notata confer. *Idem.*

Gloriam sibi reservavit, &c.] Oppositione non dissimili apud Isocratem est, ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον δόξαν ἀντικαταλλάττεσθαι. Auctor ad Herennium: 'Decius vitam amisit, at non perdidit.' *Idem.*

Vitam fato reddidit] Sic τὸ ζῆν τῇ πεπρωμένῃ ἀποδοῦναι lib. I. Diod. Siculus. *Idem.*

Ut nemo quisquam fuerit ausus bestiam quamvis jacentem vel digito contingere] Desumpta puto ex his Ovidii Metam. VIII. qui sic de Meleagri apro: 'Immanemque feram, multa tellure jacentem Mirantes spectant, nec adhuc contingere tutum Esse putant.' Virgilius de Arunte: 'Nec telis occurrere virginis audet:' ubi Servius: 'Sic fuerat consternatus, ut etiam vulneratam timeret.' Nicetas Choniates: Τὸν θῆρα (Andronicum Imperatorem fugientem) καὶ γυμνὸν ὄντα τῶν ἀμυντηρίων, οὐδὲν ἔλαττον ἐδεδίεσαν, καὶ παρὰ μόνην τὴν ἐκείνου θέαν κατέπτυσσον. ubi malim κατεπτοήθησαν legi. *Idem.*

Nisi t. q. lanius paulo fidentior] *Patilo* erat in Edd. ante Beroald. inepte. *Paullo*, scil. *quam ceteri*, solita ellipsi. in Ed. Junt. post. est, *qui paulo fid.* Male. *Nisi* significat simpliciter τὸ *sed.* Vide Pricæum, et me ad Cæsar. lib. V. B. G. cap. 13. 'Nisi videbamus:' ad Suet. Galb. cap. 10. Atque ita sumi posset Mss. fere omnium lectio in Solino cap. 22. 'Mare undosum inquietumque toto in anno; nisi pauculis diebus est navigabile.' Malim tamen, *nonnisi.* In Palat. est *confidentior.* At lib. V. init. 'Propius accessit, paullo fidentior.' *Oud.* *Nisi tandem pigre ac timide quidam lanius paulo fidentior, &c.*] Statius: 'Timide primum vestigia jungens.' Ante *pigre et timide* supplendum *etsi:* aut post *fidentior*, subaudiendum *ceteris:* aliter vix sententia constabit. *Nisi* heic est *sed:* cujusmodi multa exempla Manutius ad Sallustium congessit. *Pric.* *Palio*] Lege, *paulo fidentior.* Beroald.

Utero bestiæ resecto, ursæ m. despoliavit latronem] Ineptit hic Floridus, *ursæ latronem* exponens latronem latentem sub ursa. Melius certe tunc *ursa*, sive ursæ specie, conjecit Pricæus. Ego, vere Roaldum et Vulcanium censuisse τὸ *ursæ* esse glossam, puto. Quod satis patet e Mss. Reg. Fux. Guelf. utriusque, Oxon. scriptura, *utero bestiæ resectæ urse.* 'Despoliavit latronem utero' seu ventre 'resectæ bestiæ' nihil habet difficultatis. Occiso latroni pro armis et spoliis ademit uterum resectæ bestiæ, eoque illum exuit. *Ursæ* abest ab ipsius Elmenh. Ed. In D'Orv. et Ed. Scriv. *dispoliavit.* Sed adi Bunem. ad Lactant. lib. VI. c. 11. supra lib. I. p. 11. *Oud.* *Utero bestiæ resecto, ursæ magnificum despoliavit latronem*] Legendum, si quid video, *ursa:* despoliavit eum ursa, quia ursam induerat. Sic supra lib. II. 'Aves, et muscas induere:' et infra lib. XI. 'asinum exire.' Recte et *utero bestiæ.* Tertullianus (cap. 10. de fuga in persecut.) de Jona: 'Sed illum, non dico in mari, et in terra, verum in utero etiam bestiæ invenio.' Virgilius de equo ligneo: 'Uterumque armato milite complent.' Isidorus XI. 1. 'Uterum solæ mulieres habent, &c. Auctores tamen uterum pro utriusque sexus ventre ponunt.' *Pric.*

A gloria non perivit] Pal. Guelf. sec. *non perimit.* D'Orv. *non periit.* Sed aliquoties Auctor usus est plena terminatione, ut lib. VII. p. 137. 'transabivi' et 'interivit:' ubi in Ms. et Edd. Vett. *interibit*, pro frequentissima illorum elementorum confusione, in Appuleii Msstis præsertim obvia. Lib. VIII. init. *adivit.* Quare

fere inclino in sententiam Stewechii *peribit* hic legentis. *A* hic significare 'quod ad' recte notavit Floridus, sive 'a parte gloriæ.' De qua locutione alibi latius egi. Lib. VI. pag. 128. 'Obliquatus a cervice.' Vide et Barth. lib. XXV. Advers. cap. 5. *Oud.* *Thrasyleon nobis perimitur, sed a gloria non perivit*] Cicero: 'Exiguum nobis vitæ curriculum Natura circumscripsit, immensum gloria.' Idem in Pisonem: 'Periit in mari, tamen ob virtutem gloria et laude vivit.' Symmachus XIX. 25. de Vettio Prætextato: 'Licet naturæ lege resolutus sit, vivit tamen in memoria et amore cunctorum: atque hoc uno punit Invidiam, quod tantum ei Mors ad gloriam contulit, ut huic quoque Fortunæ livor debeat invidere.' Paterculus lib. II. 'Rapuisti' (M. Antoni) 'Ciceroni lucem, &c. famam vero gloriamque adeo non abstulisti, ut auxeris.' Otho apud Tacitum: 'Mortem omnibus ex Natura æqualem, oblivione apud posteros vel gloria distingui.' Julianus I. Orat. Ὑπὲρ οὗ (κλέους) καὶ ἀποθνήσκειν ἄνδρες ἀγαθοὶ πολλάκις τολμῶσιν, οἷον πρὸς ἀργύριον τὴν δόξαν τὰς ψυχὰς ἀποδόμενοι. Seneca Suasor. II. 'Optamus quoque plerique mortem, adeo in securam quietem recessus est: at gloriæ nullus finis.' Himerius in Polemarchico: (ex Augustano Codice vulgatis tertia parte auctiore) Αὐθέντι μὲν ὑπὸ τῆς φύσεως, ἓν καὶ τοῦ βίου τέλος καὶ τῆς μνήμης ἐστὶν ὁ θάνατος· τελευτήσαντι δὲ σὺν ἀρετῇ, τῷ σώματι μὲν ἐξιέναι, τῇ δόξῃ δὲ μένειν λείπεται. Euripides: Ἀρετὴ δὲ, κἂν ἀποθάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται. Serv. ad Virgil. illa: 'Breve et irreparabile tempus, &c. Ideo amandas dicit esse virtutes, ut vitæ brevitas fama et gloriæ meritis augeri possit.' Thales apud Ausonium: 'Vita perit, mortis gloria non moritur.' Tacitus de Agricola: 'Quanquam medio in spatio integræ ætatis ebreptus, quantum ad gloriam longissimum ævum peregit.' *Pric.*

Concito gradu deserentes] Male in editis quibusdam *cito d. g.* Supra heic, 'Rursum concito gradu recurrentes:' et infra, 'concito se gradu proripiunt.' Lib. V. 'Concito gradu viam pelago capessit:' et IX. 'Concito gradu recta ad civitatem festinat.' *Idem.*

In vita nostra] A vulgatis *nostra* abest. *Elmenh.* Et rectius, ut opinor. Præcedit *nostros*, et sequitur *nostræ*. Passim *vita* dicitur pro hominibus viventibus, quibus 'manes' et 'mortui' obponuntur. Consule Gron. ad Martialem lib. X. Ep. 4. 'Hoc lege, quod possit dicere, vita meum:' et Burm. ad Lucan. lib. VI. 311. 'Nec sancto caruisset vita Catone:' sive conditio humana. Virg. Æn. VI. 663. 'Inventas vitam excoluere per artes.' Mart. lib. VIII. Ep. 20. 'Agnoscat mores vita legatque suos.' Plin. lib. VII. cap. 50. 'Sibi vita mentitur.' Sic lege e Mss. Vulgo sine sensu *vitam*. Nihilominus Mss. omnes cum Ed. Junt. post. et Scriv. addunt *nostra*. E Guelf. nil notatum. Cogitavi aliquando, num rescribendum sit *terrestri*. Oud.

Onere v. s. e. asperitate viæ t. fatigati] Flor. *asperæ*. Elmenh. Sic non modo Flor. sed omnes omnino Mss. et Edd. exhibent ante Vulcan. qui prave e conjectura intrusit *asperitate*, temere sequentibus Elmenh. Scriv. et Florido. Et possunt facillime jungi *onere vecturæ* et *asperæ viæ*, proprio scilicet et metaphorico sensu tam vocis *onus*, quam participii *fatigati*. Vel junxit Auctor rursus duos casus uni participio, ut vidimus lib. II. p. 23. Nam *fatigatur* construxit æque cum secundo ac quarto casu, ut lib. II. p. 42. 'cædis fatigatum.' h. lib. p. 66. 'postumæ spei fatigatum.' Uti et alia participia, de quibus supra, et lib. VIII. p. 153. 'Morum improbatus.' Sed eo recurrere hic non est opus. *Oud.*

Onere vecturæ, simul et asperæ viæ toti fatigati] Livius lib. LIV. 'Longo itinere fatigatum, et onere fessum.' Viæ fatigati, κεκοπιακότες ἐκ τῆς ὁδοιπορίας.' Joh. 4. 6. *Pric.*

Desideratis] Manusc. Fulv. *desertis.* Sciopp. in Symb. Ita quoque Reg. Fux. Oxon. Guelf. sec. Pal. D'Orv. sed male, nisi fingendum hinc *defecti s.* pro *scilicet.* At vulgatum est optimæ notæ, et a re militari desumtum: ubi *desiderati* dicuntur milites, in prælio vel aliis casibus cæsi. Hic autem D'Orv. Ms. pagina elapsa vel excisa est mutilus usque ad voces: *Nec enim, ut reor.* Oud.

Poculis aureis memoriæ] Asconius Verr. III. de Græcis: 'Toties merum libant, quoties et Deos et caros suos nominatim vocant.' *Pric.*

Vino mero libant] Alludit ad morem, quo ad sepulcra defunctorum libabant Veteres: ut lib. VIII. 'Ad ego sepulcrum mei Lepolemi tuo luminum cruore libabo.' Lucian. de Luctu: Ἢ τί ὑμῖν δύναται τὸν ἄκρατον ἐπιχεῖν, ἢ νομίζετε καταστάζειν αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς, &c. Virgilius Æneidos III. 'Ante urbem in luco falsi Simoëntis ad undam Libabat cineri Andromache, manesque vocabat.' *Colv.*

Etenim nobis, &c.] Bene Gruterus, *At enim:* et ita Oxon. Ms. *Pric.*

Sine ulla mensura] Οὐκ ἐκ μέτρου. Joh. III. 24. Glossæ: 'Κατακόρως, Saturatim, affatim.' *Idem.*

Tanta copia et quidem solus potitus, &c.] Lib. VIII. 'Cave ne solus exedat tam bellum, &c. pullulum:' ubi dicta confer. *Idem.*

PAG. 79 *Saliares se cœnasse cœnas*] Salmas. in Epist. LXXX. ad Gronov. scribit in veteribus libris fere omnibus legi: *saliens se cœnasse cred.* Et certe in Pithœano est, *saliens se cœnam cred.* in Regio, Fux. et Palat. est, *salies se cœnasse cred.* At in Flor. sec. *aliis cœnasse cred.* Guelf. pr. *salies se cœnasse cred.* in Oxon. *salias se cœnasse cr.* A Guelf. sec. abest quoque *cœnas*. In Par. *salias se cœn. cœnas cr.* Excidit *se* ex Beroaldi Edit. Salmasius vero corrigit, *salie se cœnasse cred.* summis laudibus eam emendationem efferente Gronovio t. II. Epist. Syll. Burm. p. 289. Libri margini adscripsit quoque, *saliarem esse cœnam cred.* Mihi vero, qui sæpius hunc locum consideravi, quia *salie, saliares cœnas c.* optime defendi possunt, visum est tandem, Auctorem dedisse *salias se cœnasse*, librarios vero, quia credebant deesse nomen substantivum, addidisse *cœnas*, alios etiam non cepisse vocem *salias*, hinc vel corrupte exarasse vel in *saliares* mutasse; præsertim, quia id derivatum, uti Horatio, Ausonio, Festo, aliis sæpe, ita Nostro adhibetur. L. VII. p. 139. 'Inde nobis epulas saliares comparaturus.' L. IX. p. 192. 'Cœnas saliares comparat.' At rectum est et adjectivum *salius*, ut apud Horat. l. I. 36. IV. 1. 'Morem in salium.' Festo 'saliæ virgines sunt saliares.' Nec raro vox *cœna* omittitur, ut in 'adventitia,' 'recta.' Vide Comm. ad Sueton. Aug. c. 74. Vespas. c. 19. Nec opus est, ut verbo *cœnasse* addatur primitivum *cœnas*, quando additur casus quartus. Nam et initio lib. IX. Auctor ait: 'sacrificales epulas cœnitabat:' et l. X. p. 219. 'cœnarem asperrimum fœnum.' Sicuti et Græco δειπνεῖν τὰ ἐπινίκια, ἀλλότρια, ἄριστον, &c. adduntur. *Oud.* *Saliares se cœnasse cœnas crederet*] Oxon. *Salias se cœnasse crederet:* quomodo et Florent. *Pric.*

Quamquam alias hordeum tunsum minutatim, et diutina resectione virulentum semper eserim] Locus hic varie vexatus, et nondum sanitati restitutus, immo ab interpretum nemine, si summum excipias Salmasium, intellectus, diu me torsit, antequam mihi visus sum verum sensum veramque scripturam deprehendisse. Nec dubito, quin Auctoris vera mens fuerit, adpositum sibi recens hordeum non

placuisse; quia illud numquam ederat, licet tunsum, coctum, et jurulentum seu ptisanam, cum fuerat homo, sæpissime sumsisset, et ideo, visis panum reliquiis, illas avide appetiisse. Hoc posito, sic lego locum: *Ego vero numquam alias hordeo cibatus, tunsum ni minutatim, et diutina coquitatione jurulentum semper essem, rim.* &c. Vel, *e. v. quum numquam alias hordeum, nisi t.* &c. claro et facillimo sensu, et e Mstorum vestigiis expresso. Quare nunc singula videamus. *Numquam alias hordeo cibatus* præter Florent. et Fux. habent quoque Regius, Oxon. Palat. Guelferb. et placuit Salmasio Epist. LXXX. Sic l. IX. p. 184. 'otiosum certe cibatum iri.' In Apol. pag. 448. 'scrupulosius cibatur.' Nec admodum refragor. Quia tamen in altero Flor. est quidem *numquam*, sed *hordeum tuns.* et reliqui Codd. cum Vett. Edd. dant, *quamquam a. hordeum t.* putavi potius, *cibatus* esse additamentum librarii, qui credebat deesse verbum quo regeretur τὸ *hordeum*, ignarus illud esse τὸ *essem*: ut mox videbimus; legendumque opinor, *quum numquam alias hordeum, ni* vel *nisi*, &c. periodo mollius fluente. Illa enim vocula *ni* procul dubio excidit ob litteras *m* in *hordeum* vel *tunsum min.* Sicut et ipsum participium *tunsum* corruptum erat in *sum* in Flor. altero, Fux. Reg. Oxon. Pal. Guelferbytanis; unde Salmasius effinxit *cum minutatum.* Verum participium *minutatum* apud neminem, quod scio, occurrit, sed adverbium *minutatim* optimi quique auctores adhibuerunt. Vide Glandorp. et Davis. ad Hirt. B. Afric. c. 3. 79. Prudent. περὶ στεφαν. c. 11. 114. 'Scissa minutatim frusta.' Gell. l. XVII. c. 8. 'Cucurbitæ minutatim cæsæ.' Immo Appuleius ipse in Apol. p. 505. Ed. Flor. 'minutatim ex tabellis compacta crassitudine.' Verbo *tundi* usus est Auctor sæpissime, ut 'tunsis uberibus' lib. VII. p. 151. ac passim alii. Vide ad Virg. G. IV. 266. Nec secus Mss. Vitruviani l. II. c. 5. VII. 1. 'testæ tunsæ.' L. VII. c. 3. 'arundines tunsæ.' Vulgo *tusæ.* Sequentia pessime corrupit Beroaldus, dum pro *cogitatione jurulentum* reposuit *refectione virulentum*, seu venenatum et ingratum. Nihilominus *refectione* expressere quoque Col. Bas. Elmenh. aliique: quin et in aliquot reperitur Mss. ut Guelferbytanis, Palat. At *resectione* ex conjectura Lipsii, qui ad marginem adlevit quoque *refartione*, receperunt Colv. Vulc. Scriv. Malebam tunc *recoctione*, cum L. Latinio. Sed cum in Mss. Bert. Flor. Pith. pr. Fux. et Edd. primis, item Vicent. Juntinis, et Aldi sit scriptum editumque *cogitatione*, patet tunc non *agitatione*, quod et Beroaldi est commentum, aut *aquatione* cum Schickerado corrigendum, sed, ut dixi, cum Salmasio Ep. 80. et Gronovio tom. II. Syll. Epist. p. 289. *coquitatione* seu concoctione, a Plautino *coquito*, vel, si vis, *coagitatione.* Unde simul liquet, *jurulentum* unice verum esse, uti exaratur in Fux. Florent. aliisque, item in variis Lectionibus Beroaldi, ac bene reposuere Soping. Wow. Elmenh. &c. cum Salmasio aliisque. Vide me ad l. II. p. 25. 'embammatum pastu jurulenta.' Intelligit enim *ptisanæ* ex hordeo tunso cremorem, seu *ptisanarium*, frequenter nunc quoque a nobis sumi solitum. Vide Lexica. Tandem sequitur *eserim*, quod, exceptis Florentinis, exhibent Mss. et Edd. Vett. ac recentiores cum Salmasio, præter Ed. Merc. Wow. Pric. Floridi, in quibus est *ederim:* quomodo mutasse videntur illi, quia *edo* in præterito non facit *esi*, sed *edi*, uti liquet ex præteritis compositorum 'abedit,' 'adedit,' 'comedit.' In Oxon. *exerim.* Guelf. pr. *egererim.* Sed Florentinarum membranarum scriptura *esse* unice docet legendum, ut emendavi, *essem*, contracte pro *edissem*, quod haud intellectum librariis. Omissa linea su-

per *ē*, fit *esse*, *ese*, et addita seq. syllaba *rim* fecerunt *eserim*. Sed *essem* l. XI. p. 256. 'Neque ullum animal essem.' Valer. Max. l. IV. 3. Ex. Ext. 4. 'Si Dionysium adulare velles, ista non esses.' Hygin. F. 139. 'Ut esset, quod illa peperisset:' ubi vide: et l. II. Myth. c. 15. 'Renascentia jecinora exesset.' Passim *est*, *esse*, *estur*, et similia sunt nota. Vide Serv. ad Virg. Æn. IV. 66. Posset etiam legi *esim* pro ederim. *Oud.* *Ego vero, quanquam alias ordeum tunsum minutatim, &c.*] Florent. et Oxon. Mss. *Ego vero nunquam alias ordeo cibatus sum minutatim, &c.* Corruptum locum agnosco, ad tempus tamen impunem dimitto. *Pric.* *Cogitatione*] Emenda *agitatione* vel *refectione*. Beroald. *Virulentum*] Significare volens hordei cibatum sibi asino parum gratum fuisse, dixit *virulentum*, quasi ingratum, injucundique saporis, imo quasi venenatum. 'Virus' enim venenum est: unde *virulentum* ductum nomen, quod proprium est serpentium, ut virulenti dicantur, quasi venenati. A. Gellius tradit, Marsis hominibus ingenitum esse ut serpentum *virulentorum* domitores sint. Idem orationem Æschinis *virulentam* appellat, criminosam, et quasi veneni plenam, ac maledicentiæ: atra enim hominum maledicorum ceu serpentium lingua vibrat, ut inquit Plin. Non placet ut hoc in loco legas *jurulentum*, tanquam jure madens. Virus Plinio ponitur modo pro aspero odore, modo pro acerbo sapore, modo pro vi geniali. *Id.*

Panis reliquiæ] Reg. Fux. *panum*. Roald. Sic etiam Reg. et Oxon. haud male. p. 68. 'Estur ac potatur panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.' Lib. X. p. 219. 'Pistor qui panes concinnabat.' Ac sic in eadem hac re Lucian. t. II. p. 588. Τῶν ἔνδον ἄρτων ἤσθιον. Et passim alii. *Reliquium* est in Fux. Regio, substantive. Vide ad Phædri F. 81. *Oud.* *Rimatus angulum quo panis reliquiæ, &c.*] 'Neque enim tam stultus eram, tamque vere asinus, ut, dulcissimo illo cibo relicto, asperrimum fœnum cœnarem.' Infra lib. X. *Pric.* *Quo panis reliquiæ, &c.*] Plutarchus VI. 8. Sympos. Οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ κτήνη μάλιστα πάντων ἐδωδίμων ἀναῤῥώνυσιν ἄρτος. *Idem.*

Fauces d. fame saucias] Gruterus lib. I. Susp. cap. 5. tentavit reponere *fatuas*. Perperam omnino; nec Auctoris menti convenienter. *Sauciæ* sunt fauces *fame*, quæ illa sunt læsæ. Sicut *saucia* dicitur omnis res sive animata sive inanima, quæ quocunque modo aliquid pristini vigoris vel salutis amisit, quasi vulnere quodam adfecta. Sic 'saucius fatigationis' lib. II. p. 30. Immo 'saucius' pro 'famelico,' uti hic, clare est apud Sil. Ital. lib. XV. 789. 'Cum procul in fluctu piscem male saucia vidit, Æstuat,' &c. ad cujus loci illustrationem Barthius lib. IX. Advers. c. 17. hunc locum debuerat excitasse, non vero lib. VIII. p. 169. 'Tunc præco diruptis faucibus et rauca voce saucius.' Nec enim præcones sunt famelici. Dein *arameantes* Guelf. pr. *Oud.* *Fauces araneantes, &c.*] In quas jamdiu cibus non intraverat, et ob id situ obductas: sic 'labra incana situ' Ovidius dicit: et Catullus: 'Plenus sacculus est aranearum.' Parasitus Plautinus: 'Venter gutturque resident esuriales ferias.' *Pric.*

Nocte promota latrones expergiti, &c.] Horatius: 'Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones.' *Promota nocte*, ut apud Paulum, ἡ νὺξ προέκοψεν. Supra hoc lib. 'Provecta vespera.' *Idem.*

Partim gladiis armati, in Lemures reformant c. g. s. proripiunt] *Reformati* edidit Vulcan. *et in Lem. reformati*, ut habet margo Guelferb. sec. Wow. et Pric. *partim in Lem. reformati* Elmenh. Scriv. et Flor. *Reformati* bene videtur esse in Florent. et Pithœano. Sed in ceteris Mss. et Edd. *reformant*,

sine *τοῖς partim* vel *et.* Immo *τὰ in Lem. reformant* non invenias quoque in Reg. Fux. Oxon. et Par. Guelf. pr. et sec. a m. pr. ac forsan a Monachis intrusa sunt. Si legas *se reformant*, deest omnino copula. Quidquid sit, certe non opus est repetitione *τοῦ partim.* Ejus adverbii semel positi exempla vide ad Hirt. B. Alex. c. 29. 'Dispersi vada fluminis quærentes, partim dem. ripis,' &c. Flor. lib. II. c. 20. § 4. 'Urbes regibus parere consuetas, partim facile sollicitat; paucas,' &c. Vide et ad l. VII. p. 141. Stewech. ad lib. XI. p. 255. Similia de 'alius,' 'nonnumquam,' vide ad p. 72. Alioquin posset videri hic omissum esse *alii.* Sic lib. IX. p. 182. 'Viam partim fluidam, alibi lubricam.' Flor. n. 14. 'Partim a Diogene, alias sibimet.' De Deo Socr. pag. 286. Ed. Colv. 'partim visum, alios intellectu.' Dein *nec tamen me* Fux. et *mensam dec.* Pith. *Oud. In Lemures reformati*] Non solum a Palat. Cod. sed et Oxoniensi absunt. *Pric.*

Ventri tam profundo serviens] Caper Grammaticus: 'In profundum vel in arcam nummi conduntur.' In profundum, hoc est, in ventrem. Jlocalariter apud Plautum parasitus Captivis: 'Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.' Infra lib. VII. 'Insatiabilem profundumque ventrem semper esitando distendit.' *Colv. Jam ferme tertium qualum rumigabam*] 'Et inattenuata manebat Sic quoque dira fames.' In vet. Onomast. 'Quallus, κάλαθος.' Ms. Fulvii non *ferme*, sed *farinæ* legit. Priorem voculam ut non ausim quidem hoc loco exturbandam dicere, ita certus sum simillimæ sibi vocis locum eam apud Ammianum occupasse: et ex erecto sensum evanidum defectumque effecisse. Nec inutile fuerit adhuc aliqua juvare Scriptorem et a se conspicuum, doctorumque Virorum curis jam sæpe elimatum. Habemus lib. XXVI. hæc verba de Procopio: 'Et quia se quæri industria didicerat magna, &c. ad abdita longiusque remota recessit. Cumque a Joviano exploratius indagari latibula sua sentiret, et formæ vitæ jam fuisset pertæsum, &c. postremæ necessitatis impulsu deviis itineribus ad Chalcedonium agrum pervenit.' 'Formam vitæ' scio et Tacitum dixisse Annal. I. 'Formam vitæ iniit, quam postea celebrem miseriæ temporum, &c. fecerunt:' et Prudentium, 'Libertas laxior ipsi Concessa est homini, formam cui flectere vitæ Atque voluntatis licitum est.' Constanter tamen in Ammiano *ferinæ vitæ* reposuerim. Androdus v. 14. A. Gellii: 'Triennium ego et leo in eadem specu eodemque victu viximus, &c. sed ubi me vitæ illius ferinæ jam pertæsum est, leone in venatum profecto, reliqui specum,' &c. Polybius, si memini, apud Suidam, voce ἔφεδρα· Μεσολαβηθεὶς, &c. ὑπ' ἐχθρῶν ὑπερκειμένων καὶ ἐφέδρων, εἰς τὸ ἄντρον εἰσκριθεὶς, ἐπίπονον καὶ θηριώδη βίον συνεστήσατο. Ita clamat etiam apud Ammianum legendum vel vox *latibula*: at (quæ vix hactenus eruditis animadversa) perpetua ejus imitandi Gellium consuetudo certissime evincit. Cicero I. de Invent. 'Cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, et sibi ritu ferino vitam propagabant.' Hieronymus XXIV. Epist. 'Qui sibi, &c. ritu ferino victum quærebant.' Curtius lib. III. 'Delituisse inter angustias et saltus, ritu ignobilium ferarum.' 'Vitam Degere more feræ' Virgilianum est. *Pric.*

Huic me operi attentum] Perperam recentiores Colvio editores ejus conjecturam, a Groslotio margini itidem adlitam, cum ipso in contextum receperunt contra Mss. O. etiam Florent. et Edd. priores, atque frequentem Appuleii stylum. Immo quatuor vel quinque locis *attonitum* malo exemplo mutari a Scioppio et Wowerio,

(melius Colvium nominasset) jam monuit Heinsius ad Valer. Flacc. lib. VII. vs. 114. Sic lib. IV. p. 72. 'In prospectu adtonitum.' Adde Pricæum ad l. x. in f. 'spectaculo adtonita:' ad l. XI. p. 252. 'in proventum prosperiorem adtonitum:' quibus locis idem ausi sunt Colv. Sciopp. Brant. alii. Val. Flacc. VII. 191. 'Adtonitos Ææa in mœnia vultus Speque metuque tenens.' *Oud.* *Huic me operi attentum clara lux oppressit*] Livius lib. IX. 'Plenos crapulæ eos lux oppressit.' Cicero in de Amicitia: 'Quoties illum lux aliquid noctu describere ingressum, quoties non oppressit cum cœpisset mane!' *Pric.*

Tandem denique] Fux. Oxon. Palat. Ed. Junt. post. *Tandem itaque.* Male. Lib. II. p. 30. 'Tandem denique devorato pudore.' Lib. III. pag. 57. 'Tandem denique reversus ad sensum præsentis.' Lib. x. p. 220. 'Tandem denique rupta verecundia:' ubi vide Pric. Voss. de Constr. cap. 69. Scheff. ad Justin. lib. XXXV. cap. 1. 'Denique ad postremum.' Alia vide ad Suet. Cæs. cap. 4. 'Initio statim.' Misc. Obs. v. VIII. p. 62. *Oud.*

Asinali verecundia] Guelf. pr. *asinal.* Ed. Bas. pr. *asinina.* Scriv. *asinuli.* Credo mutasse eos, quia *asinalis* nusquam alibi reperitur. Sed tunc plurima forent mutanda, ut paullo ante 'rumigabam,' mox 'matronatus.' Immo nec *asinulus* est *asini* deminutivum, sed *asellus.* At plus semel *asininus* apud Nostrum. *Idem.* *Verecundia ductus, ægerrime tamen digrediens, &c.*] 'Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci.' *Pric.*

Sitim lenio] Ridicule probat Brantius novam verbi formam *levitio, cupitio,* pro levo, cupio. Potius faveret iis, qui hinc fingerent *levigo* pro levo; de quo supra. *Levo* édidere Vulcan. cum Bas. sec. Elmenh. Scriv. sed *lenio* servant Mss. quantum scio, omnes, (*leniam* Guelf. pr.) et Edd. primæ Rom. ac Vicent. cum Beroald. et ceteris, cujus bona glossa est *levo.* Lib. VI. p. 111. 'vires fessas lenire.' Sic 'lenire' et 'levare dolores.' Vide ad Ovid. lib. XIII. Met. 317. Passim 'lenire' et 'levare curas.' *Oud.* *Levitio*] Purior lectio est *levo*, vel *lenio,* pro eo quod est, mulceo et sedo. Asinis, auctore Plin. aquarum tædium maxime est: ideoque asinæ fœtæ per ignes ad fœtus tendunt: at si rivus minimus intersit, horrent, ita ut pedes omnino caveant tingere, nec nisi assuetos potant fontes, et quamvis sitiant, tamen si mutentur aquæ, ut bibant cogendæ sunt, exoneranda-ve. *Beroald.*

Remeant] Nugantur suaviter viri docti. Typothetarum culpa in Ed. Vicent. est *remaneant,* et hinc in marg. Ed. Bas. sed in Mss. O. et ceteris editis *remeant* bene. *Nec mora, cum* jungit Noster semper Indicativo modo. Adi ad p. 69. 'Nec mora, cum noctis initio præstolamur.' Posset etiam legi, *Nec mora: Et latrones, &c.* de qua copulæ vi dixi alibi. Nam in Pith. legitur, *nec mora est latr.* *Remeare* est verbum ei frequentissimum. Vide ibid. 'castra repetivimus et octo pedibus auctiores remeavimus.' Lib. VII. init. 'castra nostra remeastis:' ut Virg. Æn. XI. 793. 'patrias remeabo inglorius urbes.' Ger. tamen Vossius oræ libri adleverat *remanant.* De Festi et Ennii locis ibi vide et Barth. l. XXXVIII. Advers. c. 11. *Oud.*

Vilem laciniam] Cyprianus in de Christi nativit. 'Panniculi pro purpura, pro bysso in ornatu regio laciniæ congeruntur.' Gloss. Isidori: 'Laciniosum, pannosum, lacerum.' *Pric.*

Sed tantum gladiis, totis manibus, i. factionis s. c. viribus, unicam virginem, &c. advehebant] Sicco pede hunc locum transiliunt interpretes. Mihi nequaquam sanus videtur. Quid enim quæso est, *gladiis manibus viribus advehere virginem?* Nec juvat, quod vir

doctus ad marg. Ed. Junt. adlevit, *totis gladiis*. Vitium latere puto in *unicam*, ac leg. *cinctam*; ne scilicet aufugeret, vel e suis manibus rursus eriperetur. Vel potius censeo participium illud aut simile excidisse ob similitudinem literarum vocum *cunctis* et *unicam*. Egregie tum procedit sententia: quod nemo non videt. In Oxon. est *factioni*. Oud.

Filo liberali] Stulte in Flor. Pal. Guelf. utroque exaratur *filio*, in Oxon. *filiam* a m. pr. Sed *liberalem*, quod et ostentant illi Codd. item Pith. Fux. Regius, et Edd. primæ, ut Rom. Vic. Ven. cum Junt. pr. non adeo ineptum est. Æque enim dici potest quis 'liberalis facie,' 'forma,' 'filo,' ac 'liberali f.' &c. Res eodem redit. *Id.*

Summatem ejus regionis] Oxon. *summatum*, Ed. Bas. pr. *summam*. Sed Plaut. Cist. I. 1. 27. 'summates matronas:' Nostro lib. XI. init. 'summatem Deam:' ac sæpius eo libro. Séd recte *ejus*, quæ vocula præcedit, et hic plane supervacua est, abest a Fux. Regio, Palat. Pith. Guelferb. utroque, Edd. Beroaldi, Junt. utraque, et Aldi; quare delevi. Tum *religionis* Pith. Oxon. Palat. Guelf. ut sæpissime erratur. *Idem.*

Verbis quæ dolebat minora f.] Sive verbis minnentes caussas, ob quas dolebat. Adi Pricæum. In Edd. Vicent. Junt. pr. et marg. Ed. Bas. pr. est *verberaque*, *q. d.* In Reg. Fux. Pith. Guelf. sec. Bert. Edd. Rom. Ber. Junt. post. Ald. Colin. Bas. pr. *verbisque*, *quæ d.* Fux. *dolebant*. Idem. *Verbis quæ dolebat minora facientes*] Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος. Et, Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος. Infra lib. VIII. 'Verbis palpantibus doloris stimulum obtundere.' *Pric.*

Salutis et pudicitiæ] *Of your life, and of your honour*. Idem.

Brevem patientiam nostro compendio tribue] Lib. VII. ille: 'Ego arbitror latrones, &c. nihil anteferre lucro suo debere.' *Idem.*

Quos ad istam sectam necessitas paupertatis adegit] Cyprianus LXI. Epist. de histrione: 'Quod si penuriam et necessitatem paupertatis obtendit,' &c. Terent. Phorm. V. 1. 'Quod ut facerem, egestas me impulit.' Donatus: 'Venialis status.' Servius ad Æneid. III. de Achæmenide: 'Utitur veniali statu per excusationem paupertatis.' Sirachides XXVII. 1. 'Propter inopiam multi deliquerunt.' Ita vivitur, at (quod de meretrice Jurisconsultus) 'Non est ignoscendum ei, qui paupertatis obtentu vitam turpem agit.' l. XLIII. § 4. de ritu nupt. Et nota hic inprimis *necessitatis* vocem. Apud Suidam: 'Ανδρὶ πεινῶντι κλέπτειν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχειν. 'Επὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης τι ποιούντων. Heliodorus lib. I. de Thyami latronum Duce: Γένος τε ὄντα τῶν ἐπὶ δόξης, καὶ πρὸς ἀνάγκης παρόντα βίον ἑλόμενος. Donatus ad I. 1. Andr. 'In conditione turpissimi nominis, multum sumitur excusatio voluntatis.' *Idem.*

PAG. 80 *Sine mora parabunt scilicet idoneam sanguinis sui redemptionem*] Tatianus ex Justino Martyre: 'Εκείνοις (λῃσταῖς) ἔθος ἐστὶ ζωγρεῖν τινας, εἶτα τοὺς αὐτοὺς μισθοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾷν. Quintilianus V. Declam. 'Piraticæ feritatis ingenium est, in captivorum taxatione solos redimentes æstimare.' Idem VI. 'Non tenuissent' (latrones) 'juvenem, nisi redempturos parentes talem filium credidissent.' Ibidem IX. ille: 'Literas de redemptione scripsi patri (Deos testor) soli: qui enim sentire viderer de parentis affectu, si hoc incolumi redemptionem ab alio petivissem?' Homerus Iliad. de Chryse Briseidis captivæ patre: Ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας 'Αχαιῶν, Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα. Philo lib. Ὅτι πᾶς ὁ σπουδ. Πατέρες υἱῶν τιμὰς κατέθησαν, καὶ υἱοὶ πολλάκις πατέρων, ἢ κατὰ λῃστείας ἀπαχθέντων, ἢ κατὰ πόλεμον αἰχμαλώτων γενομένων. Hinc illud (congrue) de Barbaris

VIII. 8. apud Philostratum: Ἐπιχώριον αὐτοῖς καὶ τοὺς αὐτῶν ἀποδίδοσθαι, καὶ ἀνδραποδισθέντων μὴ ἐπιστρέφεσθαι. *Cupidi* hic non est quod infra XI. 'cupienti voluntate præditi,' sed 'avari.' In vet. Onomast. 'Cupidus, πλεονεκτικός.' Ita optime 1 Tim. VI. 10. Interpres vetus 'φιλαργυρίαν cupiditatem' vertit: quod tamen Bezæ eruditioni non potuit satisfacere. Isidorus X. 'Cupidus, a cupiendo multum, &c. vocatus.' *Sanguis* metonymice, ut X. 'Necessarium sui sanguinis munus aggreditur:' id est, *sororis:* et V. de sororibus Psyches, 'Inimicus sanguis.' Hieronymus in Marcellæ Epitaph. 'Cum illa diligeret suum sanguinem,' &c. Tacit. Annal. IV. 'Precatus, &c. ne secus quam suum sanguinem foveret ac tolleret.' Virgil. II. 'Aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus:' ubi Servius: 'Quasi bis sanguinem fuderit Priami: quia et filium ejus occidit.' Valer. Max. V. 9. de Hortensio, etsi improbum, hæredem filiam instituente: 'Honorem sanguini reliquit.' Tibullus: 'Quicquid agit, sanguis est tamen illa tuus.' Apud Quintilianum Declam. XVIII. uxor de filio loquens ad maritum suum: 'Viscera de tuis concepta vitalibus, sanguinem qui de tua fluxit anima.' Pro *scilicet*, et hic et alibi Colvius *ilicet* reponebat: male hoc nomine meritus de Auctore nostro, qui voluit Græcum δηλαδὴ exprimere: sic VII. 'Quin potius effaris ubi puerum ejusdem agasonem, necatum scilicet, occultaris?' et alibi in his libris. *Idem.*

His et his similibus blatteratis] Sic Mss. Florentini. *Elmenh.* Vulgo scilicet alterum *his* aberat. Sed Florentinis suffragantur Bert. Reg. Fux. Pith. Guelf. uterque, Oxon. Pal. Edd. Vicent. Juntinæ, Aldi, et m. Bas. pr. in qua, uti et Beroaldi, modo *his similibus.* Male Ed. Scriv. *his et iis sim.* non recte. Variat tamen hæc Auctor. lib. IX. pag. 185. 'Has et alias similes affanias frustra oblaterantes?' ubi *alias* abest a nonnullis. Lib. X. pag. 220. 'His et similibus altercati conviciis.' At lib. VIII. p. 171. 'Hæc et hujuscemodi mutuo blaterantes.' Perperam vero vulgo ubivis in Appuleio editur *blatterare* per duo *ll*, cum *bla* sit syllaba brevis Horatio. Vide Vossium de Art. Gramm. lib. I. 43. II. 38. *Oud.* *His et similibus blatteratis, &c.*] Lib. IX. 'Has et similes affanias frustra adblatterantes,' &c. et VIII. 'Hæc, et hujuscemodi mutuo blatterantes,' &c. Oxon. et Florent. *His, et his similibus, &c.* quod et rectum puto. *Pric.*

Nequicquam dolor sedatur puellæ] 'Mœstum me, atque etiam tum trepidum, variis solabatur affatibus: nec tamen indignationem injuriæ, quæ inhæserat altius meo pectori, permulcere quivit.' Supra lib. III. *Idem.*

Quidni? quæ] Ita aliquoties Noster. Vide Indicem Floridi. Et reposuit Delr. in Solino cap. 29. *Quidni? qui*, pro *denique*, ut legi debet. At Ed. Scriverii habet, *quippini quæ.* Non intercedo, si e Mss. sit petitum. Sæpe est apud Plautum, ut vel Index Parei evincit. Sic lib. IX. p. 195. 'Quippini? destinatam alii.' Exsulat etiam vulgo in Flor. N. VII. 'Quippini? solus eam,' &c. ubi vide Stewech. et restitue item initio de Deo Socratis: 'Utra, quippini? harum vera sententia est.' *Oud.*

Inter genua sua deposito capite, sine modo flebat] Horatius: 'Rufus posito capite, ut si Filius immaturus obisset, flere,' &c. In Tabula Cebetis: Ἡ τὴν μάστιγα ἔχουσα, καλεῖται Τιμωρία· ἡ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχουσα, Λύπη. *Pric.*

Blando quantum posset solaretur alloquio] Servius ad Eclog. IX. 'Solatium infelicium esse consuevit.' Terent. Adelph. 'Et istam quod' (id est, *quoad*) 'potes Fac consolere.' Servius ad Æneid. X. 'Est alloqui, consolari.' Catullus: 'Qua solutus

es allocutione?' Scriptor Sapient. VIII. 9. παραίνεσις φροντίδων. ubi Vetus, *allocutio:* sic Seneca in Troadibus 'in luctu alloqui' dixit. Onomast. vetus doctissimum: 'Alloquor, εὐασμενίζω.' *Idem.*

Ab inceptis fletibus avocari] Οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι. Vide ad Matth. II. 18. adnotata. *Idem.*

Altius ejulans sese] *Altius* significat, imo de pectore, profundiore gemitu. pag. hac: 'sic adsuspirans altius.' p. 84. 'fremens altius.' Lib. II. pag. 40. 'altius ingemiscens.' Lib. VI. 'suspirant altius.' Lib. VIII. 'altius miserantes.' Alibi: 'altius quiritabat.' Adi etiam notata ad lib. IV. pag. 66. 'altioris vindictæ:' et ad f. lib. VIII. pag. 175. 'altius metuens.' Virg. Æn. x. 813. 'altius iræ Surgunt ductori.' Sil. It. lib. VI. 415. 'Hic alto juvenis gemitu lacrimisque coortis.' *Oud.* *Sed altius ejulans, &c.*] 'Haudquaquam alloquio mensura doloris Cedit, at exuperat magis, ægrescitque medendo.' Male autem ex Florentino Elmenhorstius, *auctius e.* Infra lib. VIII. 'Infortunium domus herilis altius miserantes.' *Altius* hoc loco autem, quia eam consolabatur anicula. Apud Terentium: 'Quid consolare me?' ubi Donatus: 'Ut solet, in vero angore, ipsa consolatione ægrescit dolor.' *Pric.*

Adsiduis singultibus ilia quatiens] Val. Flacc. lib. III. 'crebris quatiens singultibus ora.' *Elmenh.* *Mihi quoque lacrymas excussit*] Horatius: 'Ut ridentibus arrident, ita flentibus adsunt Humani vultus.' Vide quæ ad Joh. XI. 33. adnotavimus. *Pric.*

An ego misera, tali domo, tanta familia, tam caris vernulis, tam sanctis parentibus desolata? &c.] Q. d. 'Cum mihi jam patriam antiquam spes nulla videndi, Nec dulces vernas, exoptatosque parentes.' Sirachidis XXXVIII. 20. Latinus Interpres: 'In abductione permanet tristitia:' ubi optimus Expositorum Grotius: 'Abductione ab iis quibuscum vixeris.' Apud Catullum: 'Egone a mea remota hæc ferar in nemora domo? Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?' In Milite Plautino: 'Quidni ego fleam? Ubi pulcherrime egi ætatem, inde abeo.' Cicero exul ad Atticum: 'Possum oblivisci qui fuerim, non sentire qui sim?' Apud Plautum in Rudente illa: 'Hæc parentes haud mei scitis miseri, Me nunc miseram ita esse uti sum.' In Quintiliani Declam. Divitis filius piratarum captivus: 'Natura redit in extremis tristis præteritæ voluptatis recordatio: et mihi cum generis conscientia, cum fortunæ conscius aliquando fulgor, &c. domus, familia, amici, cæteraque nunquam videnda, in ultima mortis exspectatione succurrerent,' &c. Sallustius apud Nonnium: 'Ac tum maxime, uti solet, extremis in rebus, sibi quisque carissimum domi recordari.' *Idem.*

Vernulis] Gloss. 'Οἰκογενής, ὑποκοριστικῶς· vernulæ.' *Idem.*

Parentibus desolata] Ut apud Euripidem illa, Μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος. Infra lib. x. 'Desolatam puellam, parentumque præsidio viduatam.' Juvenal. XI. 'Suspirat longo non visam tempore matrem:' ubi vetus Scholiastes, 'Quia diu abest a parentibus, tristis est.' Hieronymus in Epitaphio Paulæ: 'Inter hostium manus, et captivitatis duram necessitatem, nihil crudelius est, quam parentes a liberis separari.' *Idem.*

Inque isto saxeo carcere, &c.] Cujusmodi lib. VII. 'domum lapideam' dixit. Et recte *carcerem* vocat, etsi *speluncam*, eam: 'Est' enim 'carcer undecunque exire prohibemur.' Servius ad Æneid. I. Sic infra lib. v. 'carcerem beatum' habemus. *Idem.*

Sub incerta salutis] Verissima est Beroaldi emendatio *incerto*, confirmata, ut videtur, a Florent. membranis. Nequaquam enim jungi possunt *salutis et carnificinæ laniena.* Merito

igitur *incerto* receperunt Vulcan. Elmenh. Scriv. et Flor. ac multis probavit Pricæus. Vide et Vorst. Latin. merito susp. cap. 7. Hoc quoque restituendum videtur e Mss. Valerio Max. lib. VI. c. 8. § 1. 'Incertum Ptolemæo reddiderunt.' Vulgo, *Ptolemæum*. Oud. *Sub incerta salutis et carnificinæ laniena*] Paterculus lib. II. 'In quam arcto salutis exitiique confinio fuerimus,' &c. Apud Senecam Controvers. III. 5. 'Nihil est miserius, quam incertum inter vitam mortemque destitui:' ejusmodi Deuteron. XXVIII. 68. statum descriptum vide. Recte autem Beroaldus monuit *incerto* legendum: sic VII. Declam. Quintilianus 'incertum accusationis.' VIII. 'incertum orbitatis.' XIV. 'incertum interpretationis.' et XV. (ut heic Appuleius noster) 'salutis incertum.' In Cod. Theod. de Equ. curruI. 'incertum contentionis:' apud veterem Bibliorum Interpretem 1 Tim. VI. 17. 'incertum divitiarum.' Scholiasten ad II. Carm. Horat. 'incertum maris:' et infra hoc ipso libro, 'venerationis incertum.' Obiter corrigatur Zeno Veronensis Serm. de Continentia: 'At illa ægra fastidio novem mensium non bajulat pondus, sub incerta partu parientis de salute non gemit:' scribe, *sub incerto parturientis nascentisque de s. n. g.* Pric. *Sub incerta salutis*] Legere malim *sub incerto*, quasi in dubio salutis, in incerto. *Beroald.*

Inter tot ac tales latrones, &c. omnino vivere potero] Tacitus Annal. XIV. de Poppæa: 'Puella, &c. inter centuriones ac milites, præsagio malorum jam e vita exempta.' Apud Quintilianum VI. Declam. 'Cœci etiam litigare possunt, captivi nec vivere.' *Pric.*

Faucium tendore] In Fux. est *tudore*, i. e. *tundore*. Adde Guelf. sec. Oxon. a m. pr. et Palat. ac magis placet. Fauces enim in vehementi anhelitu, questu, et lamentatione quatiuntur et tunduntur. Virgil. lib. V. Æn. 200. 'Tum creber anhelitus artus Aridaque ora quatit.' Clare Silius lib. IV. vs. 415. 'crebro Clamore obtusæ, crassoque a pulvere fauces.' *Oud.*

Oculos demisit ad soporem] Sic edidi obsecutus Pricæo, non *dimisit*. Propert. lib. II. 22. 29. 'somno demissa recenti:' ubi prave Gujetus voluit *dim.* Val. Flacc. III. 41. 'cadit inscia clavo Dextera, demittitque oculos.' Ibi consule Burmann. Est autem frequens hac in re, quippe naturæ conveniens, 'demittere oculos,' 'vultum,' 'caput,' &c. Vide Heins. ad Ovid. lib. VII. Met. 155. ubi et Nostri locum emendat. In Guelf. sec. Ed. Ald. *saporem*. Idem. *Animi dolore, &c. fatigata, marcentes oculos dimisit ad soporem*] Fuse ad Luc. 22. 45. in hac mentem dixi: porro *demisit*, non *dimisit* legendum. Propert. 'Somno demissa recenti.' *Pric.*

Jam commodum conniverat] Aldus, *conquierat*. Elmenh. Sic etiam Edd. Vicent. Junt. Basil. sec. cum marg. Ed. Bas. pr. Guelf. pr. *commorerat*. Sed in Mss. et Edd. aliis, *conniverat* seu *coniverat*, sive oculis somno clausis *conquexerat* et caput inclinarat, ut ait Varro, apud Priscian. pag. 885. Vide Indicem. Lib. VIII. p. 158. 'ut mœsta conniverat.' In Bert. *quieverat*. al. lib. X. p. 239. 'Nec dum satis conniveram:' ubi vide quoque, ut et Gell. lib. VI. c. 4. Voss. Anal. lib. III. p. 97. Utrumque jungit lib. I. p. 8. 'circa tertiam vigiliam paullulum conniveo. Commodum quieveram.' Et illic vide. Idque huic loco aptius. Nec enim modo connivisse oculis, sed plane quievisse ac dormivisse, ex seqq. patet. Inepte vero in Pith. et Fux. Guelf. sec. pro *jam* est *an:* immo in Oxon. et Palat. est, *an commode*, melius Guelf. pr. *ac c.* Oud. *Jam commodum conniverat*] Id est, ut infra XI. 'Necdum satis conniverat:' sic supra l. I. 'Commodum quieveram.' *Pric.*

Cum repente lymphatico ritu somno recussa, &c.] Lib. VIII. 'Velut quodam tormento, inquieta quiete excussa, luctu redintegrato prolixum heu heu ejulat.' Apud Senecam Octavia: 'Tremor, et ingens excutit somnos pavor, Renovatque luctus et metus miseræ mihi.' Ovid. IV. Fast. 'Excutitur terrore quies.' Lucanus: 'Quos agit vesana quies, somnique furentes.' Virgilius: 'Excutitur somno:' ubi Servius: 'Ut appareat terroris esse, non satietatis.' Idem effectus enim terroris mala ex conscientia. Claudianus in Ruffinum: 'Nec recipit somnos, et sæpe cubilibus amens Excutitur.' Chrysostomus Homil. 6. ad Antiochenos: Δεδοικότες καὶ τρέμοντες, &c. καὶ ἐκ μέσων ὕπνων ἀναπηδῶντες ἀπὸ τῆς διηνεκοῦς ἀγωνίας. *Idem.*

Verberare incipit] In sola Ed. Junt. post. vidi *incipit*. In ceteris Mss. et Edd. *incœpit*, vel *incepit*, uncis quoque inclusum a Scriverio. Et certe sæpe quidem Noster etiam ita Infinitivum ponit solum per Enallagen seu Ellipsin. Vide ad lib. II. p. 33. sed non præcedente conjunctiva particula. Pendent enim hæc a τοῖς 'Nec diu cum afflictare sese, &c. incœpit,' vel potius *incipit*, quod est in Guelf. pr. Sequitur enim tum Indicativus præsentis temporis. Adi ad lib. II. p. 69. 'Nec mora, cum præstolamur:' et ad lib. VIII. p. 155. 'Nec diu; et furens aper eum invadit:' quo loco varie hallucinantur. Huc etiam pertinet quodammodo ex Apol. pag. 442. Ed. Flor. 'Neque enim diu est, cum te mortes propinquorum hereditatibus fulserunt.' *Oud.* *Et pectus etiam palmis infestis tundere, et faciem illam luculentam verberare incipit*] Supra l. III. 'Percussit faciem suam manibus infestis.' Ovid. X. Metam. 'Pariterque sinum, pariterque capillos Rupit, et indignis percussit pectora palmis.' Seneca Troad. 'Vacat ad crebri verbera planctus Furibunda manus.' Virgil. Ciri: 'Incipit ad crebros insani pectoris ictus Ferre manum, assiduis mulcens præcordia palmis:' quo loco *mulcans* reposuerim. Juvenalis XIII. 'Nec pugnis cædere pectus Te veto, nec plana faciem contundere palma.' 'Faciem luculentam' supra etiam II. dixit. *Pric.*

Causas novi et instaurati mæroris requirenti, &c.] Seneca jam dicto loco: 'Quis te repens commovit afflictam metus?' Oxon. *doloris et mæroris requirenti*. Idem.

Heu, nunc certe, nunc maxime funditus perii] Apud Euripidem Helena: Ὄλωλα, φροῦδα τἀμὰ, κοὐδέν εἰμ' ἔτι. In Sticho Plautina: 'Nunc ego hercle perii plane, non obnoxie.' 'Perpetuo perire' Terentius plus semel vocat. Infra heic lib. v. 'Se nunc maxime prorsus periisse iterans.' *Idem.*

Laqueus aut gladius, aut certe præcipitium proculdubio capessendum est] Cum notaverim mihi elegantes aliquot Auctorum locos, in quibus tria hæc conjuncta occurrunt, eos ad aliorum sive usum, sive delectationem, libens oblata occasione ista in medium proferam. Horatius: 'Voles modo altis desilire turribus, Modo ense pectus Norico recludere: Frustraque vincla gutturi innectes tuo, Fastidiosa tristis ægrimonia.' Valer. Max. IX. 12. 'Ferrum acuant, &c. laqueos apprehendant, vastas altitudines circumspiciant.' Cornelia apud Lucanum IX. 'Nunquam veniemus ad enses, Aut laqueos, aut præcipites per inania jactus.' Idem VIII. 'Aut mihi præcipitem nautæ permittite saltum, Aut laqueum collo, tortosque aptare rudentes, Aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem.' Phædra apud Senecam: 'Decreta mors est, quæritur fati genus. Laqueone vitam finiam, an ferro exigam? An missa præceps arce Palladia cadam?' Phyllis in Epistolis Ovidianis: 'Est sinus adductos modice curvatus in arcus, Ultima prærupta cornua mole rigent.

Hinc mihi suppositas immittere corpus in undas Mens fuit.' Et post: 'Sæpe cruenta Trajectam gladio morte perire juvat. Colla quoque, infidis quæ se nectenda lacertis Præbuerant, laqueis implicuisse juvat.' In Andria Terentiana: 'Occidi, Utinam esset mihi aliquid heic quo nunc me præcipitem darem:' ubi Donatus: 'Non dixit gladium aut laqueum, ne esset Tragicum.' Seneca VII. Controvers. 1. 'Hæc est conditio generis humani, quod nascimur uno modo, multis morimur. Laqueus, gladius, præceps locus, &c. mille aliæ mortes insidiantur miseræ huic animæ.' Plinius II. 63. 'Ne lacerum corpus abrupta dispergerent, ne laquei torqueret pœna præpostera, &c. ne ferri cruciatus scinderet corpus.' Chrysostomus Homil. 66. ad Pop. Antioch. *Τοὺς βρόχους ἀνάπτοντας, καὶ τοὺς κατὰ κρημνῶν ἀφιέντας ἑαυτοὺς, καὶ διὰ μέσων ξιφῶν ἑαυτοὺς ἀναιροῦντας, οὐ σφόδρα οἰκτείρομεν.* Apud Quintilianum XV. Declam. 'Datum est remedium dolori, qui sæpe in laqueos, in præcipitia compulit: qui cruciatus laborantis animæ vulneribus emisit.' Ibidem XI. 'Subtraham omne ferrum, incidam quoscunque strinxeris nexus, ab omni revocabo præcipitio:' et XVIII. 'Si saucium palpitantemque jussisses adigere ferrum, premerem clausis vulneribus animam: si stringeres aptatos ad colla nexus, conarer abrupto desilire laqueo: si vero injiceres manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana cursum.' Lampridius de Heliogabalo: 'Prædictum eidem erat a sacerdotibus Syris biothanatum se futurum: paraverat igitur funes blatta et serico et cocco intortos, quibus, si necesse esset, laqueo vitam finiret: paraverat et gladios aureos quibus se occideret, si aliqua vis urgeret, &c. fecerat et altissimam turrem, substratis aureis gemmatisque ante tabulis, ex qua se præcipitaret.' *Idem.*

Quid malum fleret] Recte *quid* cum Mss. jam correxerunt supra Stewech. et Gulielm. lib. III. Veris. cap. 13. et edidit quoque Junt. post. Sed minus bene jungunt vulgo, *quid malum* vel *malũm* in Ed. Colv. Per exclamationem quasi interjectam *τὸ malum* inseritur, ut ad marginem emendavit Groslotius. Vide Plaut. et Terent. passim. Crebro etiam apud Ciceronem, ut Lexica docent, et pro Rosc. Com. cap. ult. Gell. lib. XII. cap. 1. XIII. 12. XV. 31. Prave igitur Elmenhorst. ad lib. X. pag. 221. 'Quid, bonum! rideret familia,' citat *quod malum.* Idem illic olim erat error. *Oud.* *Ad hæc anus subiratior, dicere eam sæviore jam vultu jubebat, quid, malum, fleret*] Callimachus apud Suidam: *Τί δάκρυον εἶδον ἐγείρεις;* Hippolitus apud Senecam: 'Effare aperte quis gravet mentem dolor.' Afranius apud Nonnium: 'Quid isthuc est? quid fles? quid lacrymas? largitus proloquere.' Ait *subiratior* Appuleius. Servius ad VI. Eclog. 'Consolantis et hoc officium est, ut mœrentem strictim et objurget.' *Pric.*

Postl. pressæ quietis] In Oxon. est *pressim.* Guelf. pr. *pressem.* Pricæus capit pro *prementis.* Non ego credulus illi. 'Pressa quies' est adstricta, compressa, et sic brevis. Sic passim 'pressa oratio,' 'vox,' 'sermo,' et similia: unde hæc vox quoque pro accurata, et ad rem attenta ponitur, ut lib. V. p. 91. 'observandum pressiore cautela.' p. 95. 'cogitationibus pressioribus instructæ.' Adde omnino Comment. ad Vell. lib. II. cap. 129. 'pressius audit.' Fuit, cum interpretarer per 'expressæ,' 'elisæ.' Sed malo prius. *Oud.*

PAG. 81 *Lament. licentiosas refricaret*] *Illicitas* est in Regio, Guelf. pr. et Par. atque ediderunt Wow. Elmenh. et Pric. Male, atque e glossa. Lib. V. p. 97. 'licentiosa cum temeritate.' p. 107. 'licentiosis et inmaturis amplexibus.' Lib. IX. pag. 199.

'venditionis incertæ licentiosa fortuna.' Conjecit aliquando Heinsius *elicitas*, *sollicitas*, sed delevit. Verum non ausim ego damnare *replicaret*, quod et habent Reg. Fux. Guelferbytani, Oxon. Par. In solis Flor. et Pith. est *refricaret*. Nec obstet, quod Cicero dixerit 'refricare memoriam,' 'dolorem,' &c. metaphora a diducta cicatrice sumta. Nam et idem dixit aliquoties 'replicare memoriam temporum.' Vide Nizolii thesaurum, et pro *repetere* hoc verbum amat Noster. pag. 76. 'Vestigium suum replicat.' Sed vide omnino plura ad lib. I. pag. 11. 'Hæc identidem mecum replicabam.' *Idem*. *Postliminio pressæ quietis lamentationes licentiosas refricaret*] Id est, *renovaret*. In Palat. et Oxon. Mss. *replicaret*. male. Onomast. vetus: 'Refrico, ἀνανεῶ.' Cicero in Familiaribus: 'Ne refricem, &c. desiderium ac dolorem tuum.' Vide Colvium. Pro *pressæ*, in dicto Oxon. Cod. *pressim* legitur: at rectum *pressæ* illud, id est, *prementis*: sic alibi 'fletam,' id est, 'flentem mulierem' dixit. 'Prementis quietis,' ut v. 'exordio somni prementis:' et supra hic, 'Quo somnus obvius mortalium corda, &c. premit et invadit.' *Pric.*

Jam facto] In solis Edd. Colv. et Merc. perperam est *facto* pro *faxo*, sine dubio per typothetarum errorem. Quare hoc tanti non erat, ut id de professo corrigendum monuerint Wow. et Sciopp. non modo, sed et diu post Heinsius ad Silium lib. XVII. vs. 236. 'Faxo, vallata revocetur Scipio Roma.' Agam pluribus de hac locutione lib. v. pag. 108. 'Sed jam faxo te lusus hujus pœniteat:' quibus locis patet, male hic in vulgatis ante Ed. Vulcanii exhiberi *exurere* pro *exurare*, quod bene exstat in Mss. et Ed. Junt. post. l. VIII. p. 161. 'Faxo sentias.' *Oud.*

Consuevere] 'Apud Tortorem et Lenonem nec preces nec lachrymæ valent.' Narratio de Apollonio Tyan. Elmenh. *Lacrymis istis, quas parvipendere latrones consuevere, &c.*] Apud Achillem Tatium tamen: Δάκρυα καὶ λῃστὴς αἰσχύνεται. et Nicetam Choniatem in rebus Manuelis Comneni: Καὶ κακόεργος ὅστις δὴ παραίτητός ἐστι δάκρυσι, καὶ λιταῖς παρυπάγεται. Sed 'sententiæ' (ut recte ad Virgilium Servius) 'ad negotiorum qualitatem aptantur, nec semper generales sunt.' Et nota, 'lacrymas parvipendere.' Suidas: Κλαίειν ἐῶσι· καταφρονοῦσι, παρ' οὐδὲν λογίζονται. *Pric.*

Manuque ejus exosculata] *Ejus* abest ab Oxon. *deosculata* amplexus est Scriverius cum viro docto in Misc. Obs. v. II. p. 392. ut sæpe Nostro. Vide ad h. l. p. 71. 'gladium deosculatum.' Et sic Mss. duo. L. XI. p. 242. 'manum deosculabundus.' Sed et alterum compositum non infrequens est Appuleio. Vide Indic. et lib. XI. p. 251. 'Exosculatis vestigiis Deæ.' *Oud.*

Parce mi parens] Bene hoc ad vetulam. Hesychius: Μήτηρ, ἡ πρεσβυτάτη πάση. *Pric.*

Et durissimo casui meo, pietatis humanæ memor, subsiste] Apud Solinum filius Crœsi: 'Parce patri meo Cyre, et te hominem esse vel ex casibus nostris disce.' Apud Auctorem ad Herennium: 'Fer mansuete fortunam: nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem.' *Idem.*

Nec enim ut reor, &c. tibi miseratio exaruit] 'Non tua sunt duro præcordia ferro Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.' Lactantius III. 22. 'Cum natura hominis imbecillior sit quam cæterorum animalium, quæ vel ad perferendam vim temporum, vel ad incursiones a suis corporibus arcendas naturalibus munimentis Providentia cœlestis armavit, homini quia nihil istorum datum est, accepit pro omnibus istis miserationis affectum.' Tacitus Annal. IV. 'Sunt molles in calamitatem mortalium animi.' Chrysostomus ad 1 Tim. 3. Ἔχει τὸ συμπαθὲς τὸ ἀνθρώπινον, καὶ ταῖς τῶν ἑτέρων

συμφοραῖς κατακλώμεθα. Juvenalis: 'Mollissima corda Humano generi dare se Natura fatetur.' Scholiastes: 'Humanitatem et misericordiam Natura hominibus non negavit.' Exaruit, ut in Plauti Milite: 'Nec dum exarui ex rebus amœnis et voluptariis.' Ammianus lib. XXII. 'Nondumque apud eos penitus Musica exaruit.' *Idem.*

Speciosus adolescens] *Speciosum* heic non ad statum refero, ut in l. 100. de V. S. sed ad formæ venustatem: supra lib. III. apertius 'juvenem formæ speciosæ' dixit. Gloss. 'Speciosus, &c. εὐειδής.' *Idem.*

Quem filium publicum omnis sibi civitas coopt.] Nescio an verius sit, *quem filium publicum omne sibi cooptavit.* Alia apud eumdem ad eam formam dicta videntur: Libro quinto: 'Profundum calamitatis:' lib. XI. 'Lubricum virentis ætatulæ. Itidem apud M. Tullium: 'Commune Siciliæ,' quod nos redderemus communitatem, rempublicam Siciliæ. Ad conjecturam nostram facit Latinus Pacatus, qui in Panegyri, quam Theodosio dixit, 'atratos,' ait, 'infestare publicum.' *Stewech.* Mera hæc est mutandi prurigo. 'Omnis civitas,' 'cuncta civitas,' passim cum alibi, tum in Nostro occurrit. Observandum potius 'filium publicum' hic non modo dici eum, in quo omnem spem habet civitas, quique omnibus ita carus et amabilis est, ut habeatur deliciæ atque amor publicus, et a cunctis perinde ac filius diligatur, adpelleturque, ex. gr. uti de se dicit Cicero de Provinc. Cons. c. 18. 'Si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos me carissimum filium desiderabatis.' Ita Caligula hinc sibi cognomen sumsit, 'Castrorum filius,' apud Sueton. in ejus vita cap. 22. Sic Cordus dixit, 'Gordianum tertium omnes milites, filium adpellasse, ab omni senatu filium dictum, omnem populum delicias suas dixisse,' teste Capitol. cap. 31. de Gord. Et contra optimus magistratus ac princeps vocatur 'parens publicus:' de quo vide Arntz. ad Plin. Paneg. c. 26. Sed etiam, ut revera decreto Senatus populique sit declaratus et habitus 'Reip. filius.' Vide omnino Cuperum in Epist. Crozianis pag. 59. 78. 84. 156. 159. 333. ad Inscriptionem Ancyranam apud Montfanc. Palæogr. Græc. pag. 160. et Muratorium, pag. 163. 1. ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. Huc refer Xenoph. Ephes. lib. I. pag. 13. ubi Abrocomes et Anthia vocantur παῖδες κοινοὶ τῆς Ἐφέσου. nisi priori sensu sumere id velis. In Guelf. pr. *coactavit.* sec. et D'Orvill. *coaptavit.* Oud.

Tantulo triennio major in ætate] Plaut. Bacchide: 'Triduum non inter est eos ætatis, uter major sit.' *Pric.*

Mecum primis ab annis nutritus, &c.] Ovid. II. 5. de Ponto: 'Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis.' Virgilius Æn. II. 'Pauper ad arma pater primis huc misit ab annis:' et bene ab hac re exaggeratio petita. Apud Quintilianum IX. Declam. 'A primis ætatis annis junxerat nos potentissimus amor ille puerilis.' Maximianus: 'Par ætas animos conciliare solet.' Andronicus, vel quisquis alius, Nicomach. VIII. 16. Μέγα πρὸς φιλίαν, καὶ τὸ συντραφῆναι, καὶ συνήλικας εἶναι. Scholiastes Vetus Horatii ad Carm. I. 36. 'Vult videri per hoc, quod simul togas mutaverint, ætatis æqualitatem augere amicitiam.' Aristænetus I. 18. Ἡ χρόνου ἰσότης ἐπὶ ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα δι' ὁμοιοτάτου φιλίαν παρέχεται. Idem Quintilianus XVI. Declam. 'A primis statim ætatibus in eandem coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum:' et Declam. CCCXXI. 'Consuetudo alienos etiam, ac nulla consuetudine' (lege *necessitudine*) 'inter se conjunctos, componere et adstringere affectibus potest: consuetudo actæ pariter infantiæ, pueritiæ, studia, lusus tristitia' (lege

tristia) 'joci.' Plutarchus in de lib. educ. Ἡ συντροφία ὥσπερ ἐπιτόνιόν ἐστι τῆς εὐνοίας. Petronius: 'Vetustissima consuetudo in sanguinis pignus transit.' Non mirandum ergo quod hic sequitur de affectione et nuptialibus tabulis. Ovidius: 'Par ætas, par forma fuit, primasque magistris Accepere artes, elementa ætatis ab iisdem, Hinc amor amborum tetigit rude pectus, et æquum Vulnus utrique dedit.' Metam. IX. *Idem.*

Individuo contubernio] In Apologia: 'Qui in individuo contubernio mecum vixit.' Infra lib. XI. 'Contuberniis sacerdotum individuus:' contra apud Valer. Maximum 'dividuum contubernium.' Tertullianus ad Uxorem: 'Convictus, et individuus usus.' Maximianus: 'Per multos, quibus individisi viximus annos.' *Idem.*

Domunculæ] Sic quidem edidit Floridus, ut Mss. et Edd. consentiunt, supra p. 69. 'satis munita domuncula contentus.' Symm. lib. v. Ep. 66. Gloss. 'Hæc domuncula: οἰκίδιον.' Priscianus lib. IX. p. 613. 'Excipitur ab acu aculeus, domus domuncula.' Analogice enim formandum foret *domicula*, assentiente Diomede lib. I. p. 311. *Domusculæ* est in Ed. Pric. Sed *domusculæ* hic exhibent Mss. et Edd. priores, quod placet Wasseo. Vide et J. Parrhas. Epist. XXXVII. p. 767. t. I. Fac. Crit. At non video, quomodo principum civitatis filiis accommodari possit *domuncula* vel *domuscula*, tenuissimis hominibus inhabitata: et discreta a *cubiculo*, ne quis capiat pro conclavi parvo. Ego mallem hic legi *domicilii*, vel si alia vox, litteris *domusculæ* convenientior. Aqua mihi hæret. p. seq. 'de domo, de thalamo, de cubiculo, toroque.' *Oud.*

Adfectione mutuo m. pignoratus] Si Ms. addiceret, mallem, quod e Pricæi conjectura tacite edidit Floridus, *mutua*. Lib. II. p. 27. 'Ego tibi mutua voluntate mancipata sum.' Et passim. Mss. tamen et Edd. mordicus retinent *mutuo*. Hinc perpende, quæ notavi ad Sueton. Aug. c. 53. 'Officia cum multis mutuo exercuit.' In Pal. Guelf. Oxon. est *effectione*. Prave. In Pal. *pigeratus*. In D'Orv. Guelferbytanis, *pigneratus*. Quod rescripsi. Vide ad lib. III. p. 51. 'Ut ei cœnæ pignerarer.' *Idem. Sanctæ caritatis affectione mutuo mihi pignoratus*] Scribe, *affect. mutua mihi p.* sic supra lib. II. 'Voluntate mutua tibi mancipata.' *Pric.*

Pacto jugali pridem destinatus] *Destinare* vox nuptiis accommoda. Persius: 'Fortique marito Destinet uxorem.' Plinius lib. v. Epist. 16. de Fundani filia: 'Jam destinata egregio juveni,' &c. Ulpianus x. 'Si patronus sibi desponderit aliam, vel destinaverit.' *Idem.*

Tabulis maritus nuncupatus] Hæ legitimæ conjunctionis argumentum præ se ferunt. Lib. II. Dig. de donat. et lib. XII. de dote. In Apol. 'Facit tabulas nuptiales, cum quo jubebatur.' Firmic. Astron. lib. VII. c. 17. 'Sine tabulis nuptialibus coibunt.' Interpres vetus bibliorum in Tobiæ c. 7. vocat 'conscriptionem conjugii.' *Elmenh.* De *tabulis* his et sequentibus omnia sunt pervulgata. *Oud.*

Consensu parentum, tabulis etiam maritus nuncupatus] Ut et hoc nomine tam immaturum funus mihi luctuosius evaderet. Plinius jam citato loco: 'O triste plane acerbumque funus! morte ipsa mortis tempus indignius! jam destinata egregio juveni, jam electus nuptiarum dies.' Ait, tabulis maritum nuncupatum eum. Virgil. de Chorœbo: 'Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat:' ubi Servius: 'Secundum spem illius dictum est. Gener dicitur et qui est, et qui esse vult: sic etiam maritus: unde in IV. Quos ego jam toties sum dedignata maritos.' Thamyris ad Teclam apud Basil. Seleuciensem: Πείσθητί μοι τῷ σῷ Θαμύριδι· καὶ γάρ εἰμι σὸς, εἰ μηδέπω τῷ γάμῳ, τῷ νόμῳ λοιπὸν,

καὶ ταῖς ἐπὶ σοί μοι γεγενημέναις συνθήκαις. additur, 'consensu parentum:' nec de nihilo: 'non omnis enim potestas nuptiarum in patre est.' Donatus ad I. 5. Andr. In lib. II. ff. de ritu nupt. 'Nuptiæ consistere non possunt, nisi consentiant omnes:' id est, 'qui coëunt, quorumque in potestate sunt.' vide et lib. XVIII. eod. *Pric.*

Ad nuptias officio frequenti cognatorum et affinium stipatus] Artemidorus Oneirocrit. II. Τὰ αὐτὰ ἀμφοτέροις συμβαίνει, τῷ γαμοῦντι καὶ τῷ ἀποθνήσκοντι· οἷον, παραπομπὴ φίλων, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. Et bene hic *officio*. In Apologia: 'Nuptiæ ne illæ fuerant, an aliud celebratum officium?' sic 'amici nuptiarum officium celebrare' in Claudio Suetonii. Glossæ: 'Cognatus, Εὐγενὴς ἀπὸ θηλείας.' 'Cognatio, εὐγένεια· ἀπὸ ἐπιγαμίας θηλείας.' scribe cum Vulcanio (quod et inviso nos eo suspicati sumus) συγγενὴς et συγγένεια. In eod. Glossario: 'Affinis. ἀγχιτέρμων, καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής.' *Idem.*

Templis et æd. pub. victimas inmolabat] Ulpianus Titulo X. 'Farre convenitur in manum, certis verbis et testibus decem præsentibus, et solemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.' Servius in III. Æneidos: 'Apud Veteres neque uxor duci, neque ager arari sine sacrificiis peractis poterat.' Tacitus lib. XI. Annal. 'Atque illam audisse auspicum verba, subisse, sacrificasse apud Deos, discubitum inter convivas, oscula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali.' Megadorus, jam jam ducturus uxorem. Aulularia: 'Ego, nisi quid me vis, eo lavatum, ut sacrificem:' et Euclio, qui filiam suam nuptum collocabat: 'Nunc lavabo, ut rem divinam faciam, ne affinem morer. Quin ubi arcessat me, meam extemplo filiam ducat domum.' *Colv.* Liban. in Moroso f. 327. Γάμου καιρὸς ἧκεν, &c. *Elmenh.* In Palat. Guelf. sec. *initians, inmolabat*. Quasi jungerentur *ad nuptias initians*, et *inmolare* absolute sumatur: uti certe aliquoties factum. Vide Scheffer. ad Phæd. F. 80. 'Ubi inmolatur.' Non sequor tamen. *Oud.*

Domus t. lauris obsita, tædis lucida] B. Ambrosius de Virginibus lib. II. 'Sic etiam virgo nostra debuit prius amore pio ludere, aurea tori cælestis fulcra morari, in ipso vestibulo nuptiarum et postes frondium sertis cernere coronatos, et chori strepentis interius haurire delicias.' Lucanus lib. II. de Nuptiis Martiæ et Catonis: 'Festa coronato non pendent limine serta, Infulaque in geminos dependet candida postes.' Denique in cujuslibet lætitia diei festi januas ædium ornabant lauris et lucernis. De quo Lipsius accurate, Elect. I. et quædam hic Beroaldus. Ad quæ addi possunt illis non notati loci Tertulliani de Corona militis: 'At enim Christianus nec januam suam laureis infamabit:' et de Idololatria: 'At ne luceant tabernæ et januæ nostræ, plures jam invenies Ethnicorum sine lucernis et laureis, quam Christianorum. Ergo, inquit, honor Dei est, lucerna pro foribus et laurus in postibus?' Item: 'Quod januam ejus subito, annunciatis gaudiis publicis, servi coronassent.' Et alibi: 'Accendant igitur lucernas, quibus lex nulla est, adfigant postibus lauros, postmodo arsuras.' D. Ambrosius sermone XC. 'Reversa igitur ad palatium, facit gaudium et patri suo Augusto et fratribus suis imperatoribus. Coronatur civitas tota, fit lætitia militantibus atque privatis.' *Colv.* Moris vulgati, in Nuptialibus festivitatibus et publico gaudio domus lauro coronare. Tert. Apol. cap. 35. 'Cur die læto non laureis postes obumbramus.' Lib. II. ad uxorem: 'Procedit de janua laureata. Recentissimis et ramosissimis laureis postes præstruebant.' Christiani omnino

hoc improbarunt. Tert. de Corona milit. c. 13. 'Christianus nec laureis januam suam infamabit.' Martinus Bracarensis in Excerptis cap. Syno. Græc. c. 74. 'Non licet iniquas observationes agere diebus Calendarum et ociis vacare gentilibus, neque lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc observatio paganismi est.' *Elmenh.* *Tota domus lauris obsita*] Statius argumento simili: 'Jam festa fervet domus utraque pompa, Fronde virent postes.' Servius ad Æneid. VI. 'Domum lætam frondes indicant festæ.' Juvenalis: 'Ornentur postes, et grandi janua lauro.' Scholiastes: 'Ad honorem nuptiarum: sic enim solent in nuptiis præparare.' Sunt autem hæc verba, cum sequentibus, paulum verso ordine, versiculus, ex nescio quo Veterum desumptus: videtur conceptus fuisse ad hanc faciem: 'Obsita tota domus lauris, et lucida tædis:' et plura id genus latent in Scriptore isto. Infra hoc lib. 'Talis ad Oceanum pergentem Venerem comitatur exercitus:' ex illis nescio cujus, Catulli forsan: 'Qualis ad Oceanum Venerem comitatur euntem,' &c. sic et VIII. de Pegaso: 'Dum in altum, et adusque cœlum subsilit, ac resultat, formidans scilicet igniferæ morsum Chimeræ.' Quæ clare ex his deprompta, fortasse Ovidianis: 'Scilicet igniferæ morsum timet ille Chimeræ, Indeque ad extremum subsilit usque polum.' Ita lib. XI. 'Et Sol curvatus intrahebat vesperam.' Quæ nemo citius legat quam senarium agnoscat. Hujusmodi multa ex ipso etiam Cicerone adnotavit, et sub uno conspectu posuit ad Catilin. I. Muretus. *Pric.*

Mundo nuptiali ornabat] Oxon. *manto n.* forsan pro mantili, palla, sumtum hoc ab isto librario. D'Orv. Pith. Edd. Ber. Bas. pr. *modo.* sed male. Lib. II. pag. 24. 'omnique cetero mundo exornata.' Infra pag. 86. 'Ornatam mundo funerei thalami.' Et passim 'mundus muliebris.' Vide ad Liv. Epit. XXXIII. et lib. XXXIV. cap. 7. Sic et 'operæ messoriæ mundus' lib. VI. pag. 110. ubi in aliis quoque *modus.* Oud.

Saviis crebriter ingestis] Lib. V. 'patulis ac petulantibus suaviis festinanter ingestis.' *Elmenh.*

Jam spe futura liberorum votis anxiis propagabat] In vulgata, quæ confirmatur a Mss. sine dubio latet vitii aliquid. *Propagare* enim requirit nomen aliquod substantivum. Durius tamen et contorte nimis dicitur 'propagare spem.' Immo quid est 'spes futura?' Fuit, cum conjicerem, *featuram liberorum,* i. e. subolem, γονήν. Vide ad Suet. Aug. c. 23. 'propagavit imperium.' Verum duo ablativi asyndeti *spe, votis,* unum fere idemque significantes tali sensu, haud placent. Hinc nec probare possum conjecturam viri docti ad marg. Ed. Junt. post. *jam se spe futura, &c.* Vide num scripserit Auctor, *jam se fœtura l. &c.* Sic duo ablativi erunt diversissimi sensus. Lib. IV. p. 78. 'poculis aureis vino mero libant.' Lib. VI. p. 123. 'mente capitur curiositate:' si tamen sana hæc sunt. Sed plura vide ad Lucan. lib. II. 213. Burm. ad Calp. Ecl. I. 56. me ad Sueton. Tib. c. 62. 'veneno interemtum fraude.' Eleganter autem *mater se propagare* dicitur *fœtura liberorum:* quia in illis ipsa rursus vivit, et perpetuatur. Posset et conjici, *se p.* i. e. *per fœturam.* Maxime autem proprie hic *votis* usus est Auctor. Ab hoc enim parentum affectu ipsi liberi *vota* vocantur. Adi Gron. Obs. lib. III. c. 13. Comm. ad Petron. cap. 140. *Oud.* *Tunc me gremio suo mater infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat: mellitisque saviis crebriter ingestis, jam spe futura liberorum votis anxiis propagabat*] Claudianus: 'Ac velut officiis trepidantibus ora puellæ Spe propiore tori mater solertior ornat Adveniente proco,

vestesque et cingula comit Sæpe manu, viridique angustat iaspide pectus: Substringitque comam gemmis, et colla monili Circuit, et baccis onerat candentibus aures.' Oxon. *manto nuptiali*. Pro *spe futura*, puto *spem futuram* legendum. *Spem propagare* heic, ut v. 'familiam propagabimus:' et nota, *votis anxiis*. Servius ad Æn. VIII. 'Inest semper in matribus votum.' *Pric.*

Cum irruptionis subitæ gladiatorum impetus, &c.] 'Subita prædonum manus Aggressa ferro facinus occultum tulit.' *Idem.*

Nudis et incertis mucronibus] *Nudis* abest a Pithœano. *Exsertis* vel *exertis*, quod edidere Vulc. Elmenh. Scriv. Flor. nimis abit a Mstorum et Edd. Vett. scriptura. Scioppiana conjectura, in contextum admissa a Wowerio et Pricæo, *infestis*, se magis commendat. Nam et Ed. Junt. post. dat *infertis*. Vide ad Hirt. B. G. l. VIII. c. 48. 'infesta lancea.' Modius e Cod. Bert. notavit *insectis*, quod juvaret Pricæi conjecturam, *nudis et intectis*, quæ adjectiva sæpe copulat Auctor. Adi ad lib. III. p. 56. Mss. D'Orvill. Oxon. Par. Edd. Vic. Junt. pr. Ald. Col. Bas. Colv. Merc. *incertis*. Pith. *inferis*, sed Reg. Fux. Palat. Guelf. uterque, *insertis*, ut conjecit Beroaldus, quod mihi videtur verissimum. 'Inserere gladios nudos' recte illi dicuntur, qui inpetu in turbam facto, dissipant eam projectu gladiorum, vel januæ apertæ jam inportant gladios. Sic 'insertum cornu' ori equino Virg. G. III. 508. 'manus cœlo inserere' Vellei. lib. II. cap. 103. Eadem confusio lib. VII. p. 137. 'in sequiorem sexum insertus.' Cogitavi aliquando, *confertis*, vel *in nudis et in rectis mucronibus*. Passim enim 'rectus' et 'certus' confundi, notissimum est. Jam vero 'in mucronibus coruscare' eleganter dicuntur gladios exertos vibrantes, uti 'in armis,' 'in ense esse,' &c. sexcenties dicuntur armati et gladiati. Vide Comm. ad Ovid. lib. VIII. Met. 313. Græv. ad Auson. Epigr. 130. Supra ipse Auctor ait lib. III. p. 46. 'Quum me viderent in ferro:' ubi vide Pric. Et sic 'in ferro' seu 'in ferreo' anulo scil. 'consenescere' Plinio l. XXXIII. c. 1. 2. in Mss. Tandem 'rectus mucro' pro elato ense sæpius. Lucan. lib. VI. 237. 'recto gladium mucrone tenentem.' Stat. lib. V. Theb. 665. 'rectoque Erymanthius ense.' *Oud.* *Incertis*] Lego *insertis*. Mucrones enim stricti inseruntur, ingeruntur-que a machærophoris. *Beroald.* *Nudis et infestis mucronibus coruscans*] Lib. III. 'Coruscant in modum ortivi Solis ignis et mucro.' *Infestis* lectio non inconcinna. Supra lib. I. 'Spatham, &c. infesto mucrone devorasse:' ad quem locum plura. At in Oxon. Bertin. Mss. et quibusdam editis, *incertis m.* unde non magna mutatione *intectis* legas. sic IX. junctim, 'nudis et intectis pedibus:' et X. 'nudo et intecto corpore:' prætulerim tamen vulgatam lectionem. *Pric.*

Adferunt] Palat. et Guelf. ambo *adfixit*. Oxon. *affinxit*. Pith. *adferrum*. Sed præstat vulgatum. *Inpetus sæviens gladiatorum adferunt*, pro ipsi gladiatores sævientes. Vide omnino ad lib. III. p. 47. 'populus risu diffluebant.' *Adferre manus* in hac re proprium, ut *inferre*. Cic. de Offic. I. 17. 'Manus adferre socio videtur.' Sen. lib. V. de Benef. c. 15. 'patriæ manus adferre.' Plura vide ad Cic. II. de Inv. cap. 42. 'vim sibi adferre conaretur:' ut leg. docui e Mss. Sic et 'adjicere' pro 'injicere.' Vellei. lib. II. c. 100. 'adjecit Armeniæ manum:' quod non temere sollicitandum. *Oud.*

Cubiculum nostrum invadunt] Quintilianus II. Declam. 'Cubiculi fores, &c. impulsu effringuntur.' Gloss. 'Ὑπεισέρχομαι βιαίως, invado.' *Pric.*

PAG. 82 *Exanimem sævo pavore*]

Æneid. IV. 'Audiit exanimis:' ubi Servius: 'Territa: nam exanimatus est mortuus.' 'Pavore exanimem' dixit et Tacitus, a quo Noster desumpsit. *Idem.*

Trepidæ de gremio matris rapuere] Achilles Tatius: *Βοὴ τις περὶ τὰς θύρας ἐξαίφνης ἦν, καὶ εὐθὺς εἰστρέχουσιν ἄνθρωποι μεγάλοι καὶ πολλοί, μαχαίρας ἐσπασμένοι· καὶ ἐπὶ τὴν κόρην πάντες ὥρμησαν.* Ad oram heic Msti Oxoniensis adscripserat quispiam, *De medio matris deripuere sinu.* Virg. 'Gremiisque abducere pactas:' ubi Servius: 'Exaggeratio est, quod ait, gremiis abductas.' *Idem.*

Sic instar Athracis, vel Pirithoi, &c. dispectæ disturbatæque nuptiæ] In Lexiphane Luciani: *Ἐξοικεῖν ἔμελλε τήμερον εἰς ἀνδρὸς τὴν θυγατέρα, καὶ ἤδη ἐκάλλυνεν αὐτήν* (supra hic, 'mundo nuptiali mater me decenter ornabat') *εἶτα μερμήριόν τι κακὸν ἐμπεσὸν, τὴν ἑορτὴν διέκοψε.* Pro *instar*, lege cum Oxoniensi *ad instar:* sic passim Appuleius. In eodem, et Vicent. edit. *despecta.* Idem Codex *Atthidis.* at vide heic Beroaldum: verba *vel Pirithoi* absunt a Ms. illo, nec non a Vicentiæ edito. *Pric.* *Sic instar Athracis vel Protesilai*] Historia sive fabula obscurior signatur, quæ (ut ingenue fatear) nondum mihi liquet, nec de ea satis constat: ideoque amplius quærendum est. Sed video, dictionibus solerter pensitatis, locum hunc conducenter et congruenter sic corrigi posse: *Instar Athracidis, vel Pirithoi:* ut sit sensus, disturbatas esse puellæ captivæ nuptias, sicut olim Hippodamiæ et Pirithoi disturbatæ fuerunt. Pirithous enim cum uxorem duceret Hippodamen, centaurosque ad nuptias invitasset, illi vinolentia libidineque simul extimulati nuptias disturbarunt: ex quibus Eurythus Hippodamen rapuit, alii alias: hinc inter mensas nuptiales atrox pugna pugnata, qua centauri sunt partim in fugam pulsi: rem canit Ovidius luculente in XII. Hippodame dicta et *Athracis* figura patronymica, a patre Athrace, qui primus artem magicam apud Thessaliam constituit: hinc 'ars Athracia' pro magia dicitur Papinio, cum ait: 'Athracia rubet arte labor.' Ovid. quoque *Athracida* hanc appellat scribens: 'Athracis Æmonios traxit in arma viros.' *Instar* ergo *Athracidis* expones, instar Hippodames, sive Hippodamiæ Athracis filiæ. Est et *Athrax* oppidum in Thessalia Plinio, Ptolemæo, cæteris. Hanc nostram emendationem plausibiliter probat Codrus, collega meus in professione literaria, homo impense doctus, et utriusque linguæ callens: qui plus habet in recessu quam ostentet in fronte, qui in pensitandis tam priscorum quam recentiorum libris judicio est præcellenti præditus: cui hæc mea, qualiacunque sunt, probari vehementer gaudeo: pluris enim facio judicium unius eruditi, quam sexcentorum male literatorum: contentus doctis præconibus, imperitorum rumusculos et vituperonum linguas livoris cote acuminatas flocci non facio. Sed ut domum repetamus, quo modo Protesilai nuptiæ disturbatæ sint, non dispicio: nec usquam (quod equidem meminerim) scriptum legi: de Protesilai quidem obitu, et Laodamiæ ejus conjugis amore exuperantissimo, non pauca traduntur, et ea quidem cognitissima: sed de disturbatis nuptiis nihil adhuc compertum erit: ergo hic locus ita castigandus, ut castigandum docuimus, Diis hominibusque plaudentibus; aut fabula remotior quærenda, sicut A. Gellio historia oraculi arietini ob Plautinos versus fuit vestiganda, inquirendaque. *Beroald.*

Despectæ disturbatæque] Cum Schickerado *dispectæ* quasi a *dispecisci*, sive pactum divellere, conjecit quoque Groslot. et receperunt Vulcan. et seqq. ac videtur esse in Florent. In prioribus et Mss. plerisque est *de-*

spectæ. Guelf. bini *dis*. Sed *dispectus* eo sensu est sine exemplo. Mihi unice vera videtur Ms. Bertini scriptura, quam male Gulielmii ingenio adtribuit Elmenhorstius, *dispestæ*, post separatæ, disjunctæ, dissectæ, a 'dispescere.' Vide Festum, et Nostrum de Deo Socratis pag. 671. Ed. Flor. 'Summa ab infimis intercapedo fastigii dispescat.' Vide Comm. Sed plura dicam ad Flor. n. 15. 'Samos ab Mileto dispescitur:' ubi itidem in Edd. quibusdam *dispicitur*. Salmas. ad Solin. cap. 38. in f. 'A Ciliciæ finibus Africum limitem dispescit.' Grot. ad Mart. Cap. p. 201. 'quarum primam atque ultimam interruptio dispescit Oceani:' ubi vulgo *dissecat* (ut pag. 202.) Mss. *dissicit*, *dispicit*, *despicit*. pag. 221. 'Hermus Phrygiam Cariamque dispescit.' Sic tres vetustiss. Leid. membranæ. Vulgo, *dispartit*. Oud.

Sed ecce sævissimum omnium] Τὸ *ecce* perperam deest in sola Vulcanii Ed. sec. qui et primus edidit *scævissimo somnio* cum reliquis, si excipias Wow. et Pric. dantes *sævissimo somnio:* quod est in omnibus Mss. præter Guelf. sec. qui Aldinam ostentat lectionem. Malim tamen, *scævissimo*. Vide ad lib. I. p. 13. 'Scæva et gravia somniare.' Ex veterum Edd. lectione, *sævissimum omnium*, Ed. Bas. sec. *suavissimum omnium*. Alioquin posset quis conjectare legendum, *scævissimo omine jam:* nisi ex aliis codicibus pateret, litteram *m* in τῷ *omnium* vestigium esse vocis *mihi*, quæ post *somnio* est inferenda auctoritate Codd. Fux. Reg. Palat. et Guelferb. pr. *Idem*.

Sævissimo somnio, &c. redintegratur, &c.] In Senecæ Octavia: 'Confusa tristi proximæ noctis metu Visuque (nutrix) mente turbata feror.' Apud Plutarchum in de Virtut. et Vitio: Ὅταν δὲ νυστάζοντά με λύπη λάβῃ, Ἀπόλλυμι ὑπὸ τῶν ἐνυπνίων. Dido apud Virgil. 'Quæ me suspensum insomnia terrent?' Servius ad Ejusdem I. 'Est quies quæ potest etiam somniorum terrore turbari.' *Pric.*

Sævissimo somnio] Supra lib. I. 'Sæva et gravia somniare.' *Idem.*

Violenter abstracta] Terent. Adelph. 'Et istam Psaltriam una illuc mecum hinc abstraham:' ubi Donatus: 'Non, abducam, sed, (quod sævientis est,) abstraham.' *Idem.*

Coronis floridum] Tertullianus de Corona Militis: 'Coronant et nuptiæ sponsos; et ideo non nubimus Ethnicis, ne nos ad idololatriam usque diducant, a qua apud illos nuptiæ incipiunt.' Plautus Casin. 'Sed eccum progreditur cum corona et lampade Meus socerus, compar, commaritus villicus.' Sidonius Epistolarum lib. I. 'Jam corona sponsus, jam palmata consularis, jam cyclade pronuba, jam toga senator honoratur.' Sponsa etiam coronata. Festus: 'Corollam nova nupta de floribus, verbenis, herbisque a se lectis sub amiculo ferebat.' D. Ambrosius de Virginibus lib. I. 'Non intorto crine caput compta, sed Christo; non flosculis caput redimita, sed moribus.' Hinc intelligimus, quid sibi velit Harmenopulus, dum scribit lib. IV. Tit. IV. de Nuptiis, ne quis clam coronetur: Μηδεὶς μυστικῶς στεφανούσθω, ἀλλὰ παρόντων πλειόνων, &c. *Colv.* Tert. de Corona Mil. c. 13. 'Coronant et nuptiæ sponsos.' Libanius declam. VIII. fol. 327. Τί τῶν περὶ τὸν γαμήλιον ἐκλελοιπώς; οὐχ ἧψα δᾶδας; οὐκ ἐστεφανωσάμην; Declam. XXXIX. f. 830. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐχ ὑπῆρξε, δὸς ἡμῖν, ὦ πάτερ, χάριν μετρίαν· ἐπίτρεψον μέχρι τῆς τελευταίας θρηνεῖν, μηδὲ στεφανώσῃς, μηδὲ προσείπῃς αὖθις νυμφίον. Oppianus Cyneget. lib. I. 337. Ὡς δέ τις ἠϊθέων ὑπὸ νυμφοκόμοισι γυναιξὶν Εἵμασιν ἀργεννοῖσι καὶ ἄνθεσι πορφυρέοισι Στεψάμενος, πνείων τε Παλαιστίνοιο μύροιο Ἐς θάλαμον βαίνῃσιν ὑμὴν ὑμέναιον ἀείδων. *Elmenh.*

Pedibus fugientem alienis] Lib. VI. 'Quid meis pedibus facere con-

tendis?' *Pric.*

Talis aspectus atrocitate perterrita, somno funesto pavens excussa sum] Theocritus, vel, si mavis, Moschus: 'Η δ' ἀπὸ μὲν στρωτῶν λεχέων θόρε δειμαίνουσα, Παλλομένη κραδίην· τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον. Propertius Cynthiam suam naufragantem somnians: 'Jamque ego conabar summo me mittere saxo, Cum mihi discussit talia visa metus.' Seneca Troad. 'Mihi gelidus horror ac tremor somnum excutit:' et Herc. Œteo: 'Hinc meum pectus timor, Altrix, lacessit, hinc rapit somnos pavor.' Philostratus I. 18. Πηδήσεται ἡ καρδία, θαμὰ ἐκθρώσκοντος τοῦ ὕπνου· ὃ δὴ μάλιστα περὶ τοὺς ἐρῶντάς φασι γενέσθαι. *Idem.*

B. animo esto me hercules] In Ed. Vic. et marg. Bas. pr. est *mi hercules.* In ceteris primis, item Beroaldi, Junt. pr. Vulc. *me hercules*, quod non recte Stewechius damnat eo nomine, quod feminæ non juraverint per *Herculis*, a cujus sacris mulieres abstinebantur, nomen, et de quo agit Gellius lib. XI. cap. 6. atque ibidem notæ. Nam hunc Veterum morem non observavit Appuleius. Lib. II. pag. 21. mulier ait: 'Et Hercules! ob sedulum istud ministerium.' Lib. V. pag. 94. 'Sic est, Hercules!' et alibi. Nihilominus verissima ejus est emendatio. Et minus bene Aldus, Junt. post. Colin. Colv. Merc. dederant, *mea herilis*, quum Mss. ad unum omnes, quod sciam, præbeant *mi herilis:* ut pag. 187. loco a viris doctis citato. Et sic *mi* pro *mea* supra pag. 81. 'mi parens.' Lib. V. pag. 99. 'mi soror.' Lib. VIII. p. 158. 'mi conjunx.' Plura vide apud Voss. de Anal. lib. IV. c. 8. Broukh. et Vulp. ad Tibull. lib. I. 6. 63. ubi Scaliger edidit, 'mi dulcis anus,' sed contra Mss. O. Merito igitur hoc recepere Wow. et seqq. Sed male idem Stewechius pro *esto* contra Mss. reponit *es.* Adi ad lib. II. p. 27. 'Bono animo esto.' Vir doctus adscripsit Ed. Vic. margini: 'In textu antiquo scriptum erat *mea herilis*, et capitur pro *domina.*' Unde apud quemdam Poëtam Christianum legimus, 'famulæ comitantur herilem.' Et in Epigrammate, quod est in calce bibliæ, quæ in sacrario templi divi Pauli Apost. extra muros servatur, legitur hic versus literis aureis perscriptus: 'Hunc Carolum regem terræ dilexit herilem.' i. dominum. *Oud.*

Nec vanis somniorum figmentis terreare] Apud Euripidem: Ψευδεῖς ὄνειροι χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα. et proprie hic *vanis.* Lucanus: 'Ecquid (ait) vani terremur imagine visus?' Propertius: 'Si non vana canunt mea somnia.' Quintilianus X. Declam. 'Non fictus aut fucatus habitus: nec, ut somniorum vanitate conspicitur.' *Pric.*

Eventus pronunciant] Conjecturam Gruteri lib. VII. Susp. cap. 14. confirmant Mss. Reg. Pith. *prænunciant;* cui non ita debuerat refragari Pricæus, *pron.* pro simplici positum esse scribens. Gr. προαγορεύουσι, πρόφασι. Vide statim ad *prædicant:* sed et ad lib. IX. pag. 182. 'Arva sementis florentia pronunciari.' At Fux. *pron.* A *deniq.* ad *nunciant* exsulant a Fux. *Oud.* *Contrarios eventus nonnunquam pronunciant*] Vide hic Elmenhorst. et adde Plinii lib. I. Epist. 18. *Pronunciant* valet *nunciant:* nemo itaque in *prænunciant* mutet: supra lib. I. 'Porro eadem literis Demeas meus pronunciat:' ubi et male *porro nunciat* substituunt. Isidorus Orig. XX. 10. de Pharo: 'Usus ejus, &c. ad pronuncianda vada, portusque introitus.' *Pric.*

Flere et vapulare, &c.] Ausonius Ephem. de Somniis: 'Sunt, qui et fletus et gaudia controversa Conjectent, varioque trahant eventa relatu.' Artemidorus lib. II. cap. 65. Δακρύειν καὶ ὀδύνᾶσθαι καὶ ἐπὶ νεκρῷ καὶ ἐπὶ ἄλλῳ τινὶ, καὶ αὐτὸ τὸ λυπεῖσθαι χαρὰν ἐπί τινι καὶ ἡδονὴν ἐπὶ κατορθώματι ἐσομένην

προσαγορεύει ὀρθῶς καὶ κατὰ λόγον. Auctor Queroli: 'Talia egomet etiam manifesta malo, quam tua somnia. Funus ad lætitiam spectat, lachrymæ ad risum pertinent, et mortuum nos ferebamus, manifestum est gaudium.' Astrampsychi Oneirocrit. Γελῶν καθ' ὕπνους δυσφόρους ἕξεις τρόπους, Κλαίων καθ' ὕπνους παγχαρὴς πάντως ἔσῃ. *Elmenh.* Vide Suidam. *Oud.*

Et mellitis dulciolis, &c.] In Edd. Junt. pr. Ald. *mellitiisque dulcioli:* unde Elmenh. et Scriv. habere videntur *mellitisque:* dum a Flor. Ed. abest copula. In Edd. Vicent. et Ms. Pith. est, *et mellitiis dulcioli.* Hinc ille genitivus, qui et in Ed. Bas. sed in ceteris Mss. et Edd. *dulciolis,* deminutive a 'dulcia.' Græce πλακουντάρια. Quare nil mutem. Adi Glossas, et Pricæum. *Idem.* *Dulciolis*] Glossæ: 'Dulcium,' (melius *dulciolum*) 'πλακοῦντα.' *Pric.* *Mellitus dulcioli*] Lege *mellitis dulciolis:* et referatur ad cibaria, quæ *mellita* nominantur, a mellis conditura: de quibus apud Suetonium in Nerone, item apud Varronem, Macrob. Gell. est illud memoratissimum: 'bellaria ea maxime sunt mellita, quæ mellita non sunt: dulcibus enim cum pepsi societas infida:' quo dicto significatur, cibaria melle concinnata non facere ad stomachum, neque satis conducere concoctioni, quam Græci vocant πέψιν. unde 'dyspepsia' Catoni, pro mala digestione. *Beroald.*

Voluptatem Veneream] Philo in de congressu erud. quær. gratia: Τὰς σωμάτων πρὸς σώματα μίξεις καὶ ὁμιλίας, ἡδονὴν τὸ τέλος ἐχούσας. Virgilius: 'Veneris nec præmia.' Servius: 'Voluptates:' supra lib. I. 'Voluptatem Veneream.' *Pric.*

Tristitie] Colvii emendationem confirmant Mss. tantum non omnes, pro vulgari ante eum *tristitiæ.* Lib. IX. p. 197. 'miraque tristitie deformis.' Gloss. 'Tristities, λύπη.' Ita alibi diximus de 'materies,' 'mollities,' 'planities,' 'segnities,' 'fallacies.' Adi ad lib. V. p. 106. Vidit sensum Stewechius *tristitia* reponens, ut in Fux. *Tristis* Guelf. pr. *Cum* pro *animi* male in eodem, Regio, Fux. et D'Orv. Longobardiæ scripturæ compendio. *Oud.*

Anxiatum iri] V. L. *vel exatum.* Unde Lipsius, *delassatum.* Alii aliter. *Brant.* Non ita inepte sic putat Colvius. Nam licet *anxiatum* in aliquot Mss. invenisse potuerit Beroaldus, primus tamen palam sic edidit, omisso *vel:* cum in Edd. prioribus esset *vel axatum iri,* non, ut in Marg. Ed. Bas. pr. est, *vel laxatum iri.* Omiserunt hinc omnes istud *vel* præter Bas. qui dedere *vel anxiatum iri,* uti exaratur in Reg. Guelf. utroque, Oxon. Palat. D'Orv. *vel axata iri* Pith. et hinc patet ejus voculæ rationem adtente esse habendam, sive sumamus pro 'inprimis,' 'etiam maxime:' vide ad l. II. p. 21. 'vel ipsam parentem:' sive potius statuamus, corruptam esse syllabam participii, quo hic usus est Appuleius. Neque enim opinor, ab illo relictum esse *anxiatum;* quod recentioris est inventi. Pro eo dicebant Veteres *angi.* At Petrus Blesensis sec. XII. dixit Epist. XIV. 'Anxiabar ad mortem.' Si ergo *vel* retineamus, posset scribi, *vel auctum iri:* quo facit Fux. *vexatum.* Namque 'mœrore' et 'damno augeri' dixere Plaut. in Sticho I. 1. 54. et Terent. in Heaut. IV. 1. 13. Vel si corruptum putemus, Stewechii vestigiis insistentes, *velut lancinatum iri:* quod verbum crebro corruperunt, ut apud Plin. lib. XI. c. 34. 'aures lancinans:' ubi in Mss. aliquot *lanians.* Harduin. inepte *lacinians.* Flor. l. III. c. 21. § 26. 'Ritu ferarum inter manus lancinatum.' Al. *lacerantium.* Alii *laniatum.* Adi Cl. Duker. Solin. c. 40. in f. 'eam lancinant universæ.' C. 45. 'calcibus morsuque lancinatus est.' Utrobique eadem confusio. Plura vide ad

lib. VIII. p. 156. 'Multo dente lancinavit.' At perperam Auctori Corr. Eloq. adfingit Triller. l. I. Obs. p. 101. ubi recte 'pungens eloquentia' dicitur. Aut denique sequenda est lectio Florent. Cod. quam conjecit Lipsius, et expressit Vulcan. *delassatum*. Nisi enim fallor, alibi jam monui, *lassum*, *fessum*, *defessum*, *defatigatum* aliquem dici non solum labore, itinere, onere, sed et quibusvis *malis*, *morbo*, *ægritudine*, *fame*, *æstu*, et quæ sunt similia passim apud poëtas obvia. Vide et ad p. 87. 'tanta clade defessi.' Ceteræ conjecturæ nimis abeunt a Mss. *Oud.* *Velaxatum iri*] Legendum puto *Anxiatum*, quasi ab anxietate, sive ab angore ducto vocabulo. Quod si legas *vexatum*, Latinum id quoque verbum est, et quadrat. *Beroald.*

Prædicant] Reg. Fux. *prædicabunt*. Pal. Guelf. sec. *prædicabant*. D'Orv. Pith. *prædicunt*, sive, quod supra est, *prænunciant*. Vere, ut reor. Ipsa ostenta et somnia *prædicere* dicuntur. Eadem confusio de Deo Socratis p. 646. 'Ut Flaminio auspicia periculum cladis prædicent,' vel *prædicant*. ac sæpe. Vide Drak. ad Liv. XXXV. 39. § 7. Sed adi ad Obs. c. 87. 'Vates portenderunt:' quæ lectio ibi egregie confirmatur a Sidonio Apollon. Carm. VII. 55. 'Quid rogo, bisseno mihi vulture Thuscus haruspex Portendat.' Immo 'somnia canere' dicuntur Propertio l. III. El. 4. 31. 'Si non vana canunt mea, Lygdame, somnia testor.' *Oud.*

Evocabo] Delectabo, mulcebo: vel lege *Avocabo*, pro eo quod est abducam amoveboque a tristitia, quam conceperat visione somniorum. *Beroald.* *Ego te narrationibus lepidis anilibusque fabulis protinus avocabo*] Simplicius in cap. 8. Epicteti: 'Ἱστορίαι καὶ μυθικὰ διηγήματα ἡμᾶς ψυχαγωγεῖ. Scholiastes Theocriti: Αἱ Νύμφαι τὸν Ὕλαν ἐπὶ τῶν γονάτων ἀνέχουσαι παρεψυχοῦντο, καὶ παρεμυθοῦντο ἱλαροῖς τισι λόγοις κλαίοντα. Seneca III. 39. de Ira: 'Si vehementior erit,' (furor) 'aut pudorem illi, cui non resistat, incutiat, aut metum; si infirmior, qualis esse mulierum solet, sermones inferet vel gratos vel novos, vel cupiditate cognoscendi avocabit.' Et bene hæc anum loquentem Appuleius inducit. Tibullus: 'Assideat custos garrula semper anus: Hæc tibi fabellas referat,' &c. *Pric.*

Et incipit] Absunt hæc a Cod. D'Orv. nec male. Nam supra jam dixit: 'Sic incipit.' Per *Erant*, &c. commune fabularum exordium, satis exprimitur initium. Ceterum Regius, aliusque incertus in ora Ed. Vic. etiam incipiunt hic librum v. Bene. Nam Fulgentius lib. III. Myth. c. 6. ait, Appuleium Psyches fabulam enarrasse, 'pene duorum continentia librorum.' scil. lib. v. totius, et sexti usque ad p. 125. Ed. Pric. *Oud.* *Fabulis avocabo, et incipit*, &c.] Lib. I. 'Fabulam Græcam incipimus:' et IX. 'Fabulam bonam, &c. ad aures vestras adferre decrevi: et en occipio.' *Pric.*

Erant in quadam civit.] Hanc historiam scite et breviter recenset Fulgentius Mythol. lib. III. p. 206. (c. 6.) Est autem commune exordium fabularum fere omnium. *Elmenh.* Totam ethicam, Psyches fabulam, ejusque tormenta et nuptias cum Cupidine elegantissime expressas vide in monumentis faberrime sculptis, collectisque a Cel. Montfauconio in Antiq. Expl. tom. I. c. 3. 24. et 25. *Oud.* *In quadam civitate Rex et Regina*] Lib. v. 'Accedit quandam civitatem, in qua regnum maritus unius sororis ejus obtinebat.' Andreas Cæsariensis ad Apocalypseos illud: Καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῆς οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς. Τοὺς βασιλεῖς, τοὺς ἄρχοντας· ὡς, περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· Ἰδοὺ, οἱ βασιλεῖς αὐτῆς συνήχθησαν. Sic 'Regem urbis' Phæ-

drus in Apologis dixit: et urbis Iontonæ *βασιλέα* Diodorus in fragmentis. *Pric.*

Pag. 83 *Quamvis grat. specie, idoneæ t. celebrari posse l. h. credebantur*] Non primus Aldus ita [Vid. VV. LL.] interpunxit, sed jam primi Editores, item Beroald. &c. sed male. Si retineas Adjectivum, constructio erit, *idoneæ posse*, pro ut, vel quæ possint celebrari humano ore. Verum Mss. Florent. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. aliique, cum Ed. Floridi exhibent *idonee;* quod placebat etiam G. Vossio. Bene et sensu facillimo; sive credebantur posse apte et convenienter celebrari per homines. In Flor. n. 16. 'ad innitendum idonee.' Salmasius margini adlevit *idoneo*, forsan e Pith. Cod. Non autem capio, quomodo hunc locum intellexerint Vulc. et Elmenh. edentes *inidonee*, et Scriver. *inidoneæ*. In Pal. *credebatur*. Oud.

Puellæ junioris] Pal. *minoris*. Elmenh. Atque sic edidit Scriverius. Et recte. Opponitur enim 'majoribus natu.' Sic lib. x. p. 213. in duobus Mss. 'minorem incoram sui funerari.' Vulgo, *juniorem*. Eadem varietas in Florid. n. 1. 'discipuli minores.' Atque ita passim apud alios. Ovid. Ep. v. 101. 'minor Atrides.' Fabr. Inscript. pag. 371. ac sæpissime hæ voces confunduntur. Adi Drak. ad Liv. lib. vi. c. 27. et 34. 'Nuptæ Sulpicio major, minor C. Licinio.' Plura vide ad Sueton. Calig. cap. 1. 'minoris Antoniæ filius.' Sic et 'minimus,' ut David in S. L. Ovid. lib. vi. Met. 300. ac crebro. Ms. Sangerm. et alii in Colum. lib. vii. c. 9. § 10. 'Matricum et minorum.' Vulgo, *juniorum*. Oud.

Pulchritudo nec exprimi] Petron. 'Nulla vox est, quæ formam ejus possit comprehendere. Nam quicquid dixero, minus erit.' *Elmenh.*

Sermonis humani penuria] In de Deo Socratis: 'Cum Plato, &c. frequentissime prædicet hunc, &c. non posse penuria sermonis humani quavis oratione vel modice comprehendi.' Infra lib. xi. 'Ejus mirandam speciem ad vos referre connitar, si tamen mihi disserendi,' (fors: *edisserendi*) 'facultatem tribuerit paupertas oris humani.' Xenophon Memorab. iii. Καὶ εἰπόντος, ὅτι κρεῖττον εἴη τοῦ λόγου τὸ τῆς γυναικὸς κάλλος. *Pric.*

Multi civium et advenæ] Eadem quæ Act. 17. 21. oppositio. *Idem.*

Inaccessæ formositatis admiratione stupidi] Exprimitur quod Esdræ 4. 19. Εἰς αὐτὴν ἐκκέχηναν, καὶ χάσκοντες τὸ στόμα αὐτὴν ἐθεώρουν. et ibidem: Ὁ βασιλεὺς χάσκων τὸ στόμα, ἐθεώρει αὐτήν. Vide et iii. Esdræ 4. 19. Servius ad Æn. vi. 'Serenus dixit Gorgonas puellas fuisse unius' (legendum forsan *nimiæ*) 'pulchritudinis: quas cum vidissent adolescentes, stupore torpebant.' Virgilius de Camilla: 'Illam omnis tectis agnisque effusa juventus, Turbaque miratur juvenum, et prospectat euntem, Attonitis inhians animis:' ubi Servius: 'Stupore quodam in ore patefacto.' 'Vultum inhiatione mirari' Trebellius in Galieno dixit. 'Inaccessæ,' est 'inaccessibilis;' teste Servio ad Geo. iii. Virgil. vii. 'Inaccessos lucos:' ubi idem Servius: 'Inaccessibiles, inaccedendos:' sic ἀπρόσιτον ἀρετὴν Gregorius Nyssenus dixit. *Id.*

Admoventes oribus suis dexteram] Lucianus de Saltatione: Καὶ Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ ἡμεῖς τὴν χεῖρα κύσαντες ἡγούμεθα ἐντελῆ ἡμῶν εἶναι τὴν εὐχὴν, &c. Plura de hoc ritu ante nos alii. *Colv.* Vide quæ dixi ad Minutium (c. 27.) *Elmenh.* Heliod. lib. ix. p. 453. Vide ad Hesych. v. Ἀντίχειρες. *Soping.* Heum. in Misc. Nov. Lips. vol. vi. p. 483. *Oud.* *Et admoventes oribus suis dextram*] Vide Lipsium Elect. ii. 6. Pythæum Ad-

versar. I. 7. *Pric.*

Ut ipsam prorsus Deam Venerem, &c.] Terent. II. 2. Eunuch. 'Hæc superat ipsam Thaidem:' ubi Donatus: "'ipsam' addidit, quasi nimiæ pulchritudinis.' *Idem.*

Jam Numinis sui passim tributa venia, in mediis populi cœtibus conversari] Germanicus de Astrea: 'Mediis te læta ferebas Sublimem populis, nec dedignata subire Tecta hominum.' Vide quæ a Viro maximo, et post illum, a nobis ad Act. 14. 21. adnotata. *Tributa venia*, id est, *gratia:* sic in Apologia: 'Mihi hanc veniam tribueret.' Vox *conversari* occurrit et in lib. IX. § 1. ff. de Offic. Proconsul. et in lib. III. § 2. de administr. et peric. tut. &c. In veteri Onomastico: 'Conversor, διατρίβω.' *Idem.*

Novo cœlestium stellarum germine] Lib. VI. pag. 122. 'Cœlestium siderum chorum:' et XI. pag. 244. 'Siderum cœlestium stirpem.' Non autem putem adeo de nihilo esse Bertini codicis scripturam. Conjicio enim, reliquisse Appuleium *sphærarum*, id est, globorum, cujus glossa sit *stellarum*. *Globum* seu *σφαῖραν* describit Cicero de Nat. Deorum lib. II. cap. 18. Sic vero non solum dicitur Sol Melæ lib. I. cap. 18. Silio lib. I. 258. Harpocrat. in v. Ἀναξάγορας, sed et quævis stella. Consule Cel. P. Burmann. ad Val. Flacc. lib. V. 46. 'Pleiadumque globos et agentes noctibus Arctos.' 'Astra suo nisu conglobata' Cicer. ibid. c. 46. Amat etiam Appuleius ipsas Græcas voces efferre. Sic vidimus lib. II. pag. 25. 'Embammatum pastu.' Lib. XI. pag. 245. 'veste cataclista.' p. 252. 'Deæ penetrali fontem petitum spondeo ligat:' uti scribendum videbimus. De Deo Socratis p. 679. Ed. Fl. 'ad citimam Lunæ helicen.' Sic enim et ibi legendum. Alibi sæpius 'machæra,' 'teleta,' aliaque, quæ dudum observarunt viri docti, et congessit T. Sellius cap. 15. Observ. In Florent. est *nova*. Oud.

Venerem aliam] Fulgentius: 'juniorem esse tam magnificæ figuræ, ut crederetur Venus esse terrestris.' Rufinus in Antholog. libro VII. Epigr. 125. Κάλλος ἔχεις Κύπριδος, Πειθοῦς στόμα, σῶμα καὶ ἀκμὴν Εἰαρινῶν Ὡρῶν, φθέγμα δὲ Καλλιόπης, Νοῦν καὶ σωφροσύνην Θέμιδος, καὶ χεῖρας Ἀθήνης· Σὺν σοὶ δ' αἱ Χάριτες τέσσαρές εἰσι, φίλη. *Elmenh.* 'Veneris virginis' meminit Auctor etiam lib. X. pag. 233. Adde Cel. D'Orvill. ad Charit. lib. I. pag. 1. Ἦν γὰρ τὸ κάλλος, &c. αὐτῆς Ἀφροδίτης παρθένου. *Oud.*

Immensum procedit indies opinio] Fux. Guelf. sec. Palat. et Oxon. probante Pricæo, *in inmensum*. Suet. Tib. c. 34. 'in inmensum exarsisse.' Sall. B. Jug. cap. 48. 'Collis in inmensum pertinens:' ubi in nonnullis non adparere *in*, monent eruditi interpretes. Sicut variant libri lib. X. pag. 220. 'in inmensum damni procedentem querelam.' De Doctr. Plat. l. II. p. 627. 'in inmensum augeri.' Adde Bunemann. ad Lact. lib. VII. cap. 16. 'exercitibus in inmensum auctis.' Ac facillime potuit elidi præpositio ob eamdem sequentis vocis præpositionem; quod notavit Drakenb. ad Liv. lib. XXI. 33. 'in inmensum altitudinis dejecit:' ac monuimus etiam ad l. I. pag. 7. 'in infimum dejectus.' Immo librarii vetustiores solebant repetitionem ejusdem syllabæ fere omittere. Nihilominus, quia in hisce et similibus, ut 'æternum,' 'sublime,' aliquoties subintelligitur præpositio, et sequitur *in dies*, nolui τὸ *in* hic inculcare. Consule omnino N. Heins. ad Lactant. Phœnic. vs. 103. 'Creverit inmensum subito cum tempore certo:' quod male Bunemann. mutat in *Crescit in i.* Idem. *Sic immensum indies procedit opinio*] Ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτῆς, ut Matth. IV. 14. ubi et Vetus, *opinio ejus*. Pro *immensum* lege *in immensum* cum Codice Oxon. Infra lib. X. 'Video in

immensum damni querelam procedentem.' *Pric.*

Fama porrecta pervag.] Bert. *projecta*, quod alii interpretantur, extensa. *Elmenh.* Seu protensa. Sic 'manus projectæ,' de quibus vide Munk. ad Hygini Astron. lib. III. cap. 5. 'hasta.' Vide Lamb. et alios ad Nep. Chabr. cap. 1. 'Venter.' Adi ad Sueton. Ner. cap. 50. Passim Geographi loca dicunt *projecta.* Cic. in Verr. IV. cap. 10. 53. 'projecta in altum urbs.' Mela I. 7. 'Promontoria vaste projecta in altum.' Sen. de Cons. Sap. cap. 3. Plura vide ad Lucan. lib. IX. 492. 'Sub nimio projecta die ora:' ubi eadem, ut sæpe, confusio. Hic nihil mutatum velim. Fama quasi de manu in manum tradita et *porrecta* dimanat in populos, et pervagatur gentes, non vero *projicitur.* Heinsius prætulit *perrecta.* Oud. *Sic insulas jam proximas, &c. provinciasque plurimas fama porrecta pervagatur*] Aperte ex his Taciti de Caractaco: 'Unde fama ejus evecta Insulas, et proximas Provincias pervagata.' Annal. XII. Idem Annal. XI. de Italo Cherusco: 'Jamque ad proximos, jam longius clarescere.' Nicephorus Gregoras ad Andronicum seniorem: Τὸ σὸν κλέος, καθάπερ ἐπὶ νηὸς τῆς φήμης ὀχούμενον, &c. διὰ πάσης γῆς ἔρχεται. Isidorus Orig. v. 27. 'Fama dicta, quia fando et loquendo pervagatur.' Infra hic lib. v. 'Latiusque fama porrecta,' &c. Glossæ: 'Pervagatur, περιρέμβεται.' *Pric.*

Altissimis maris meatibus] Hoc non capio. Melius certe foret *altissimi.* Ovid. Ep. x. 28. 'atque ita late Æquora prospectu metior alta meo.' Sed opinor omnino rescribendum esse: *latissimis maris meatibus.* Eodem errore, quo supra in contrarium peccabatur, 'latiorem fenestram' pro *altiorem:* pag. 71. Vide et Comm. ad Melam. I. 2. ad Liv. v. 37. 'præalto defluens alveo.' 'Latum mare' passim dicitur, ut Græce τὰ μήκιστα πελάγη Æliano lib. II. An. 1. Ovid. Ep. II. 122. 'Qua pateant oculis æquora lata meis.' Ep. VII. 56. 'Multa tamen latus tristia pontus habet.' Confer viros doctos ad Val. Flacc. lib. I. 585. 'Hinc in terras, latumque profundum.' *Oud.* *Jam multi mortalium longis itineribus atque altissimis maris meatibus ad seculi specimen gloriosum contendebant*] Auctor de Viris illustr. 'Virginem pulcherrimam, ad cujus aspectum concurrebatur.' Plinius lib. II. Epist. 3. 'Gaditanum quendam, &c. ad visendum' (Livium) 'ab ultimo terrarum orbe venisse.' Eunapius de Magno Sophista: Πάντες ἔπλεον, καὶ παρ' αὐτὸν ἐφοίτουν. carpentis et navibus nempe, quod ipsum heic Appuleius. *Specimen* heic, *formositatis* intellige: sic Cicero Q. Scævolam 'temperantiæ prudentiæque specimen' appellavit: de Nat. Deorum III. Valerius Maximus VI. 9. de Fabio Maximo: 'Nil eodem sene ornatius aut speciosius illo seculo nostra civitas habuit.' Notentur nec non illa, 'mortalium multi.' Poterat simpliciter *multi*, aut *multi homines:* at sexui non tantum consulere, sed et emphasi voluit. Fronto Gellii verbis XIII. 27. 'Multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest: multi autem mortales nescio quo pacto, et quodam sensu inenarrabili, omne fere genus hominum, et ætatum, et sexus comprehendunt.' Ita est, doctissime et significantissime passim se explicat bipes Asinus noster: ubi male feriati homines inscitia Antiquitatis non tantum absone loqui eum, sed et rudere existimant. *Pric.*

Paphum nemo, Cnidum nemo] D'Orv. Palat. Guelf. sec. Oxon. et Edd. Vicent. Ber. Junt. utraque, et Aldi dant *Paphon, Cnidon* vel *Gnidon,* Græca terminatione, et poëtico more. Quare ita reposui, uti ubivis e Mss. restituerunt viri docti, quamvis innumera etiam nunc suis locis instau-

vanda supersint. Exsulant duæ primæ voces a Ms. Regio, Fux. et Pith. in quo *Cydon*. Oud.

Ac ne ipsa, &c.] Male Vicent. Junt. *at*. Dein *quidam* Ed. Bas. sec. *Quidem* abest a Codd. D'Orv. Pith. Sic alibi in D'Orv. codice *ne ipse*, et similia. Vide ad lib. I. pag. 17. Porro *sacra* inserunt itidem Edd. Juntinæ, et Colin. sed seq. versu 'sacra Deæ.' Effectum hoc forsan et intrusum e corrupta lectione vocis *Cythera*. Nam in D'Orvill. est *Cytharea*, in Palat. Pith. *Cithara*, Oxon. *Cytherea*, Guelf. sec. *Citiara*. Idem.

Navigabant] Vide Sciopp. lib. III. Susp. Lect. Ep. 20. Mihi non placet. Respexisse Auctor videtur Plinium lib. XXXVI. cap. 5. 'Venus, quam ut viderent, multi navigaverunt Gnidon.' Sed observa, hic τὸ *nemo* etiam jungi verbo plurali, quia vel sic de pluribus agi liquet; ac ride inscitiam Th. Bentleii, qui Latinum non esse putavit, quod e Mss. reposui in Cæs. lib. I. B. Civ. c. 69. 'Nemo erat adeo tardus, quin, &c. occurrendum putarent.' Cap. 79. 'Nulli licebat, quin exciperentur.' Vell. lib. I. cap. 16. 'Nemo memoria dignus alter ab altero videri nequiverint.' Adi Burm. in præf. et de similibus supra ad lib. III. pag. 47. *Idem*. *Paphum nemo, Gnidum nemo, ac ne ipsa quidem Cythera ad conspectum Deæ Veneris navigabant, &c.*] Apud Catullum: 'Domum conventu tota frequentat Thessalia, oppletur lætanti regia cœtu, &c. Deseritur Scyrus, linquunt Phthiotica Tempe, Grajugenumque domos, et mœnia Larissæa: Pharsaliam coëunt, Pharsalia tecta frequentant, Rura colit nemo.' Hieronymus in Epist. ad Lætum: 'Auratum squalet Capitolium, fuligine et aranearum telis omnia Romæ templa cooperta sunt, &c. et inundans populus ante delubra semiruta currit ad Martyrum tumulos.' Et post: 'Solitudinem patitur et in Urbe Gentilitas: Dii quondam Nationum, cum bubonibus et noctuis in solis culminibus remanserunt.' *Pric.* *Cythera*] 'Insula quæ numero tantum plurali dicitur.' Servius ad Æneid. I. *Idem.*

Sacra deæ deferuntur] *Die* Pal. Pith. Guelf. pr. et Oxon. a m. pr. Errat vero Colvius, et per eum Wower. *deseruntur*, quasi ex Aldino, hic legentes, unde dimanavit in reliquas Editiones; cum Aldus non hic, sed inferius ita ediderit. At in Bas. sec. Colv. et Vulc. Edd. est *deferuntur*. Verum Reg. Fux. Pith. Oxon. D'Orv. Guelf. pr. *præferuntur*. In ceteris, et Edd. prioribus *proferuntur*, sive differuntur, procrastinantur: ut sæpissime. Vide Beroald. et Sciopp. Liv. l. III. c. 20. 'Ut inpediendæ rei nulla spes erat, de proferenda cum exercitu agere.' Suet. Cæs. cap. 81. 'periculum non proferretur.' Passim 'proferre diem' et 'dies prolatus.' Tum in Palat. Guelf. pr. *reformantur*. D'Orleans ad Tacit. Ann. lib. I. pag. 54. *difformantur*. Oud. *Sacra Deæ deseruntur*] Propertius: 'At nunc desertis cessant sacraria lucis.' Idem II. 6. 'Velavit aranea fanum, Et mala desertos occupat herba Deos.' Catullus supra adductus: 'Deseritur Scyrus.' Seneca XCVI. Epist. 'Liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis præsident.' *Pric.*

Perferuntur] D'Orv. Pith. Fux. Guelf. bini, Edd. Rom. Vicent. Colin. *Deseruntur* Junt. post. et Vulc. Adi Pric. et notas ad Nepot. in V. Timol. cap. 3. § 2. 'fana deserta.' Vide Burm. ad Virg. Æn. II. 713. 'templum desertæ Cereris.' Alibi: 'desertis cessant sacraria lucis.' Sed ceteri Mss. et Edd. *proferuntur*: unde recte emendarunt Schickerad. qui etiam legebat, *sacra deseruntur*, Salm. Wow. et Sciopp. *proteruntur*. Non enim est illud in Bertino, ut ait Elmenh. Sine dubio lusit Auctor in adfinitate verborum: *s. proferuntur*, *p. proteruntur*: ut in 'sero' et 'serio,'

'ingerens' et 'inferens,' plurimisque similibus. Vide ad l. III. pag. 62. v. pag. 92. et alibi. *Oud.*

Incoronata simulachra] Quintilianus Declamatione CCCXXI. 'Venenum inter Lares suos, inter sacra mensæ, coronatis pariter, quos colebamus, Diis immortalibus, venenum aliquis hilaris hilari dedit.' Noster lib. III. supra: 'Eponæ Deæ simulachrum residens ædiculæ, quod accurate corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum.' Plautus Aulularia: 'Nunc tusculum emi, et hasce coronas floreas. Hæc imponentur in foco nostro Lari.' *Colv.* *Incoronata simulacra*] Euripides Hippol. Ἀστέφανοι δὲ Κόρας ἀνάπαυλαι Λατοῦς βαθεῖαν ἀνὰ χλόαν. Jupiter apud Lucianum in Bis accusato Ἀστεφάνωτοι ναοὶ ἡμῖν ἔσονται. *Pric.*

Et aræ viduæ frigido cinere fœdatæ] Ibidem Jupiter: Ἄσπονδοι οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί. Idem apud eundem Lucianum in Icaro Menippo: Ψυχροτέρους ἂν μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων, ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν. Contra apud Avienum, 'Junone calent hic aræ Præside semper.' *Id.*

Puellæ supplicatur, et in humanis vultibus, &c.] Vide ad Act. Apost. XIV. 13. notata. *Idem.*

Et in matutino progressu virginis, &c.] Apud Catullum: 'Mihi floridis corollis redimita domus erat, Linquendum ubi esset orto Sole cubiculum.' Posidonius de Athenione quodam apud Athenæum: Πολλοὶ ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐλθόντες ἀνέμενον αὐτοῦ τὴν πρόοδον. *Idem.*

PAG. 84 *Veneris absentis numen propitiatur*] Vulgatum ante: *Veneris absentis nomen*, quod fortassis haud rejiciendum. *Colv.* Post editum contextum scilicet Colvius vidit, se temere *nomen* mutasse, cum præcederent, *Deæ t. numina.* Hinc enim futilis oriretur repetitio, ut bene ex Pricæo monuit Floridus. Cum illo igitur revocavi τὸ *nomen*, quod habent Edd. priores et Mss. O. nisi forsan excipias Florentinos. Psyche mane incedens vocabatur a populo *Venus*, eoque nomine colebatur Venus absens, sed Psyche præsens. Statim rursus jungit, 'nomen meum cælo conditum profanatur, ac communi numinis piamento.' pag. 87. 'Sentio, me solo nomine Veneris perisse.' Lib. v. pag. 107. 'Venus Psychen vocat mei nominis æmulam.' De Mundo pag. 738. 'Jovem ad nos potentiam sui nominis tendere.' Male igitur τὸ *numen* hic reponi Stewechius etiam voluit ad Arnobium pag. 91. Adi me de *nomine* potius, quam *numine*, quæ ubivis confundunt librarii et viri docti, ad Lucan. lib. I. 405. 'Quaque sub Herculeo sacratus nomine portus.' Contra *numen* per illos in *nomen* abiit pag. 105. 'numine salutari:' et sæpe. Vide ad Liv. lib. VII. 30. 'nutum numenque vestrum.' Suet. Calig. cap. 24. 'per numen Drusillæ.' *Oud.* *Veneris absentis Numen propitiatur*] Non dubito rectius esse *nomen*, quod in vet. edit. Vicent. et Cod. Oxon. legitur: imo præcessit vox *numina*, quæ hic frigide geminaretur. *Pric.*

Floribus certis] Lege *sertis*, flores enim serti dicuntur, in coronamentis contexti. Luc. 'Accipiunt sertas nardo florente coronas:' et, ut auctor est Plinius, 'cum ex floribus fierent serta, a serendo serviæ appellabantur.' Apud priscos coronæ fuerunt partim pactiles, partim sutiles dictæ: summa auctoritas pactili coronæ habita est: sutiles, in cœnis solennes extiterunt. Serti flores dicuntur quasi juncti, contextique: nam serere apud Antiquos jungere est: unde fruges seri dicuntur, quia terræ junguntur: et sertorem pro assertore dixerunt, quod serendo, id est, competendo aliquem serat in libertatem, id est, jungat: hinc *serilla* quoque navigia appellari autumat Verrius Flaccus, quæ sparto ac

lino condensantur, a conserendo et contexendo dicta. *Beroald.* *Floribus sertis et solutis, &c.*] Servius ad Æneid. I. 'Sertum et serta cum nihil adjicitur dicimus, &c. si autem sertos dixero, adjicio, flores.' *Pric.*

Adprecantur] Antiqui flores frugum in illos jactabant, quos cohonestare concupiebant. Vide Suidam in Περιαγειρόμενοι, auctorem Etymologici in Πάληξ, et annotata ad Minutium Fel. pag. 70. *Elmenh.*

Vehementes inc. animos] Adverbium, non adjectivum, hic habet locum. Nec enim dicit animos Veneris fuisse vehementes, antequam incendebantur, sed eos vehementer incensos. Quamquam igitur Mss. D'Orv. et Guelf. pr. ac Pith. quoque cum Edd. Bas. sec. Colv. Wow. Pric. præferant *vehementes*, ego vulgarem lectionem secutus sum. *Oud.* *Veræ Veneris vehementer animos incendit*] Propertius: 'Præ se formosis invidiosa Dea est.' Servius ad Eclogam X. de Erynoma: 'Hæc cum esset nimiæ castitatis, et hoc' (lege, *et per hoc*) 'a Minerva ac Diana diligeretur, Veneri esse cœpit invisa.' *Pric.*

Et impatiens indignationis, capite quassanti fremens altius, sic secum disserit] 'Stetit acri fixa dolore, Tum quassans caput, hæc effudit pectore dicta.' Τὸ *disserit* forsan irreptitium est. Virgilius (ex quo hunc locum delineasse Appuleius videtur): 'Cum Juno æternum servans sub pectore vulnus Hæc secum:' supra heic lib. III. 'Ac tunc sic tacitus mecum:' et VI. 'Et ipse mecum,' &c. Terentius: 'Egomet continuo mecum.' Donatus: 'Deest, volvebam, cogitabam,' &c. *Idem.*

Rerum naturæ parens] Perperam in Palat. Edd. Vicent. Junt. pr. Aldi, *natura*. 'Venus parens naturæ rerum.' Vell. lib. II. cap. 66. 'Rerum naturæ corpus.' Plin. IV. 12. Solin. pag. 26. et passim. Adi Miscell. Obs. vol. VII. pag. 274. et infra ad lib. XI. pag. 241. 'Rerum naturæ parens, elementorum omnium domina, seculorum progenies initialis:' ubi vulgo quoque sic peccatur. *Oud.* *Origo initialis*] Videsis quæ olim p. 153. ad Apologiam adnotata. *Pric.*

En orbis totius alma Venus] Nota, voci *almæ* Genitivum junctum pro 'altrice,' 'alumnatrice.' Sed non inepte dat Ed. Bas. pr. *anima:* quæ vox egregie convenit præcedentibus. Lib. XI. etiam Venerem adpellat, 'matrem siderum, parentem temporum, et orbis totius dominam.' *Oud.* *Orbis totius alma Venus*] De eadem infra XI. 'Matrem siderum, parentem temporum, orbisque totius Dominam.' *Alma*, i. e. 'altrix,' 'alumna.' Vid. ibidem pag. 74. dicta. *Pric.*

Cum mortali puella partiario majestatis honore tractor] Chrysostomus Homil. I. in Philemonem: Ἐξ ἴσου τιμῶντες ἄνθρωπον τῷ θεῷ, τὸν θεὸν ὑβρίζουσι. Latona apud Ovidium indignabunda: 'En ego vestra parens, vobis animosa creatis, Et nisi Junoni nulli cessura Dearum, An Dea sim dubitor, perque omnia secula cultis Arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.' *Idem.*

Et nomen meum cœlo conditum terrenis sordibus profanatur] Scriptor Sapient. de Idololatris XIV. 21. Τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθησαν. *Idem.*

Circumferet puella moritura] Primum in Flor. est *circumfere*, in Regio, Fux. Palatin. Oxon. Guelf. sec. *circumferre puellam morituram*, in pr. Guelf. *circumfere*, ut illa pendeant quoque a 'sustinebo' sive patiar. Cogitavi aliquando, totam periodum ab Auctore in Infinitivo per indignationem mirabundam fuisse expressam, hoc modo: *incertum me sustinere, et im. m. circumferre puellam m.* de qua locutione vide ad Hirt. B. Afric. cap. 57. 'Usu venisse hoc civi Ro-

mano!' Sed vulgaris lectio quum sit clarissima, nihil muto. Dein ex vestigiis Bert. Cod. Th. Sellius Observ. cap. 15. legebat *morsima*, Græca voce *μορσίμη*, quæ non solum significat 'fatalem,' sed et *θνητὸν*, 'mortalem.' Vide H. Steph. Lexicon. Mihi ejus codicis auctoritas hic tanti non est, ut quid inde extricari curem. Nam *morticina* Scioppii nullius assis est. *Moritura* est mortalis; quæ certo morietur, nec effugiet mortem. Horat. lib. I. O. XXVIII. 4. 'nec quidquam tibi prodest Aërias tentasse domos, animoque rotundum Percurrisse polum, morituro.' Lib. II. Od. III. 4. 'Moriture Delli.' Lucan. lib. II. 524. 'In medios belli non ire furores jamdudum, moriture, paras.' Sæpe etiam significat morti destinatum, vel brevi ob senectutem vel præ vi, vel sponte certo moriturum. Inf. lib. VII. p. 151. 'Qui morituris auxilium salutare denegarint.' Lib. IX. pag. 194. 'jugulare moriturum gestiebat.' Lib. X. pag. 211. 'Cui morituram prorsus servabis uxorem.' Flor. lib. II. cap. 18. § 13. 'Intellectum ab Imperatore consilium: itaque non est permissa pugna morituris.' Suet. in Claud. cap. 21. 'Ave Imperator: morituri te salutant:' ubi me vide. Manil. lib. V. 551. 'Adstrinxere pedes scopulis injectaque vincla, Et cruce virginea moritura puella pependit.' Audacter primum versum ejicit Bentleius, quia præcedit, 'per d. panduntur brachia cautes;' sed ideo optime sequitur, 'et injecta vincla adstrinxere pedes scopulis.' Male post *scopulis* ponitur vulgo distinctio, quæ decepit nonnihil Bentleium. *Pedes* autem Andromedæ æque sunt adligati scopulo, ac *manus*, ut solent esse cruci adfixis. At quæ est 'crux virginea?' Vitiosum id epitheton reor. Sed hæc *ἐν παρόδῳ*. Mart. lib. III. Ep. 76. 'Arrigis ad vetulas, fastidis, Basse, puellas: Nec formosa tibi, sed moritura placet.' Talis est *morticina* Plauto. *Oud.*

Usurpavit] Juntis, quos secutus est Aldus, debetur *τὸ usurpabit*, et Mss. Florent. Sed Reg. Fux. Pith. Guelferb. pr. a m. s. Palat. D'Orv. Edd. pp. Ber. Colin. et Bas. habent *usurpavit*; quod hoc loco possit quoque corruptum esse ex *usurparit* vel *usurpaverit*. In Guelf. sec. *usurpant*. Idem.

Sed non adeo gaudens ista, quæcumque est, meos honores usurpabit] 'Largis hæc gaudia faxo Compenset lacrymis.' Apud Heliodorum lib. IV. Οἰμώξει, ἔφη Θεαγένης, ὅστις ποτ' ἐστίν. 'Non gaudens' Græcum est. Aristænetus I. 5. Τὴν ἐμὴν εὐνὴν οὔποτε χαίρουσα καθυβρίσει. Lucianus Gallo: Ἀφ' ἑσπέρας εὐθὺς ἤδη κέκραγεν, ἀλλ' οὔτε χαίρων γε. et in Jove Tragœdo: Πλὴν οὐ χαιρήσουσί γε οἱ τὰ τοιαῦτα διεξιόντες. Julianus in Cæsaribus: Ἀλλ' οὐ χαιρήσουσιν οἱ τούτων αἴτιοι. Infra heic lib. VII. 'Sed non lætaberis cladibus meis homicida.' Charon apud Virgilium: 'Nec vero Alcidem me sum lætatus euntem Accepisse lacu:' ubi Servius: 'Non lætatus, propter supplicium suum.' *Pric.* *Usurpabit*] Glossarium: 'Usurpatio, ἐξιδιοποίησις, ὑφάρπασις.' *Idem.*

Jam faxo hujus etiam ipsius illicitæ formositatis pœniteat] Minantis formula. Infra lib. V. 'Jam faxo, &c. lusus hujus pœniteat.' Petronius: 'Jam faxo sciatis non viduæ hanc Insulam esse.' Supra lib. I. 'Faxo eum sero, immo statim, immo jam nunc, ut, &c. curiositatis pœniteat:' adde Claudianum supra adductum. In vet. Onomastico: 'Faxo, ποιήσω.' Verum est, voluntarium cuiquam non esse quali forma nascatur, eoque in ea causa rem non esse, ut rationem pœnitendi capiat: quam eleganter tamen festiveque adeo ea voce heic Appuleius usus sit, disce vel ex Auli Gellii XVII. 1. 'Illicitæ est, nimiæ, mortali non congruæ:' cujus vocis concinnitatem ac Veneres cum non

caperent Lipsius Colviusque, exemplo pessimo legi *illiciæ* voluerunt. *Idem.*

Flammis et sagittis armatus] Zeno Sermone, de Spe, Fide, et Charitate p. 264. eleganter solens suo more: 'Est et alius amor,' &c. Tzetzes Chiliad. Hist. 12. *Ὡραῖον νέον μείρακα κ. λ. Elmenh. Puerum suum pinnatum illum, qui, &c. flammis et sagittis armatus, &c.*] Ovid. ad Eund. de P. III. 3. 'Sic habeas ferientes cuncta sagittas, Sic nunquam rapido lampades igne vacent.' Senec. Hippol. 'Nulla pax isti puero per orbem: Spargit effusas agilis sagittas.' Horat. 'Ferus et Cupido, Semper ardentes acuens sagittas Cote cruenta.' *Pric.*

Omnium matrimonia corrumpens] Moschus: *Πτερόεις ὅσον ὄρνις ἐφίπταται ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλοις.* De eodem lib. VI. 'Quotidianis fabulis ob adulteria cunctasque corruptelas infamatum.' Glossarium: 'Domicorruptor, *οἰκοφθόρος*.' Et bene hic, *discurrens.* Zeno Veronensis de Impudicitia: 'Discurrit, &c. per populos.' Cyprianus Epist. 55. de Felicissimo: 'Matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor.' *Idem.*

Et nihil prorsus boni facit] Id est, omnia mala. De eodem Zeno Veronensis: 'Occasionem ullam prorsus nocendi non præterit:' et Seneca: 'Ille ferocem jussit Achillem Pulsare lyram, fregit Danaos, Fregit Atridem, regna evertit, Priami claras diruit urbes.' Ad Appuleii phrasin Aristophanes: *Οὐ γάρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθε Δράσουσ'.* Plaut. Bacchid. 'Nec boni ingenii quidquam in his inest, Nisi ut improbis artibus se teneant.' Lactant. III. 17. 'Nec boni quicquam faciendum putabit.' Seneca Epist. LXXVI. 'Nihil boni negotii habere quod agat.' *Idem.*

Hunc, quanquam genuina licentia procacem, verbis quoque insuper stimulat] Infra lib. IX. 'At illa præter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamvis justa, altius commota atque exasperata,' &c. et VIII. de canibus: 'Præter genuinam ferocitatem, tumultu suorum exasperati.' Livius lib. XXIV. 'Hunc natura et moribus immitem ferumque, insuper Dux ipse efferavit.' Non abit Taciti illud III. Histor. 'Super insitam pervicaciam secundis ferox.'' Æneid. VII. 'Quam Juno his acuit dictis.' Servius: 'Irritavit et instigavit insaniam.' Glossæ: 'Stimulat, *παροξύνει, ἐπείγει*.' *Idem.*

Perducit ad illam civitatem] Lib. IX. 'Perducit ad illud suum grabatulum:' et III. 'Ad illud superius cubiculum me perducit.' *Idem.*

Prolata fabula] Sic legas in Edd. Wow. Elmenh. Scriv. et Pric. ut margini adleverat Groslotius, Salm. G. Vossius, ac solet *proferri* de sermone usurpari. Vide ad lib. I. p. 11. 'proferens vera.' Sed tamen Mss. cum Edd. ceteris habent *perlata:* quod hic significare videtur 'ad finem usque prolata tota illa fabula.' Lib. VII. p. 134. 139. 'Sic ille advocatus nostram causam pertulerat:' ubi vulgo quoque *prot.* Lib. X. pag. 215. 'Hæc verberone illo perferente.' pag. 216. 'Hæc ad ordinem pertulit.' In Ms. forsan ibi melius *protulit.* De vi verbi *perferre* dicam plura ad lib. VI. pag. 115. 'partum perferre:' et pag. 122. 'pertulit legationem.' *Oud.*

Fremens indign.] Vide Heins. et Burm. ad Ovid. Met. I. 199. 'Confremuere omnes:' ubi eadem, ut passim, est confusio. Adi Drak. ad Sil. lib. XVII. 259. Sic in Juvenali Sat. X. vs. 73. 'Sed quid Turba Remi? Sequitur Fortunam, ut semper, et odit Damnatos:' ubi in Mss. aliis est *tremens*, aliis *fremens.* Bene utrumque, si post *turba* distinguas. Sic in Seneca Ep. XXIV. 'turba carnificum circa te frementem:' e Mss. O. non *frementium.* In seditione *fremere* quoque est obvium. Adi ad Valer. Max.

lib. VI. cap. 2. Ex. 3. Malim ibi tamen cum Heinsio ad Ovidii F. III. 131. *Turba Remens* quam *plebem Remi* vocant Martial. lib. X. Ep. 76. et Prudent. lib. II. in Symm. Nec mutarem *fremit* in *tremit*, apud Valer. Flacc. lib. V. 520. quem sic corrigo: 'Talibus oranti, in vultu gravis ille minaci Jam dudum fremit, et furiis ignescit opertis.' Vulgo, *orantem v.* Idem. *Gemens ac fremens indignatione*] Chrysologus Serm. 51. 'Gemens, et tremens, et ejulans.' Livius de indignante Hannibale: 'Frendens, fremens, gemensque.' *Pric.*

Per ego te, inquit, maternæ charitatis fœdera [*deprecor*] *per*, &c.] Vide Gruter. Suspic. lib. VII. cap. 14. *Elmenh.* Docebit ille errare Stewechium hic, et lib. VI. init. Constructio est, *ego deprecor te per m. c. fœdera, per dexteram*, more illis formulis solito. Adde Ind. Elmenh. et omnino Celeb. Drakenb. ad Silium. lib. V. 82. 'Iliacas per, te, flammas, Tarpeiaque saxa Oramus:' ac me ad Lucan. lib. X. 370. 'Per, te, quod fecimus una, Perdidimusque nefas, ades.' *Oud.*

Per tuæ sagittæ dulcia vulnera] Lib. II. 'Ubi primam sagittam sævi Cupidinis in ima præcordia mea delapsam excepi.' Xenophon Memorabilium lib. I. fol. 724. *Ὦ μωρὲ, τοὺς δὲ καλοὺς οὐκ οἴει φιλοῦντας ἐνιέναι τι, ὅ, τι σὺ οὐχ ὁρᾷς; οὐκ οἶσθ' ὅτι τοῦτο τὸ θηρίον, ὃ καλοῦσι καλὸν καὶ ὡραῖον, τοσούτῳ δεινότερόν ἐστι τῶν φαλαγγίων, ὅσῳ ἐκεῖνα μὲν ἁψάμενα, τοῦτο δὲ οὐδ' ἁπτόμενον, ἐάν τις αὐτὸ θεᾶται, ἐνίησί τι καὶ πάνυ πόῤῥωθεν τοιοῦτον, ὥστε μαίνεσθαι ποιεῖν; ἴσως δὲ καὶ οἱ Ἔρωτες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσιν.* Vide Alexandrum Aphrodisæum Probl. lib. I. cap. 87. *Elmenh.*

PAG. 85 *Vindictam tuæ parenti, sed plenam tribue*] 'Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis Tuque puerque tuus: magnum et memorabile nomen, Una dolo Divum si fœmina victa duorum est.' *Pric.*

Et pulchritudinem c. reverenter vindica] Præpositionem Appuleio restitui auctoritate Mss. omnium, et Edd. Veterum, quæ excidit a Bas. sec. nec adverterunt Interpretes, nisi quod cum Roaldo Pricæus probam esse docuerint lectionem, Auctori nostro frequentem. Lib. I. pag. 7. II. 39. III. 45. VIII. 162. ubi vulgo quoque abest. Sed vide ibidem Pric. In Flor. n. 7. 'in sacrilegium vindicaturus.' Atque ita passim optimi quique. Cæs. lib. III. B. G. cap. 16. 'In quos gravius Cæsar vindicandum statuit.' Flor. lib. II. 6. in f. 'clades in Africam vindicare.' Gell. lib. VII. 15. 'in fures vindicatum.' Septim. de B. Troj. lib. III. cap. 14. in f. 'in auctorem tanti luctus vindicasset.' IV. 21. 'in auctorem paternæ cædis vindicatum est.' Adde Muncker. ad Fulgent. in fine, et Passerat. ac Broukh. ad Propert. lib. IV. 11. 20. 'In mea sortita vindicet ossa pila.' Male ergo in Palat. *in pulchritudine.* Ac restituendum id monostichis de moribus e Ms. Petav. in Catal. Burm. t. I. p. 572. 'te vindicat invidus in se.' Vulgo, *desævitque*, quod est 'sævire desinit,' contra mentem poëtæ. *Oud.* *Pulchritudinem contumacem reverenter vindica*] De Eadem Achilles Tatius in Rhodopes et Euthynici fabula: *Παραστησαμένη τὸν υἱὸν τὸν τοξότην· Τέκνον, (εἶπεν,) ζεῦγος τοῦτο ὁρᾷς ἀναφρόδιτον καὶ ἐχθρὸν ἡμῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων μυστηρίων; ἡ παρθένος καὶ θρασύτερον ὤμοσεν καθ' ἐμοῦ. Ὁρᾷς δὲ αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ἔλαφον τρέχοντας; ἄρξαι καὶ σὺ τῆς θήρας, ἀπὸ πρώτης τῆς τολμηρᾶς κόρης*, &c. Vicent. edit. et Ms. Oxon. *In pulchritudinem*, &c. haud dubie rectius: sic sæpe 'in aliquem vindicare' Appuleius noster. *Pric.*

Idque unum, et præ omnibus unicum volens effice] 'Hunc mihi da proprium fili dilecte laborem, Hanc operam, ne noster honos infractave cedat Fama

loco:' et nota, *unum et unicum*. Gellius XVIII. 4. 'Cum ille se unum et unicum lectorem enarratoremque Sallustii diceret.' Catullus: 'Quem nemo gravius nec acerbius urget, Quam modo qui me unum atque unicum amicum habuit.' *Volens* hic, ut supra III. 'Magnis suis artibus reformatur volens.' Horatius: 'Lauro cinge volens Melpomene comam.' Locutio Græcanica est. *Idem.*

Virgo ista amore teneatur flagrantissimo hominis extremi] Apud Quintilianum Declam. XV. 'Pauper sit, et amet quamcunque meretricem, et amare non desinat.' *Idem.*

Et ipsius incolumitatis Fortuna damnavit] Id est, *sanitatis*. Gloss. ''Ρῶσις, Incolumitas, sanitas.' Item, ''Υγίεια, salus, incolumitas.' Onomast. vetus: 'Incolumitas, ὑγίεια.' Iterum Glossarium: 'Εὐεξία σώματος, Incolumitas:' sic ὁλοκληρίαν Act. 3. 16. quam versio vulgata 'integram sanitatem,' Interpres vetus Irenæi 'incolumitatem' vertit. *Idem.*

Tamque infirmi] Bert. *infimi*. Elmenh. Veram hanc esse emendationem, patet e Nostri lib. v. pag. 104. 'Parentis meæ Veneris præceptorum immemor, quæ te, miseri extremique hominis devinctam cupidine, infimo matrimonio addici jusserat.' Confirmant eam quoque Guelf. pr. et Pith. ac bene receperunt Pric. et Floridus. Corruperunt locum librarii nescientes, *tam* etiam jungi Superlativo. Sed adi Sciopp. in Susp. Barth. ad G. Briton. lib. x. 136. 'tam summa.' G. J. Voss. de Constr. c. 17. et me ad Cæs. lib. I. c. 43. 'munera tam amplissima.' Lib. III. cap. 2. 'legionem, neque tam plenissimam.' *Oud.* *Tamque infimi*] Ita bene ex Mss. Wowerius: antea, *infirmi*. In Eunucho Terent. III. 2. 'Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto.' *Pric.*

Osculis hiantibus] *Oculis* Pith. Minus bene Sciopp. in Susp. *vibrantibus* probat. Sequitur mox, 'vibrantium fluctuum.' Sunt autem 'hiantia oscula,' probe Venerea, petulca scil. et *patula*, ut ait lib. v. p. 103. et sæpius. Immo sic lib. III. p. 56. 'hiantibus osculis, et fragrantibus papillis.' Vide et Pric. *Oud.* *Et osculis hiantibus*] Amicus A. Gellii, οὐκ ἄμουσος adolescens: 'Dum semihiulco suavio Meum puellum suavior,' &c. Apud Lucianum in Meretric. Dial. 'Εφίλουν με, &c. οὐκ αὐτὰ μόνον προσαρμόζουσαι τὰ χείλη, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα ὑπανοίγουσαι. *Pric.*

Pressule saviata] Lib. II. 'me presse deosculata.' *Elmenh.* Sic Martiali lib. VI. Ep. 34. 'Basia da nobis, Diadumene, pressa:' quo loco minus bene aliquando *spissa* conjecit N. Heinsius. Sed vide ipsum Advers. lib. IV. cap. 8. et p. 191. *Oud.*

Plantisque roseis vibr. fluctuum summum rorem calcavit] Eodem modo Epigram. Græcorum lib. VI. vetus poëtria Myro: Νύμφαι ἀμαδρυάδες, ποταμοῦ κόραι· αἳ τάδε βένθη Ἀμβρόσιαι ῥοδέοις στείβετε πόσσιν ἀεί. *Colv.* *Vibrantium fluctuum, &c.*] Qui in levem vibrantur undam, ut supra lib. II. locutus. *Pric.* *Summum rorem calcavit*] Prudentius: 'Ambulat per stagna Ponti, summa calcat fluctuum.' Florent. et Oxon. Mss. *summo rore calcato, ecce jam, &c.* et post, *sudo vertice*. Idem.

Maris udo resedit vertice] Male hic *verticem* exponunt per superficiem maris: quod idem foret ac 'summus ros.' Sed ait Appuleius, Venerem celerrime pervenisse ad maris fundum, et Aulam scilicet Deorum Marinorum, quos inde evocavit, ut secum irent ad patrem, Oceanum. Sic Thetis sedet apud Nereum patrem ἐν βένθεσσιν ἁλὸς in Homero Il. A. vs. 358. sive 'tepidis antris,' Ovid. lib. II. Metam. vs. 269. ubi vide. Unde illis adsignant ibi poëtæ 'thalamos:' immo Noster lib. v. pag. 106. docet, Venerem in profundo fuisse, ubi Ga-

via, ut ei indicaret Cupidinis furtum, 'demergit sese propere ad Oceani profundum gremium. Ibi Venerem lavantem invenit.' Ut autem *vertex*, sic *fastigium* pro profunditatis ima parte alibi sumitur. Vide operose de talibus nos agentes in Misc. Obs. vol. v. pag. 65. ad Avieni Descript. Orb. vs. 19. Eodem modo *altum* sumitur de profundissima valle. Lib. v. pag. 97. 'de scopulo licentiosa cum temeritate prosiliunt in altum.' Confer finem lib. IV. et p. 106. Et sic 'alta vallis' Tibullo lib. I. 4. 43. II. 3. 19. Ceterum Mss. mei omnes præbent *sudo*: unde magis adparet intelligi maris fundum. Non adeo quod finxerit, domum marinorum Deorum infra aquas esse *siccam*, sed *subudam*, sive puram et serenam: qualis dicitur 'sudus aër,' &c. Vide Gramm. ad Virg. G. IV. 76. 'ver sudum.' Valer. Flacc. lib. II. 115. de Venere: 'Cum Dea se piceo per sudum turbida nimbo Præcipitat.' Martian. Cap. lib. I. pag. 11. 'Aëria temperies, sudis tractibus renidebat.' Auson. Mos. vs. 12. 'Purior hic campis aër: Phœbusque sereno Lumine purpureum reserat jam sudus Olympum.' Ita 'sudæ nubes' opponuntur gravidis, et plenis aqua, de Deo Socratis p. 681. Ed. Flor. *Oud.*

Statim quasi pr. præcepit] In Flor. Palat. Guelferb. Fux. Oxon. D'Orvill. est, *et statim*. Forsan, *en! statim*, creberrima confusione. Vide ad lib. II. pag. 31. Tum *percepit* D'Orv. Sed *præceperit* item Reg. Pith. Palat. Guelferb. et Edd. Rom. Vicent. Beroald. Junt. Ald. Colin. quod probo, minus recte mutatum a Basil. quamquam *præceperit*, e conjectura, et sententiæ ductu se primum corrigere putet Barth. lib. XXV. Advers. cap. 13. Lib. v. p. 106. 'Quasi de morte parentum quidquam comperisset:' et creberrime, ut apud alios. *Idem.*

N. moratur marinum obsequium] Oxon. Guelf. pr. *moratus*. Barth. ad Claud. Cons. Prob. et Olybr. 104. 'Quem poscunt, tetigere locum:' legi jubet *moratura*. Quod, quid sibi velit, non percipio. 'Non moratur' significat, 'haud differt præceptum, sed exsequitur statim. Consule Heins. ad Ovidii Metam. lib. III. 193. Sidon. Apollin. Carm. XI. 93. 'Sed quid vota moror?' Unde fit, ut sæpe inveniatur pro impedire, de quo vide ad Frontin. lib. II. 3. 23. 'ne quis non locus ejus victoriam moraretur.' 'Marinum obsequium,' sunt ipsi Dii marini obsequentes, nec morantes ejus mandatum; uti *arbitrium*, pro arbitris, *ministerium*, pro ministris, et similia innumera. Vide ad lib. I. p. 11. *Idem.* *Et ipsum quod incipit velle, statim, quasi pridem præcepit, non moratur marinum obsequium*] Senec. Herc. Œt. 'Vincere quod parat, Jam victum est.' Q. Curtius de Alexandri militibus: 'His animis Regem audierunt, ut jam cepisse verticem viderentur.' Xenophon παιδ. 2. Πιθανοὶ οὕτως, ὥστε πρὶν εἰδέναι τὸ προσταττόμενον, πρότερον πείθονται. De Deo vero Clemens quod de Dea falsa Madaurensis noster: Ἕπεται τῷ χαρίσασθαι, μόνον τὸ βουληθῆναι αὐτὸν τὴν χάριν πεπληρῶσθαι. τὸ γὰρ μέλλον τοῦ χρόνου, τῇ δυνάμει τοῦ θελήματος προλαμβάνεται. Pædag. I. 6. *Pric.*

Portunus] Palat. Guelf. sec. *Portumus*. Edd. Elmenh. et Scriv. *Portumnus*. Perperam. Neque etiam solum optimi Codd. ubique scriptum exhibent *Portunus*, Virgilii v. Æn. 241. Cicer. II. de Nat. Deor. cap. 26. Ovid. VI. Fast. 548. Arnob. lib. III. pag. 113. Auson. Eclogar. de agonibus, ubi pag. 565. Ed. Toll. cum Vineto legendum e vetustissimis membranis: 'Isthmia Portuno bimaris dicat Acrocorinthos.' Lactant. lib. I. cap. 21. 'Melicertes ejus filius Palæmon atque Portunus.' Sic enim veterrimus Cod. Bonon. Vulgo, *Portumnus*, et pejus Bunem. Ed. *Portun-*

Neque aliter præbent Mss.
me visi; uti nec dubito de
ianis lib. v. Ling. Latin. pag.
. Dordr. Verum etiam Inscr.
i pag. 95. IANO. PORTVNO.
. ut observavit jam N. Hein-
l Ovidium. Item in Kalenda-
tustis, apud Gruter. pag. 134.
r. t. III. pag. 875. Murator.
0. Tab. B. PORTVNO. AD. PON-
ÆMILI vel ÆMILIVM. Rursus
Murat. pag. 102. N. 4. PORTV-
Nam quæ ibidem adfert alia,
n Gudius pag. 59. &c. (Vide
Vulp. in Vet. Lat. lib. XI. cap.
Ligorio, citata quoque a Clar.
in Mus. Etrusco t. I. pag. 58.
us PORTVMNO legitur, subles-
t fidei, ac minus bene Gorius
MNVM quasi e monumentis ido-
.hibet. Notissimum vero est,
Portunum et *Palæmona* eum-
aberi. Verum cum Auctor
eum describat, 'barba cæru-
idum,' quæ puero Palæmoni
onvenit, interque *Portunum* et
ona interserat Neptuni uxo-
laciam, abunde patet, per *Por-*
designari ipsum Neptunum,
uit Floridus; sed quam obser-
em sublegisse videtur Grotio
rtian. Cap. lib. I. pag. 2. 'Id-
tiam Diti propositum atque
o:' cui idem lib. v. adtribuit
e *tridentem*, Neptuni sceptrum,
t Neptunus et Taras tridenti-
epe insident delphino in num-
ud Du Choulium et Begerum.
num, Portunum, Palæmona, eum-
cit Ausonius citato loco. Sed
rot. *Oud*. *Adsunt Nerei filiæ*
canentes, et Portunus, &c.] Si-
um apparatum comitatumque
us apud Lucianum in Dial.
Zephyrique. *Pric.*

ulis barbis] D'Orv. *cærulus*. Edd.
cæruleis. Sed vide ad lib. II.
36. 'cærulos flosculos.' Ele-
vero tribuit uni Portuno *bar-*
magnitudinem. Consule om-
nino Erhard. et Burmann. ad Petron. cap. 99. 'barbis horrentibus nauta;' aliosque. *Hispidis* Pith. *Oud.*

Sola] Corrige *Salacia*. Error literæ minutulus quidem, verum sententiæ disparilitas maxima. Salaciam autem finxit antiquitas esse Neptuni uxorem, quam inferiorem aqua maris esse dixerunt. Venilia quoque Neptuno adjuncta est, et, ut interpretatio fabulosæ theologiæ demonstrat, Venilia nuda est ex eo dicta, quod ad littus veniat: sicut Salacia quod in salum redeat: auctor divus August. in VII. de Civitate Dei, qui in quarto quoque sic scribit: 'Quid est quod mare Neptuno tribuitur, terra Plutoni? et ne ipsi quoque sine conjugibus remanerent, additur Neptuno Salacia, Plutoni Proserpina, inferiorem maris partem Salacia tenet, terræ inferiorem Proserpina.' M. Varro Salaciæ Veniliæque breviter commeminit his verbis: 'Salacia Neptuni a salo, Venilia a veniendo.' *Beroald.*

Auriga parvulus delphini] Parvulum dicit, quoniam puer admodum Deus maris factus est. Claudianus de nuptiis Honorii et Mariæ v. 156. 'frenatque rosis delphina Palæmon.' *Elmenh.* Stat. lib. I. Theb. vs. 121. 'curvo delphine vagantem Arripuit frenis, gremioque Palæmona pressit.' Talis Palæmon, non Cupido insidet delphino in gemma apud Middleton. in Mon. Ant. Tab. VIII. N. 5. pag. 107. item in gemma Gorlæi dactyl. t. II. pag. 567. a dextra habens Thetidem, item delphino insidentem, ut opinor: eo pertinet Silius lib. XIV. 570. 'curvum per cærula piscem, Nereis humenti moderatur roscida freno:' ubi male *pristem* quidam substituere sunt conati. Forsan huc quoque pertinent nummi gentis Lucretiæ, in quorum una parte barbatus cum fuscina Neptunus, in altera puer alatus frenans delphinum, quo insidet, non secus atque in nummis gentis Cordiæ; forsan in memoriam ali-

cujus mirificæ ereptionis e naufragio, et salutis in portu receptæ. Verum alii capiunt puerum eum Cupidinem. Certe Amores solent etiam per mare Thetidem, ut in Monumento Papenbr. pag. 56. et Venerem comitari, ut apud Claudianum cit. loco, et Sidon. Apollin. c. 11. 41. 'Pone subit turmis flagrantibus agmen Amorum. Hic cohibet delphina rosis, viridique juvenco, Hic rectus spretis pendet per cornua frenis.' Quem locum si bene conferas cum Claudiani verbis, patebit, horum Amorum maritimorum esse unum, puerum illum Palæmona, cui etiam *alæ* potuerunt adscribi, non secus ac Nymphis, aliisque Deis Deabusque aquatilibus. Vide Montf. Antiq. ill. t. I. p. 75. N. 10. Certe non est Cupido, neque Arion, puer tibia canens, et curru insidens a duobus delphinibus tracto, in Gemma Wildiana N. 60. sed vel Palæmo, vel puer quis ab iis amatus: de quo Statius canit lib. I. Silv. 3. 27. 'Audaci junctos delphinas ephebo:' ac Gell. lib. VII. cap. 8. Qualisque puer est in Iasensium nummis. Vide omnino Ælianum lib. VI. Anim. cap. 15. et Pollac. lib. IX. § 84. *Oud.* *Auriga parvulus delphini Palæmon*] Gellius VII. 8. 'Delphini amantis, et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes.' *Pric.*

Maria persultantes] *Mare* Palat. *persulcantes* etiam in Oxon. Palat. D'Orvill. ut sane 'sulcare mare,' &c. crebro dicitur. Adi ad Lucan. lib. V. vs. 503. Claudianus in hac Veneris pompa, de Nuptiis Honorii, vs. 148. 'jam quarto Paphias tractu sulcabat arenas.' Et sic Auctor ait de Mundo pag. 730. 'fontes, fluminum sulcantes vias:' ubi male Edd. Vett. *saltantes.* At hoc loco *persultare* recte defendunt Colv. Elmenh. et Pric. eoque magis designatur lætitia, et chorus saltantum Tritonum. Auson. Mos. 173. 'Insultantque vadis:' et vs. 181. 'Tunc insultantes sua per freta ludere Nymphas:' *prosultantes* in Ed. Bas. pr. *Oud.* *Maria persultantes*] Oxon. et alius Ms. *persulcantes:* at placet posita lectio. Lucretius: 'Inde fere pecudes persultant pabula læta:' sic Philo lib. de plantat. Noë, navem τοῖς κύμασιν ἐπιτρέχειν dixit. Vide Colvii notas. *Pric.* *Persultantes*] Quid si legas *persulcantes*, quasi sulco quodam atque vestigio inter natandum signantes, potest tamen *persultantes* legi: utraque enim lectio proba est, utraque recipitur. *Beroald.*

Tritonum catervæ] Scholiastes Lycophronis, Diodor. Sic. lib. IV. *Elmenh.*

Concha sonaci] Ovid. Metamorph. l. I. vs. 331. Nonnus Dionysiac. lib. XXXVI. Turnebus Adversar. l. II. c. 21. *Elmenh.* Oxon. D'Orv. Guelf. pr. *sonanti.* Male, quamvis eadem sit varietas in Ovidii loco vs. 333. 'Conchæque sonaci Inspirare jubet:' ubi vide N. Heinsium, et infra ad l. VI. p. 121. 'sonacibus oblatrans faucibus.' Lib. VIII. p. 155. 'Aper dentium adtritu sonaci spumeus.' In Pith. *hec circa.* Guelf. pr. *leviter.* Oud. *Concha sonaci*] Inter genera concharum, quæ multifaria sunt, conchæ quædam memorantur ad buccinam recurvæ, ut docet Plin. his tritones buccinant. De hoc concharum genere sic scribit Ovid. 'cava buccina sumitur illi Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo.' Nos quoque tales curiose sumus contemplati, figura videlicet turbinatiore: videtur autem imitatus esse ingeniosissimum poëtam sic scribentem in primo Metamorph. 'Cœruleum Tritona vocat, conchaque sonaci Inspirare jubet:' quidam codices Nasoniani non *sonaci* habent, sed *sonanti:* verum hoc elegantius, tersius, nitidius est. *Beroald.* *Hic concha sonaci leviter buccinat*] Virgilius: 'Cava dum personat æquora concha.' *Pric.*

Serico tegmine flagrantiæ solis ob-

nimici] Latinus Pacatus Pane-
: 'Illos tenero perlucentes
u, et vix leve carbasum vitandi
tolerantes.' Nam sic ibi legi-
vel *vitando Soli*. Nec potest
quod vulgatum est, *vitando Sole*.
legendum in Panegyrico in-
ati auctoris Constantino Imp.
: 'Quales amœna Græcia et de-
Orientis educunt, vix leve pal-
et sericos sinus vitandi Solis
ntes.' *Colv*. Sericum tegmen,
i Marinæ supra caput fluens,
potest apud Monfauc. Antiq.
III. c. 17. At hic tamen um-
designatur, lata a Tritone, ut
explicat Beroaldus. In Ed.
t. et Marg. Bas. pr. est *obstitit*.
Edd. Basil. dant *inimicis*, sine
nisi inde facere velis *inimici*
: ut sint hæc verba pro glossa.
inimici deest Oxon. Palat. utri-
uelferbytano, et Par. nec, si
et ea vox, desiderares. *Oud*.
inimici] Sol inimicus est diis
icis, cujus flagrantia infestan-
ideoque Tritonum unus serico
ne ardorem Solis defendebat;
in usu priscorum fuerunt um-
, quibus Soli obsistebant. *Be-*

us sub oculis Dominæ speculum
rit] Seneca Epist. xcv. 'Vete-
intea et strigiles Jovi ferre, et
lum tenere Junoni.' Infra lib.
Aliæque, nitentibus speculis po-
rgum reversis, venienti Deæ
m commonstrarent obsequium.'
. melius, *progerit*: sic xi. 'di-
effigies progerebant:' et vi.
nucleos progestans.' *Pric*.
rus bijuges alii subnatant] Edd.
usque ad Basil. sec. dant *biges*,
ius nonnullæ, *cujus biges*. Sed
, ut est in Mss. *bijuges* emenda-
eroaldus; et sic 'quadrijuges,
es currus' in Flor. N. 16. ubi
'Bijuges fasces' Claud. de
. et Olybr. Cons. vs. 233. 'bi-
curriculum' in Suet. Calig. c.
19. Quæritur vero, an Auctor duos Tritones, qui currum trahunt, intelligat, an vero Tritonas, sub et circa currum ab duobus equis marinis, ut est in aliquot monumentis, tractum natantes. Si prius significarit, clarior videtur lectio Cod. Florent. *curru*, quo subnatare dicuntur bijuges Tritones, quia illis est altior. Sic Sil. l. xiv. 488. 'pars subnatat unda Membrorum, pars exstat aquis.' Ipsi vero Tritones recte *bijuges* dicuntur, ut passim 'equi bijugi,' 'quadrijugi,' 'sexjugi,' &c. dicuntur. Gloss. 'Bijugi, δίζυγοι.' Alterum sensum expressisse per glossam videtur Cod. Fulv. librarius, *subvagantur*. Verum Tritones duo ferunt etiam Venerem in concha sedentem apud Lucianum, inter alia citatum ab elegantissimo Broukh. ad Tibull. l. III. El. 3. 34. 'Concha Cypria vecta tua.' Ceterum totum hunc Veneris comitatum vide quoque apud Beger. in Spicil. Antiq. p. 28. *Oud*. *Biges*] Bigas significat: sic enim appellantur equi duo juncti. Quidam codices habent *currus bijuges*: quæ lectio purior est et usitatior, eodem tamen intellectu. *Beroald*.

Perspicua pulchritudine] Me auctore, scripseris, *præcipua*. Wower. Perperam ita mutavit Woweriu, quod contra Mss. et Edd. priores male retentum in Edd. Elmenh. et Pricæi, ipso hic refragante. 'Perspicuum' Nostro aliquoties dicitur, ut aliis, pro 'conspicuo.' Adi Salmas. ad Solin. p.543. l. II. p. 25. 'In aperto et perspicuo:' ubi erravit Pricæus, legens *conspicuo*. L. XI. p. 254. 'perspicua evidentique magni numinis dignatione:' ubi in multis *præcipua*, al. *prospicua*; uti hic in Oxon. In Pith. non est *sibi*, prave. *Oud*. *Perspicua pulchritudine*] Mutat Wowerius in *præcipua*, me neutiquam adprobante. 'Perspicuum' enim et Firmicus et alii Scriptores pro 'conspicuo' ponunt. *Pric*.

Sed ut simulacrum, &c. mirantur omnes] Auctor Dialogi de Oratoribus, de Basso, quamvis insigni Poëta: 'Si quis' (eum) 'requirit, et semel vidit, transit, et contentus est, ut si picturam aliquam vel statuam vidisset.' *Idem.*

Olim duæ sorores, &c.] Oxon. *Enim di s.* ut supra hoc lib. 'Enim vos bonæ frugi latrones.' *Idem.*

Quarum temperatam formositatem nulli diffamarunt populi] Id est, 'prædicarunt:' 1 Esdræ IV. 12. 'Quomodo non præcellit Rex qui sic diffamatur?' Scholiastes vetus Horatii de Sappho: 'Diffamatur tribas fuisse.' Glossarium: 'Διαφημίζω, diffamo:' supra hic, 'Diffamas incendio repentino domum possideri.' De 'stata forma,' vel 'formositate temperata,' vide v. 11. A. Gellium. *Idem.*

Virgo vidua] Puto legendum, *viro.* Elmenh. Vulgatam lectionem satis commode exponere possumus. Quod Psyche, licet *virgo*, tamen ut *vidua*, antequam nupta, ut ait in Apolog. domi resideret, et nemo eam accederet: ut luserit Auctor in hac conjunctione *virgo vidua.* Sic 'puella virgo' l. VII. p. 140. passimque mulieres dicuntur *viduæ*, quarum absunt mariti, non poëtis solum, sed et aliis, ut Justino l. II. c. 4. Magis tamen hic placet mihi Elmenhorstii conjectura *viro*, quam et recepit Scriverius. Solent hæ voces confundi, ut l. VII. p. 146. 'sive scitula mulier, sive virgo nubilis:' ubi male Edd. Vett. *viro.* Oud. *Virgo vidua, &c.*] Ut in Apologia, 'Vidua antequam nupta.' *Pric.*

Domi residens] Supra: 'Sic nobis otiosa domi residens, lusitabis.' *Elmenh.*

PAG. 86 *Animi saucia*] Reg. Fux. Oxon. Palat. Guelf. sec. *an. audacia.* Corruptissime, forsan pro *anxia.* Sed nil muta. De Genitivo huic voci juncto adi ad l. II. p. 31. 'saucius inguinum.' Ac dicitur *saucius* quis æque animo ac corpore. Hinc 'amore' et 'igne saucius;' item 'animus saucius' Ovidio, Ciceroni, &c. Septim. sive Dict. Cret. de B. Troj. III. 3. 'Animi jactatione saucius.' Flor. l. III. 23. § 4. sic junxit 'ægram sauciamque remp.' *Oud.* *Ægra corporis, animi saucia*] Πρὸς τῷ σώματι καὶ τὸν νοῦν μαραινομένη. ut I. 10. apud Aristænetum. Ovidius Trist. v. 14. 'Æger enim traxi contagia corpore mentis, Libera tormento pars mihi ne qua vacet.' *Pric.*

Iræ superum metuens] Errat Pricæus, τὸ *iræ* capiens dandi casu, cum sit Genitivus. Vide ad l. I. p. 7. 'captivitatis metuens.' *Oud.* *Iræ Deum metuens*] *Iræ* heic dandi casu intellige: vide supra ad p. 23. notata. *Pric.*

Et tanto numine precibus, &c. petit maritum] Pricæus conjecit *a tanto.* Sed hoc non videntur librarii corrupturi fuisse. In Palat. est, *et t. numine et prec.* Malim legere, *Et tanta numina pr.* Sic simul vitabitur Ablativorum concursus. 'Petere' enim orandi sensu nonnumquam habet duos Accusativos. Vide Muncker. ad Fulgent. pag. 63. et Heins. ac Burm. ad Ovidii l. VII. Met. 296. 'Petit hoc Æetida munus.' L. XIV. 787. 'Hos petit auxilium.' *Numina* de uno Deo poëtice creberrime occurrit. Adi modo Drakenb. ad Silium l. I. 93. 'Hennææ numina divæ.' Immo ipse Auctor de Venere jam dixerat p. 83. 'Deæ tantæ numina placentur.' Sic et 'vana Junonis numina.' Vide Serv. et Burm. ad Virg. I. Æn. vs. 7. 'Quo numine læso Quidve dolens regina Deum.' Item 'Cupidinis numina' I. 665. II. 232. 'Palladis numina.' *Oud.* *Et tanto numine, &c.*] Divinaveram, (quod et alium fecisse video) *Et a t. n.* Pric.

V. ingratæ] Pricæus exponit 'tristi.' Mihi magis adridet Beroaldi explicatio, 'inamabili, nulli gratæ,' passivo sensu, ut 'ignarus' pro non notus, et similia Adjectiva, activam

et passivam significationem obtinentia. Nam licet esset formosissima, nemo illam sibi cupiebat uxorem nimiæ pulchritudinis respectu. Vide pag. præced. *Virginis* Fux. *Oud.* *Ingratæ virgini, &c.*] Inamabili (inquit Beroaldus) et nulli gratæ: quippe quæ a nemine expeteretur: quam parum apte id dixerit, præcedentia monstrant: dicemus potius *mœstæ:* Servius ad Æneid. vi. 'Ingrato, tristi: ut gratum, lætum dicimus:' supra de Eadem, 'Deflet solitudinem suam:' at hoc, dum quid certius promatur. *Pric.* *Ingrata*] Inamabili, et nulli gratæ: utpote quæ a nemine expeteretur. *Beroald.*

Propter Milesiæ conditorem] Græcum scilicet, qui in Ioniam et Miletum primus intulit Apollinis cultum, et oraculum. Is sensus erit hujus loci, si sit sanus. Verum mihi hæc verba meri glossematis sunt suspecta, et ab librario margini adsuta. Quis enim *Milesia* usus est umquam pro urbe Mileto, vel etiam absolute pro terra seu regione Milesia. Nam conditor non tantum dicitur urbis, civitatis, sed et terræ, insulæ. Vide Cuper. et Wessel. &c. citatos ad Vellei. lib. I. c. 2. Suet. in Aug. c. 98. 'quasi conditorem insulæ:' uti et de conditore Mileti ad Vellei. I. 4. ac Steph. Byzant. *Oud.* *Apollo, quanquam Græcus, &c. sic Latina sorte respondit*] E converso in Floridis: 'Persius, quamvis, &c. optime Latine possit, tamen hodie nobis ac vobis Atticissabit.' *Pric.*

Desiste puellam] Fux. *subsiste.* Roaldus. Sic quoque Reg. Pal. Oxon. Guelf. bini, Par. d'Orvill. vel *susiste.* Rara est locutio *desistere* cum Accusativo, pro simplici *sistere:* quo usus est mox, 'scopulo me sistite.' Lib. v. p. 92. 'Sorores huc mihi sistat,' vel, si mavis, pro *destituere,* sistere ibi, ubi sola relinquatur, ut statim: 'itur ad constitutum scopulum montis, cujus in summo cacumine statutam puellam deserunt:' vel, ut ait Fulgent. 'solam dimittunt.' Sed nec *subsistere* cum Accusativo eo sensu occurrit, at quidem sustinendi et inhibendi significatione. Quid si scripsit Auctor, *Montis in excelsi scopulosis siste puellam?* Amat in topographicis Appuleius, optimorum more, adhibere Adjectiva pluralia cum Genitivo. Vide Pric. ad pag. 1. 'Ardua montium,' &c. Et cum singulari, 'Ossæ ardua,' de Mundo pag. 706. Ed. Flor. Passim apud Livium occurrunt 'obliqua tumuli,' 'eminentia rupis,' 'infima clivi:' et quæ sunt similia, plena manu congesta per Drakenb. ad Liv. lib. XXXVII. c. 58. 'Ab ultimis Orientis.' Ovid. VIII. 692. 'Et in ardua montis Ire simul.' Lucan. lib. II. 421. 'Dexteriora petens montis declivia.' Et crebro apud omnes. Immo Nostro supra pag. 67. 'montis hujus per obliqua devexa.' In fine hujus libri: 'per devexa excelsæ rupis.' In Pith. *speret.* Tum *maritali st.* Guelf. pr. *mariali* sec. *Oud.* *Montis in excelsi, &c.*] Ediderunt Pithœus lib. I. pag. 8. et Scalig. p. 230. Versu primo *ne siste* correxerat Opitius. *Dis siste* Heinsius. Sed nulla mutatione opus est: et *desistere* hic pro simplici *sistere* positum esse, monet Coler. ad Sallust. p. 419. sic in oratione Gracchi apud Gell. lib. X. cap. 3. 'palus destitutus est in foro:' ubi in aliis *defixus:* sed *destitutus* est statutus: qui 'stipes desertus' dicitur Tibullo lib. I. El. 1. 15. &c. quia tamen hic in Mss. *susiste* vel *subsiste* legebatur, Cl. Oudendorp. conjiciebat, *Montis in excelsi scopulosis siste puellam:* ut 'scopulosa montis' dicantur, quomodo 'ardua montis' Ovid. VIII. Met. 692. &c. *Burm. ad Anthol. Lat. t. II. p.* 619. *Montis in excelsi scopulo desiste puellam*] Seneca de seipso: 'Infigar scopulo.' Oxon. *subsiste p.* ita et Codex Fuxensis. *Pric.*

Ornatam mundo funerei thalami] Achilles Tatius de Andromeda: Δέδε-

ται μὲν τὸν θάνατον ἐκδεχομένη· ἕστηκε δὲ νυμφικῶς ἐστολισμένη. *Mundo*] Mundum ornatum muliebrem vocant, de quo supra. Sensus est oraculi: Ornetur, inquit, Psyche non ornatu felicium nuptiarum, sed mundo connubii funebris et infortunati, tanquam virum habitura sit ferum, sævumque ac funereum: hic autem Cupido significatur, qui stirpe non mortali, sed divina procreatus, furit bacchabundus per pectora medullasque mortalium: qui veneno vipereo et dulci melle conditus, gustu dulcedinem propinat, amarum autem venenatumque virus ad satietatem usque aggerit. *Beroald.*

Sævum atque ferum, vipereumque malum] Primo non recte hic Sopingius *scævum*, quod in Beroaldi legitur notis, emendandum esse margini adlevit. Nam Cupido, inmitis dominus, passim audit 'sævus Deus.' Adi notas ad Tibull. lib. III. El. 4. 74. Catal. t. I. p. 642. Dein Barthius ad Statium lib. I. Silv. I. 59. emendare se gloriatur *vipereum, atque malum:* qua sane vocis *atque* repetitione versiculus foret ineptus, et sensus frigidissimus. Ita voluit vero Barthius, quia sequuntur *qui* et *quem:* unde contra librarius Cod. D'Orvilliani utrobique reposuit *quod.* Sed perverse et inscite. Nam *malum* vocatur pessimus Cupido, ut 'scelus' pro 'scelesto,' et similia centena. Terentius: 'Ubi illic scelus est, qui me perdidit?' Martialis: 'Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.' Supra p. 72. 'Senile illud facinus:' pro facinorosa anu. *Oud.*

Pinnis volitans] Ita rescripsi, cum Pithœo et Burm. in Catal. t. I. p. 619. jubentibus omnibus Mss. et Editionibus ante Colvium, in cujus Editionem inrepsit, et hinc propagatum est in Vulc. aliasque, *pennas.* Intelligit alas, quæ vocantur *pinnæ;* ut sæpe in hac historia. Lib. v. 102. 'Dei volatilis pinnæ roscidæ.' p. 104. 'pinnis in altum se proripuit.' Lib. VI. p. 119. 'propansis utrimque pinnis.' Lib. X. p. 233. 234. 'pinnulæ Mercurii et Cupidinum.' Vide et Eryc. Putean. Cent. I. Ep. 29. Hinc 'puer pinnatus,' et 'Cupido pinnatus' lib. III. et supra p. 84. Perpetua vero in Mss. est varietas. *Pinnas* jam præfero etiam in Lucan. lib. IX. 660. 730. quibus locis vide. *Æthere* Fux. *Idem.*

Singula debilitat] *Sæcula* Heinsius conjecerat. *Burm. Jovis*] Antiquus hic nominativus forsan etiam restituendus est Solino p. 9. 'Quod ibi eo dimicante creduntur pluvisse saxa.' Sic Salmas. edidit post Aldum, et est in Mss. nonnullis. Pro *ibi* alii dederunt *a Jove.* In plerisque et optimis Codd. exaratur *Jovi*, et in antiquissimo Leid. *creditur.* Hinc lego: *Jovis e. d. creditur p. s.* Mart. Cap. p. 206. in eadem re: 'saxis ferunt pluisse' (in Leid. qu. *pluvisse*) 'cœlum.' Idem dixit pag. 118. ut e Mss. legendum: 'nisi forte de Deo dicatur aliquod, &c. quia notum est, qui pluat.' Vulgo, *de eo* et *quod.* Oud.

Fluminaque horrescunt] Quum *horresco* hic sensu timendi ac metuendi ponatur, non commode illi jungitur Ablativus *quo* præcedens, sed præstat Accusativus. Quare cum Scriverio amplector emendationem Barthii, confirmatam a Guelf. primo, *quem*, dicto ad Stat. loco, nec non N. Heinsii ad Sabini Epist. Par. vs. 35. 'Imperat ille Deis: quum vult, in cornua Tauri, Quum vult, in pennas destruit ille Jovem.' *Oud. Fluminaque horrescunt*] Lege *Flumina quem horr.* Pithœus. Recte: et sic Scriverius. Recte Oudendorpius rejiciebat Barthii emendationem in vs. 2. *vipereum, atque malum.* Burm. *Fluminaque horrescunt*] Lib. v. de Eodem: 'Dei, qui et ipsas aquas urere consuevit.' *Pric.*

Affatu] Colvii conjecturam typis expresserunt Vulcan. ac Scriverius.

Cic. de Leg. lib. II. c. 8. 'Fatidicorum et vatum effata.' Et ita Heins. Sed *affatu* hic Mss. O. retinent, etiam Florent. Nam errat Elmenhorst. si fides Lindenbrogii Excerptis. Nec quidquam est mutandum. Deus enim regem alloquio, et monitione dignatus erat. Hoc autem est *affatus* passim Nostro, aliisque; et nonnumquam in *effatus* corruptum: ut lib. XI. p. 248. 'Sacerdos sic affatur:' ubi Colv. quoque *effatur* invexit. Apud Sil. lib. XVII. 341. 'ora solvere ad affatus:' ubi de Jove sequitur vs. 344. 'Sic ore effatus amico est:' ubi contra placebat Heinsio *adfatus*. Oud.

Piger tristisque] Vulcanius et Scriverius Lipsii conjecturam in contextum admiserunt. Nollem factum; cum *pigens* nusquam, quod scio, reperiatur. *Pigeret* tamen est in Oxon. et e Florent. ad Vulc. Ed. nihil notavit Lindenbr. Sed recte *piger* dicitur rex, quia ob mœstitiam tarde revertit domum, triste vaticinium vel sic satis cito uxori relaturus. Solent etiam mœsti pigrius incedere, ut contra, qui lætatur, *alacer* currit. *Idem.* *Affatu sanctæ vaticinationis accepto, piger tristisque retro domum pergit*] Vide ad Matth. 19. 22. *affatu* et *piger* habet et Oxon. Ms. et vetus Vicent. editio. *Pric.*

Præcepta sortis enodat] Supra lib. II. 'fata enodare.' *Lindenbr.* Ibi pag. 28. non *enodare*, sed *donare* vidimus esse legendum. Sed adi Pric. et Heins. ad Phædr. lib. III. F. 10. 47. 'Damnanda perscrutatus crimina:' ubi Heins. *enodanda*, Burm. *donanda* conjecerunt. *Fortis* Guelf. pr. *Oud.* *Præcepta sortis enodat*] Hoc sensu λύειν συνδέσμους Danielis 5. In veteri Onomastico: 'Enodo, διαλύω.' Apud Senecam Œdipo: 'Nodosa sortis verba, et implexos dolos.' *Pric.*

Mæretur, fletur, lamentatur] Apud Quintilianum Declam. 315. 'Moriendum est: quid tibi præstare infœlix pater possum? cum duceris, flebo, plangam.' Et nota impersonalia ista. Terent. Adelph. 'Ignotum est, tacitum est, creditum est:' ubi Donatus: 'Honestius impersonaliter, quam, ignovimus,' &c. *Idem.* *Fletur*] Terent. Andr. 'In ignem posita est, fletur.' Donatus: 'Bene impersonaliter, fletur: extrema enim mortuorum omnes ad lacrymas commovent.' *Idem.*

Urgent tetri effectus] Vitiose in Edd. primis, ut et in Colin. et M. Bas. pr. edebatur *urget tetri:* hinc Veneti fecere *urgent tetri*, quod secuti sunt plerique. At Beroaldus *urget teter:* quod expressere Junt. post. Bas. pr. Elmenh. Scriv. Flor. sive *urguet*. Et recte. Sic enim præter citatos jam Codd. præbent Palat. Oxon. D'Orv. Fux. Pith. Guelf. *Oud.* *Diræ sortis jam urgent tetri effectus*] Oxon. et duo alii Mss. *urget teter effectus.* Ammianus lib. XVII. 'Urgens effectus intepuit.' *Pric.* *Tetri effectus*] Lego, *teter effectus*, ne solœcismo et imparilitate dehonestetur oratio. *Teter* autem *effectus* accipitur pro impio, crudeli, et evitabili. Lucretius 'absinthia tetra' dixit, amara intelligi volens. *Beroald.*

Feralium nuptiarum, &c.] Lib. II. 'Feralium nuptiarum scæna.' *Pric.*

Tædæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessit] Ex Bert. lectione, *cinerem arescit* Modius fingebat, *in cinerem arescit.* At durissima est catachresis, *lumen arescit in cinerem.* Conjectura Floridi, quam, suo more, audacter in contextum recepit, vitiose tamen pro *marcescit* scribens *marcessit*, magis mihi æque ac Wasseo placeret, utpote qua omnes servantur litteræ, et passim 'ignis,' 'lux languere' dicuntur, et nonnihil juvat D'Orv. scriptura *nuere arcessit.* Verum nihil mutandum censeo. *Arcessit* est contrahit, admittit fuliginosum cinerem: ut docuimus ad lib. I. p. 2. 'stilo, quem arcessimus.' Lib. VI. pag. 130.

'mortis tenebras arcessere.' Quod alibi dicitur 'mortem arcessere,' ut Melæ lib. III. 7. Luc. VII. 252. Tib. I. 11. 33. ibique Gebh. de Phil. Mor. p. 622. &c. Xenoph. lib. VII. Cyrop. p. 191. Πίτταν καὶ στυππεῖον, ἃ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα. Optimus hujus loci interpres ex parte est Propertius lib. IV. 3. 13. 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa Traxit ab everso lumina nigra rogo.' Corrigendus quoque Arnob. lib. I. p. 22. 'Unde ignibus solis genitalis fervor arcessitur,' vel *adsciscitur*. Vulgo, *adscitur*. Oud. *Jam tædæ lumen atræ fuliginis cinerem arcessit, &c.*] In veteri Epigramm. Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει Λωτὸς, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις· Θρῆνος δ' εἰς Ὑμέναιον ἐκώμασεν, ἡ δὲ τάλαινα Οὔπω πάντα γυνὴ, καὶ νεκὺς ἐβλέπετο. Bion de Veneris planctu super Adoni: Ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος, Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον, οὐκέτι δ' Ὑμὰν, Ὑμὰν οὐκέτ' ἀειδόμενον μέλος, ᾄδεται δ' αἲ, αἴ. Heliodorus II. Τὸν Ὑμέναιον ᾀδόμενον ἔτι διεδέχετο θρῆνος, καὶ ἀπὸ τῶν παστάδων ἐπὶ τὸ μνῆμα παρεπέμπετο, καὶ δᾷδες αἱ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς, αὗται καὶ τὸ ἐπικήδιον πυρκαϊὰν ἐξῆπτον. Apud Propertium: 'Quæ mihi deductæ fax omen prætulit, illa Traxit ab everso lumina nigra foco:' et Ovidius: 'Nostraque plorantes video super ora parentes: Et face pro thalami fax mihi mortis adest.' Vox *modum* non est in Oxon. nec Fuxensi Ms. In alio non *arcessit*, sed *arescit* legitur. *Pric.*

Tibiæ zygiæ] *Gigiæ* exaratur in Mss. Reg. Fux. Pith. Guelf. Oxon. D'Orv. item Edd. primis, Junt. pr. Bas. unde Sopingius quoque conjecit *Gygiæ* a *Gyge*, Lydorum Rege, quod excusum est in Ed. Beroaldina: vel *Phrygiæ*, quod et in mentem venit Meursio in Spicil. ad Theocr. Id. XX. p. 144. Verum tibiarum quidem funebrium origo debetur Lydis vel Phrygibus, ut hoc ipso loco docet Auctor, et Colv. ad Florid. N. 3. Modius lib. I. Misc. cap. 13. at inde non sequitur hic ita legendum. Contra potius primo loco debet mentio fieri læti cantus, et nuptialis; sed qui 'mutatur in querulum,' sicut subditur, 'cantus lætus Hymenæi lugubri finitur ululatu.' Alioquin inepte et sine sensu verbum *mutari* adhibuisset, cum *effundit querulum*, vel simile ipsi dicendum esset. Eadem ratio est, cur non admitti possit aliorum conjectura *gigrinæ* vel *gingrinæ*; quod est genus tibiæ lugubris et exiguæ, de qua adi notas ad Festum. Verissime emendatum censeo a Beroaldo, *zygiæ*. Creberrime enim Z et G in Mss. confunduntur. Ad hæc sic videtur esse in Pal. Bert. Florent. ac bene ceteri Edd. sunt secuti, sive *socialis* et *conjugalis*: quomodo hinc Dii omnes, nuptiarum præsides, ζύγιοι sunt vocati: quorum pleni sunt Veterum libri. Vide ad Hesych. et ad lib. VI. p. 112. 'Juno, quam Oriens Zygiam adpellat.' Adposite Ovidius Ep. XII. vs. 139. 'Tibiaque effundit socialia carmina nobis, At mihi funesta flebiliora tuba.' Porro quid velit Barthius lib. VI. Advers. cap. 13. legens *lygio*, a sono videlicet conjugii, non capio. Forsan voluit *zygius*. Oud.

In q. Lydii modum] In Floridis (N. 1.) 'sive tu velles Æolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum.' Plato de Rep. lib. III. fol. 398. Τίνες οὖν θρηνώδεις ἁρμονίαι; λέγε μοι. σὺ γὰρ Μουσικός. μιξολυδιστὶ, ἔφη, καὶ συντονολυδιστί. *Elmenh.* *Lydii modum* est, ut videtur, in Reg. Flor. et Edd. Vett. item Elmenh. et Scriv. At *Lydium modum* edidere Wower. Pric. Flor. citatque Barth. lib. VI. Advers. cap. 13. In Ms. D'Orv. est *ludimodum*. Guelf. sec. *lidimodum*. Pal. lectionem *Lydium cantum* firmare quis posset e lib. X. p. 235. 'Jam tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant.'

Sed nullum mihi est dubium, quin simpliciter sit legendum *Lydium*, cum Fux. Bert. Pith. Oxon. et Guelf. pr. vocesque *modum* et *cantum* esse subdititias, et glossatoris. Præterquam enim, quod hic e præcedentibus posset subintelligi *sonum*, Auctor cum aliis solet modorum genera adpellare substantivo expresso, ut in Florid. loco, per Elmenh. citato, item lib. x. p. 234. 'Tibicen Dorium canebat bellicosum:' ubi vide Comment. item in Elmenh. Indice. Adde Athen. lib. xiv. Deipnos. p. 635. Ed. Cas. Etym. M. V. Ἀσιάτις. De Lydio querulo et Dorio bellicoso consule omnino Plutarch. in Mus. tom. II. p. 1136. et Salm. ad Solin. p. 84. *Oud.*

Cantusque lætus Hymenæi] Dio Tharsiaca I. fol. 410. Ὑμέναιος ἴδιόν τι μέλος ἐστὶν ἀρχαῖον ἐπὶ τῶν γαμούντων. Vide omnino Tzetzen Chiliad. 13. Histor. *Elmenh.*

Lugubri finitur ululatu] Achilles Tatius lib. I. p. 49. Τάφος μέν σοι, τέκνον, ὁ θάλαμος, γάμος δ' ὁ θάνατος, θρῆνος ὁ ὑμέναιος, ὁ δὲ κωκυτὸς τῶν γάμων οὗτος ᾠδαί. *Idem.* Vide Manil. lib. v. vs. 544. &c. *Oud.*

Nuptura deterget l. ipso suo fl.] In Palat. *nuptat.* Oxon. Guelf. pr. *nupta:* ut sumatur sensu proprio, seu *obtecta.* Placet magis vulgatum. Tum *deteget* prave est in Pith. D'Orv. Dein Edd. Vicent. Colin. *ipsa*, et *suo* deest Ed. Beroald. Ceterum in Fux. est *detergit.* Sed notandum est, Auctorem cum optimis quibusque prætulisse secundam conjugationem in hoc verbo, ut Apol. p. 5. Ed. Pric. 'Omnem gratiam corpore deterget.' Adi Giphan. Ind. Lucret. Comm. ad Horat. I. 7. 15. 'Albus ut obscuro deterget nubila cœlo Sæpe Notus.' Et sic Silius semper, ut lib. VII. 533. 'Detergere situm ferro.' Lib. XIV. 382. 'Detergent remos.' Quod e Colon. Ms. restituendum lib. VII. 344. 'cruorem Tergo detergent.' Vulgo *u.* Hinc nequaquam recipiendam censeo Heinsii conjecturam lib. I. 62. 'demergere fœdera ponto:' scribentis *detergere.* Immo nec placet, quod contra Mss. O. reponant in Livio lib. XXXVI. 44. 'ab utroque latere remos detergunt.' Dixisset, ni fallor, Livius *detergent.* Sed rectum est, quod dant Mss. *distringunt*, sive diffringunt, dissecant; vel, si vis, *destringunt:* sive abradunt. Adi Cuper. Obs. lib. IV. cap. 5. Drak. ad Liv. lib. VIII. cap. 7. Sic apud Senec. Ep. 47. 'Alius sputa detergit:' ex Mss. tribus Leidd. scribendum *deterget.* Claudian. I. in Entrop. vs. 268. 'dum talia fatur, ineptas Detergit lacrymas.' Mss. duo Leidd. *deterget.* Lib. II. 375. 'teneros detergunt stamine fletus.' Leidd. tres, *detergent.* In Cons. Mallii Theod. vs. 191. 'fœdo detergis secula victu:' vetustiss. Cod. *deterges.* Hinc dubito, an recipiendum *tergeret* in tertia conjugatione apud eumdem Præf. lib. I. in Rufin. 'sanguineis tangeret astra jubis.' Certe non apud Lucan. lib. V. 642. 'Nubila tanguntur velis:' ubi Cortius, Heinsium quasi sequens, legit *terguntur*, bene depexus a Burmanno, licet sciam, *tergit* et *terget*, *tergunt* et *tergent*, indifferenter in Mss. occurrere, ut Ovid. Ep. XXI. 166. Vide Heins. ad Virg. VII. Æn. 626. Sed velim mihi ostendi *tergat* et *tergere* vel *tergi* apud Poëtam. Semper etiam dicitur 'abstergeri, 'pertergeri,' ut e Mss. multis reddendum quoque Valerio Max. l. II. c. 4. 'spongia sua corpora pertergeri.' *Idem.*

Sic affectæ domus triste fatum cuncta civitas congemebat] Τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα Ἴσασι πάντες ὧν ἐπιστροφή τις, &c. ut est apud Euripidem. Tyrtæus: Τὸν δ' ὀλοφύρονται μὲν ὅμως νέοι ἠδὲ γέροντες, Ἀργαλέῳ τε πόθῳ πᾶσα κέκηδε πόλις. *Pric.*

Luctuque publico confestim congruens edicitur justitium] Sidonius II. 8. 'Decessit nudius tertius non absque jus-

titio matrona Philimatia.' Ammianus lib. XIX. 'Indicto justitio juvenis, &c. lugebatur.' Fronto apud Fulgent. Planciadem: 'Denique plebi justitium indicitur.' Lucanus: 'Ferale per urbem Justitium, latuit plebeio tectus amictu Omnis honos.' Ovidius ad Liviam, ubi de Druso mortuo: 'Urbs gemit, et vultum miserabilis induit unum, Gentibus adversis forma sit illa precor, &c. Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges, Aspicitur toto purpura nulla foro.' *Idem.*

Misellam Psychen] Rom. et Bert. *Milesiam.* Elmenh. Sic et Vicent. cum Cod. Pith. Hinc et *necess. Milesia*, oraculi scilicet, conjecerat Beroaldus. Nam sane nusquam dixit Auctor puellam fuisse *Milesiam;* et Latine non debuerat tum respondisse Apollo Milesius. At idem *misellam* bene reposuit: ut dant ceteri Mss. Passim Psychen ita vocat Auctor, ut lib. V. 91. 105. VI. 123. *Parenti* vitiose in Edd. Ber. Bas. pr. *Flagitabat* Pith. *Oud. Misellam Psychen ad destinatam pœnam efflagitabat*] Infra lib. VII. 'Destinatam sectionem meam flagitat.' *Pric. Milesiam*] Legendum videtur *misellam*, quod epitheton Psychæ cum primis convenit: vel lege, *necessitas Milesia*, ut ad sortem oraculi Milesii referatur: necessitati autem, quam nec Deus quidem superat, parendum esse, præcipiunt Plato et Plotinus. Parcas ἀνάγκης, id est, Necessitatis filias dixere: proverbium Græcum est, dignum scitu memoratuque, ἀνάγκην οὐδὲ θεοὶ μάχονται, id est, adversus necessitatem nec Dii quidem pugnant. *Beroald.*

PAG. 87 *Vivum producitur funus*] Prave Oxon. Guelf. ambo, *perducitur*. De 'vivo funere' vide hic Pricæum, et Comment. ad Curt. lib. V. c. 12. 'digredientem velut a rogo intueretur.' Quæ ibi Mss. lectio nequaquam est mutanda, cum Acidalio et Trillero lib. I. Obs. c. 12. in 'a tergo,' 'a rege,' 'vultu riguo:' quod non est Latinum, nec continet malum omen, Curtii scopum. *Oud. Toto prosequente populo vivum funus producitur*] Lib. VIII. 'Funus, toto feralem pompam prosequente populo deducitur ad sepulturam:' et IX. 'Frequente prosequente comitatu tradunt sepulturæ.' *Vivum funus* elegantissime. Cyprianus de se ad bestiarum pugnam objicientibus: 'Viventes in ultroneum funus ornantur.' Manilius de Andromeda (ut et Psyche) rupi affigenda: 'Virginis et vivæ rapitur sine funere funus.' Rutilius Numatianus: 'Perditus hic vivo funere civis erat.' Apud Quintilianum IX. Declam. 'Sonabant clangore ferali tubæ, illatisque Libitinæ toris ducebatur funus ante mortem:' et Senecam Controvers. VII. 4. 'viva cadavera.' Supra hic lib. I. 'Semimortuus, immo ipse mihi supervivens et postumus.' *Pric.*

Comitatur non nuptias, sed exequias suas] Seneca Controvers. VI. 6. 'Versæ sunt in exequias nuptiæ, genialisque lectus mutatus est in funebrem.' Tacitus de Poppæa Annal. XIV. 'Huic primus nuptiarum dies loco funeris fuit.' Noster Florid. III. de Philemone: 'Comœdiam ejus prius ad funebrem facem, quam ad nuptialem venisse.' *Idem.*

Dum mæsti parentes, &c. nefarium facinus perficere cunctantur, &c.] Lib. V. 'Jam tum facinori manus admovens, adhuc incerta consilii titubat, multisque calamitatis suæ distrahitur affectibus.' *Idem. Tanto malo perciti*] Contra lib. V. 'Tanto bono percita.' *Idem.*

Quid infelicem senectam fletu diutino cruciatis] Non *vos*, sed *senectam vestram.* Terent. V. 3. Andr. 'Cur meam senectutem hujus sollicito amentia?' ubi Donatus: 'Non, me, sed meam senectutem: quod plus est et miserabilius.' *Idem.*

Quid spiritum vestrum, qui magis

meus est, crebris ejulatibus fatigatis] Paulus Act. 21. 13. Τί ποιεῖτε κλαίοντες καὶ συνθρύπτοντές μου τὴν καρδίαν; quo loco adnotata consule. Æneid. IV. 'Desine meque tuis incendere, teque querelis.' In Eunucho Terent. I. 2. 'Ne crucia te obsecro, anime mi:' ubi Donatus: 'Eo gestu dictum, quasi in eo etiam ipsa crucietur.' Seneca Epist. CIV. de Paulina sua: 'Cum sciam spiritum illius in meo verti.' *Idem.*

In vestris oculis] Perperam *in* exsulat ab Ed. Floridi. pag. 83. 'in humanis vultibus Deæ numina placantur.' Et passim. Vide ad Flor. lib. II. 8. 13. III. 7. 'In Cassio suum animum perdidisset.' Ovid. II. Met. 362. 'nostrum laniatur in arbore corpus.' *Oud.*

Quid caniciem scinditis? quid pectora, &c. tunditis] 'Pectora quid pugnis fœdatis, et unguibus ora?' Lucianus in Meretric. dialog. Ἐσπαράττη τὰς κόμας, καὶ τὰ στέρνα ἐτύπτετο. *Pric.*

Gens et populi] Vulgatum ante Elmenhorstium *gens* posset firmari ex Avieno Descr. Orb. vs. 1333. 'multæ denique gentis Absolvam populos.' Sed rectius Elmenh. e Mss. quibus tum aliorum, tum mei, Pith. D'Orv. Oxon. Guelf. uterque, Par. Flor. consentiunt, ceterique Editores prætulerunt *gentes.* In Oxon. *et gentes et p.* Non male. Perperam enim Cl. Withovius in Encæn. p. 63. negavit, *gentes* et *populos*, minores gentium partes, jungi. Sic enim copulantur Ciceroni de Leg. lib. II. c. 13. pro Marc. c. 2. Justino lib. VII. 1. VIII. 6. Lucano sæpe. Vide ad lib. VI. 442. 'Tot populis, tot surdas gentibus aures.' Lib. X. 31. 'Percuteret pariter populos, et sidus iniquum Gentibus.' Ad hæc in Guelf. pr. a m. s. exaratur, *et g. et p.* Oud.

Tunc dolere, tunc flere, &c. debuistis] Hannibal apud Livium: 'Tunc flere decuit cum adempta nobis arma,' &c. Curtius lib. VII. 'Tunc demens lacrymare debueras, cum equo calcaria subderes.' *Pric.*

Sentio et video] Catullus: 'Sed facere, ut quivis sentiat et videat.' *Idem.*

Ducite me, et cui sors addixit scopulo sistite] 'Nulla mora est, sequor, et qua ducitis, adsum.' Macaria virgo apud Euripidem: 'Ἡγεῖσθ' ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε, Καὶ στεμματοῦτε, καὶ κατάρχεσθε, &c. *Idem.*

Festino felices istas nuptias obire] Sic in lib. VI. ff. de appell. de damnato: 'Perire festinans.' Apprime ad hunc locum faciunt Pacati in Panægyrico ista: 'Magno pectoribus humanis, atque adeo maximo lux amori, interitus horrori est: sed quatenus aut ista optari potest, aut ille vitari; at, si ultima supra caput steterit hora, et venerit dies nunquam reversurus, ac se confessa mors fuerit, non timentur extrema cum certa sunt. Hinc reorum usque ad damnationem metus, postea attonitus stupor, et ex desperatione securitas: et ad locum supplicii voluntaria, carnifice non trahente, properatio.' *Idem.*

Quid detrecto v.] Mss. D'Orv. Oxon. Guelf. pr. *detracto*, ut passim est in libris veteribus, uti *contracto*, et similia, de quibus alibi. Vide et Drak. ad Liv. l. XXXIV. 15. Wass. ad Sallust. B. Jug. c. 57. 'Bonos detractant.' Pal. *detecto.* Edd. Junt. pr. Ald. *trecto.* Oud. *Quid differo? quid detrecto? &c.*] Apud Senecam Octavia: 'Quid jam frustra miseranda moror? Rapite ad lethum.' *Pric.*

Sic profata virgo, conticuit] Lib. III. 'Sic profatus accusator, &c. vocem repressit.' *Idem.*

Tædasque nuptiales] Restitui quod est in Mss. O. et Edd. præterquam Wow. Elmenh. Pric. Flor. e conjectura Scioppii. Mihi legendum videtur: *deserunt, tædas* quoque *nuptiales, quibus præluxerant* (Oxon. *luxerant*) *ibidem, &c. relinquentes.* Sic omnia

placidissime procedunt. *Quoque* millies abiisse in *que*, ubivis notarunt docti Interpretes, et aliquoties ego ad Sueton. *Præluserant* Guelf. sec. Oud.

Dejectis capitibus domuitionem parant] Doctorum virorum egregiam restitutionem confirmant plane membranæ D'Orv. Neque opus esse, ut post *tædas* ejiciamus *que*, cum Scioppio, vel deleamus *ita*, cum Schotto et Ed. Scriverii, patet ex ante dictis, et restitutione τοῦ *que* in *quoque*. Edd. ante Wowerium carentes τοῖς *choragio itaque perf.* itemque Elmenh. Scriv. Flor. non habent quoque *que* post *dejectis*. Sed agnoscit etiam Paræanus, omissis quamlibet prioribus tribus vocibus. Ald. *deictis*. De *choragio* autem, sive apparatu scenico proprie, consule etiam l. II. p. 34. 'momento choragii funebris.' Munck. ad Fulg. Myth. l. III. c. 6. ubi legitur *jamque*. Barth. Advers. l. XXXVI. c. 13. Philandr. ad Vitruv. l. V. c. 9. *Domutionem* male in Palat. *Idem.*

Clade defessi] Putat Pricæus, legendum *clade fessi;* quia simplex *fessus* ita sæpe occurrit; ejusque exemplis innumera possent addi. Sed si simplex, cur igitur non compositum? quum *de* nihil nisi significationem augeat. Vide ad pag. 82. 'tristitie animi damnisque ceteris delassatum iri.' Septim. de B. Troj. II. 31. 'pernicie defessi exercitus anxius.' *Idem.*

Abstrusi tenebris] Bert. *absconsi*. In luctu domi se continebant. Plin. l. IX. Epist. 13. ad Quadratum: 'Mitto ad Anteiam: rogo, ut veniat, quia me recens adhuc luctus limine contineret.' *Elmenh.* Ibi vide plura. Bert. Cod. lectio est glossa. Adi Cl. Arntzen. ad Plin. Paneg. c. 45. 'bonos otio aut situ abstrusos.' Et passim. Corrigendus Vitruv. l. III. c. 2. 'Valvarum adspectus obstruitur columnarum crebritate.' Lege e Mss. duobus, Voss. Franek. *abstruditur*. Sic 'terra,' 'veritas abstrusa,' &c. *Oud.*

Et miseri quidem parentes ejus, &c. clausæ domus abstrusi tenebris, &c.] In fragmentis Petronianis: 'Orbique parentes, &c. Afflicti vitam in tenebris luctuque trahebant.' Ovidius Remed. Amor. II. 'Nec sit tua janua clausa, Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.' Seneca Epist. CXIII. de Alexandro: 'Modo occiso amico, modo amisso, jacebat in tenebris, &c. mœrens.' Infra lib. VIII. de Charite: 'Tenebris imis abscondita, jam cum luce transegerat.' Sallustius Jugurth. 'Cæteri clausi in tenebris cum mœrore et luctu morte graviorem vitam exigunt.' Apud Quintilianum XII. Declam. 'Fletus inde, et desperatio, et lucis odium:' et Nostrum de Thrasyllo: 'Valvis super se diligenter obseratis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum.' *Pric.*

Tanta clade defessi] Sic 'calamitatum lassitudinem' Quintilianus in Declamationibus dixit. In Nostro *clade fessi* legendum videtur: τὸ *de* ex mediæ vocis fine irrepsisse credo. Seneca Thyeste: 'Malisque fessos gravibus,' &c. Claudianus: 'Et quamvis gemina fessum jam clade fugarit.' Nec aliter sæpe Tacitus, quo frequentius Noster neminem imitatur. Virgilius I. 'Fessi rerum:' ubi Servius: 'Dicimus, fessus animo, et, fessus corpore (quod magis proprium est): et, fessus rerum a fortuna venientium:' repone, *Dicimus, fessus corpore, et fessus animo, (quod magis proprium est,) &c.* Idem ad Æneid. VIII. 'Corpore fatigatum dicimus, animo vero fessum,' &c. Onomast. vetus excellentissimum: 'Fessus, ἀπειρηκώς.' *Idem.*

PAG. 88 *In ipso scop. vertice deflentem*] *Ipso* abest a Palat. Et nescio quid elegantiæ hic vel virium habeat. Forsan ex alia voce est corruptum. Dein Sopingius conjecit *vertice se defil.* Ac sane nusquam utitur Auctor verbo *deflere,* nisi juncto Accusativo casu. Sed alii tamen adhibuerunt

neutraliter pro valde flere; uti hic sumi posset. Justin. l. XVIII. c. 4. 'Tunc deflens ipsa lugubri voce Acerbam ciet.' Sic leg. e Mss. Septim. de B. Troj. l. III. c. 9. 'Tum apud Trojam circa Sarpedonis cadaver cunctis deflentibus, ac præcipue feminis:' et alibi. Confer Wopkens. in Miscell. Obs. Nov. vol. I. t. II. p. 53. Alia quoque verba neutraliter posita vide ad l. I. p. 14. 'Eum vitalis color turbaverat.' Verum adtentius locum consideranti succurrit, Psychen induci a Nostro, ut *lacrimosam* quidem ante ipsam feralium nuptiarum exsecutionem, sed dein luctus fletusque inhibentem. Hinc unice mihi placet Codicum Palatini et Guelf. sec. scriptura, *in ipso scopuli vertice defluentem*, id est, liquentem, deficientem, ac delabentem, exanimis instar. Quo facit, quod sequitur, 'sensim levatam.' Passim in defectu virium 'corpus ad,' vel 'in terram defluere' dicitur. Et de hoc verbo consule Drak. ad Liv. l. XLI. 15. 'jecur defluxisse.' Abest *deflentem* a Fux. *Oud.*

Molliter spir. Zephyri] Simile quid accidit Iolæ, cum se præcipitem daret de muro Œchaliæ, ut Plutarchus ex Nicia Maleote in Parallelis fol. 308. notat. *Elmenh.* T. II. Ex. 13. Ad oram hæc adleverat Lindenbrogius. Addit ibidem Plutarchus Clusiam ex Theophilo. Vide ad Ovid. Ep. XV. 177. *Oud.*

Vibratis] Flor. *vibrantis.* Elmenh. Item D'Orvill. ex more librariorum, ubivis *n* inserentium. Markland. ad Stat. Silv. l. v. c. 2. vs. 102. mallet *libratis.* Pravo sane judicio. Passim *vibrari* Noster cum aliis dicit ea, quæ celeri motu quassantur. *Levatam* Oxon. Guelf. pr. *levata.* Corrupte. Val. Flacc. VI. 748. 'Ille super socias clementi turbine gentes Erigitur.' *Oud.*

Per devexa excelsæ vallis subditæ] Floridi notatur interpretatio; et recte. Nam ut 'altitudo,' 'fastigium,' 'vertex,' de profunditate sumatur, de quibus dixi ad p. 85. et Cæsar etiam scripserit lib. I. B. Civ. c. 6. 'transcendere valles,' (ubi vide) quia iis semper continui sunt montes, non inde tamen sequitur, 'excelsum' etiam pro 'profundo' poni. Præterea quid erit 'excelsa vallis subdita?' Corruptum hoc sine dubio. Sed bene sit librariis Codd. Florent. Bemb. Regii, Fux. Guelf. utriusque, et Pareani, qui lectionem unice veram servarunt: *per devexa rupis excelsæ, vallis subditæ fl. c. gremio d.* Fulg. l. III. Myth. c. 6. 'puella per montis declivia Zephyri flantis leni vectura delapsa.' Infra l. VI. p. 118. 'insistentem celsissimæ illi rupi montis ardui verticem.' Psyche leniter, 'per devexa rupis altæ' delapsa est in 'gremium cespitis, florentis in valle,' quæ ei rupi erat subjecta seu subjacens. Vel potius construe: 'in gremium subditæ vallis cespitis florentis,' sive quæ prædita et vestita erat florenti cespite. In Guelf. pr. *devexæ.* Forsan quoque olim fuerat, *florentisce cesp.* pro *florentisque.* Elegantius certe clariusque ita scriptum fuisset. L. v. ait pag. 104. 'super ripam florentem herbis exposuit.' Fux. *subitæ.* Idem. *Florentis cespitis gremio leniter delapsam reclinat*] Seneca cap. 32. ad Polybium de Nerone: 'In præceps' (me) 'euntem, divinæ manus usus moderatione, deposuit:' id est, 'leniter reclinavit.' Curtius lib. VIII. de Bucephalo: 'Multis vulneribus confossus deficiensque procubuit, posito magis Rege quam excusso.' Quintilianus XVII. Declam. 'Strictos circa collum laqueos aut nexus aut ipsius corporis ruina decepit: rotatos per abrupta mollis jactus explicuit.' Virgilius, ubi de Turno se in flumen projiciente: 'Ille suo cum gurgite flavo Accepit venientem, et mollibus extulit undis.' Seneca Præfat. lib. III. Naturalium: 'Nunc cum

maxime Deus alia exaltat, alia submittit: nec molliter ponit, sed ex fastigio suo, nullas habitura reliquias, jactat.' *Pric.*

METAMORPH. LIB. V.

Hic quintus liber continet Psyches domicilium, Cupidinis amorem, sororum Psyches visitationem: earundem subsequitur invidia, cujus impulsu Psyche credula, maritum Cupidinem vulnusculo percutit: ex quo devoluta e culmine beatitatis, fit ærumnosa, quam Venus infesta atrociter exagitat. Tandem, post multiplices exhaustas ærumnas, fit conjunx sui Cupidinis. Nuptiæ celebrantur in cœlo inter cœlicolas. *Beroald.*

In ipso toro roscidi graminis suave recubans, &c.] Ovidius: 'Proque toro, terræ, non semper gramen habenti, Incubat.' Virgilius: 'Viridante toro consederat herbæ:' ubi Servius: 'Verbum de verbo: nam torus a tortis herbis dictus est.' *Pric.*

Dulce conquievit] Zeno Veronensis Serm. Attende tibi: 'Fœcundi cespitis viridantes et herbidi tori, &c. in quibus dulces et salubres somni nullis curarum morsibus effugantur.' Claudianus: 'Heic mollis panditur herba, Sollicitum curis non abruptura soporem.' Philostratus I. 4. de Apollonii matre: Εἰς ὕπνον ἀπήχθη κλιθεῖσα ἐν τῇ πόᾳ. *Idem.*

Lucum proceris et vastis arboribus consitum] Lib. VIII. 'Pervenimus nemus quoddam proceris arboribus consitum.' *Idem.*

Fontem vitreo latice placidum] In Regio, Guelf. pr. Edd. Ber. Bas. sec. Colv. Vulc. Wow. Pric. est *placidum;* dubitatque Pricæus, quid præferat, proferens ex lib. I. p. 14. 'In speciem placidæ paludis ignavus ibat.' Sed locus is non magis huc pertinet, quam ille Virgil. Ecl. II. 26. ab Elmenhorstio citatus. *Placidum* bene dicitur æquor et flumen, cum aquis immotum stat, sicut et palus, vel leniter fluit. Vide Cerdam ad l. Virg. locum, et passim poëtas. Neutrum convenit fonti scaturienti, et in receptaculo limpidissimas aquas ostentanti. Ad hæc præcedit *placido.* Verissima igitur est lectio a ceteris Mss. et Edd. confirmata, *perlucidum,* sive 'vitro æmulum in colorem,' ut ait Auctor lib. I. pag. 14. probata quoque ab N. Heinsio ad Ovid. Epist. XV. 157. 'Est nitidus, vitreoque magis perlucidus amni Fons.' Sil. lib. IV. 87. XIV. 228. 'Et perlucentem splendenti gurgite Achaten.' Sen. de Tranq. An. cap. 1. 'perlucentes ad imum aquas:' et ad Marc. c. 17. 'fontem perlucidi ad imum stagni:' ac crebro poëtæ aquæ puræ dant *splendorem,* pro rei natura. Græci aiunt et διαυγὲς et διαφανὲς ὕδωρ. Sed et Auctor ipse lib. IX. pag. 179. 'Vas aquæ perlucidæ, de proximo fonte petitæ.' Horat. lib. I. O. 18. f. sed in alia re: 'Vitro perlucidior.' Scribi solet in Codd. *p̄lucidum.* Hinc, non animadversa lineola, fecit librarius *placidum.* In Ed. Bas. est *placitum.* Sed male. Non enim mens Auctoris adhuc est dicere, quid placuerit Psychæ, sed simpliciter loci topographiam elegantem depingere. Millies *placidum* et *placitum* confundi, quis ignorat? *Perlucide* Guelf. sec. *Oud.*

Medio luci meditullio] Sic habent Mss. O. Prima vox suspecta tamen

est, nec injuria, Pricæo. Quid si hic potius, quam supra, scripserit Auctor, *in ipso:* ut lib. VII. pag. 146. 'Oneris in ipso meditullio:' ubi *ipso* exsulat a nonnullis. Lib. X. pag. 234. quæ citavit Pricæus, item lib. III. in f. 'in ipso fere meditullio pilæ.' Lib. XI. pag. 256. 'In ipso ædis sacræ meditullio.' Ac crebro *τὸ in ipso* inculcat Auctor. Nihil temere tamen mutes. *Idem.* *Fontem vitreo latice perlucidum medio luci meditullio*] Ovidius: 'Stat vetus, et multos incædua sylva per annos, &c. Fons sacer in medio:' quæ vox postrema fortasse ex Appuleio expungenda: infra enim VII. 'oneris in ipso meditullio:' et X. 'in ipso scænæ meditullio' dixit. An vero 'medium meditullium' est quod supra lib. II. 'libratam loci medietatem' vocat? *Perlucidum* est et in Oxon. Cod. et Vicentiæ edito libro: sic infra IX. 'Vas aquæ perlucidæ:' in aliis *placidum:* ut supra lib. I. 'Fluvius in speciem paludis placidæ ignavus.' *Pric.*

Jam scies] *Scires* ediderunt Scriv. Pric. et Flor. ex emendatione Piccarti Per. Crit. cap. 8. et Gruteri lib. VIII. Susp. c. 2. Ovid. lib. I. Met. 162. 'Scires e sanguine natos.' v. 23. 'Scires a Pallade doctam.' Vell. lib. II. c. 80. 'Scires, quid interesset inter duces.' Petron. c. 91. 'Scires non libenter servire:' ubi vide Erhard. et Burm. ac supra laudatos. Lib. IV. pag. 73. *Cerneres.* Verum nullus codex favet. Sed Oxon. Guelf. Reg. Fux. Pal. D'Orv. Par. præbent *sciens,* et in iisdem est *se* pro *te,* probante Pricæo. Sed tunc deficit verbum. Durissimum enim hic videtur *erat* subintelligi. Malim hinc cum viro docto ad Marg. Ed. Junt. post. emendare, *jam scias,* sive scire possis. Flor. lib. II. cap. 16. 'Quantas opes cremaverit, hinc scias.' Et sæpissime in his vel præsens vel imperfectum Subjunctivi ponitur, pro quo tamen et Auctor noster non sprevit forsan Indicativi futurum. Adi, quæ diximus ad lib. II. pag. 23. 'Credes,' &c. uti pro *credas* vel *crederes* est in Mss. et Edd. O. Cave tamen, ne vulgatum defendas loco lib. III. p. 53. 'Jam scies omnem domus nostræ statum.' Ille enim ad hanc formularem locutionem non pertinet. Crebro hoc *jam scies* est apud Minuc. Fel. ut c. 17. 33. Ceterum *deversorium* rursus edidi pro *div.* Oud. *Jam scires ab introitu primo Dei cujuspiam luculentum et amœnum videre te diversorium*] Ita plerique editi: in nonnullis *scies:* optime Oxon. Ms. *Jam sciens, &c.* (Psyche scilicet) *videre se diversorium.* Virgil. Æneid. I. 'Nympharum domus,' &c. ubi Servius: 'Talis locus est ut credatur domus esse Nympharum.' *Pric.*

Laquearia citro et ebore c. cavata] Nequaquam quid est mutandum contra Mss. De 'argenteo cælamine' statim sequitur. Intelligit tecta ex citro et ebore in curvitatem formata, sive convexitatem, ut in templis et palatiis (Luc. X. 12.) seu cameram citream et eburneam arcuatam. Quomodo 'speluncarum concava' Ciceroni de Nat. Deor. lib. II. c. 39. et 'saxa concava' Virgilio lib. V. Æn. vs. 677. ac 'concavum palati' Lactant. de Opif. Dei c. 10. quod aliis 'antrum' et 'camera palati.' Vide Bunem. ad § 17. ut contra aliquando *convexum* dicitur pro *concavo;* de quo ad Lucan. lib. IX. 502. Virg. Æn. X. 515. 'convexo in tramite silvæ.' Proprie lib. II. pag. 33. 'Succinum mire cavatum in lapides.' In Guelf. pr. *citro debore curioso.* Ox. a m. pr. *citro de ebo.* Oud. *Summa laquearia citro et ebore cavata subeunt aureæ columnæ*] Ovid. de Solis regia: 'Sublimibus alta columnis, Clara micante auro:' et statim: 'Cujus ebur nitidum fastigia summa tegebat.' Propertius: 'Quod non Tænariis domus est mihi fulta columnis, Nec camera auratas inter eburna trabes.'

Nec *ebore* domus ista, sed et *citro* cavata. Cant. Cantic. I. 16. 'Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.' 1 Reg. VI. 18. Ὠκοδόμησε τοὺς τείχους τοῦ οἴκου ἔσωθεν διὰ ξύλων κεδρίνων, ἀπὸ τοῦ ἐδάφους, &c. ἕως τῶν δοκῶν. *Pric.*

Bestiis et id genus pecudibus occurrentibus ob os introëuntium] Firmicus VIII. 10. 'Erit quoque vinearum amator et cultor, &c. vel qui buxeas arbores tondens, in belluas fingat.' *Idem.*

PAG. 89 *Mirus prorsum magnæ artis homo, imo semideus, vel certe Deus*] Certo certius voces illæ uncis a Wowerio jam et Pric. inclusæ, *magnæ artis*, pessime huc irrepserunt ex seq. versu, 'magnæ artis subtilitate:' ac vere ejiciendas eas monuit Gruter. lib. VIII. Susp. cap. 2. e conjectura, non vero Pal. Cod. Nam ad marginem Ed. Colv. ipse Gruterus notavit, non has voces, sed *certe* illic deesse, sicuti τὰ *vel certe Deus* desiderantur in Cod. Par. Ac sane non minus mihi sunt suspectæ. Nam nusquam *certe* sic adhibet Auctor pro 'revera,' sed 'saltem:' unde, si sanæ sint, certe sunt transponendæ: *immo Deus, vel certe semideus;* quod et in mentem venit Cl. Wasseo, et emendavit Ampl. ac Consultissimus Senator, Paauwius in Observ. Jur. p. 89. Vide ad lib. VI. p. 111. 'ira mitigetur, vel certe vires leniantur.' Ceterum *magnæ artis* jam desunt quoque Edd. Scriv. et Floridi. *Magna* notatur ab anonymo, f. Tollio, esse in Ms. *Prorsus* est in Mss. Palat. Oxon. D'Orv. *Oud.* *Mirus prorsum, &c. homo, &c.*] Propertius: 'Quicunque ille fuit primus qui protulit enses, Nonne putas miras hunc habuisse manus?' *Pric.*

Imo semideus, vel certe Deus, qui magnæ artis subtilitate, &c.] Theocritus de textilibus: Ὡς χαρίεντα! θεῶν περονάματα φάσεις. Apud Scriptorem ad Hebræos: Πόλις ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ θεός. Eustathius Ἐρωτ. I. Ἀπάνθ' Ἥφαιστος ἐχαλκούργησε, καὶ Δαιδάλου χεὶρ ἐτεχνούργησεν. Theodoretus IV. περὶ Προνοίας· Οἰκίαν ὁρῶντες ἱκανῶς μάλα γεγενημένην, καὶ στεῤῥᾶς κρηπῖδος ἐρερεισμένην, εὖρός τε καὶ μῆκος ἔχουσαν, καὶ ὕψος τὴν πρὸς ταῦτα διασώζον ἀναλογίαν, &c. καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τὰς τοιαύτας οἰκίας λαμπρύνειν φιλεῖ, εὐθὺς τὸν τεχνίτην θαυμάζομεν, καὶ τὸν οὐ παρόντα ζωγραφοῦμεν τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὴν ἐκείνου τέχνην πᾶσαν ἐκείνης τῆς εὐπρεπείας τὴν εὐμορφίαν ἀναφέρομεν. Et post: Ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως τὸν γενεσιουργὸν θεωροῦμεν· λογιζόμεθα γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως, εἰ τηλικοῦτον τῶν ποιημάτων τὸ μέγεθος, πηλίκος, ὁ ποιητής, &c. *Idem.*

Tantum efferavit argentum] Primo pro *tantum* in Ed. Vet. est *tamen:* unde G. Vossius conjecit *tam* sive adeo. Sed *tantum* præstat, sive totos parietes argenteo cælamine tectos. Tum *efferavit* constanter retinent Mss. et Edd. primæ ac Junt. pr. nisi quod *effetavit* sit in Oxon. et Guelf. pr. a m. pr. Nam a sec. m. illic exaratur *effocavit*, cum gl. *evacuavit.* Male Beroaldus, qui vulgare recte exponit, 'varias ferarum expressit formas,' e conjectura supposuit τὸ *effigiavit*, seqq. Aldo, Junt. post. Colin. Bas. Wow. Pricæo, quos pluresque bene confutavit N. Heinsius, ne alios nominem, ad Valer. Flacc. lib. II. vs. 661. Atque ita Stat. lib. III. Achill. 19. 'raptum Superis Mars efferat aurum.' Atque ita feræ figuram indutus dicitur ἐκθηριώσας αὐτὸν Longo Past. lib. I. pag. 14. Ed. M. Tandem perperam Lipsii conjecturam recepere contra O. Mss. et Edd. Vett. Colvius, Vulcan. Elmenh. Scriv. Nihil est 'efferare argumentum cælamine.' Quin et *argumentum* dicitur opus, in qua historici vel fabulosi aliquid cælatum vel intextum est: ut patet notis ad Propert. lib. III. 7. 13. Hic ait simpliciter, argenteos parietes, bestiis et id genus pecudibus in-

signitos, earumque picturis variegatos, ut dicit lib. XI. fuisse. *Oud.* *Tantum efferavit argentum*] *Efferavit*, in speciem ferarum formavit. Vide Firmicum paulo supra adductum. Scripturam hanc habet et Oxon. Ms. cum edito Vicentiæ libro: prætulerim tamen cum Beroaldo *effigiavit*, eoque id magis, quia vox 'artis' præcessit: sic 'statuas et imagines variis artibus effigiare,' in Apologia dixit. In vet. Onomastico: 'Effigio, εἰκονίζω.' Pro *argentum* Lipsius *argumentum*, multum Colvio laudante: cum tamen heic præcesserit, 'parietes omnes argenteo cælamine conteguntur:' et l. II. in non dissimili descriptione occurrat, 'vitrum fabre sigillatum, crystallum impunctum, argentum clarum, et aurum fulgurans, et succinum mire cavatum,' &c. *Pric.* *Efferavit*] Lego *effigiavit*: hæc enim purior mundiorque lectio est, ut *effigiavit* exponas, variis figuris simulacrisque effinxit argentum, ad ornamentum diversorii. Quod si legas *efferavit*, expone, in feras et ferarum imagines effinxit. Quod vero ait: 'homo, immo semideus vel certe Deus,' amplificatio est, qua per incrementum decenter crescit oratio. *Beroald.*

Lap. pretioso cæsim diminuto] Eleganter et erudite Casaubonus ad Sueton. lib. I. fol. 29. *Elmenh.* De Lithostrotis hic vario marmorum colore picturatis, sive sectilibus, quæ a tessellatis fuere diversa, adi etiam Pric. et Comm. ad Sueton. Cæs. c. 46. et talium pavimentorum egregia monumenta apud Montf. Supplem. Antiq. illustr. t. I. pag. 71. II. 39. IV. 148. &c. &c. In Pal. et Pith. Cod. quoque *deminuto*. Male. Adi ad Suet. Cæs. cap. 5. *Oud.* *Pavimenta ipsa lapide pretioso cæsim diminuto, &c.*] Philostratus II. 11. de Solis apud Brachmanas Templo: Τὸ δὲ ἔδος αὐτὸ μαργαρίτιδος σύγκειται ξυμβολικὸν τρόπον. Glossarium: 'Ψήφωσις, pavimentum.' In alio: 'Pavimentum, ψηφολογητὸν ἔδαφος.' Ennius: 'Pavimento, atque emblemate vermiculato.' 'Cæsim diminuto,' est 'minutim cæso.' Gellius XVII. 8. 'In olla una lentis Ægyptiæ, et cucurbitæ inibi minutim cæsæ.' *Pric.*

In varia picturæ genera discriminantur] Isidorus Orig. XIX. 14. 'Lithostrota sunt elaborata arte picturæ, parvulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores.' Seneca Epist. LXXXVI. 'Nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint; nisi illis undique operosa, et in picturæ modum variata circumlitio prætexatur.' Cassiodorus I. 6. ubi de marmorariis: 'De arte veniat quod vincat naturam: discolora crusta marmorum gratissima picturarum varietate texantur.' Statius in Vopisci Tiburtino: 'Solum, varias ubi picta per artes Gaudet humus, superantque novis asarota figuris.' *Idem.*

Iterum ac sæpius beatos] Quintilianus Declam. XIII. 'Iterum ac sæpius,' (Judices) 'admoneo,' &c. Synesius in de Providentia: Αὖθίς τε καὶ πολλάκις εἰρῆσθαι ἄξιον. *Idem.*

Super gemmas et m. calcant] Tuto hunc locum transiliunt Interpretes, ut sanum. Sed quæro, quis Latine dixerit, 'super gemmas' pro 'eas pedibus premere?' Quum id verbum sit mere activum, et 'calcare gemmas' sit dicendum; ut fit in omnibus exemplis a Pricæo, et Piccarto Peric. Cr. cap. 8. prolatis. Nec secus usus est Auctor semper: qui et pag. 94. ait in eadem hac fabula: 'jacent monilia, splendicant gemmæ, quantum passim calcatur aurum:' et lib. XI. p. 258. 'Calcas Tartarum.' Ad hæc an ille quæso toties beatus est, qui semel vel bis aut aliquando monilia calcat? Lege tu meo periculo, *qui semper gemmas et mon. calcant:* ut diserte exaratur in Cod. Oxon. si fides Excerptis Gronovianis. Certe sic libri sui margini e

conjectura quoque adlevisse video Cl. Burmannum. *Calcantur* Pith. *Oud.* *Qui super gemmas et monilia calcant*] Statius ubi supra: 'Dum vagor aspectu, vultusque per omnia duco, Calcabam necopinus opes.' Lucanus de Cleopatræ palatio: 'Totaque effusus in aula Calcabatur onyx.' Martial. 'Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.' Seneca de Tranquill. cap. 1. 'Jam domus etiam qua calcantur pretiosa.' Idem in de Ira III. 35. 'Qui nolunt domi nisi auro pretiosa calcare.' Iterum Epist. XVI. 'Ut terram marmoribus abscondas, et non tantum haberi tibi liceat, sed et calcare divitias:' et Epist. LXXXVI. 'Eo deliciarum pervenimus, ut nisi gemmas calcare nolimus.' *Pric.*

Domus sine pretio pretiosæ] Id est, supra omne pretium pretiosæ: sic 'auri damno pretiosum' infra lib. VI. Virgilius: 'Ignotum argenti pondus et auri:' ubi Servius: 'Aut quod ignorabat Dido: vel ad magnitudinem pertinet: tantum quantum nullus novit.' *Idem.*

Totique parietes solidati massis aureis, splendore proprio coruscant] Philostratus ubi supra: Οἱ δὲ τοῦ ἱεροῦ τοῖχοι πυρσοῖς λίθοις ὑπαστράπτει χρυσὸς, αὐγὴν ἐκδιδοὺς ἐοικυῖαν ἀκτῖνι. Josephus VIII. 5. de Hierosolymitano templo: Τοὺς δὲ τοίχους κεδρίνοις ἀναλαβὼν σανίσι, χρυσὸν αὐτοῖς ἐντετόρνευσεν, ὥστε στίλβειν ἅπαντα τὸν ναόν. Plinius Proœmio libri III. 'Alibi divitiis foditur, quærente vita aurum, &c. alibi deliciis, gemmis, et parietum digitorumque pigmentis:' et ibidem cap. 3. 'In parietes quoque, qui jam et ipsi tanquam vasa inaurantur.' In vet. Onomast. 'Solido, στεῤῥόω.' utitur Gellius II. 1. et Annal. XV. C. Tacitus. *Idem.*

Diem suum sibi domus faciat, l. sole nol.] Apprime huc facit Lucani locus lib. III. 410. 'non ulli frondem præbentibus auræ Arboribus suus horror inest:' ubi vide. *Oud.* *Ut diem suum sibi domus faciat*] Homerus Odyss. Θαύμαζον κατὰ δῶμα διοτρεφέος βασιλῆος, Ὥστε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν, ἠὲ σελήνης. Firmicus de Luna: 'Per noctem lucens hominibus, alterum pene diem facit.' *Pric.*

Licet Sole nolente] Corippus Africanus: 'Ædibus in mediis miro constructa paratu Extabat sedes, auro gemmisque superba: Lumen habens sine Sole suum.' Malmesberiensis lib. IV. 'Nos parum putamus actum, &c. nisi multicoloribus parietes picturis reniteant, et Solem ad lacunar sollicitent:' vide Apocal. 21. 23. et 22. 5. *Idem.* *Licet Sole nolente*] In Senecæ Hippolito: 'Etiam die nolente discutiam tibi Tenebras.' *Idem.*

Ipsæ valvæ fulgurant] Lindenbrogius ex corrupta Florent. Cod. scriptura *valueæ* conjecit *balneæ*, quod quia et in Palat. reperiebatur, avide arripuit Elmenh. et ex eo Scriv. confirmatumque ab Oxon. recepit quoque Floridus, falso scribens, adstructum id esse a Pricæo. Quin ego, licet sic quoque habeant Regius et Par. et Guelf. pr. *balneæ* opinor lectionem esse corruptam. Nec mirum foret, balneas fulgurasse, in quibus Veteres tantum ponebant luxum, magisque exornabant, quam *cubicula*. At vocula *ipsæ*, si hic idoneum habebit sensum, debet designare aliquid præcedentibus minus; nec tantum interiora domus membra ab *ipso usque introitu* adeo esse exornata, sed et extrinsecus porticus; immo ipsas *valvas*. Quare omnino eam vocem cum D'Orv. Par. Bert. aliisque retinendam contendo. Fores autem templorum et magnificarum ædium sic exornari solitas, nemo nescit. Lucan. l. x. 120. 'Et subfecta manu foribus testudinis Indæ Terga sedent, crebro maculas distincta zmaragdo:' ubi vide, et Servium ad Virg. Æn. VII. 791. ex Cicerone proferentem: 'Argumenta erant in valvis.' In Pith. *figurant*. Oud. *Valvæ*] Oxon. Palat. et Fuxensis Ms.

balneæ. Vide Senec. Epist. LXXXVI. *Pric.*

Nec secius opes cæteræ majestati domus respondent] 'In quamcunque domus advertas lumina partem, Immensæ spectantur opes.' *Idem.*

Ut equidem recte videatur ad conversationem humanam magno Jovi fabricatum, &c. palatium] Lucianus in de Imaginibus: Καὶ εἰ οἰκίαν ἐπαινῇ καλὴν, καὶ ἄριστα κατεσκευασμένην, εἴποις ἄν· Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή. Egesippus v. 43. de Hierosolymitano templo: 'Quia tantum non nisi summi Dei crederetur domicilium esse.' *Idem. Ad humanam conversationem*] L. IV. de Venere: 'Jam Numinis sui passim tributa venia in mediis conversari populi cœtibus.' Vide Act. 14. 11. et notata ibi. In Græco Danielis: Οἱ θεοὶ, ὧν οὐκ ἔστιν ἡ κατοικία μετὰ πάσης σαρκός. *Idem.*

Propius accessit] Oxon. *prius*, non male, quia sequitur *mox:* nec tamen alterum illud rejicio. Flor. IV. 'Propius accessit, ut incognosceret:' et Miles. I. 'Dubia mente propius accessi.' *Idem.*

Intra limen sese facit] Nil muta, quod perperam fecit Vulcan. Vide Pric. et Sciopp. ad lib. X. p. 235. Ed. pr. 'Facere se' est ire, e Græco ποιεῖν ἑαυτόν. Adi omnino Salmas. ad Tertull. Pall. p. 160. ad Flor. lib. IV. 2. 81. Casaub. ad Sueton. Aug. c. 16. *Jacit* conjecit quoque Groslot. *Oud. Intra limen sese facit*] Ita et Oxon. et Vicentina editio. Colvius, *sese agit:* quod et poterat ex his Virgilii fulcire: 'Æneas se matutinus agebat:' et, 'Is enim se primus agebat:' ubi Servius: 'Incedebat: sermo tractus a ratione physica: nam agitur corpus animi judicio.' Item VI. 'Ecce gubernator sese Palinurus agebat:' ubi Servius: 'Sese agere, est, sine negotio incedere:' quæ sana non dubito esse, an sint recta, dubito. Ex his Virgilii, inquam, suam poterat conjecturam adstruere: ego lectioni alteri tamen adhærendum puto: quia et fide Manuscriptorum nititur: quia infra lib. X. Noster: 'Ut primum ante Judicis conspectum facta est,' &c. et quia Act. 5. 34. plane similem locutionem video: quo loco etiam Latinus Interpres verbo *faciendi* utitur. *Pric.*

Perlectante studio] Pal. *prolectante.* Wow. Item Flor. Oxon. Fux. Guelf. Pith. cum Ed. Rom. et notula Beroaldi, Groslotii, atque Edd. Colvium sequentibus. *Perlectante* in ceteris, male. Adi N. Heins. ad Ovidii Fast. lib. IV. 433. 'Præda puellares animos prolectat inanis, Et non sentitur sedulitate labor.' *Oud.*

Miratur singula] Atqui nondum viderat. Hinc suspice bonitatem Ed. Junt. poster. quæ sola nobis veram servavit lectionem, *rimatur*, i. e. adtente contemplatur, quod plane est Appuleianum: ut hoc lib. pag. 103. 'Quæ dum satis curiose rimatur atque pertractat.' Lib. II. p. 37. 'Admoto lumine, revelataque ejus facie rimabar singula.' Lib. III. pag. 61. 'rimatus frondosum fustem cunctis vastiorem.' Lib. IV. p. 39. 'rimatus angulum.' Lib. VIII. p. 155. 'quem primum insiliat, cunctabunda rimatur.' Lib. X. p. 221. 'Per quam modicam cavernulam rimantur me.' Qui locus juvat admodum viri doctiss. conjecturam in Petron. c. 140. 'dum frater sororis suæ automata per clostellum miratur:' legentis quoque *rimatur.* Ut verum tamen fatear, *miratur* ibi retineo pro 'mirabundus adspexit.' Sicut sane in *rimatur* hoc verbum non mutandum est cum Bentleio in Manilio lib. I. 735. de Phaëthonte: 'Dum nova miratur propius spectacula mundi.' Phaëthon enim non inquirebat illa aut contemplabatur adcuratius; sed dum prætervehebatur signa, *propius* (scil. quam consueverat in terris degens) *mirabatur* tanta spectacula. Sic ex ipsa Bentleii emendatione vs. 714. 'Dum nova

per cæcam mirantur lumina noctem, Inquiruntque sacras humano pectore caussas.' Commentarii Appuleii mentis vice fungi potest Silius lib. XII. 66. 'Lustrat inops animi, rimaturque omnia circum.' Eadem constructione, qua Virgilio G. I. 384. 'Asia circum rimantur prata:' ubi vide Burm. Solin. p. 17. 'Dum rimatur, quænam insideret loca:' et ibi in Mss. 2. *miratur*. p. 20. 'si veram rimere.' Ex dictis jam adparet, nihil novari debuisse, ut monui, lib. II. p. 28. 'Dum hæc identidem rimabundus eximie delector.' *Idem*. *Prolectante studio pulcherrimæ visionis, miratur singula*] Æneid. VIII. 'Oculos per singula volvit Miraturque:' ibid. 'Miratur, facilesque oculos fert omnia circum:' et I. 'Obtutuque hæret defixus in uno:' ubi Servius: 'In unoquoque: hoc est, singula miratur.' Calpurnius Siculus: 'Sic undique fulgor Percussit, stabam defixus, et ore patenti: Cunctaque mirabar.' Achilles Tatius lib. V. Ἐγὼ δὲ μερίζων τοὺς ὀφθαλμοὺς, &c. θεατὴς ἀκόρεστος ἤμην, καὶ τὸ κάλλος ὅλως οὐκ ἐξήρκουν ἰδεῖν, τὰ μὲν ἔβλεπον, τά δ' ἤμελλον, τὰ δὲ ἐπειγόμην ἰδεῖν, τὰ δὲ οὐκ ἤθελον παρελθεῖν, ἐκράτει τὴν θέαν τὰ ὁρώμενα, εἷλκε τὰ προσδοκώμενα. *Pric*. *Prolectante*] Alliciente. *Ber*.

Horrea sublimi fabrica p.] Hoc sensu forsan Rutil. Itin. vs. 149. 'Interea Latiis consurgant horrea sulcis.' i. e. in altum ædificata, ut frumenta sulcis nata iis recondantur. Magis tamen adridet D'Orvillii mei conjectura, *hordea*, in Misc. Obs. V. III. p. 369. Consule Burm. *Oud*.

Nec est quidquam, quod ibi non est] Supra (lib. II. pag. 33.) 'Et quidquid fieri non potest, ibi est.' *Elmenh*. *Nec est quidquam quod ibi non est*] Quidquam quod ars ulla luxuriæ elaboravit: ut Seneca Epist. XVI. locutus. *Pric*.

Offert se vox quædam, &c.] In de Deo Socratis: 'Socrates non vocem sibi, sed vocem quampiam oblatam dixit; quo additamento profecto intelligas non usitatam vocem nec humanam significare: quæ si foret, frustra, quæpiam: quin potius, aut vox, aut certe cujuspiam vox diceretur, &c. qui vero vocem dicit se quampiam audivisse, aut nescit unde ea orta sit, aut in ipsa aliquid addubitat, aut eam quiddam insolitum et arcanum demonstrat habuisse.' *Idem*.

Corporis sui nuda] Ἀσώματος. Infra: 'Voces informes audiens.' *Elmenh*. Virg. lib. VI. Æn. 292. 'tenues sine corpore vitas.' Passim Echo vocatur 'vox sine corpore.' *Oud*. *Quid, inquam, Domina, tantis obstupescis opibus*] Calpurnius ubi supra: 'Quid te stupefactum, rustice, dixit Ad tantas miraris opes?' *Pric*.

Tua sunt hæc omnia] Supra lib. II. 'Tua sunt, &c. cuncta quæ vides:' quo loco adnotata confer. Arrianus III. 17. in Epictetum: Ἔρχου εἰς τὰ σὰ, &c. σά ἐστι ταῦτα τὰ κτήματα. *Idem*.

Prohinc cubiculo te refer] Edd. Ald. Junt. post. Colin. *proin*, ex Beroaldi conjectura. Sed vide ad lib. III. p. 51. 'prohinc ep. vadim. differamus.' Inepte porro Floridus interpretatur, 'redi in cubiculum,' quod nondum intraverat Psyche. *Referre*, si sanum est, idem hic modo est quod 'ferre,' 'conferre se:' ut sæpe vidimus *re* in compositis quasi otiose poni: unde et sæpissime abiit in *deferre*. Sed præfero hic scripturam Mediceam, *offer*, sive *infer te:* ut lib. I. in f. et alibi ait cum optimis scriptoribus. 'Offerre se alicui' est occurrere, vel se alicui tradere. Supra: 'obfert se ei vox.' Horat. lib. I. Epist. I. 68. 'Nunc te melioribus obfer.' Liv. lib. II. cap. 60. 'Concordiæ ducis exercitusque non ausi obferre se.' Passim: 'obferre se periculo,' 'invidiæ,' &c. *Oud*. *Lectulo lassitudinem refove*] Lib. I. 'Lectulo' (illum) 'refoveo, cibo satio,' &c. *Pric*.

Lavacrum pete] Veteres ante cœnam

plerumque balneas petebant. Quod ex hoc Nostro non uno in loco est observare, ut supra lib. II. lib. III. lib. IV. et infra lib. VIII. lib. IX. Apolog. I. Ex hoc more Plautus Persa: 'Jam pol ille hic aderit credo congerro meus. SA. Medicis. Euge. To. Lautum credo a balneis Jam hic affaturum.' De parasito vocato ad cænam. Persius, Persicum invitans: 'jam nunc in balnea salva Fronte licet vadas: quamquam solida hora supersit Ad sextam.' *Colv.*

Sedulo præministrabimus] Sic lib. II. et VI. 'sedulum ministerium.' *Pric.*

Nec corporis curatæ tibi r. e. morabuntur] Wowerii conjecturam, *nec corporis cura te, nec r.* in contextum receperunt taciti Elmenh. Scriv. Pric. et Flor. ut 'cura corporis' (quomodo etiam Scioppius volebat) ponatur pro 'iis, quæ ad curandum seu lavandum corpus pertinent.' Vereor ego, ut ullum produci possit exemplum; et *tibi* audacissime in *nec* mutatur contra Mss. O. Nam Flor. Fux. Oxon. Reg. D'Orv. Guelf. pr. aliique exhibent, *nec corporis curatæ*, vel pro more, *curate tibi r. e. morabuntur.* Bert. *nec corporis cura tibi r. e. m.* Pal. Guelf. sec. *nec corporis curate cibi regales morabuntur*, sine τῷ *epulis.* Unde patet, *corporis* bene defensum esse a Colvio contra Beroaldum et Bas. *corpus* reponentes, et perperam hinc in eum insurrexisse Scioppium; quem ideo notavit etiam N. Heinsius ad Ovid. lib. III. ex P. El. I. 142. Probavit quoque hanc locutionem, *corporis curata*, summus Vossius de Constr. c. 33. Neque ejus filius Gerardus pro glossemate suspectum τὸ *corporis* habere debuerat. Genitivum hunc sæpissime a Nostro jungi quoque participiis passivis, latius videbimus ad lib. VIII. init. 'morum improbatus:' uti sæpissime Genitivum præ alio casu amat. Sensus Auctoris sine dubio est, cum tu curata es, sive curaveris somno et lavatione corpus, præsto erunt epulæ. Hinc Psyche obediens, 'somno et lavacro fatigationem diluit.' Sic p. 98. 'balnearum fontibus curatas triclinio oblectat.' Adde Serv. ad Georg. IV. 187. 'corpora curant.' Nec temere mutem, *curatæ tibi morabuntur.* Nam alioquin facilis esset emendatio, sequendo Pal. Cod. vestigia, et subintelligendo *te* haud ineleganter, *curatam cibi r. morabuntur:* et probabilior Heinsiana d. l. *curatam reg. epulæ m.* Sed videtur Auctor *morabuntur* sumsisse passive, sive differentur tibi, ulterius protrahentur. Ita *moratus* passive apud Silium lib. XV. 486. 'tenuitque moratas A cæde, ut Libycus ductor providerat, iras.' Immo Vitruv. lib. V. c. 2. 'Ut vox ab imis morata, priusquam in aëra elata dissipatur, auribus erit intellecta.' Sic lege e Mss. Vossianis et Franek. Vulgo, *iis, aëre, dissipetur.* Quidquid hujus loci sit, restitui priscam lectionem. *Oud. Nec corporis cura, &c.*] Id est, lavatio, balneatio. Infra heic, 'Balnearum vaporosis fontibus curatas:' et I. 'Lavacro trado, &c. probe curatum ad hospitium perduco.' Ita Plautus intelligendus: 'Ut lassus veni de via Me volo curare.' Servius (quem et Beroaldum adduxisse video) ad IV. Georg. 'Curare corpus, si de hominibus dicimus, et cibo et lavacro intelligimus, vel alterutro,' &c. at, hic posterius intelligendum, nam et epulæ speciatim additæ. *Pric. Nec corporis curatæ*] Quid si legas, *corpus curatæ*, hoc intellectu: ubi curaveris corpus lavacro et balneis, præsto tibi erunt regales epulæ paratæ. Annotandum est, quod 'corpus curare' hic accipitur pro lavacro et balneis refovere: alias 'curare corpus' est, cibo reficere. Servius, enarrans illud Virgilianum ex IV. Georg. 'tum tecta petunt, tum corpora curant,' sic exponit: 'Sane curare corpus, si de hominibus dicimus, et cibo et lavacro intelligimus, aut alterutro: si de api-

bus, tantum cibos accipimus:' apud Livium et historicos fere semper 'curare corpus' ad cibum refertur. Sidonius: 'Archimagirus,' inquit, 'adventans, qui tempus instare curandi corpora moneret:' hinc illud quoque memoratissimum: 'Quid est quod tu habitior sis quam equus tuus? quoniam, inquit, ego me curo. Statius servus equum meum curat.' Cato boves 'curatiores' dixit, pro pinguiores, habitioresque. *Beroald. Regales epulæ*] Virgil. VI. 'Epulæque ante ora paratæ Regifico luxu.' Idem I. 'Regales mensas.' Ibidem: 'Postquam prima quies epulis,' &c. ubi Servius: 'Propter regalem affluentiam:' ad alium tamen ejusdem libri locum sic idem Servius: 'Quidam dapes Regum volunt esse, epulas privatorum:' quæ, solens tacito Auctoris nomine, habet et XX. 2. Isidorus. In Veterum Catalectis: 'Regales dapibus gravare mensas:' et IV. 8. Isidori 'regales cibi.' Ammianus Marcellinus: 'Epulas curantes profusas, adeo ut eorum convivia regales mensas superent.' *Pric.*

PAG. 90 *Monitusque voces informes audiens, et, &c. diluit*] Haud quidem sensu carens, sed durissima et inelegans est locutio, *monitus voces informes*, sive monitus capias Genitivo casu, sive Accusativo plur. per adpositionem; ut videtur cepisse Floridus interpretatus, *parensque* illis monitis, quæ erant voces incorporeæ. Quare vel legendum erit cum Groslotio, et alio viro docto ad marg. Ed. Colv. item Salm. ac Burmanno, *m. vocis informis*, vel, quia statim *et* videtur abundare, utpote minus illic conveniente polysyndeto, scribendum potius: *monitusque et voces inf. audiens, prius &c.* uti divinasse quoque video eruditum, sed præmature raptum juvenem, Is. Toussaintium in Conjecturis ad Lactant. de Mort. Persec. per amicum ejus Is. Cahai editis. Ceterum minus bene Celeb. Burmannus reponi etiam voluit *monitisque*: licet ipse docuerit, *audire* obediendi sensu etiam quarto casu comitari, ad Ovid. lib. V. Met. 382. 'Audiat arcum.' Adde me ad Lucan. III. 598. 'carinæ Audivere manum.' Passim, 'te audi,' 'si me audies.' Ab Auctore amari substantiva quartæ declinationis alibi monui, et sæpe dixit *monitu*, licet et *monitis* aliquoties utatur. *V. imormes* Guelf. sec. Palat. *Oud. Fatig. diluit*] Mss. omnino omnes, et Edd. Vett. addunt *sui*, quæ vocula demum excidit ex Ed. Bas. sec. Colv. &c. et perperam etiam post Roaldi et Elmenhorstii admonitiones est neglecta, cum tamen hic Genitivus pronominis possessivi Auctori nostro sit frequentissimus. Lib. I. init. 'Mei prosapia.' p. 15. 'sine fatigatione sui.' p. 37. lib. II. 'sui fiducia.' Lib. XI. p. 245. 'medio sui patore.' Flor. N. 3. 'In primordio sui.' de Mundo p. 736. 'sui natura.' Sic et 'nostri similitudo' lib. VIII. p. 156. 'noxa nostri' lib. IX. p. 194. Atque ita alii passim. Vide me ad Cæs. lib. I. B. G. c. 4. 'sui familiam:' ad Sueton. Cæs. c. 30. 'Adventu sui.' Nec secus Mss. et Art. Ed. apud Septim. de B. Troj. lib. I. c. 23. 'Consultorem sui.' III. 24. 'servitium sui.' Mss. aliquot Luc. lib. IX. 29. 'Nil caussa fecit in armis Ipse sui.' Sæpissime Solino, ut in f. 'nuncupationem sui:' uti habent Mss. quoque mei septem. *Idem. Lavacro fatigationem diluit*] Supra lib. I. 'Hospitem nostrum produc ad proximas balneas: satis arduo et prolixo itinere fatigatus est.' Aristophanes Ranis: Ἐγὼ μὲν οὖν εἰς τὸ βαλανεῖον βούλομαι, Ὑπὸ τῶν κόπων γὰρ τὼ νεφρὼ βουβωνιῶ. Lexiphanes Lucianeus: Χαίρω μετὰ κάματον ἀπολουόμενος. Clemens Pædag. III. 9. Λούειν δεῖ, &c. τὸ σῶμα διὰ τὴν ἄσην τὴν αὐτῷ ἐπιφυομένην· οὐ μὴν, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ὑπεκλύειν τοὺς καμάτους. Plautus Trucul. 'Præ lassitudine opus est ut lavem.' In Ejusdem Merca-

tore: 'Nunquam ædepol omnes balneæ hanc mihi lassitudinem eximent:' adde tertium Ejusdem locum paulo supra adductum. Oxoniensis, Fuxensis, Palat. et multi alii Mss. *fatigationem sui diluit*. Pric.

Visoque statim proximo semirotundo suggestum propter, instrumentum c. r. r. s. c. libens accumbit] Illustrat hunc locum Belgicæ lumen Lipsius cent. I. Epist. 65. ad Bonavent. Vulcanium. Legit autem et distingnit hoc modo: *Visoque statim proximo semirotundo suggesto propter, instrumentum cœnatorium rata.* Quibus verbis sigma significari vult, quod erat non biclinium, ut ipse aliquando (quod fatetur,) sed falso putavit lib. III. Antiq. lectio. Non etiam diæta aut cænatio tota, ut Cælius, non mensa ipsa, ut Brodæus (pro quo tamen stat acriter Joannes Savaro ad Sidon. Apoll. lib. II. Ep. 2.) sed erat ex mente Lipsii certa in cænatione pars seorsim erecta et exstructa ad recipiendum lectum, idque hemicycli aut lunata forma, qua littera illa Græca passim in lapidibus et priscis libris. Suggestum, inquit, quoddam ligneum, sive qua meliore materia semirotundum, in quo perpetuus unus lectus, ad sex septem convivas recipiendos. Quod velut dimidiatum triclinium repertum inferiore ævo ad facilem et magis aptum usum. Hæc Lips. quem fusius hac de re vide epistola, quam dixi. *Brant.* Vulgo Interpretes *semirotundum* substantive capiunt, pro *hemicyclo* sive stibadio et accubitu, sigmate et lunari lecto, (omnia enim hæc nomina unum idemque designare, dudum viri docti satis docuerunt,) et *suggestum* pro *mensa*. Sed velim dent mihi tam hujus quam illius ullum simile exemplum. *Suggestus* de loco non dicitur, nisi is, in quo cumbimus, sedemus, vel stamus, non ad quem illa fiunt. Quare omnino recipiendam duco lectionem *suggestu*, quæ est non solum in Flor. sed et D'Orv. Oxon. Pith. Guelf. Reg. Fux. Pal. ut plane pro lecto accubitorio ponitur apud Senecam de Vita Beata c. 11. 'Vide hos eosdem e suggestu rosæ exspectantes popinam suam:' ubi Gronovius, nec non Salmas. ad Tertull. Pall. p. 329. hic legunt *suggestu*; ut ex eorum argumentatione colligi debet. Salm. *sem. suggestu, propter instr. cœnatorium, rata ref. suo c.* Et per 'semirotundum suggestum' solum satis intelligitur instrumentum cœnatorium, non minus quam sola voce 'triclinii,' 'lecti,' 'tori,' et similium sexcenties. Meæque sententiæ confirmandæ aptissimus est locus hujus l. p. 98. 'lassitudine viæ sedilibus refotas, et balnearum fontibus curatas, pulcherrimo triclinio, mirisque edulibus oblectat.' Perpende quæso utrumque locum. Verum hac lectione admissa, et *propter* tum adverbialiter sumta pro *prope*, de quo vide ad lib. IV. p. 65. 'propter insistens;' abundabit τὸ *proximo*. Bene igitur sit egregio Cod. D'Orv. istam vocem non agnoscenti. Alioquin etiam pro *propter*, emendatio foret facillima *propere*, distinctione post *suggestum* posita. Eligat lector. Mihi præponderat vetusti sane Codicis auctoritas præ conjectura, utut blandiente. Frustra vero Lipsius reponebat *suggesto*, quamvis neutro usus sit Cicero lib. I. de Div. c. 54. 'illud suggestum, in quó caussam dixerat, adscendenti:' aliique. Vide ad Flor. lib. I. c. 11. 'De suggestu fori:' ubi etiam Mss. duo Leidd. *suggesto*. Nam, ut sæpe dixi, quarta declinatio Auctori est in deliciis. Lib. III. Met. pag. 44. 'sublimi suggestu residere.' Infra pag. 92. 'de tanto fortunarum suggestu.' Lib. XI. p. 251. 'Indidem de sublimi suggestu.' De Deo Socratis pag. 671. 'usque ad regni nutabilem suggestum et pendulum tribunal evectus est.' Ceterum *semirotundum* vitiose est in D'Orv. *Oud.*

Cœnatorum] Lego *cœnatorium*:

nam instrumentum cœnatorium dicimus, quod ad cœnam instruendam est accommodatum: et ita instrumenti cœnatorii appellatione continebitur omnis cœnaticus apparatus, sicut de instrumento rustico, et instrumento histrionico, pro apparatu, crebra mentio est. *Beroald.*

Eduliorumque] Interpretum nemo de ulla varietate Mss. vel Edd. monet: cum tamen in nulla Ed. ante Colv. vel Bas. sec. ita legatur, sed *edulium;* ut et in D'Orv. Guelf. atque Oxon. Mss. a Nominativo singulari *edule.* Et sic semper hoc nomen expressit Auctor, ut lib. I. in f. 'edulium caritate.' Lib. ii. pag. 98. 'beatis edulibus atque tucetis.' Lib. x. p. 219. 'mellita edulia.' 222. 'Omne genus edulium solidorum fercula.' Et sic Mss. et Edd. quædam Solin. c. 28. 'Hoc aluntur, hoc illis edule est:' pro *dulce.* Male Salm. *aguntur.* Apud Fulgent. quidem legitur vulgo Expos. Serm. Ant. 'Edulium, ab edendo dicitur prægustativa comestio. Apuleius Asino aureo: Edulibus opipare excepta.' Sed ibi vel *edulia* vel *eduliis* cum Edd. VV. legendum docet ratio. At hæc verba junctim nusquam sunt in Appuleio, sed pag. 93. 'lautitiis eas opipare refecit:' vel pertinent ad p. 98. quia in Voss. Cod. additur *beato.* Apud Gell. quoque lib. VII. 16. 'edulium genera:' sed lib. XIX. 9. 'ubi eduliis finis.' In Suet. Cal. cap. 40. optimi Codd. habent *edulibus* pro *eduliis.* Si quis tamen præferat *eduliorum,* æstimet Genitivum sic formatum, ut 'vectigaliorum,' a 'vectigalia.' Vide ad Suet. Tib. cap. 49. In D'Orv. est, *eduliumque variarum.* Oud. *Nullo serviente, sed tantum spiritu quodam impulsa subministrantur*] Lucianus ver. hist. II. animarum in fortunatis Insulis convivia describens: Διακονοῦνται, καὶ διαφέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι. Glossarium: 'Πνεῦμα ἀνέμου, flatus, spiritus.' Onomast. 'Spiritus, πνοὴ, πνεῦμα.' *Pric.*

Verba audiebat excidentia] Participium hoc desideratur in Ms. Oxon. et Ed. Vicent. Perperam; nec recte Ill. Heins. ad Ovid. Fast. lib. v. vs. 360. 'Accidere in mensas ut rosa missa solet,' conjecit *accidentia.* Nam id sequitur mox, 'sonus aures ejus accidit:' ubi vide. Sed et Virgilius, quem perpetuo imitatur Appuleius, non solum ait lib. VI. Æn. 687. 'vox excidit ore:' quod huc non pertinet, sed et plane sic usus est de voce informi per aërem missa, lib. IX. Æn. vs. 111. 'Visus ab Aurora cœlum transcurrere nimbus Idæique chori: tum vox horrenda per auras Excidit, et Troum Rutulorumque agmina complet.' *Oud.* *Nec quidquam illa tamen videre poterat, sed verba tantum audiebat excidentia*] Vide ad Act. 9. 7. adnotata: τὸ *excidentia* non est in Oxon. Ms. nec veteri Vicent. editione. *Pric.*

Opimas dapes] Arnobius VII. 'Pinguibusque se dapibus atque opimis interficiunt cibis:' (fortasse *inferciunt* legend.) Glossæ: 'Dapes, πολυτελῆ δεῖπνα.' *Idem.*

Cithara pulsavit] Fux. *citharam.* Roald. Suffragante Oxon. e Coll. Gronoviana; ut tacite, ex præcepto Pricæi, edidit Floridus. Et vere, ut puto. Nec enim Latinos opinor dixisse, 'pulsare cithara:' per ell. vocis *chordas,* ut nos, *op de cyter slaan,* vel, ut dicitur 'sonare cithara' apud Phædr. F. 55. ubi vide Scheff. aliosque. Auson. Per. 8. Odyss. 'citharam jubet pulsare Demodocum:' et passim. Vulgo tamen erat apud Valer. Flacc. lib. v. in f. 'cithara pulsator Apollo.' Sed Heinsius correxit *citharæ,* ex conjectura tamen, ut videtur. *Oud.* *Alius cithara pulsavit*] Lege cum Fuxensi Ms. *citharam.* Congrue hoc autem post 'dapes opimas.' Maximus Tyrius: Ἀοιδοῦ πρὸς κιθάραν μινυρίζοντος καιρός (ἐστιν) ἐπειδὰν πλήθωσιν αἱ τράπεζαι Σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δὲ κρητῆρος ἀφύσσων Οἰνο-

χόος προχέουσι. Dissert. 37. *Pric.*

Quæ videbantur nec ipsa] Bert. *nec ipse.* Elmenh. Qui sic edidit. Quasi cithara visa fuisset, non vero eam pulsans. Nec enim subaudiri posse *non* ante verbum puto. Scriverius expressit, *qui videbatur nec ipse.* Sed Auctor sine dubio indicare voluit, non solum visos non esse eos, qui hic ministerium præstabant, sed etiam ne instrumenta quidem, quibus id peragebant. Optime rursus veram lectionem servarunt Pith. et D'Orv. Cod. *quæ non videbatur, nec ipse,* i. e. nec cithara, nec citharœdus. Similia eleganter de cymbalorum sonitu audito, nec viso, vide apud Melam lib. I. c. 13. III. c. 9. Long. lib. II. Past. p. 57. Ed. Moll. Τῶν δὲ αἰγῶν ἡγεῖτο σύριγγος ἦχος ἥδιστος, καὶ τὸν συρίττοντα ἔβλεπεν οὐδείς. Sil. l. XVII. 43. 'Nulla pulsa manu sonuerunt tympana divæ.' At illa tamen videbantur. *Videbantur* nihil est nisi vitium Ed. Basil. sec. *Oud.*

Cum modulatæ multitudinis conferta vox aures ejus affertur] *Tunc in modum multitudinis* exaratur in Regio, Guelf. utroque, Oxon. et Par. non vero Ed. Vicent. ut ait Pricæus. Hinc emendandum puto, *Tunc modulata in modum multitudinis confertæ vox.* Nam mere est Appuleianum illud *in modum multit.* Vide ad lib. II. p. 40. 'In exanimis modum.' Lib. X. pag. 233. 'in modum Paridis indusiatus adolescens.' Lib. XI. p. 240. 'in modum speculi lumen emicabat.' pag. 255. 'In modum rotæ tortuosis apicibus.' 'Modulata vox multitudinis,' ut sæpe 'modulata cantica,' 'carmina.' Suet. Calig. c. 16. 'modulatum puerorum et puellarum carmen.' Præteritum tempus alioquin huc non quadrat: unde *modulantis* nimis calide conjecit Roaldus. Recte autem dicitur *multitudo conferta,* sive densa, spissa: ut occurrit millies, et Nostro 'conferta manus' lib. IV. pag. 76. 'confertus gradus,' 'confertum vestigium' lib. V. p. 97. Vide plura ad lib. VIII. p. 164. 'inter conferta jumenta.' Non vero Latinum est *conferta vox.* Tum scribendum fuisset *conserta,* sive mixta; ut docebimus ad lib. IX. p. 184. 'clamore conserto:' ut e Mss. legendum. In Palat. Guelf. sec. hic *confecta.* Dein *auribus* etiam Palat. Oxon. Par. D'Orv. male; quod forsan natum ex Accusativi prisca terminatione *auris.* Consule notata ad lib. IX. pag. 187. 'Aniculæ sermo talis meas adf.' (vel *defertur*) 'aures.' *Idem.* *Tunc modulatæ multitudinis conferta vox, &c.*] Interpres vetus XXIII. 42. Ezechielis: 'Et vox multitudinis exultantis in ea:' ubi Grotius: 'Omnia hymnis Deorum perstrepebant.' Palat. Fuxensis, Oxon. Mss. *Tunc in modum multitudinis, &c.* ita et Vicentina editio. *Pric.*

Hominum nemo] Est, qui ad marginem exemplaris mei Junt. corrigat, *omnino* vel *omnium.* Vide ad Liv. lib. X. c. 26. Sed perperam. Terent. Eun. IV. 6. 19. 'Nemo est hominum, qui vivat.' Infra de Deo Socrat. p. 681. 'Nemini hominum visibilia:' uti est in Mss. Vulgo, *nulli.* Oud. *Quamvis hominum nemo pareret*] I. appareret. Glossarium: 'Paret, πείθεται, &c. φαίνεται.' In Distichis Catonis nomen præferentibus: 'Temporibus peccata latent, sed tempore parent.' *Pric.*

Chorus tamen esse pateret] Oxon. Guelf. pr. *quorum.* Bas. sec. Fux. Guelf. sec. *chorum* cum Edd. Wow. et Pric. sine necessitate. *Pareret* Guelf. sec. Negligenter Roaldus hunc locum ita proposuit, quasi in Fux. et Bas. sec. esset, *chorum t. e. putares.* Quæ omnia exsulant a Cod. D'Orv. *tamen* a Palat. Non male. Vide omnino ad lib. III. p. 60. *Oud.*

Vespera suadente] Hom. Il. η. νυκτὶ πιθέσθαι. *Elmenh.*

Provecta nocte, et clemens q. sonus] Olim Gruter. lib. VIII. Susp. cap. 2. et Sciopp. lib. II. Susp. Lect. Ep. 18.

conjecerant: *j. provecta nox.* *Et cl.* quo temporis sensu sæpe poni *et* constat, et alibi notavimus pluribus. Vide ad lib. VIII. p. 155. in f. Adde Cl. Abresch. Lect. Aristæn. pag. 51. Vel etiam subodoratus est Scioppius legi posse *en*. Quod non inprobarem, si hic de re visa, non audito sono inviso, ageretur. Ad hæc *et* non comparet quoque in Codd. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Edd. Junt. post. Vulc. et seqq. *Demens* inepte Pal. Ed. Juntin. post. *Quidem* Pith. *Oud.*

Aures ejus accidit] *Accidit* videtur esse in Florent. ut cum Gifanio, Colv. Vulc. Wow. Elm. et Pric. ediderunt. Vide etiam Heins. ad Valer. Flacc. II. 452. Drakenb. ad Liv. lib. XL. c. 32. Epit. LV. Et sic Græce προσπίπτειν ἀκοαῖς, ut Herodian. lib. IV. c. 5. et alii. Verum tamen cum ceteri Mss. et Edd. habeant *accedit*, quod revocarunt Scriv. et Florid. non ausim id damnare: præsertim cum variare orationem sit elegantius multo. Habuimus enim jam *excidere*, item *adferri*, ut lib. IX. p. 187. 'deferri aures.' Quidni ergo nunc non potuit adhibuisse *accedere*, sive *ad aures venire*, ut sæpe dicitur, et Valer. Flacco II. 453. Ac fere semper Mss. in iis locis, in quibus lectionis certitudo non patet ex lege metrica, variant, ut apud Cicer. cap. 2. in Vatin. 'Verbum ad aures tuas accidit.' Ms. Voss. et alii *accedit*. Vide Passer. Infra de Deo Socrat. p. 696. 'Vox sibi divinitus ea accidebat.' In aliis Mss. *accedebat*. Vulgo aliter legebatur. Male. In Attii loco ex Non. v. Eliminare p. 38. 292. Ed. Merc. scrib. *simulac nota v. a. auris accidit.* Idem. *Clemens quidam sonus aures ejus accidit*] 'Mollior aura Venerat, exili murmure dulce fremens. Delia non aliter secreta silentia noctis Submissa ac tenui rumpere voce solet. Non aliter teneris collum complexa lacertis, Auribus admotis condita verba dare.' Oxon. et Vicent. *accedit:* at vide Colvii notas. *Pric.*

Virginitatis suæ metuens] Mss. D'Orv. Palat. Bert. Guelf. sec. sane præbent *virginitatis s.* ut Wowerius et Elmenh. cum Scriv. et Pric. rescripserunt. Sed perperam omnino. Aliud est *metuens virginitatis* sive *virginitatem*, aliud *virginitati*, uti diversum est 'metuens mihi et amico,' et 'metuens inimici' vel *inimicum*. Timemus hunc, de illo solliciti sumus, ne mali quid patiatur, ut lib. V. p. 104. et hic Psyche, ne sibi virginitas periret. Quod bene advertit, monuitque Ill. N. Heins. ad lib. I. Ovid. Met. 323. 'metuentior ulla Deorum.' Vide nos quoque ad lib. I. p. 7. 'captivitatis metuens.' Virg. G. I. 195. 'metuensque inopi formica senectæ.' *Oud.*

Pro tanta solitudine] Hoc est, pro ratione et modo solitudinis: ut lib. V. p. 115. 'pro cetera morum temeritate:' ubi in Ms. *præ:* quod hic præferam, sive propter. Plura ad lib. IX. p. 187. 'pro' vel 'præ morum acritudine.' Crebra quoque in his confusio. Adi Drak. ad Liv. VI. c. 40. 'præ indignitate rerum.' *Id.*

Pavet et horrescit] Ambrosius in Lucam cap. 2. 'Trepidare virginum est, et ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri adfatus vereri.' *Elmenh.*

Et quovis malo plus timet quod ignorat] In Epistolis Ovidianis: 'Quid timeam ignoro, timeo tamen omnia demens.' Fulgentius in de Virg. Continent. 'Timor, juste amputatis et manibus et oculis et auribus pingitur, quod nec quod videt sentiat, nec quod audit sciat, nec quod gerat novit.' Ita expurgandus locus ille, qui vulgo corruptissimus. Pacatus in Panægyrico: 'Ita multiplici circumventus metu, quasi parum habeam timere quod video, quod timeam:' ubi Lips. (Epistol. quæst. IV. 6.) 'cogito quod timeam.' Quintilianus II. De-

clam. 'Gravius necesse est expavescant, quibus de solitudine sua non renunciant oculi: et cujus conclusus animus non exit in visus, non habet unde timori suo par sit.' Scriptor Sapientiæ, de Ægyptiis spissa caligine obsessis: Ἐκδειματούμενοι τῆς μὴ θεωρουμένης ἐκείνης ὄψεως. Oxon. heic, *ignoratur*. Pric.

Ignobilis maritus] Ignotus. Glossæ: 'Ignobilis, ἄγνωστος,' &c. e converso 2. 'nobilissimi' (i. *notissimi*) 'juvenes.' *Idem.*

Incenderat] Corrige, *inscenderat*, significat enim, maritum ascendisse in thorum genialem: sic enim dicitur lectus nuptialis. *Beroald.*

Uxorem sibi Psychen fecerat] Hieronymus in Oseam tom. v. cap. 11. 'Homo cum uxorem acceperat, de virgine mulierem facit, id est, non virginem.' Philo de Cherubin fol. 78. ἀνθρώπῳ μὲν γὰρ ἐπὶ γενέσει τέκνων σύνοδος τὰς παρθένους γυναῖκας ἀποφαίνει. Fulgentius ad Probam Ep. 3. 'In opere corporalium nuptiarum virginitas carnis amittitur, ut ad carnis fecunditatem veniatur.' *Elmenh.* Passim τὴν γυναῖκα ποιεῖν, et 'mulierem facere' idem est, quod 'virginitatem interficere.' *Oud.* *Et uxorem sibi Psychen fecerat*] Ovid. vii. Met. 'Illic et gelidi conjunx Actæa tyranni, Et genetrix facta est.' Martialis: 'Et quæ te faciet prima puella virum.' Isidorus Pelusiota iii. 243. Τὴν παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος, γυναῖκα, &c. ποιεῖ. Apud Theocritum puella imminuta: Παρθένος ἔνθα βέβηκα, γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἀφέρψω. Terent. iv. 3. Eunuch. 'Ut illi, &c. in oculos involem venefico.' Donatus: 'Ex virginibus mulieres facienti.' Julius Proculus apud Vopiscum: 'Centum ex Sarmatia virgines cepi, ex his una nocte decem inivi: omnes tamen, quod in me erat, mulieres intra 15. dies reddidi.' (i. *feci.*) Solinus de Milone: 'Ictu nudæ manus taurum victimam fecit:' sic infra hic l. viii. 'cadaver facere.' *Pric.*

Ante lucis exortum propere discesserat] Lib. x. (etiam simili argumento) 'Operosa et pervigili nocte transacta, vitata lucis conscientia facessit mulier.' Parthenius de Periandri matre: Εἰσέρχεται παρὰ τὸν παῖδα, καὶ πρὶν ἢ περιφαίνειν ἕω, λαθραίως ἔξεισιν. Apud Plautum Jupiter post Alcmenæ concubitum: 'Cur me tenes? Tempu 'st, exire ex Urbe priusquam luciscat volo.' Judic. 14. 25. Καὶ ἔγνωσαν αὐτὴν, καὶ ἀνέπαιξαν αὐτῇ ὅλην τὴν νύκτα ἕως τὸ πρωΐ, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὴν ἅμα τὸ ἀναβαίνειν τὸν ὄρθρον. *Idem.* *Ante lucis exortum*] Gloss. 'Πρὸς ὄρθρον, ante lucem.' Aliud Glossarium: 'Πρὸ διαφαύματος, ante lucem.' *Idem.*

Novam nuptam interfectæ virginitatis curant] In colluctatione Venerea (scrobem scilicet virginalem effodientibus sponsis) scinditur hymen seu membranula illa, qua puellis menses effluunt, unde et sanguinem largum emittunt, quod pro indicio certæ et incorruptæ virginitatis etiam in veteri instrumento habitum, ut patet ex Deuteron. cap. 22. D. Augustinus de Peccato Originali ad Pelag. et Cælestinum lib. ii. c. 35. 'Non virginitatis integritas ad concupiscendos fœtus vi turbidi vitiaretur ardoris, et eo modo non esset dolor et cruor virginis concumbentis.' In Regno Fessano etiam nunc sponsum et sponsam ante nuptialem festivitatem includunt cubiculo, qui tum restincto omni pudore una volutantur, linteoque substrato coëunt, quod deinde cruore infectum tamquam virginitatis signum a vetula convivis cum magna lætitia et applausu monstratur. Verum medicorum filii varie hac de re disputant, inter quos adeundi Valesius de sacra Philosoph. c. 25. Realdus Columbus lib. xv. De iis quæ raro in anatome contingunt: et excellentissimus Doctor Rodericus de Castro in Medico-polit. lib. iv. c. 12.

Elmenh. De interfecta virginitate vide omnino Pricæum. Tertull. de Pudic. cap. 4. 'pudicitia trucidatur.' Sic 'conficere,' 'peragere virginem,' et similia in hac re dicuntur, quo male trahit Donatus etiam Terent. Eun. v. 4. 6. Confer Comm. ad Sueton. Ner. cap. 29. 'Conficeretur a Doryphoro.' Fabrett. Inscript. pag. 699. 'Quo cecidit nostræ virginitatis honos.' Contra de virilitate Petron. c. 125. 'Funerata est illa pars corporis, qua quondam Achilles eram.' Et illic adi Comm. De verbo 'interficere' pro exstinguere, perdere res inanimas, latius agam ad libr. de Deo Socratis p. 692. p. m. 764. 'interfectis Sapientiæ officiis.' Errat igitur vir doctus, qui ad exemplaris sui marginem adleverat *interceptæ*, licet alibi non damnarem. Nam 'rapta virginitas,' et 'spolium virginitatis' dixit Ovid. lib. VIII. Met. 850. Ep. v. 140. XVII. 44. De verbo 'intercipere' adi ad Nep. Iphicrat. cap. 2. 'moram Lacedæmoniorum interceperat.' Sed Cupido Psyches virginitatem non rapuerat, ut prædo, sed justam sibi uxorem fecerat. *Oud.*

Interfectæ virginitatis] Sic 'virginitatem morituram' Hieronymus in Hilarionis vita. Zeno Veronensis Serm. de Continentia: 'Pretiosæ virginitatis dulcis occisio.' Tertullianus in de Pallio: 'Occisæ in publico castitatis.' Idem in de Spectaculis: 'Illæ pudoris sui interemptrices,' &c. et in de Pudicitia: 'Sicut nec de locis refert, in cubiculis an in curribus pudicitia trucidetur.' Longus ποιμεν. 3. Χλόη δὲ συμπαλαίουσά σοι ταύτην τὴν πάλην, οἰμώξει καὶ κλαύσεται καὶ αἵματι κείσεται πολλῷ, καθάπερ πεφονευμένη. Nec male *interfectæ*, extinctæ, ἀφανισθείσης exponas. Tertull. Apologet. 'Quotidie lux interfecta resplendet:' sic in Meleagro Accius 'torrem interfectum:' et Plautus 'usum ædium interemptum, interfectum' dixere. Augustin. Confess. x. 31. 'indigentiam satietate occidi:' et supra lib. III. Noster, 'lorum interire.' *Pric.*

Hæc diutino tempore sic agebantur] Petronius: 'Dum hæc magno tempore sic aguntur,' &c. *Idem.*

Ut est natura redditum] Mira hæc est locutio pro *a natura comparatum*, sive *ut fit*, vel *ut fert natura.* Verum in Oxon. Cod. exaratur, *ut est natura rerum.* Quod certe multo est melius. Auson. Grat. Act. pag. 733. 'Si rerum natura pateretur.' Non tamen hanc Appuleii manum puto, sed altius sedere vulnus. Nam et sequentia videntur esse ulcerata. *Oud.* *Ut est natura redditum*] Oxon. *natura rerum:* et statim, *delectationem ei commendarat.* Pric.

Novitas p. a. consuetudinem delectationem ejus commendarat] In Mss. Reg. Fux. Guelf. pr. Pal. Oxon. Par. et Inc. *ei*, ut edidit Pricæus. *Commendavit* D'Orv. Placet omnino *ei*, sc. Psychæ. Forsan scripsit Auctor: *Atque, ut est natura*, (sive, ut alibi dicit, *ut res est*) *rei iteratæ novitas per adsiduam consuetudinem ei se commendarat:* vel etiam interponendo *delectatione.* De verbo *iterare* adi ad. p. 92. 'sæpe iteravit:' ut legit Heinsius. Concubitum voce *re* designari, quivis videt, et obvium nemo nescit, nec illud Ausonii: 'Imperium, litem, Venerem cur una notat res?' Sed hæ non nisi conjecturæ sunt, quibus ipse parum tribuere solitus sum. *Commendaret* Pith. *Oud.*

Mœrore consenescebant] Minus bene Wow. et Pric. ediderunt *animi cons.* Saltem, si Palatinum Cod. sequi necesse duxissent, etiam simplex verbum exprimere debuerant, quo in Floridis et de Mundo usus est Auctor. At nusquam ille *luctum et mœrorem* jungens addit *animi.* Sic lib. I. pag. 5. 'luctu et mœrore diutino deformata.' Apol. pag. 559. 'te cum tuo luctu et mœrore deseruit,' &c. Si quis tamen retinere velit *animi*

construat cum verbo *senescebant*: ut passim Auctor 'anxius animi,' 'furens animi,' 'confirmatus animi,' 'suspensus animi.' (Adi supra ad lib. II. pag. 28. 'recreabas animi.' et ad Cæs. lib. VII. B. G. cap. 80.) et conferat cum lib. VIII. pag. 157. 'Luctu ac mœrore carpebat animum.' Sed omnia illa exempla sunt singularis numeri. Atque opinor potius librarium pro *con* scripsisse *ai*, vel ita ejus manum fuisse exceptam. Illa enim crebro variari solent. Vide ad pag. 97. 102. *Idem.*

PAG. 91 *Præter oculos et manibus et auribus sentiebatur*] Flor. *a. nihil s.* Elmenh. Sive tangi et audiri poterat, non vero videri, ut bene explicuere Beroaldus et alii. Non capio, quod Elmenh. et Scriv. e Florent. edidere, *aur. nihil sentiebatur*, licet sic lectum fuerit in D'Orv. a m. pr. In Mss. Palat. Guelf. et Oxon. quoque legitur, *a. ille nihil sent.* Par. *et nihil auribus nihil sent.* Reg. Fux. *præter oculis ac manibus, &c. ille nihil.* in Pith. *aur. hiis nihil.* An scripsit Auctor *vigili*, sive a vigilante, nec dormiente Psyche ille maritus sentiebatur? Tale quid sane latere opinor. *Oculus* in Guelf. sec. *Oud.* *Namque præter oculos, et manibus et auribus sentiebatur*] Idem Codex, *ille nihil sentiebatur*: moleste, nec otiose minus. Sensus est: Et manibus et auribus sentiebatur Cupido, non item (vel exceptis) oculis, id enim heic valet *præter*. Gellius VI. 17. 'Urbe, præter arcem incensa.' Idem XVII. 21. 'Tum Galli Romam præter Capitolium ceperunt:' et v. 17. 'Urbem præter Capitolium captam esse.' *Pric.* *Præter oculos*] Sentiebatur enim tactu corporali, sed oculis minime poterat videri. *Beroald.*

Fort. scævior] Perperam Vulcanius hic quoque contra Mss. et sanum sensum inculcarat *scævior*. Dicitur quidem *scæva Fortuna*, cum agitur de malo omine, vel de Fortunæ nutu oculisque, ut aliquoties supra, sed quando simpliciter ut iniqua describitur, *sæva* rectissime se habet. Sic statim pag. 94. 'sæva et iniqua Fortuna.' Lib. VI. pag. 119. 'nutum Fortunæ sævientis expiare.' pag. 128. 'Tu, Fortuna durior, sævire jam desiste.' Lib. VII. p. 134. 'sævissimus Fortunæ impetus:' ubi male rursus Colv. aliique *scæv.* ibid. 'de Fortunæ sævitate conqueror.' pag. 143. 'Fortuna sæva me cruciatibus tradidit.' Vide ibi Pric. lib. VIII. p. 169. 'Sed illa Fortuna mea sævissima:' ubi rursus Vulc. Scriv. alii *scæv.* Lib. X. pag. 212. 'fortunæ sævientis procella.' Lib. XI. pag. 247. 'Adluctantem mihi sævissimam Fortunam superaram.' *Oud.* *Tuumque vestigium requirentes*] Lib. VI. 'Venus anxia disquisitione vestigium tuum, &c. requirit.' *Pric.*

Adiere] Legendum est, *aderunt.* Beroald.

Diem t. lacrimis et pl. consumit] *Cum* inserunt membranæ D'Orvillianæ. Simul diem et lacrymas consumit. Perdit enim et consumit lacrimas, qui eas nequidquam effundit. Ovid. lib. II. Met. 575. 'Tempora cum blandis consumsit inania verbis.' Adi Burm. Sec. ad Catal. t. I. pag. 141. 'tacitos consumere fletus.' Mallet tamen quis, quia præcedit *cum*, si per Mss. liceret, *in lacrimis*: ut Cicero ait 'consumere ætatem in studio,' et alia. Vide ad lib. II. pag. 38. 'mœstus in lacrimis.' Præcessit, 'simul cum nocte.' *Oud.* *Diem totum lacrymis et plangoribus misella consumit*] Lib. VIII. 'Dies totos totasque noctes insumebat luctuoso desiderio:' ubi notata vide. *Pric.*

Et humanæ conversationis colloquio viduata, &c.] Jacentem locum eriges, si legeris mecum, *at humanæ c.* Septa (inquit) beato quidem (h. e. bonis omnibus affluente) carcere: at maxima (cæterorum omnium condimento) jucunditate humanæ conversationis

viduata. Cicero in libello de Amicit. appositissime: 'Atque hoc' (quam necessaria res nempe sit societas) 'maxime indicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, et in solitudine uspiam collocaret: atque ibi suppeditans omnium rerum quas Natura desiderat abundantiam, et copiam; hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet: quis tam ferreus esset qui eam vitam ferre posset? cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo?' Idem I. Offic. 'Si contigerit ea vita sapienti, ut omnium rerum affluentibus copiis ditetur; quamvis omnia quæ cognitione digna sunt summo otio secum ipse consideret, et contempletur, tamen si solitudo tanta sit ut hominem videre non possit, e vita excedat.' *Idem.* *Humanæ conversationis colloquio viduata*] Seneca Epist. VIII. 'Quomodo solitudo in odio est, ita in dulcedine appetitio societatis.' Cicero citato de Amicitia libro: 'Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tanquam adminiculum nititur.' *Idem.*

Nec lavacro, nec cibo, nec ulla denique refectione recreata, &c.] Lib. VIII. 'Vos autem (inquit) de cibo vel poculo, vel omnino ulla refectione cogitatis?' *Idem.*

Beati carceris custodia] In D'Orv. Pith. quoque est *bini*. At nesciebat adhuc Psyche, eam domum esse divinam. Neque huc convenire existimo carceris laudes; quod, deceptus vulgari lectione putabat Pricæus, et hinc mox pro *et* conjiciebat *at*. Psyche sola destituta queritur, se inclusam carcere, quo nemo accedit, ita ut humana conversatione sit privata; et jam ne suas quidem sorores sibi conspicere, easque consolari licere. Littera *v* abiit rursus in *b*, legendumque *invii*, vel *avii*, vel *devii*, cum Ill. Heins. ad Ovid. Epist. XVII. 178. ubi vide, et ad Front. lib. II. cap. 5. § 17. lib. VI. pag. 120. 'deviis abditum locis.' In Flor. N. 17. 'avii fluvii:' quod quidam male mutare conantur. Solin. cap. 31. 'in aviæ solitudinis secretum.' Aliter 'iter invium,' ἄβατον, ἀνόδευτον, in Glossis. Drakenb. ad Liv. lib. XXXIII. 2. 'per invias atque ignotas rupes.' *Oud.*

Decessit ad somnum] Pricæus malebat *recessit*, ex lib. IX. pag. 195. 'suadebat maritum temporius quieti recedere:' vel ibi leg. *decedere;* uti sane est in Mss. et Edd. etiam ipsius. Et recte. Est enim hic simplex pro composito, ut 'decedere vita,' &c. Virgil. Ecl. VIII. 89. 'nec seræ meminit decedere nocti:' al. *cedere;* ut vidimus ad Sueton. lib. X. pag. 225. 'Cœnati e triclinio domini decesseramus:' scil. in cubiculum: ubi alii *rec.* al. *disc.* ut variatur passim. Εἰς ὕπνον χωρεῖν dixit Longus in Pastor. lib. III. pag. 75. *Oud.* *Flens ubertim decessit ad somnum*] Nullo cibo refecta. Plutarch. Consolat. ad Uxorem: Ἀμέλειαι σώματος ἕπονται τῷ κακῷ τούτῳ, (mœstitiæ) καὶ διαβολαὶ πρὸς ἄλειμμα, καὶ λουτρὸν, καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν. Pro *decessit* forsan *recessit* scribendum. Infra lib. IX. 'Suadebat maritum temporius quieti recedere:' nisi locus ille ex hoc loco emendandus. *Pric.*

Lectum accubans] In Mss. Oxon. Guelf. et Palat. est *accumbens*. Minus bene, ut opinor. Jacuisse statim in lecto videtur Cupido e seqq. *accumbere* vero potius ille dicitur, qui lecti spondæ superincumbit: ut passim ait Auctor, 'accumbere mensam,' 'cœnam,' ut lib. II. pag. 28. IV. 68. VI. 125. VIII. 158. IX. pag. 192. X. pag. 123. Eadem confusio in Flor. N. 16. 'jacebatque incumbens toro, similis cogitanti:' ubi male Edd. Vett. *incubans*. De *accubare* plura ad p. 101. *Oud.*

Hoccine mihi pollicebare Psyche mea] Æneid. IV. 'Hoc illud germana fuit?' ubi Servius: 'Allocutio per conques-

tionem.' Æneid. XI. 'Non hæc, o Palla, dederas promissa parenti.' Catullus: 'At non hæc quondam blanda promissa dedisti Voce mihi: non hoc miserum sperare jubebas.' 'Hoccine pollicebare?' (inquit). Donatus ad II. 3. Andr. 'Pollicitatio et promissio eandem vim habent, at pollicitatio majoris asseverationis est.' *Pric.*

Et perfida] Corrige *perdia*, perdius enim, perdia, perdium, dicitur per totum diem pertinax et permanens: sicut 'pernox,' per totam noctem perseverans: unde et 'luna pernox' in plenilunio dicta est, tota nocte collucens. A. Gellius in secundo: 'Socrates,' inquit, 'perdius et pernox hisdem in vestigiis stabat.' Nunc Psyche accusatur a marito, quod dies totos noctesque lachrymis cruciatibusque consumat. *Beroald.*

Desinis cruciatus] *Cruciatus* exhibent Edd. omnes præter Elmenh. et Flor. quod non capio genitivo, de quo vide ad Hor. lib. II. O. 9. 17. et ad Sil. Ital. lib. X. 84. 'desinit iræ:' sed accusativo plur. ut apud Cæs. lib. I. B. G. cap. 31. 'exempla cruciatusque edere:' ubi vide. Nam Noster semper cum illo casu jungit, ut statim, 'lugubres voces desinite.' Alibi, 'desinere emtionem.' Immo Mss. Flor. Reg. Fux. Guelf. pr. Oxon. Palat. D'Orv. dant *cruciatum;* quod sequor, male a Brantio tentatum. Nam *cruciare* sæpe dicitur de eo, qui se ipse tristitia et ægritudine adfligit apud Terentium, aliosque. L. v. pag. 105. 'Luctum desine.' *Oud.*

Age jam nunc ut voles, &c.] Horatius ad librum suum: 'Fuge quo discedere gestis, Non erit emisso reditus tibi.' *Pric.*

Et animo tuo damnosa poscenti pareto] Apud Ovidium Metamorph. VII. 'Procrin habe, dixit: quod, si mihi provida mens est, Non habuisse voles.' Vide quæ ex Seneca, Philone, Simplicio, et aliis notavimus in hanc mentem ad Matth. VI. 8. *Idem.*

Memineris meæ seriæ monitionis cum cœperis sero pœnitere] Propertius: 'Quod si tu monitis tardas adverteris aures, Heu referes quanto verba dolore mea.' Sirachides XII. 12. Μὴ καθίσῃς αὐτὸν ἐκ δεξιῶν σου, μήποτε ζητήσῃ τὴν καθέδραν σου· καὶ ἐπ' ἐσχάτῳ ἐπιγνώσῃ τοὺς λόγους μου, καὶ ἐπὶ τῶν ῥημάτων μου κατανυγήσῃ. Nota et loci paronomasiam: sic III. 'Mihi sero quidem, serio tamen subvenit ad auxilium vile decurrere:' et in Floridis: 'Serum fortasse an, sed serium.' *Idem.*

Et dum se morituram comminatur] Jocasta apud Statium: 'Annuite, aut natum complexa superstite bello Heic moriar.' Curtius lib. X. 'Lugubrem totis castris edidere clamorem, denunciantes se morituros, si Rex irasci perseveraret.' Apud Ovidium IX. Metam. 'Et, si rejicerer, potui moritura videri.' Infra hic lib. IX. 'Nam sibi statutam decretamque mortem proximare, ni cupito maturius potiatur:' ad quem locum plura notamus. *Idem.*

Ora conferat] Prave Edd. Ber. Bas. pr. *conserat.* Sic lib. III. in f. et sæpe, 'capita conferre.' Sermonem conserimus in allocutione, non ora. 'Conserimus sermonem' in colloquio. Vide ad pag. 96. 98. Mox *eas* abest a Fux. in quo et *dare.* Oud.

PAG. 92 *Idemtidem monuit, ac sæpe terruit*] Eleganter *sæpe iteravit* conjecit Ill. Heinsius ad Ovid. Met. lib. IV. 748. 'seminaque ex illis iterant:' de quo verbo, quod sæpius adhibet Auctor, ut patet ex Indice, vide eum, et Cel. Burm. ad Ovid. Ep. XVIII. 135. et supra pag. 90. pro *redditum* leg. *rei iteratæ* forsan. E quibus liquet errare Schefferum ad Justin. lib. V. cap. 7. 'Perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant,' legentem *onerant.* Nam 'fortunam questibus iterare' est 'sæpe de fortuna queri.' Hic tamen *terruit* potest explicari pro absterruit; 'caven-

da censuit;' ut lib. hoc pag. 104. 'Hæc tibi identidem cavenda censebam, hæc benevole monebam.' *Idem.* *Sed identidem monuit, &c.*] Gellius XIV. 1. 'Atque identidem commonebat,' &c. *Pric.*

De tanto fortunarum suggestu pessum dejiciat] Infra hoc lib. 'Nisi eam de tantis opibus pessum dejecero.' *Idem.*

Prius, inquit, centies moriar quam isto tuo dulcissimo connubio caream] Terentius: 'Animum potius relinquam quam illum deseram.' *Idem.*

Et efflictim te] A Pal. Fux. Guelf. utroque, et Oxon. exsulat copula. Bert. et D'Orvill. *afflictim.* Edd. ante Beroald. *efflictum.* Sed vide ad pag. 53. lib. III. 'efflictim deperit.' Ceterum non inepte Edd. Ber. et Bas. pr. iterant *te: te, quia, &c.* Oud. *Efflictum*] Legendum est *efflictim:* quod adverbium est, significans vehementer et enixe. *Beroald.*

Diligo atque ut meum spiritum] Samuel. I. cap. 18. 'Dilexit eum tamquam animam suam.' *Elmenh.* Mss. et Edd. ante Wower. uti et Ed. Elmenh. præbent, *diligo atque ut* (Guelf. pr. *ne*) *meum spiritum.* Postposuere ceteri verbum *diligo*, quod plane abest ab Ms. D'Orvill. Latere quid videtur. Gruter. lib. VIII. Susp. cap. 2. conjiciebat, *diligoque æque ut m.* Cur non tum, *et æque ut* vel *ac?* Oud. *Atque ut meum spiritum diligo*] Lib. IV. 'Quid spiritum vestrum, qui magis meus est, &c. fatigatis?' *Pric.*

Nec i. Cupidini comparo] I. e. multum præfero. Lib. VII. pag. 135. 'Nescio an ulli præsentium comparandum:' quia cunctos præstabat. Cæs. lib. I. B. G. cap. 31. 'Nec conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro:' quia Gallicus multo melior. Prave illic tentant locum. Similia vide apud Burm. ad Ovidii Epist. III. 51. Adde Pricæum. *Oud.* *Nec ipsi Cupidini comparo*] Id est, ipsi Cupidini præfero. Firmicus Mathes. III. 8. 'Faciet philologos, aut laboriosarum literarum peritos, et qui naturam suam nolint cæteris hominibus comparare.' Horatius: 'Nil ego contulerim jucundo sanus amico:' pro, omnibus jucundum amicum prætulero. Basilius Magnus: Τῷ βίῳ οὐδεμίαν πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπιδέχεται σύγκρισιν. i. probitate, et vitæ integritate alios antecellit: simile lib. III. 'Me nullam aliam Fotidi meæ præmalle:' ubi adnotata vide. *Pric.*

Imprimens oscula suasoria] Vide notas nostras ad Minut. Felicem. *Elmenh.* *Imprimens oscula suasoria*] Ovid. Metam. X. 'Sic ait, et mediis interserit oscula verbis:' ita in Suetonii Domitiano 'persuasoriæ assertiones,' ubi vereor ut recte Vir doctissimus Cressolius *perfusorias* substituat: hoc est, sine fide, summis labiis prominentes. *Pric.*

Ingerens verba mulc. et jungens membra cohibentia] D'Orvill. Fux. Pith. Guelf. ambo, Palat. *ingerens membra c.* Oxon. *inferens m.* ut ait Pric. Sed ex Gronov. Coll. *inserens.* Unde legendum suspicor, *et inferens verba m. et inserens membra.* Vehementer enim amat captatque Auctor tales paronomasias. Vide ad lib. IV. p. 83. 'Sacra proferuntur, pulvinaria deteruntur.' pag. 94. 'Sic se gerebat ferebatque.' In Flor. N. 3. 'cecinit et cecidit.' Item 'plaudere,' 'plangere,' et passim in Adject. 'scæva,' 'sæva;' 'parva,' 'prava,' &c. Scripsi autem *inferens:* quia dubito, an 'ingerere verba' umquam occurrat in bonam partem pro 'blanditias dicere.' Certe plerumque in malam, sive querelas, convicia jacere. Liv. lib. XLI. cap. 10. 'Ingessit probra Junio.' Sed consule modo notas ad Lucan. lib. V. 681. 'Et non ingratas ingessit turba querelas.' At crebro 'inferre sermonem,' 'caussam,' &c. de quo egi ad Cæsarem. Elegantissime autem dicitur *inserens*, dum intelligit per 'membra' linguam, ut et brachia pedesque ejus collum pedesque cohi-

bentes 'amplexibus tenacissimis,' ut ait lib. IX. pag. 271. Interpres sit Ovidius lib. III. Am. 7. 9. 'Subjecit brachia collo, &c. Osculaque inseruit cupidæ luctantia linguæ, Lascivum femori substituitque femur.' Minus decore per 'membra cohibentia,' seu, ut frustra vel sic conjiciebat, *conniventia*, Sopingius intelligebat *virginal* solum. At tum potius *membrum* dixisset Auctor. *Oud.* *Et jungens membra cohibentia*] Lucilius apud Nonnium: 'Tum latu' componit lateri, et cum pectore pectus.' Apud Euripidem ad Menelaum Helena: Περὶ δὲ γυῖα χεῖρας ἔβαλον, Ἡδονὰν ὡς λάβω Ὦ πόσις, ὦ φιλτάτη πρόσοψις. Oxon. *inferens m. cohibentia:* non male, cum præcesserit *ingerens:* et amet παρηχήσεις Noster, nec a priore tamen lectione recedimus. Scriptor de bono Pudicitiæ: 'Hinc illud dicit,' (Apostolus,) 'membra Christi membris meretricis non esse jungenda.' *Pric.*

Hic etiam blanditiis adstruit] Receperunt vulgo Colvianam lectionem *his*, quæ esse videtur in Flor. *Hoc* Pith. cum in prioribus Edd. vulgo præter Bas. pr. in qua *hinc*, legatur *hic*. Putem id pro solito more esse loco τοῦ *hæc*, uti non solum exstat in Fux. sed et Oxon. Guelferb. utroque, et D'Orv. item Ald. et Junt. post. Adstruit blanditiis, quas jam fecerat *hæc*, scil. verba, sive *addit*, *jungit*, uti hoc verbum passim adhibetur. Vide me ad Frontini præfationem, Vell. I. 17. 31. 53. Plin. l. III. Ep. 2. 'dignitati ejus aliquid adstruere.' Minuc. Fel. cap. 11. 'aniles fabulas adstruunt, et annectunt.' Supra lib. II. pag. 32. 'Ad cujus noctis exemplar similes adstruximus alias plusculas.' L. XI. p. 239. 'Ad istum modum fusis precibus et adstructis miseris lamentationibus.' Mox *blandis his* pro *blanditiis* in Palat. et Guelf. sec. *Oud.* *His etiam blanditiis adstruit*] Oxon. *Hæc etiam, &c.* blanditiis uxoriis intellige, ut initio VI. locutus. *Pric.*

Mellite, mi marite] Prave primum *mi* exciderat e Bas. priori, bene restitutum ab Elmenh. consentientibus Mss. O. et Edd. Vett. nisi quod secundum *mi* desit D'Orvill. libro. Quare malim, *mellite mi, mi marite*, licet alio ordine dent Mss. et Aldus quoque. Nam male Roaldus *mi mi* junctim, quasi ex Fux. et Ed. Aldi citavit. Sic melius adparet caussa, cur semel exciderit. Apprime huc quadrat illud Martialis lib. X. Ep. 68. 'Κύριε μοῦ, μέλι μοῦ, ψυχὴ μοῦ congeris usque:' ut egregie emendavit J. F. Gronov. lib. IV. Obs. cap. 22. *Oud.* *Mellite mi marite*] Mss. et principes editiones, *Mi mellite, mi marite.* Bene sane, bene: Apud Terentium Hecyr. IV. 2. illa: 'Mi Pamphile,' &c. ubi Donatus: 'Principium hoc est aliquid precantis fœminæ: a blandimentis ergo incipit, ut libenter audiat.' *Pric.*

Tuæ Psyches dulcis anima] Plautus: 'Anima est amica amanti.' *Elmenh.* Ms. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. *Psyche* hic et pag. 97. fors pro *Psychæ*. Vide ad lib. II. pag. 23. 'illecebris Pamphilæ.' Sed pag. 24. 'a cautela Pamphiles:' et hic p. 107. 'Psyches nomine.' *Oud.* *Tuæ Psyches dulcis anima*] Ζωὴ καὶ ψυχή. ut apud Juvenalem Sat. VI. ubi Scholia: 'Quibus sermonibus Græcæ mulieres in concubitu blandiri solent.' Bene et *dulcis.* Servius ad Æneid. IV. 'Amantes amores suos sua dulcia dicunt.' *Pric.*

Vi ac potestate veneris usurus] *In hac* Pith. *vi et* Fux. *Usurus* mordicus retentum a Mss. mihi hic nullum sensum, nisi obscurissimum et longissime petitum, habere videtur. Quare recte suspectum etiam fuit Pricæo, qui e lib. VIII. 'Promissioni obpressus succubuit,' legit, *vi ac potestati oppressus.* Verum quis umquam *vi* in Dativo singulari dixit? Præterea nimis abeunt a vulgatæ scripturæ lit-

teris, et vox *oppressus* significans inproviso deceptum, nimis vehemens est. Ego unice veram existimo alteram Brantii conjecturam, *ursus, invitus s.* Passim 'vis urguere' dicitur. Suet. Cæs. cap. 27. 'Luxuriæ vis urgueret.' Estque id verbum in amoris negotio et voluptatis Venereæ vi frequens, et quidem *de invitis*. Adposite satis Ovid. lib. I. Am. 11. 17. 'Acrius invitos multoque ferocius urguet:' ubi cave, cum viro docto mutes in *urit*. Contra sic restitue Tibullo e Ms. Corvini, aliisque, lib. III. 9. 7. 'Desine dissimulare. Deus crudeliter urguet, Quos videt invitos succubuisse sibi.' Vulgo *urit*. Adi de ea verborum istorum commutatione me ad finem Lucani lib. v. Simile mendum, *ursura* pro *usura* reponens, sustulit e Tacito Heinsius, adplaudente Burmanno ad Valer. Flacc. lib. VII. 93. Vir doctus ad marg. Ed. Colv. conjecit etiam *victus*. Oud. *Vi ac potestate Veneris usurus, invitus succubuit maritus*] Verbis nempe, et osculis suasoriis, sed præcipue membris cohibentibus demulctus. Virgilius de Venere pro filio arma a Vulcano orante. VIII. 387. 'Dixerat, et niveis hinc atque hinc Diva lacertis Cunctantem amplexu molli fovet: ille repente Accepit solitam flammam, notusque medullas Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit.' Vocem *usurus* suspectam habeo: est qui *victus*, vel *ursus* proponit. Terent. II. 2. Hec. 'Patrio animo victus,' &c. ubi Donatus: 'Bene victus, quia non ratione facit.' Remotius ego, at certius forsan *oppressus* scribo, *oppressus* (inquit) *potestati Veneris* (sic legendum enim) *succubuit*. Infra lib. VIII. de Thrasyllo: 'Promissioni fallaciosæ mulieris oppressus succubuit.' Firmicus I. 3. de Socrate: 'Severæ animadvertentium potestati succubuit.' *Pric.* *Invitus succubuit*] Lib. VIII. 'Invita quidem, verum religiosæ necessitati succumbens.' *Idem.*

Et cuncta se facturum spopondit] De Boccho Sallustius: 'Sæpius fatigatus lenitur, et ex voluntate Syllæ omnia se facturum pollicetur.' Infra hoc ipso libro: 'His verbis, et amplexibus mollibus decantatus maritus, &c. facturum spopondit.' *Idem.*

De manibus uxoris evanuit] Infra de Eodem: 'Ex oculis et manibus, &c. conjugis tacitus avolavit.' *Idem.*

Festinantes adveniunt] Reg. Fux. Palat. et Ed. Vicent. *festinanter;* quod temere adripuit Colvius. Sæpissime jam monitum, Adjectiva præ adverbiis amari a Nostro. Alibi, 'festinus adcurrit.' Mox, 'lætæ succedite:' 'tacitus avolavit.' Lib. VI. pag. 113. 'lætæ subvolant.' Lib. VII. pag. 139. 'libentes accedunt.' Et sexcenties. *Oud.*

Plangebant ubera] Pal. Guelf. sec. *pangebant*. Oxon. et Par. *percutiebant*, ex interpretis glossemate: pro quo et dixit *pulsabant ubera*. Vide Elmenh. ad lib. VIII. p. 253. Edd. Juntinæ et Aldi dant, *plangebant ubera, et*. Verissimum existimo, quod habent Florentinæ membranæ, *ubertim*, quod jam majorem luctum indicat. 'Plangere pectora,' 'ubera' crebro dici pro 'ferire,' nemo nescit, et homo lugens plangi, cum se sive pectora sua plangit: sed etiam *plangere* per ellipsin reciproci pronominis, ut in quam plurimis fit verbis, eodem sensu adhibetur. Vide Burm. ad Virg. G. I. 324. 'Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.' Lucan. lib. IX. 68. 'plenas plangemus ad urnas.' vs. 173. 'geminato verbere plangunt:' unde non facile recesserim a Mss. Ovidii l. VIII. Met. 527. 'Plangebant matres Calydonides Eveninæ.' Manil. lib. v. 558. 'Alcyones pennis planxere volantes.' Immo Noster absolute usurpavit quoque lib. VIII. pag. 238. 'Clamare, plangere.' In Flor. n. 16. 'dolere, plangere.' Dein adverbio *ubertim* usus est etiam lib. III. init. 'Ubertim flebam.'

Supra, 'Psyche flens ubertim.' Lib. VIII. 'Ubertim lacrimans.' Lib. X. 'Ubertim adlacrimans.' Atque ita Sueton. Cæs. cap. 83. 'Ubertim flere.' Item Catull. Claud. aliique. Cicer. Phil. XI. 31. 'fleret uberius.' *Id.*

Sonum resultarent] Seu resultare facerent. Vide omnino Acidalium ad Planti Stich. cap. 4. nisi *parili sonu* scripserit. Virg. Æn. V. 150. 'pulsati colles clamore resultant:' et passim. *Idem. Deflebant oculos, et plangebant ubera, quoad crebris earum ululatibus saxa cautesque parilem sonum resultarent*] Virgilius: 'Consonat omne nemus strepitu, collesque resultant.' Cicero pro Archia: 'Saxa atque solitudines voci respondent.' Philoctetes apud Sophoclem: *Ὦ λιμένες, ὦ προβλῆτες*, &c. *Ὦ καταῤῥῶγες πέτραι, Οἷ' ἔργ' ὁ παῖς μ' ἔδρασε!* Cicero II. de Finibus: 'Turpe putandum est, non dico dolere, (nam id quidem est interdum necesse,) sed saxum illud Lemnium clamore Philoctetæo funestare; Quod ejulatu, questu, gemitu, fremitibus Resonando multum flebiles voces refert.' Bion: *Ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες, Αἲ τὸν Ἄδωνιν· Καὶ ποταμοὶ κλαίοντι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδίτας.* Scriptor tertii Maccabaici: *Ὥστε καὶ τοὺς παρακειμένους αὐλῶνας συνηχήσαντας ἀκατάσχετον οἰμωγὴν ποιῆσαι.* Oxon. heic, *percutiebant ubera.* Pric.

Jamque nomine proprio sororem, &c. ciebant] Lib. II. 'Me nomine ciere non prius desierunt,' &c. Lib. VII. 'Milites, suosque famulos nominatim cientes:' et VIII. 'Clamore nominatim cientes illam juvenem.' *Idem.*

Per prona delapsæ] Lib. IV. 'Perque prona delapsus evomebat undas argenteas.' *Idem.*

Amens ac trepida] Lib. VIII. 'Amens, et vecordia percita.' *Idem.*

Quam lugetis adsum] 'Quam quæritis adsum.' *Idem.*

Lacrymis madentes genas] Seneca Octav. vs. 681. 'Cur genæ fletu madent?' *Elmenh.*

Quam plangebatis] A multo tempore, et eo momento, quo in scopulum deducta sum, huc usque scilicet. Non opus ergo est, ut cum Grutero lib. VIII. Susp. cap. 2. fingamus novam vocem *plangitatis.* Ceterum 'plangere aliquem' significat 'plangere se,' seu lugere ob aliquem; atque ita apud Propert. lib. II. El. 19. 26. 'ut me Demissis plangas, pectore nuda, comis:' ubi non male in Mss. aliquot *dimissis*, seu dissolutis, diffusis. Lucan. lib. VII. 44. VIII. 833. 'Et quem tu plangens hominem testaris Osirim.' Adde Pomp. Melam lib. I. cap. 9. Auson. Parent. X. 'Murmura quem primis meditantem absolvere verbis, Indolis ut plenæ planximus exequiis.' *Oud.*

PAG. 93 *Præcepti maritalis*] Wowerius et Sciopp. e Fulvii libro, *præceptis maritalibus.* Elmenh. Ediderunt sic quoque Scriv. et Pric. ac consentiunt Codd. D'Orvill. ac Pithœanus, item Guelf. pr. in *pceptis.* Sed mihi obscura durissimaque videtur locutio. Secura Psyche, Cupidinem præcepisse Zephyro id, quod sibi promiserat, se jussurum illum elementi vectura, sibi stiturum sorores, admonet jam eum illius præcepti. Nec mora, &c. *Oud.*

Festinantibus saviis sese perfruuntur]: Rursus *sabiis* Pith. Fux. Pal. D'Orv. *suaviis* Ed. Scriv. Insolens autem videtur locutio *perfrui sese amplexibus et saviis* pro jucunde et mutuo sese potiri inter amplexus et savia, idemque, diceretur, si pronomen hinc abesset. Adi ad Valer. Flacc. lib. IV. vs. 38. 'Talibus orantem dictis, visuque fruentem.' An *sese* pendet a *festinantibus*: ut basia dicantur festinare sese. Vix puto, licet Nostro sæpius *festinare* recipiat accusativum. Vide ad lib. IV. p. 66. *Idem.*

Prolectante gaudio] Infra lib. VIII. 'Et quas in primo mœrore lacrymas non habebat, jam scilicet crescente

gaudio reddere.' *Pric.*

Sed et tectum et larem nostrum] Dele glossema *et tectum* ex Bertino. *Elmenh.* Festinanter nimis sua collatione usus videtur vir doctus. A Bertino solum abest τὸ *et* ante *Larem.* Ac prius nequaquam est glossa. 'Succedere tecto' prius quis debet, quam 'Laribus.' Ultimumque plus significat, ac majorem familiaritatem; quum non tecto solum, sed et penetralibus recipimus. 'Succedere tecto' et 'tectum' sæpe dicitur. Vide Pric. Heins. ad Ovid. lib. XIII. Met. 64. Drak. ad Liv. lib. XXXVIII. 9. et me ad Cæs. lib. II. B. G. c. 6. 'portas succedunt.' *Oud.* *Tectum et Larem nostrum lætæ succedite*] Ex his Didonis ad Trojanos Æneid. I. 'Quare agite o juvenes, tectis succedite nostris.' *Succedere*, etiam in *subeundi* significatu, recte et dativo et accusativo jungi docet Servius ad v. Eclog. Virgilii. *Pric.*

Summas opes domus aureæ, locumque servientium pop. familiam auribus earum] Præ defectu verbi olim tam varia [v. VV. LL.] effinxere viri litterati, in his J. Isac. Pontan. Anal. lib. III. c. 10. pro *summas* rescribere tentans *summat*, sive censet, æstimat. Pessime omnium rescripsit Vulcanius: *s. o. p. a. locumque et servientium p. f. a. ingerens lavacro p.* Quid sit interpolare, urere et secare, nescio, si hoc non est. Optime ex Mss. Palat. Bert. Fulv. Fux. Flor. quibus accedunt Reg. Pith. Oxon. D'Orv. Guelferb. emendarunt viri docti, ut edidimus cum Wow. Scriv. Pric. Flor. nisi quod in septem posterioribus exaretur *locumque*, et in plerisque *demonstrat* ponatur ante *auribus earum.* Non opus autem est ut primo κειμένῳ addas *oculis* vel simile; licet alioquin e corrupta voce *locumque* talem quamdam præcessisse facile conjicias. Sed satis hoc declarat dicens, *opes* (Pith. *opus*) *domus demonstrat.* Sed quia non ita fieri id poterat, ostendendo voces famulas, ideo addidit hic Auctor *auribus.* *Et*, quod ingerit Elmenh. quoque post *vocumque*, non est in ullo scripto, nec debet. Voces ipsæ servientes ut famulæ bene dicuntur. *Oud.* *Sic allocuta, &c.*] Et hæc ex his ejusdem Virgil. loci: 'Sic memorat, simul Ænean in regia ducit Tecta.' *Pric.* *Locumque*] Subscribe verbum *Ostendit*, ne trunca et defectu verbi claudicans orationis structura sit. *Beroald.*

Populosam familiam] Fux. *copiosam p.* sed glossa est verbi *populosam.* Roald. Quod et patet e Regio *copiosam al. populosam.* Guelf. pr. *populos f. demonstratque.* Palat. Guelf. sec. *populos ac fam.* Oxon. *populos atque familiam.* Sed alibi Noster dicit 'populosam plateam,' 'civitatem,' &c. et de hac voce adi Wass. ad lib. VIII. p. 156. ac Bentlei. ad Manil. lib. II. 224. 'scopulosus in undis Cancer.' Dein *pulcherrime* Pith. *Oud.*

Inhumanæ mensæ l.] Codd. D'Orv. Palat. *humane*, prave. Vulgatum jam optime explicuere Beroaldus et Gruter. pro divina et cœlesti. Consule et Pricæum, Burm. ad Petronii locum, et Juret. ad Symmach. lib. I. Ep. 26. Tollium ad Auson. Par. cap. 39. Sic Sueton. Calig. cap. 52. 'Vestitu non humano est usus.' Et sic 'cibi humani,' non quibus utuntur homines, sed carnis humanæ, Flor. III. 5. 10. Elmenhorstius ita capit quoque locum lib. XI. p. 248. 'vultu geniali et hercules inhumano.' Sed ibi vide. *Idem.* *Inhumanæ mensæ*] Cœlestis: sic infra lib. XI. 'Inhumanus aspectus:' et lib. de Deo Socratis, 'cœlestis et inhumana sententia.' *Pric.* *Inhumanæ*] Non humanæ, ac per hoc divinæ cœlestisque mensæ, alias 'inhumanus,' crudelis dicitur, et inamabilis. *Beroald.*

Præcordiis penitus nutrirent invidiam] Sic Oxon. et Vicent. malim tamen *penitis.* Pric.

Satis scrupulose curioseque] Ab Ox-

on. abest *satis*, ut et *curioseque*, sicut etiam a Fuxensi, et ultima vox a Guelf. pr. quam vocem editores, Wowerium secuti, uncis inclusere. Male. Synonymis enim gaudet Auctor: ut vidimus ad lib. I. p. 18. 'Curiose sedulo.' Sæpe 'nudus et intectus.' Lib. VII. pag. 133. 'cæcam et exoculatam.' Lib. VIII. p. 153. 'inermes et inmuniti.' Lib. IX. 'incensi et inflammati.' Lib. X. 'sola et sine ullo comite.' Lib. IX. p. 253. 'perspicua evidensque.' Adde Wopkens. Misc. Obs. vol. VIII. p. 79. *Non* exsulat a Pith. *Oud.* *Scrupulose curioseque percontari non desinunt*] Gloss. 'Πολυπραγμονῶ, sciscito, percontor.' Infra lib. VIII. 'Percontatur anxie.' *Pric.*

Quisve vel qualis] Desunt Mss. Palatin. Guelf. pr. et Oxon. uncis inclusa a Wowerio, et Pric. *Vel qualis* uncis circumscripsere Elmenh. et Scriv. nullo, ut opinor, merito. Intelligit, ex qua gente, familia, quo habitu et forma sit maritus. Forte, *vel cujatis*. Vide ad lib. I. pag. 4. 'Quis sim et cujatis.' *Oud.*

Ipsius sit maritus] In iisdem et Guelf. sec. est *ejus*. Si Mss. addicerent, mallem cum Pricæo *ipsus*. Cincius apud Gell. lib. XVI. cap. 4. 'Nisi ipsus eo die ibi sit.' Auson. præf. in Bissulam: 'Compedes ipsus ut gestet faber.' In Dativo *ipso* occurrit lib. X. pag. 217. 'Ne ipso quidem succubuit igni:' ut *istæ*, *isto*. Vide ad lib. III. p. 56. lib. V. p. 109. *Idem*. *Quisve, vel qualis ipsius sit maritus*] Libentius *ipsus* legerim, expende proxime præcedentia: ac illa, *quisve, vel qualis*, non a Palat. tantum, sed et Ms. Oxon. absunt. *Pric.*

Ullo pacto] Etiam hæc male absunt a Palatino. *Elmenh.* Item ab Oxon. Guelf. sec. et Par. ac Scriverius parenthesios signis circumsignavit. Sed genuina sine dubio sunt. In Regio, Fux. et D'Orvill. est *nullo*, ut adhibuerit duo negativa. Sic lib. VII. pag. 148. in quibusdam: *neque nullo modo*. Lib. IX. pag. 202. 'nec noluit.' Sic in Plinii Mss. O. lib. XI. cap. 37. 'Nec in nullo ante Veneris usum.' Vulgo *ullo*. Septim. de B. Troj. lib. IV. cap. 18. 'neque se neque Æneam nequisse pati:' ubi al. *nequivisse*, al. *quivisse*. Vide omnino Heins. ad Virg. Ecl. V. 25. Serv. ad Æn. II. 247. Græv. ad Cicer. lib. II. in Verr. cap. 24. Drak. ad Liv. lib. XLIII. c. 18. me ad Cæs. lib. V. B. G. cap. 4. 'neque nulla omnino navis.' Nisi ubique lusum librariorum statuamus. *Oud.* *Ullo pacto*] Et hæc ab iisdem Codd. absunt: an recte nescio. Infra lib. VI. 'Redire nullo pacto poteris.' *Pric.*

Pectoris arcanis exigit] Bert. *arcana*. Elmenh. Quod placuit olim Scioppio lib. II. Susp. Lect. Ep. 10. In Reg. Fux. *exigit arcani*. D'Orv. *arcanis pectoris*. Si *arcana* valeret, *exuit* rectius diceretur. Nam *pectoris arcana* sunt 'secreta pectoris' lib. XI. ut bene advertit Pricæus. Vide de verbo hoc 'exigere' Burm. ad Ovid. Epist. II. 124. et Comm. tum aliorum, tum meos ad Suet. Aug. cap. 94. Minuc. Fel. cap. 27. 'Dæmones tormentis verborum et orationis incendiis de corporibus exiguntur.' Isid. lib. XII. cap. 4. 'infusa pestis per venas discurrit et animam exigit.' Sic Mss. Vulgo *exstinguit*. Oud.

Et commodum] Sic bene Mss. Florentin. D'Orv. et Edd. Elmenh. Scriv. Flor. quomodo jam legendum vidit Stewechius, sed citra necessitatem copulam delens ante *speciosum*. In Palat. Guelf. sec. *comm. et*. Verum, si mox *inumbrante* legas, commode abesse potest copula, uti deest reliquis Mss. et Edd. *Idem*.

Genas inumbrantem] Edd. Ald. Junt. utr. et Colin. *inumbrante*, ut ad *barbitio* referatur; quando certe copula ante *commodum* debet abesse. Sic Claudian. Cons. Pr. et Olyb. vs. 9. 'Ante genas dulces quam flos juvenilis inumbrat.' Sil. Ital. I. 403. 'Tum

frontem Chremes intonsam umbrante capillo Septus.' Flor. N. 15. 'coma cervicem obumbrat.' Verum nil muta contra Msstos. Ipse juvenis bene dicitur 'inumbrare genas lanugine barbæ.' Ovid. Met. IX. 398. 'Pene puer, dubiaque tegens lanugine malas.' Infra pag. 98. 'Adolescens florenti lanugine barbam instruens.' De *umbra* vero barbæ, crinium, &c. egerunt multi. Tum *ac mont.* D'Orv. Fux. *a m.* Pith. *Idem.* *Commodum lanoso barbitio genas inumbrantem*] Glossæ: 'Ἀρχιγένειος, lanuginosus.' Ovid. Metam. I. 'Pene puer, dubiaque tegens lanugine malas:' et XIII. 'Signarat dubias tenera lanugine malas.' Pacuvius; 'Nunc primum opacat flore lanugo genas.' *Inumbrantem*, ut apud Euripidem Phœnissis: Ἐπεὶ δὲ τέκνων γένυς ἐμῶν σκιάζεται, &c. *Pric.* *Lanostim*] Emendo, *lanoso*: ut junctim legas, *lanoso barbitio*: hoc intellectu, quod erat juvenis prima barbæ lanugine et flore genas vestiens: id enim, *lanosum barbitium* significat. Alibi *barbitium* quoque pro barba decenter usurpat: 'Hircino,' inquit, 'barbitio philosophum mentiebatur.' *Idem.*

Sermonis præcedentis labe] *Proced.* bene edidere Vulcan. Wower. &c. exstatque in Mss. Flor. Oxon. Pith. Pal. D'Orv. sive increscentis, ut lib. IV. pag. 83. 'Inmensum procedit in dies opinio.' Lib. X. pag. 220. 'Silentio procedens simultas.' Lib. X. p. 220. 'procedens querela.' Paullo post: 'procedente consuetudine.' Eadem confusio lib. VIII. in f. 'processit O tantum.' Tum in Oxon. a m. pr. est *labile.* Pro *auro facto* in al. *a. farcto.* Oud. *Auro facto*] *Goldplate:* sic in Glossario, 'Ἀργυροῦν σκεῦος, argentum factum.' *Pric.*

Gemmosisque monilibus] Claudianus: 'Luxurient tumido gemmata monilia collo.' *Idem.*

Sorores egregiæ] *Egregiæ* significat pessimas pro creberrima ironia, qua utitur Appuleius. Vide ad lib. I. pag. 6. et lib. VII. pag. 150. Et sic 'bona Meroë' ibid. Ita lib. IX. pag. 181. 'nec quidquam suspicatus acer ille et egregius maritus.' Namque inprimis hanc vocem in ironia adhibet, ut lib. II. pag. 40. 'Uxor egregia capit audaciam et mente sacrilega,' &c. Lib. IX. p. 292. 'Uxor egregia, diras devotiones in eum inprecata.' Lib. X. p. 228. 'Tunc illa uxor egregia, libidinosæ Furiæ stimulis efferata.' Et sic multis aliis locis ex Virg. Æn. VI. 523. Immo de his ipsis sororibus hoc libro pag. 104. 'sed illæ quidem consiliatrices egregiæ tuæ,' &c. Eumdem errorem puto commissum ab Arnobii librariis lib. I. pag. 20. 'Transgredimur Opis soboles regias,' &c. immo ironice *egregias.* Pro *redeuntes* in Oxon. *redeunt habes.* Oud.

Invidiæ felle] Ovid. lib. II. Metam. de invidia: 'Pectora felle virent.' *Elmenh.* *Invidiæ felle flagrantes*] Ἐν χολῇ πικρίας ὄντα· ut Act. 8. 23. *Pric.*

En orba, sæva et iniqua fortuna] Plinius lib. II. c. 7. 'Toto mundo et locis omnibus, omnibusque horis omnium vocibus Fortuna sola invocatur, et una nominatur, una accusatur, una agitur rea, una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, et cum convitiis colitur, a plerisque vero et cæca est æstimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix.' *Elmenh.* Vocem *orba* suspectam habuit Ill. Heinsius, et conjecit, *acerba, rea, torva; Rea* etiam Heins. in Not. Ms. ad Juven. X. vs. ult. 'nos te, Nos facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.' In alia schedula conjecit Heins. *Heu torva et sæva*, vel *scæva*, aut, *En dura* ex lib. VI. pag. 128. Ed. Pric. quarum vocum tamen nullam persuadere potuisse videtur summo Grævio. Vide Epist. Syll. tom. IV. p. 214. 215. 220. Nam *rea* nihili hic est, et *acerba, torva*, eadem sunt, quæ *sæva* et *iniqua.* Aliquando conjeci

surda, ex descriptione Tabulæ Cebetis pag. 15. Ed. Gron. οὐ μόνον τύφλη, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Verum recte examinatus ille locus patebit et ipse esse corruptus. Nam ejus naturam declarari subditur pag. 17. Ὅτι ἐπὶ στρογγύλου λίθου ἕστηκεν, &c. Inde non liquet esse κωφὴν, 'surdam,' sed κουφὴν sive 'levem,' et, ut pergit, οὐκ ἀσφαλῆ, οὐδὲ βέβαιαν. Adde pag. 59. &c. ubi apparebit, non surdam ab eo esse descriptam. Hinc divinavi *glabra*, sive pro *calva* sumas, sive pro lævi. Vide ad p. 94. 'cucurbita glabriorem:' vel *bruta*, ex Pacuvio apud Auctorem ad Herenn. lib. II. cap. 23. 'Fortunam insanam esse et cæcam et brutam perhibent philosophi,' &c. Vide totum locum. At nunc nihil omnino novatum velim. Præcipuum Fortunæ characterem malum *cæcitatem* omittere non debuit Auctor. Sicut bene in simili re lib. VII. pag. 133. ait 'cæcam, et exoculatam esse Fortunam:' et lib. VIII. pag. 169. 'Fortuna sævissima cæcos detorsit oculos.' Eoque sensu recte *orba* capitur a Beroaldo, aliisque. Fateor rarius quidem occurrere vocem *orbum* pro *cæco*, sine addito 'lumine,' 'oculis,' vel simili, quo pateat, talem *orbum* sive privatum esse, ut proprie significat, visu. Verum id fecit Auctor ad imitationem Græcorum, qui voce πηρὸς, signante 'mutilum,' usi sunt, vel addito τὴν ὄψιν, aut simili, vel etiam absolute, ut Manetho lib. V. vs. 255. Εἰ δ' ἄμφω κατίδοι, ταχινὸν καὶ πηρὸν ἔθηκεν. ubi Clar. D'Orvillius meus legit, κατίδοι τ' ἀλαόν. Anthol. lib. I. cap. 31. Ep. 2. πηρὸς, ἄπαις, &c. ubi tertio versu malim τριποθήτου. Suid. Ὀφθαλμία, πήρωσις. Gloss. Phil. Πηρὸς, cæcus, orbus. et Gl. Lat. 'Orbus, πηρὸς, ὀρφανὸς, τυφλός.' Immo quidam *orbum* proprie *cæcum* innuere putat, quasi ὀρφὸν seu ὀρφνὸν, tenebricosum. Vide Voss. Etym. quo facit Festus, 'Orbam' dicens, 'quæ personam caram, quasi oculos et lumen, amisit.' Isidorus lib. X. 'Orbus, qui liberos non habet, quasi oculis amissis.' Confer Rigalt. ad Artemid. lib. I. cap. 28. et Comment. ad Auson. Parent. cap. 4. 26. Sic et *vacuus* simpliciter de vultu et facie oculis orbata. Confer Pric. ad lib. VIII. pag. 161. 'Attolle vacuam faciem.' Immo pag. 161. *orbitatem* clare Appuleius pro *cæcitate* posuit. Mox minus recte cum Ms. Bert. Sopingius voluit *scæva*, et temere ediderunt Elmenhorst. ac Scriver. Vide ad pag. 91. 'Fortuna sævior.' *Oud.*

PAG. 94 *Maritis advenis ancillæ*] Sic apud Virgilium Andromacha: 'qui deinde secutus Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosque Hymenæos, Me famulo, famulamque Heleno transmisit habendam.' *Colv.* Non possum, quin elegantem adscribam Divi Augustini locum Confessio. Lib. IX. c. 9. ubi mater ejus aliás matronas admonere solet: 'Ex quo illas tabulas, quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta, quibus ancillæ factæ essent, deputare debere, proinde memores conditionis superbire adversus dominos non oportere.' *Brant.*

Deditæ] Milesiarum scriptorem, Juris Romani et Latini peritum, fuisse testantur non solum voces, sed et formulæ antiquorum prudentium, quibus ille et multis utitur, et ad rem perquam accommodate: quare suspicatus sum eundem et hoc loco ibi fuisse, et scripsisse, *addictæ*, vel, quod propius vero, *dedititiæ*. Servorum manumissorum triplex olim conditio, ut meministi. Nam aut cives Romani fiebant, aut Latini, aut Dedititii. Horum pessimam conditionem fuisse qui nescit, videat Institutiones Ulpiani, Caii, Theophili, et Livium lib. VIII. Andream Alciatum lib. I. Parer. cap. 15. Angeli Politiani Miscellanea, et alios. *Stewech.* Quasi vero *deditæ*, seu in possessionem et dominium traditæ, non satis

exprimeret rem. Atqui sæpe 'deditus' pro dedititio occurrit. Vide Drakenb. ad Liv. lib. VIII. c. 13. § 15. 'Vultis crudeliter consulere in deditos.' Neque ad manumissionem, sed servilem respicitur conditionem, qua quis deditur vel venditione, vel alio modo in alienam servitutem. *Oud.* *En orba et sæva et iniqua Fortuna: hoccine tibi complacuit, ut utroque parente prognatæ diversam sortem sustineremus? et nos quidem quæ natu majores, maritis advenis ancillæ deditæ, &c.*] Contextus pluscula adscripsimus, ut cum his Senecæ conferantur: 'Hæc' (mors) 'ubi res fortuna male divisit, et æquo jure genitos alium alii donavit, exæquat omnia.' Consolat. ad Marc. cap. 20. Pincianus, et post eum Lipsius, *aliis* supponunt: nimirum *rebus.* ego nil mutandum contendo. De 'rebus' antea locutus, de 'personis' subjungit: 'donare' ergo ibi est 'addicere:' in hoc Appuleii loco 'dedere.' Loquitur Seneca de servitute, non ex natura re, sed ex jure gentium orta. Cyprianus ad Demetrianum: 'Ipse de servo tuo exigis servitutem, &c. et cum sit vobis eadem sors nascendi, conditio una moriendi, &c. æquali jure, et pari lege vel veniatur in istum mundum, vel de mundo postmodum recedatur, tamen nisi tibi pro arbitrio tuo serviatur,' &c. Adde, quod et *homines* exæquare Mors satis recte dicitur, *res* vero nequaquam. Plinius XIX. 4. 'Mors certe æquabit quos pecunia separaverit.' In Trinummo Plautina: 'Nos homunculi, Qui cum salillum animæ extemplo amisimus, Æque' (lege *æquo*) 'mendicus atque ille opulentissimus Censu censetur ad Acherontem mortuus.' Adverte et ad illa Appuleii 'utroque parente prognatæ:' annon id ipsum volunt quod Senecæ ea, 'æquo jure genitos?' Oxon. hic non *prognatæ*, sed *progenitæ* legit. *Pric.*

Maritis advenis ancillæ deditæ] Augustinus Confess. III. 9. 'Ex quo illas tabulas quæ matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta quibus ancillæ factæ essent,' &c. Scriptor de bono Pudicitiæ in Cypriani operibus: 'Virginitas quid aliud est quam soluta libertas? maritum non habet Dominum.' Vide I. Petr. 3. 6. Medea apud Euripidem: Ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ Πόσιν πρίασθαι, δεσπότην δὲ σώματος λαβεῖν. Quod inter antiquiores Romanos ne fieret, coëmptione cavebatur. Isidorus IV. 29. Orig. 'Antiquus nuptiarum erat ritus, quod se maritus et uxor invicem emebant, ne videretur ancilla uxor.' *Idem.*

Extorres et lare] Libet hic notare locum Tertulliani, et, si potest, si debet, emendare. De Præscriptione advers. Hæret. 'Plerique nec ecclesias habent, sine matre, sine Deo, orba fide extorres quasi late vagantur:' ubi legerim, *extorres quasi Lare vagantur.* Sed fortassis *late vagantur* etiam de lata fuga intelligendum, de qua Marcianus L. V. D. de interd. et releg. Sed hæc alterius loci. *Colv.* Sic 'extorres aris et focis' Flor. lib. III. c. 13. ubi vide. 'Extorres Penatibus' Liv. lib. V. c. 30. VII. 4. Et passim 'agro,' 'domo,' 'oppido,' 'patria,' 'regno.' De loco Tertulliani vide Pric. contra Colv. *Oud.*

Extorres et Lare et ipsa patria degamus] Apud Sophoclem illa: Ὅταν εἰς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες, Ὠθούμεθ' ἔξω, καὶ διεμπολούμεθα. Afferuntur heic (idque data opera) a Colvio Tertulliani ista: 'Plerique nec Ecclesias habent, sine matre, sine Deo, orba fide, extorres quasi, late vagantur:' in quibus censet legendum, *extorres quasi Lare, vagantur:* putatque sapientissimum Scriptorem illum se aliquo beneficio obstrinxisse. Ego infeliciter eum operam posuisse, beneque se habentem locum vulnere deformasse puto. Lucanus: 'Lateque vagatur Ensis, et a nullo revocatum est pectore fer-

rum.' Hoc aliis scriptoribus 'passim vagari' dicitur. Virgil. 'Quæ passim tota regione vagantur.' Servius ad Ejusdem Æn. IV. 'Ante inventum a Cerere frumentum, passim homines sine lege vagabantur:' et ad Æneid. VIII. illa: 'Armenta videbant.' 'Quæ post mortem Caci passim, &c. vagabantur.' Prudentius: 'Capta passim vagus errat in Urbe.' Infra lib. XI. 'Inter has oblectationes ludicras quæ passim vagabantur,' &c. Glossarium: 'Vage, passim, σποράδην.' Tibullus: 'Passimque vagantes Dulce sonant tenui gutture carmen aves.' *Pric.*

Fœtu satiante] D'Orvill. *sofiante*. Pal. Guelf. sec. *sautrante*. Ed. Bas. pr. *satiente*. Vitiose. Neque opus est quidquam mutari, ut suspicabatur Colvius. Fœtus dicitur satiare mulierem, cum sæpe peperit, et jam liberorum satura est, sive 'visceribus lassis, partuque exhausta,' ut ait Lucan. lib. II. 340. ubi vide. Sicut et omnia, quæ tædium et ægrimoniam adferunt, 'satiare' quem dicuntur. Adi Gebhard. ad Tibull. lib. II. El. 1. 51. 'Agricola adsiduo primum satiatus aratro.' *Oud.* *Hæc autem novissima, quam fœtu satiante postremus partus effudit, &c.*] Appositum e Virgilio locum præripuit Beroaldus: at non Philonis istum in de Abrahamo: Πρεσβύτερος καὶ πρῶτος ἔστω καὶ λεγέσθω ὁ ἀστεῖος. νεώτερος δὲ καὶ ἔσχατος πᾶς ἄφρων. *Pric.*

Et Deo marito potita] Oxon. et alius Ms. *potita sit:* et poscit quidem imperfecta pendensque oratio. *Idem.*

Quæ nec uti recte tanta bonorum copia novit] Male hæc absunt ab Oxoniensi. Terentius de divitiis, amicis, &c. 'Atque hæc perinde sunt ut illius animus qui ea possidet: Qui uti scit, ei bona: illi, qui non utitur recte, mala.' Infra lib. IX. 'Potens, et dives, et juvenis, et prosapiæ majorum gloria male utens.' Apud Quintilianum ille IX. Declam. 'Non ego æs alienum luxuria contraxi: nec profusus in vitia, fortuna nostra male usus sum.' Plato: Οὐκ ὀρθῶς δωρεᾷ κατακέχρηται. Donatus ad ea Phormionis: 'Regem me esse oportuit. Ostendit pauperum affectiones, qui se solos uti divitiis scire aiunt, si eas haberent.' *Idem.*

Vidisti soror, quanta in domo jacent et qualia monilia] 'Quanta et qualia,' ut apud Virgilium: 'Nam qualis quantusque.' Totum hoc κείμενον abest ab Oxon. Ms. *Idem.*

Splendicant] *Splenditant* Reg. Fux. Pith. et Guelf. ambo, et Ed. Vic. *splendidant* Pal. Oxon. *splenditent* Edd. Junt. Colin. Sed cetera omnia efferuntur Indicativo modo, et ut a 'mordeo,' 'morsico,' a 'candeo,' 'candico,' de quibus lib. II. pag. 27. sic a 'splendeo,' 'splendico.' Contra pro *cantitant* lib. VI. pag. 113. in aliis *canticant*. Oud.

Quantum præterea passim calcatur aurum] Vide supra notata. *Pric.*

Fortassis tamen] Si *tamen* hic bene intelligere velimus, sensu erit supplendum: immo licet nunc felicissima vivat, tamen etiam Dea fiet fortassis. Certe ita malim, quam per *tandem* explicare cum Piccarto, vel cum eodem in *eam* mutare, Peric. Crit. c. 8. licet sæpe hæ voces inter se commutatæ sint. Nimis enim friget is sensus. Edidit Scriverius *fortassis an.* de quo videndum. Voce *fortassean* bis utitur Auctor in Apologia, et de Deo Socratis p. 672. atque ita edidit Elmenhorst. in Flor. n. 17. in f. sed sine Mss. aut Edd. auctoritate. Vide etiam ad Gell. lib. VII. c. 3. XI. c. 9. XVII. c. 5. in f. Paræi Lexic. Crit. p. 498. et Elmenh. Indic. *Oud.*

Procedente consuetudine, et affectione roborata, &c.] Seneca in de Tranquillitate, &c. 'Longa conversatio amorem inducit.' Lucretius: 'Consuetudo concinnat amorem.' Scriptor de Hierosolymitano excidio, I. 23.

'Usu et consuetudine amoris igniculus adolescenti obrepsit.' Ovidius: 'Fac tibi consuescat, nil consuetudine majus.' Fulgentius Mythol. 20. 'Amantur quædam speciei venustate, quædam etiam lenocinante consuetudine.' Achilles Tatius lib. I. Τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας εἰς χάριν αἰδεσιμώτερον, εἰ γὰρ τὰ ἄγρια τῶν θηρίων συνηθείᾳ τιθασσεύονται, πολὺ μᾶλλον ταύτῃ καὶ γυνὴ μαλαχθείη. Oxon. *ut in affect. robor. Roborata* autem in hujusmodi argumento significanter dixit. Ovidius: 'Amor vires sibi colligit usu; Si bene nutrieris, tempore firmus erit:' et alibi: 'Mora dat vires, teneras mora percoquit uvas: Et validas segetes, quod fuit herba, facit.' *Pric.*

Gerebat, ferebatque] Ait N. Heinsius ad Ovid. Met. lib. V. vs. 348. Appuleium hic inepte ταυτολογεῖν: quapropter legi voluit *efferebatque*. Verum errare virum doctissimum puto, et captatam esse a Nostro paronomasiam, ipsi frequentem. Statim 'plaudebat, gaudebat.' Vide ad p. 92. 'Inferens verba, et inserens membra.' De verbo 'ferre' h. sensu consule notas ad Sueton. Vesp. cap. 23. 'Ingenuum se et Lachetem mutato nomine cœperat ferre.' Virg. Æn. XI. 779. 'captivo se ferret in auro.' Schwartz. ad Mamertini Genethl. cap. 7. 'Sic vos fertis, quasi ambo juniores.' *Oud.*

Deum spirat] Ammianus lib. XXII. 'Julianus prosperis elatus, ultra homines jam spirabat.' Hoc Sophocli in Ajace, μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖν. Sosiphani ἴσ' οὐρανῷ φρονεῖν. Scriptori Maccabaicorum II. 9. 12. φρονεῖν ἰσόθεα. *Pric.*

Seniorem] Senes contemnuntur passim a juvenculis. Menander: Πικρόν ἐστι θρέμμα γέρων ἐν οἰκίᾳ μένων. *Elmenh.*

Cucurbita glabriorem] Lucianus Judicio vocalium: Ἀκούετε τοῦ θῆτα κρούοντος καὶ κεφαλῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ἐπὶ τῷ τῆς κολοκύνθης ἐστερῆσθαι. ubi allusio ad hoc proverbium manifesta. *Colv.* Sic Fulgentius de Prisco Sermone hunc locum laudat. Bert. et Florentini: *calviorem, et q. p. pusilliorem* legunt. *Elmenh.* Ut non negem *glabrum* de calvo dici, dicique posse, et Fulgentium ita citasse, nequaquam tamen ita ab Appuleio relictum censeo: quidquid contra inferant Beroald. Stewechius. Nam primo constat, Fulgentium ex memoria hunc locum citasse, atque hinc graviter errasse. Is enim intelligit 'mollem, levem et inberbem.' Nam invertens quoque omnia Appuleii verba citat: 'dein quovis puero pumiliorem, et cucurbita glabriorem.' Pumilios dicunt molles atque enerves; glabrum vero levem et inberbem:' cum Auctor noster *calvum* velit præ sola senectute. Dein Mss. plerique et optimi, Flor. Bert. Pith. Guelf. ambo, Oxon. Reg. Fux. Pal. et Edd. usque ad Colv. præbent *calviorem*. Nam prave Colvius tacite *glabriorem* in textum intrusit; quamvis confirmatum a D'Orvilliano. *Glaber* Nostro, aliisque, non est calvus, sed lævis, mollis, delicatus. Vide Indic. Gudium et Burm. ad Phædr. F. 63. ut et N. Heins. ad Valer. Flacc. lib. III. 234. Accedo itaque Pricæo; et *calviorem* præfero. *Oud.* *Cucurbita glabriorem*] Probabilem lectionem istam facit auctoritas Fulgentii, et Plauti locus Trinummo, ubi in oviam vituperio: 'Tam glabræ quam hæc est manus:' at *glabrum*, ubi de hominibus, sensu diverso ponitur. Glossæ: 'Ἁβρὸς, glaber, delicatus.' Infra heic de Cupidine: 'Corpus glabellum atque luculentum, et quale peperisse Venerem non pœniteret:' haud cunctanter itaque *calviorem* præfero, quod et editio vetus Vicentina adstruit, et Oxoniensis Ms. cum Codice Florentino. *Pric.* *Cucurbita calviorem*] Fulgentius Placiades, hunc ex Apuleio locum citans, legit, *cu-*

s glabriorem, et quevis puero pu- am, quæ sane lectio nitidior est, ponas glabriorem pro depilatio- cutisque nitidioris: glabrum depilatum dicimus, et levem: sunt senes, calvi scilicet, et om- pillitio depopulati, instár cucur- um, quæ (ut nemo non videt) e sunt, et lævore polituraque :te. Plautus in Aulularia: 'Tu a, si sapis, glabriorem reddes, volsus ludius est:' glabreta Co- læ dicuntur loca denudata ar- ia, et herbis viduata. Glabres- at glabrum fieri: idem Colu- 'Herbæ etiam ungulis atte- r, atque ita glabrescit et fit ido- amentis area:' 'quadrupedum,' uit Plin. 'dorsa pilosa sunt, e glabri.' Beroald.

vis puero pumiliorem. Cum cuncta t serris et cat. obdita c.] Mss. , si excipias D'Orvillianum, et m secundam Guelf. pr. et Edd. cum Junt. pr. et Colin. habent wis Par. puciliorem: ac præfert Pricæus. Sic 'homines pu- ait Juven. Sat. xv. vs. 70. Hic non displicet Fulgentianà lec- r Beroaldum, quem et vide ad nii Tib. c. 61. Junt. post. Bas. cepta; ut nanum et incurvum stortum maritum intelligat, de ide Comm. ad Suet. Aug. c. 80. ilos et distortos, ut ludibria na- ' Clar. Wasse inter alia adscrip- An puero pueriliorem, vel pumilio orem?' Acute. In Livii Epi- bimulo, pro quo pumilo conjicit eh. stare nequit. Nam eum nnos habuisse plures patet ex LV. Adi Comment. Ceterum it in seqq. Stewechium vitiosa as. pr. scriptura, cum cuncta do- bdita: quamvis cum inserat quo- d. Vicent. Sed Mss. et Edd. e recte exhibent simpliciter, m domum obditam. Alioquin et domus obdita legi posset, ut Vide Wopkens. in Misc. ad Septim. de B. Tr. vi. 8. 'Cuncta do- mus fortunarumque edoctus.' Oud.

Et quevis puero pumiliorem] Ita et Ful- gentius: Vicentini, ac Mss. quos dixi, scripturam ego recipiendam arbitror: est ea pusilliorem. Pric.

Seris et catenis] Fertis D'Orv. ser- vis Pith. serris Edd. Vicent. Ber. Bas. pr. Male. Proprie autem seræ et obices, catenæque et pessuli obdun- tur domui et foribus; non domus et fores obduntur seris pessulisque. Sed et sic Plautus dixit Cas. v. 2. 17. 'Forem obdo.' Oud.

Articulari etiam morbo complicitum] Ante τὸ etiam inserit D'Orv. nd. Guelf. sec. Oxon. Fux. carent τῷ etiam. Ill. autem Heinsius ad Ovid. lib. i. Met. 573. vult scribi conflicta- tum. Non persuadet. Solent homi- nes in acerrimo præsertim podagræ dolore fieri membris contortis, et, ut sæpe dicitur, duplicatis; quæ vox in complicatum a librariis est mutata non- nunquam. Adi Socerum meum ad Val. Max. v. 1. Ext. 1. 'Corpus fri- gore duplicatum.' Vide et seqq. Vir- gilius de angue dissecto ait lib. v. 280. 'Nexantem nodos, seque in suà mem- bra plicantem.' Hinc tales evadunt curvi, ut subdit. Per hæc Guelf. pr. a m. sec. Idem. Articulari morbo com- plicatum] Glossæ: 'Ἀρθριτικὸς, arti- cularius.' Cassiodorus x. 29. 'Li- mosæ podagræ inundatione compla- tus:' pro quo substituunt Viri docti completus: in margine varians lectio complectus additur: unde facili cor- rectione complicatus (ut in Appuleio) scribo. Pric.

Rarissime Venerem meam recolentem] Ægroti inepti sunt ad Veneris sacra celebranda. Achilles Tatius de Cli- toph. et Leucip. amorib. lib. vi. pag. 134. Νόσος γάρ μοι ἐξαίφνης ἐπέπεσεν, οἶσθα δ' ὅτι ὑγείας χωρὶς οὐδὲν ἔστιν Ἀφροδίτη. Elmenh. In Oxon. etiam Fux. Pal. et Guelf. pr. est rarissimo. Et vere, ut puto, ut contra sæpissi- me 'adsiduo.' Certe notandum. Sic

'proximo' lib. I. p. 3. ubi vide: 'matutino' p. 99. lib. VII. p. 148. lib. IX. 179. 199. 'dubio' lib. IX. pag. 178. 'insperato' lib. IX. p. 204. 'repentino' Flor. N. 16. et de Mundo pag. 727. ut illic est legendum. 'Meritissimo' in Flor. N. 17. sive lib. III. in f. ubi vide Colvium. Alibi 'arcano,' 'æterno,' 'longissimo,' et similia. Vide quæ laudavi ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 4. 33. I. Bell. Civ. cap. 19. Voss. de Anal. lib. IV. p. 218. 'Recolere autem meam Venerem non est arare fundum meum,' ut interpretatur Floridus. Numquam enim Venus ponitur pro illa corporis parte, sed peragere et frequentare coitum meum. Sive mecum. Vide ad l. VII. p. 143. 'Ob Venerem pasti satianter.' Lib. III. p. 56. IX. p. 193. 'Miscebatur in Venerem.' Ac passim apud alios. Virg. G. II. 329. 'Venerem repetunt armenta.' Plin. lib. X. 33. 'Venerem pati feminarum vice.' Solin. p. 17. 'Venerem sustinere.' Tib. I. 9. 76. 'Venerem jungere.' *Oud.*

Ac, per hoc, rarissime Venerem meam recolentem] 'Amoris languidi desidia volentes meos amplexus discruciantem:' ut infra lib. IX. loquitur. Juvenalis de senibus agens: 'Coitus jam longa oblivia, vel si Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus, Et, quamvis tota palpetur nocte, jacebit.' *Pric.*

Duratos in lapidem digitos] Persius Sat. V. 'cum lapidosa chiragra Fregerit articulos:' ubi vide Casaubonum. *Elmenh.* *Detortos et duratos in lapidem digitos ejus perfricans*] Seneca Epist. XCV. 'Decolor vultus, &c. et retorti digiti articulis obrigescentibus:' id est, (ut hic Appuleius noster) 'in lapidem duratis.' Cassiodorus ubi supra: 'Petit' (arthritis) 'concavas lacunas, ubi palustri statione pigrescens, saxa perficit de liquore: et quæ ad decorem inflexionis Natura laxaverat, in turpissimum rigorem soliditate peregrina constringit.' Philostratus de Polemone Sophista: *Λιθιώντων αὐτῷ τῶν ἄρθρων, παρεκελεύετο ἰατροῖς ὀρύττειν καὶ τέμνειν τὰς Πολέμωνος λιθοτομίας. Pric.* *Duratos in lapidem*] Lib. II. 'Et lapides quos offenderam, de homine duratos.' *Idem.*

Fomentis olidis] Teste enim Horatio lib. I. Epist. II. 51. 'juvat illum sic domus et res, Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagrum.' Sic enim lego auctoritate Ms. fragmenti vetustissimi, quod vidi; ut bene conjecit Cel. Bentleius, quem vide. *Podager* est podagricus. Vulgo *podagram*. Oud. *Fomentis, &c.*] Scholiastes Vetus Horatii ad Epist. lib. I. 'Fomenta podagram juvant,' (*lr. levant:*) 'non sanant.' Seneca, cur bonis viris, &c. 'Cujus pedes inter fomenta subinde mutata tepuerunt.' *Pric.*

Pannis s. e. f. cataplasmatis] Imitatus hunc locum Sidonius Epistolarum lib. III. 'Taceo chiragricas manus unctis cataplasmatum pannis, tamquam cæstibus, involutas.' *Colv.* Flor. et Rom. *cataplasmatibus*. Elmenh. Accedunt Reg. Pith. Guelferbytani, Palat. Oxon. Par. D'Orvill. Edd. Vicent. Ber. Colin. Bas. pr. mutaruntque primi, ut videtur, Juntæ. Nec temere rursus quid mutes: nisi constaret, omnes Msstos *ibus* præbere. Nam alioquin omnia illa tertiæ declinationis pluralia *ata* in tertio sextove casu declinarunt, ut nomina secundæ conjugationis, ut 'aromatis' lib. III. pag. 54. ubi vide Ber. lib. XI. p. 250. Flor. N. 19. quod et ex Mss. omnibus restituendum Martiano Capellæ pag. 37. coll. cum p. 46. Male primo loco vulgo *aromatibus* editur. 'Toreumatis' Flor. N. 7. 'Emblematis' Cicer. IV. Verr. 17. 'Hypomnematis' lib. XVI. ad Fam. Ep. 21. Vide Manut. 'Peripetasmatis' lib. IV. in Verr. c. 12. Immo hoc ipsum 'cataplasmatis' apud Catonem occurrit, et in Mss. Celsi p. 409. aliaque, de quibus vide Voss. lib. II. Anal. cap. 15. Gro-

nov. ad Gell. lib. I. c. 2. Immo et ut sec. declin. formarunt in Genit. plurali non minus ac 'vectigalierum,' de quibus vide ad Suet. Tib. cap. 49. *Poëmatorum* optimi Codd. Voss. 2. et Franek. apud Vitruv. lib. v. in præf. Iidem ut et Cotton. lib. x. cap. 1. 'Erismatorum fulturis.' Ac vere. Nam idem etiam in vulgatis lib. IX. c. 7. ait, 'analemmatorum descriptiones,' et 'parapegmatorum disciplinas.' Huc facit Servius ad Virg. G. III. 298. 'turpesque podagras alens respicit curam; quæ sine pannis et medicaminibus sordidis non fit.' Sil. I. 975. 'corpora fœda podagra.' *Oud.* *Et pannis sordidis, et fœtidis cataplasmatis*] Virgilius III. Georg. 'Turpesque podagras:' ubi Servius: 'Respexit ad curam, quæ sine pannis et medicaminibus sordidis non fit.' Apud Stobæum Epictetus: qui quia non adest Græcus, pro tempore Latine loquetur: 'Corpus, omnium sordidissimum molestissimumque, curamus ac diligimus: quod si quinque tantum diebus vicini corpus curandum esset, molestiam ferre eam non possemus: quam grave esset, mane cum surrexeris, alienos dentes fricare, et illas corporis partes purgare, quæ ad naturæ necessitates fabricatæ sunt!' In Eundem III. 16. Arrianus: *Σοῦ τίς ἀνάσχοιτο τῶν γραῶν ἐρώντος, καὶ τῶν γερόντων, καὶ ἐκείνας ἀπομύττοντος, καὶ πλύνοντος*; Oxon. cum Fuxensi Ms. et Vicentiæ edito, *cataplasmatibus*. Pric.

Manus, &c. adurens] Atterens. Plinius lib. XXVIII. 'Femina equitatu atteri adurique notum est.' *Idem.*

Medicæ l. p.] D'Orvill. *medica et l.* Edd. Ber. Junt. pr. Bas. *medice*, vitiose. *Medici* etiam Guelferb. sec. Ed. Junt. post. sed interpolate. Nam et mulieres quædam erant medicæ. Nec enim necessitatem ullam video, cur *medica* semper obstetricem deberet notare in Inscript. ut censent Cangius, Bartholinus, Fabrett. Inscr. p. 540. Gorius t. I. Insc. Etrusc. pag. 404. Adde illis, quas protulerunt, Muratorianam pag. 958. 6. Alioquin eleganter posset legi, *medicam personam*, sive p. medentis. Vide ad lib. I. p. 16. 'habitu mendico:' et alibi. Passim 'ars medica.' Vide Burm. ad Phædr. F. 14. *Oud.* *Nec uxoris officiosam faciem, sed medicæ laboriosam personam sustinens*] Vana querela: cum, ut semper alias, ita maxime decumbenti marito sedulitatem ac assiduitatem suam uxor approbare debeat. Clemens *στρωμ. β. Αἱ σωματικαὶ νόσοι μάλιστα τὸν γάμον ἀναγκαῖον δεικνύουσι. ἡ γὰρ τῆς γυναικὸς κηδεμονία, καὶ τῆς παραμονῆς ἡ ἐκτένεια, τὰς ἐκ τῶν ἄλλων οἰκείων καὶ φίλων ἔοικεν ὑπερτίθεσθαι προσκαρτερήσεις, ὅσῳ τῇ συμπαθείᾳ διαφέρειν καὶ προσεδρεύειν μάλιστα πάντων προαιρεῖται.* Demosthenes in Neæram: Πλείστου ἀξία ἐστὶ *γυνὴ ἐν ταῖς νόσοις παροῦσα ἀνθρώπῳ κάμνοντι.* Hieronymus de Paulæ filia Eustochio: 'Assidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, pulvillum supponere, fricare pedes, manu stomachum confovere, mollia strata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum prævenire officia.' De Domitii Tulli uxore VIII. 19. Plinius: 'Parum decore secuta matrimonium videbatur divitis senis, ita perditi morbo, ut esse tædio posset uxori quam juvenis sanusque duxisset. Quippe omnibus membris extortus et fractus, tantas opes solis oculis obibat: ac ne in lectulo quidem nisi ab aliis movebatur, &c. Vivebat tamen, et vivere volebat, sustentante maxime uxore, quæ culpam inchoati matrimonii in gloriam perseverantia verterat.' *Non uxoris faciem, sed medicæ personam sustinens*, valet, *Non tantum u. f. sed et, &c.* similia Artemidori illa: Τὰ *γυναικὸς, καὶ τὰ θυγατρὸς ἔργα παρέχουσα. Pric.*

Collapsam indigne] Frustra hæc defendere conantur viri docti. 'Col-

lapsa indigne Fortuna' est miserrima et ærumnabilis, ut lib. XI. pag. 239. 'Tu fortunam collapsam affirma.' Hæc vero beata erat, ut additur; quare omnino legendum existimo, *collapsam* vel *collatam indignæ*, sive quæ obtigit inmeritæ, partim cum Lipsio et Meursio, Crit. Arnob. III. 8. partim cum Pricæo, Modioque, ut et Grævio, Heinsioque in Epist. Syll. t. IV. p. 214. et ad Ovid. lib. I. ex P. 2. 11. ex lib. VII. p. 133. 'Fortunam, quæ semper suas opes ad malos et indignos conferat.' In Palat. Guelf. sec. est *complassam*. Variant aliquoties *collatus* et *collapsus*. Vide ad Luc. lib. II. 58. Minus bene Vulc. Ed. *collectam*. Oud. *Tam beatam fortunam collapsam indigne*] Scribendum *indignæ*. Infra lib. VII. 'Exoculatam esse Fortunam, quæ semper suas opes ad malos et indignos conferat:' ad quem locum notata vide, præcipue ex Herodiano et D. Halicarnassensi. *Pric.*

PAG. 95 *In vita projecerit*] B. M. *invita*. Putean. Certissima est hæc lectio Mss. et Edd. Vett. quæ prave in Ed. Colv. et aliorum est separata in duas voces, quas, nescio quo sensu, Sopingius conatus est defendere, scribens, 'ἐν βίῳ. Sic enim amant loqui.' Bene unam esse vocem monuit Gruterus in Suspic. Malevolentiam sororis exaggerant illæ per singulas voces. Sane efficacissime. *Oud.*

Præsentia nostra gravata] Legendum esse cum Pricæo, J. F. Gronovio ad Senec. Thyest. 108. 'jam tuum mœstæ pedem Terræ gravantur,' item Burmanno ad Suetonii Calig. c. 38. censeo: *præsentiam nostram:* uti et iidem Mss. Flor. in Apol. legunt p. 304. Ed. Pr. 'falsas vituperationes gravari.' Adi ad Sueton. Tib. c. 50. 'matrem Liviam gravata:' ad Front. lib. III. cap. 6. § 2. 'gravari belli incommoda.' Solin. cap. 27. 'carnes justo amplius devoratas cum gravantur.' Sic enim leg. ut inferius eodem capite p. 39. 'nec cognitionem gravetur:' ubi vide Salm. Et sic tres Leidd. *Idem.* *Præsentia nostra gravata*] Sic editi omnes: sic Cod. Oxon. Repono, *præsentiam nostram gravata*. Ita, 'gravari aspectum alicujus' apud Tacitum Annal. III. Servius ad Æn. X. 'Gravaris, negas, graviter fers: et hac elocutione non nisi per accusativum utimur: ut, gravor adventum tuum, gravor præsentiam tuam.' Sic, 'falsam vituperationem gravari' Noster, ut olim ad Apologiam restituimus. *Pric.*

Nec sum mulier, nec o. spiro] Ubivis in hac exsecratione malim subjunctivum, adeoque hic legere *sim* et *spirem*, uti edidit Scriverius: nisi quis præsens Indicativi velit positum pro Futuro: uti et Belgice tali in re loquimur: *Ik ben geen vrouw.* Adi Clof. et Heins. ad Ovid. Metam. lib. III. vs. 271. 'Nec sim Saturnia, si non Ab Jove mersa suo Stygias penetrarit ad undas.' Dausq. et Drak. ad Sil. lib. IX. 111. 'Non sim equidem Sulmone satus, &c. fatearque nepotem Pergameo indignum Solimo, si evadere detur.' Alia ratio est in Petronio cap. 81. 'Nam aut vir ego non sum, aut noxio sanguine parentabo injuriæ meæ.' In Guelf. pr. *nec omnia spero*. Oud.

Pessum de tantis opibus dejecero] P. *dein t.* Pith. Vox *opibus* exsulat a Guelf. sec. et Palat. In Par. exaratur, *pessunde de tantis o. dejecto*. An *dejecto* est frequentativum? An voluit librarius, *pessundem t. o. dejectam?* Sed vulgata bene se habet, ut p. 92. 'de tanto suggestu pessum dejicit.' *Idem.* *Nec sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam pessum, &c. dejecero*] Apud Ovid. Metam. VIII: 'Nec sim Saturnia, si non Ab Jove mersa suo Stygias penetrabit ad undas.' In Menæchmo Plautina: 'Non hercle is sum qui sum, nisi hanc injuriam Meque ultus pulchre fuero.' Alius apud Petronium: 'Aut ego vir liberque non sum, aut noxio sanguine

parentabo injuriæ meæ.' *Pric.*

Inacuit n. cont.] Pith. *matuit.* Non improbavit hanc conjecturam Pricæus, quæ mihi ineptissima videtur. Non potest dubitare, an sorori innotuerit contumelia, quam una erat passa, sed an eam satis graviter ferret, et ista in ejus pectore amaritudinem creaverit, et bilem conmoverit. Vide J. F. Gronov. lib. II. cap. 21. et viros doctos ad Quinctil. Decl. VIII. cap. 1. Sic hoc libro pag. 108. dixit 'acidas' et 'amaras nuptias,' quas explicat Barthius lib. XXI. Advers. cap. 7. *Oud.*

Consilium validum] Pessime Pricæus e Plauto hic mavult *calidum.* At calida consilia non bona sunt, nec inde optatum acciperent fructum. *Validum* hic unice verum est. Adi ad lib. I. pag. 19. ubi recte 'calido consilio.' Statim in Palat. et Guelf. utroque elegantior verborum est ordo, *requiramus ambæ.* Idem. *Ac, si tibi etiam, &c. inacuit nostra contumelia, consilium validum ambæ requiramus*] Post verba, *Ac, si tibi etiam,* subintellige, *ut mihi.* Virgilius VIII. 'Quos illi bello profugos egere superbo :' ubi Servius : 'Sicut et vos; et movet conciliationem sententia ex fortunæ similitudine.' 'Inacuit' ab 'inacesco' sume : est autem qui (nec male) *innotuit* conjectavit. *Pric.* *Consilium validum ambæ requiramus*] 'Secede mecum te rogo, et rerum statum Dubium ac minacem juncta consilia explicent.' Pro *validum* (quod tamen et Ms. Oxon. et veteres editiones agnoscunt) malebam *calidum* scribi. In Epidico Plautina : 'Reperiamus aliquid calidi conducibilis consilii :' quibus vide quam heic similia : 'Consilium calidum requiramus :' confer quæ et supra ad pag. 19. adnotata. Terentius 'celere consilium dixit. P. Syrus : 'Iratus etiam facinus consilium putat.' *Idem.*

Quod ipsæ vidimus, quæ vidisse pœnituit] Ovid. lib. II. Metam. 'Sed videt ingratos, intabescitque videndo Successus hominum.' *Elmenh.*

Nec enim beati sunt quorum divitias nemo novit] Seneca Epist. XCIV. 'Irritamentum est omnium in quæ insanimus admirator et conscius.' Idem de Natura loquens cap. 32. de beata vita : 'Curiosum nobis ingenium dedit, et artis sibi ac pulchritudinis suæ conscia spectatores nos tantis rerum speculis genuit, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, &c. solitudini ostenderit.' *Pric.*

Sciet, se non anc. sed sorores habere m.] Quidam, *Sciet, sorores.* Colvius, Quinam sint illi, haud scio. At Scriverius edidit, ut conjecit quoque Piccart. cap. 8. Per. Crit. *Sciat,* Bene, si ita esset in Mss. Nunc nihil muto : præsertim cum *sciet* efficacius videatur, ac minacius præ certo malo, quod ei obventurum sit. In præsenti Liv. lib. I. 12. 'Jam sciunt longe aliud esse virgines rapere :' quo loco *sciant* leg. hic conjecerat Burm. *Oud.* *Sciet se non ancillas, sed sorores majores habere*] Lib. VI. 'Tandem ancilla nequissima Dominam habere te scire cœpisti?' Plinius Panegyrico : 'Discat igitur Ægyptus credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare : sciat se esse populo Romano necessariam, et tamen serviat.' *Pric.*

L. p. nostros, sed p. sobrios] E Fulviano conjici posset legendum *scilicet,* ut sæpe in Appuleio : nisi mallem *sed* explicare pro 'sed et,' 'immo vero.' Quo sensu sæpe 'quidem' in præcedentibus intruserunt librarii ; ut Vulcan. de Phil. Mor. pag. 616. 'Nec plane, &c. Sed medie morati.' Consule Cort. ad Sallust. B. Catil. cap. 52. 'Res aspera est; sed vos non timetis eam.' *Oud.* *Lares pauperes nostros, sed plane sobrios*] In Pœnulo Plautina : 'Quanquam sumus pauperculi, Est domi quod edimus, ne nos tam contemptim proteras.' Hieronymus : 'Etsi pauper

sum, tamen frontem meam tueor, et fidem novi.' *Pric.*

Proinde ut merebantur] *Proinde* certe exaratur in Bert. Palat. Guelf. pr. Oxon. D'Orv. hic et p. 106. 'proinde ut merebatur:' ubi sic quoque edidit Scriver. hic cum ceteris *perinde* retinens. Sed in Flor. N. 18. 'Proinde habetote, ut si in curia audiatis.' De Deo Socratis init. 'Proinde ut dignitas postulabat.' p. 674. 'proinde ut est tributa potestas.' p. 684. 'proinde ut nos:' ubi in Edd. aliquot etiam *perinde*. p. 698. 'proinde ut res est.' Et illic variant. Immo in Apol. p. 76. Ed. Cas. 'perinde ut loculi suppetebant.' Sic edidit quoque Elmenh. At Varro quoque l. XVIII. de Ling. Lat. 'proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim:' apud Non. v. 'Indiscriminatim' pag. 127. Ed. Merc. De v. Pop. R. lib. I. 'proinde ut non reges nostri soliti sint habere.' In Ταφῇ Μενίππου 'proinde ut in arato porcas reddit:' ut optime habet quoque Ms. in Non. v. 'Porcas,' p. 152. Plaut. in Amphitr. apud Non. v. 'Autumare' p. 237. 'proinde ut factum esse autumo.' Et passim. Vide Ind. Paræi, et Gellium. Sic et 'proinde ac.' Vide ad Liv. lib. II. cap. 58. ad Cæs. lib. III. B. Civ. cap. 1. Sed lib. II. pag. 28. 'perinde ac si,' &c. Sæpe etiam *proinde* legitur in Mss. ubi certo *perinde* sensus flagitat. Adi Drak. ad Liv. lib. XXVII. cap. 8. Ceterum in Par. Reg. Fux. Oxon. Guelf. utroque est *merebant*. Oud. *Et perinde ut merebantur ora lacerantes*] Infra heic: 'Et perinde ut merebantur, laceratis visceribus,' &c. *Pric.*

Deserentes] Junt. pr. habet *deterentes*. Vulcan. Ed. sec. sive 1600. jam receperat Colvianum *deserentes*, et post Elmenh. ceteri. Vide ad p. 101. Sed admodum dubito, an *deterrentes*, quod cum Edd. Vicent. Junt. post. et aliis servant Mss. O. vel per unicum *r*, mutari mereatur. Voce *raptim*, illa cita parentium desertio satis exprimitur. Videntur jungenda *red. dolore deterrentes*, pro valde et vehementer terrentes; ut *de* in compositis passim auget verbi vim. In multis Livii Mstis lib. VII. cap. 34. 'Consuli deterrito animi.' Vulgo, *territo*. Oud.

Dolum scelestum, imo vero parricidium struentes contra sororem] Isidorus v. 26. 'Parricidii actio non solum in eum dabatur, qui potentem, &c. interemisset, sed et in eum qui fratrem occiderat.' Jam 'fratris sororisque' eadem necessitudo est. *Pric.*

PAG. 96 *Magnis conatibus, &c.*] Lib. VI. 'Nec magno conatu res indiget.' *Idem.*

Neque omnino sermonem conferas] Videtur Pricæus voluisse, *conseras*, uti p. 98. in Bert. est 'sermones conserentes.' At aliud potest esse 'conserere sermonem,' aliud 'conferre.' Prius dicitur, cum idem solus, vel plures loquuntur, et sermonem ex sermone serunt, non respondente alio. At 'conferre sermonem' dicitur de colloquio, quod hic Psychæ vetat Cupido, ne rogantibus illis quidquam respondeat. Vide p. 91. ubi rursus male quidam *conserat*. Uti hic, sic l. VIII. p. 158. 'Neve sermonem conferas:' ubi rursus pravo judicio Pricæus cum Scriverio mavult *conseras*. Cic. l. II. de Inv. c. 4. 'Cum hoc in via sermonem contulit.' Lib. II. de Off. cap. 11. 'Quibuscum familiares possis conferre sermones.' Sic 'nutus conferre loquaces' Tib. I. 2. 21. *Oud.* *Neque omnino sermonem conseras*] Vide ad ipsum libri I. initium notata. *Pric.*

Infantilis uterus] Vulgo, *infantulus*. Male. *Elmenh.* Non id adeo malum adjective sumtum, si idonei Mss. addicerent. Consule Heins. Advers. p. 76. et ad Ovid. Epist. IX. 86. 'Infantem cunis involuisse manum.' Et Gronov. ex Oxon. enotavit *infantil-*

Pricæus *infantilis*, sic quoque is legens, quomodo Ms. Reg. :n. II. 683. 'molles comas ex- ıfantiles.' Et sane Flor. Pith. pr. item D'Orv. a m. pr. exhiti et edidere Scriv. ac Florid. lib. XVII. in f. 'Infantilibus nentis.' Ac talia derivata in at Auctor. In Regio, Fux. *ntibus uter*. Oud.

liam nostram propagabimus] *Fa*- stirpem intellige. Glossari- 'amilia, οἰκετεία, γένος.' et bene *pagabimus*. Glossæ: 'Γένους , propagatio.' *Idem*. *Infantulus* Lege cum Cod. Oxon. *infanti*- omast. vet. 'Infantile, νηπια- *Pric.*

ri pignoris gloria gestiebat] Pa- ı Panægyrico: 'Fugitiva sucm repentinorum voluptas, ut ıt, sic relinquit: felicitas lont exspectare securum:' scribe ı, *exspectare secuturum*. Plini- pistolis: 'Rerum quas assequi præsumptio ipsa jucunda est.'

centes dies, et menses exeuntes numerat] Nimirum 'Incusat gra moras, longique videntur lies, segnemque rotam non vol- hœbe.' Themistius Orat. XII. ια πρὸς τὴν ἐλπίδα, πλέον πρὸς τὴν ων ἀνιᾷ. *Idem*.

inæ nescia rudimenta] Pith. *sar*- Oxon. Fux. Guelf. pr. *semel rudimento*. Rectum illud *ne*- re *nesciæ*, quod præbent etiam . Guelf. sec. et Palat. in quibus ebus *rudimento*. De 'nescio' scio' pro ignoto vide Pric. et g. 105. item ad lib. VIII. p. 161. e nescio:' nec non Comm. ad lib. IX. cap. 12. Arnob. lib. I. 5. 'Incomperta vobis et nes- Lib. IV. pag. 132. 'Cum esset nescium.' *Oud*. *Sarcinæ nescia mia*] Id est, quæ nesciuntur. ıx. 12. A. Gellium: apud quem Plauti versiculum inter voces *nescitur* et *ignarus* repone: nimirum paulo altius quam in excusis occurrit. *Pric.*

De brevi punctulo] Τῷ κέντρῳ Sotadæ, et *noctipuga* Festo, si vere emendavit Salmas. ad Solin. pag. 50. In Mss. ibi *noctitugam*, *noctinugam*. Vulgo, *noctilucam*. Sed hic non instrumentum, verum actionem Cupidinis significat, ut lib. VI. pag. 123. 'Psychen innoxio punctulo suæ sagittæ suscitat.' Pro *punctulis* in Mss. optimis Solini pag. 26. *punctillis*. Oud.

Pestes illæ, teterrimæque furiæ] B. M. *deterrimæque F.* Putean. Item Fux. Palat. *pestes illæ teterrimæ F.* In Cod. Zabar. quoque *deterrimæque*, probante Ferrario lib. I. Elect. c. 19. At nihil ego hic mutari velim contra reliquos codices: præsertim cum dicat, eas 'anhelare vipereum virus.' Nam proprie venenum dicitur 'tetrum.' Consule Gebhard. ac Broukh. ad Propert. lib. II. El. XIII. 70. Alibi Auctor 'teterrimum os,' 'teterrimam faciem,' 'teterrimum amorem,' &c. ait. Ac passim de pessimis hominibus occurrit. Adi Cl. Græv. ad Cicer. III. in Verr. cap. 34. Drakenb. ad Liv. lib. IV. cap. 3. 'decemviros teterrimos mortalium:' ubi eadem confusio; uti et infra lib. IX. p. 201. 'teterrimæ formidinis:' nec non de Philos. Mor. pag. 597. 'ingenium teterrimum pessimumque:' pag. 611. 'Amor teterrimus.' *Oud.*

Anhelantes vipereum virus] Auctor ad Herennium: 'Spumans ex ore scelus, anhelans ex infirmo pectore crudelitatem.' Vide ad Act. IX. 1. notata. *Pric.*

Momentarius maritus] Quem Fulgentius, hanc fabulam enarrans, 'mansionarium' vocat. *Idem.*

Aciem direxit] Lib. III. 'dirigitur præliaris acies.' *Elmenh.*

Classicum personavit] Ed. Vicent. *personuit*. Metuit scil. editor, ut *sonavit* bene Latinum esset. Sed adi G. J. Voss. de Analog. l. III. pag. 85.

N. Heins. ad Ovidii Ibid. vs. 128. Bentlei. ad Horat. lib. I. S. 8. 44. Hoc ipsum apud Prudent. Præf. *περὶ στεφανῶν* vs. 34. 'juvabit ore personasse Christum.' *Oud.* *Castra commovit, et aciem direxit, et classicum personavit*] Ὑστερολογία. Sonat tuba enim antequam castra commoveantur, et acies dirigatur. Pollux I. 10. § 19. *Ὑπεσημήναντο οἱ σαλπιγκταὶ τὸ εἰς ἔφοδον.* Vide et 1 Cor. XIV. 8. *Pric.*

Tui nostrique miserere] Apud Virgilium: 'Natique patrisque Alma precor miserere.' *Idem.*

Religiosaque continentia] 'Ut te contineas a prodendis arcanis,' explicat Beroaldus. 'Silentio' interpretatur Floridus. Sed vereor, ut Latinum sit *continentia* pro taciturnitate. Prius malim. Conceditur quidem loqui; sed vetatur mariti faciem et habitum aperire. Alioquin rectius *conticentiam* dixisset, ut est 'obticentia,' 'reticentia.' Nunc proprie loquitur, ut intus contineat, nec ore elabi patiatur tacenda. A Cod. D'Orvill. abest copula. *Oud.*

Post internecinum odium] Male Edd. Junt. et Ald. retinuere *prius*, quod in Edd. primis expressum jam correxerat Beroaldus. Dein *internocuum* est in Par. *internocinum* in Guelf. pr. D'Orv. *internecuum* in Pal. Guelf. sec. *internecivum* in Flor. Pith. Fux. et Edd. multis, etiam Elm. et Scriv. *internocivum* Edd. pp. cum Junt. utraque. Male. Per *v*, an per *n* vox hæc debeat scribi, nondum constat. Variatur semper. Vide ad Cæsar. et Drak. ad Liv. lib. IX. cap. 15. 'perinde ac si internecivo bello certasset.' *Idem.* *Quas tibi, &c. sorores appellare non licet, &c.*] Τὰς οὐκέτι ἀξίας κληθῆναι ἀδελφάς σου. Vide ad Luc. XV. 21. dicta. *Pric.* *Post internecina odia*] Sic 'internecina odia' libro VI. Justinus. *Idem.*

PAG. 97 *More Sirenum*] Præpositionem addunt [vid. VV. LL.] etiam Oxon. Pith. Fux. Guelf. uterque, Palat. D'Orv. Edd. Vicent. Juntinæ, Aldi, et Margo Ed. Bas. pr. Ac satis defendi potest, per frequentem hujus præpositionis quasi pleonasmum, et Græcum loquendi modum. Sic plane Ælian. lib. III. Anim. cap. 18. 'ἐν νόμῳ τῶν ἰχθύων, more piscium.' Lib. X. pag. 214. 'More majorum judicio reddito:' in Ms. *in more.* Sed ibi nihil mutandum est. Hic vero cum Elmenh. Scriv. et Pricæo præfero *in morem*: quia Auctor solet præpositionem in Ablativo jungere, quando significare debet rei caussam vel instrumentum, sed Accusativo, cum indicat modum, similitudinem, vel quantitatem. Adi omnino notarum Indicem. Liv. lib. XXXVIII. 17. 'Quatientium scuta in patrium quemdam morem.' Horat. lib. I. O. 36. IV. 1. 'In morem Salium.' Virg. G. I. 245. 'in morem fluminis.' Æn. VIII. 18. 'in morem stagni.' Sil. Ital. l. XIV. vs. 631. 'In morem pecudum effudere cubilibus atris Inlaudatam animam.' Passim in Mss. Appuleianis omissa est littera *m*, sive ejus nota -. D'Orv. habet *in monte.* Ed. Bas. pr. *amore.* Oud. *Cum more Sirenum*] Oxon. *In more Sirenum*: lege, *in morem S.* Pric.

Singultu lacrymoso] Ovidius Eleg. ad Liviam: 'Singultu medios impediente sonos.' Idem Remed. II. 'Ruptaque singultu verba loquentis erant.' Horatius: 'Singultim pauca locutus.' Scholiastes: 'Cum intervallo: interruptis verbis.' *Idem.*

Sermonem incertans] Pal. *sermone.* Edd. Junt. quoque et Colin. *insertans.* Perperam. D'Orv. *sermonem incerta*; quod facile noto Græcismo propugnari posset. Sed verbum *incertare* adhibitum etiam est a Pacuvio et Plauto et Nostro ipso lib. XI. pag. 250. 'cursus spatio prospectum sui nobis incertat.' Lib. VIII. pag. 162. 'Balbutiens incerto sermone.' Frustra igitur conjecit Burm. in margine

inceptans. Oud. *Sermonem in-*
s] In Senecæ Apocol. 'Quid profatu vocis incerto sonas?' a lib. I. 'Incerta verborum salebritate albutire.' *Pric.*

rciloquii mei] Mss. Reg. Fux. Guelf. ambo, Pal. Oxon. Par. v. cum Edd. Vicent. Junt. pr. et marg. Bas. pr. præbent, *parsio meo.* Quasi legissent illi *pepenut* 'documenta' illa præcipue stant in prægnatione Psyches, omissis futuræ divinæ sobolis p. . Sed nil temere muto: cum ris lectio sit clarissima, et oras nexui ac seriei adprime conve-. *Documento* etiam in Oxon.

Jamdudum fidei atque parciloquii erpendisti documenta] Apud Lilib. XXXII. 'Vult sibi quisque : et habita fides ipsam plerumbligat fidem.' Oxon. et Vicent. s, *parciloquio meo.* Pric.

crosanctæ imaginis tuæ] 'Sacrum' it Jun. Philarg. ad Georg. II.) volunt, quod sit cum religione : um, quod cum amore :' ergo osancta imago' heic, quam et é et reverentia prosequor. *Idem.*

dde saltem, &c.] De usu et vi culæ istius vide XII. 14. A. Gel. Servium ad Æn. IV. Donatum . 1. Andriæ : et II. 2. Adelph.

in hoc saltem p. cognoscam, &c.] ex Colv. conjectura pro *saltem* recepit Vulcan. Ed. sec. 1600. n quia non multo ante præcessit s. At non modo hæc lectio *face fac* haud confirmatur ab ullo co-, sed et menti Auctoris est con-. Non enim Psyche vult, ut ido faciat, se cognoscere ipsius fa- in parvulo, sed precatur sollemtorum particula *sic* cum Subjunc-, ut sorores videat, per infantem, n utero gestabat, et in quo ali-ado se cognituram vovet ejus fa-. Porro Pricæus malebat *reoscam* ex lib. X. pag. 211. 'Illius' (patris) 'recognoscam imaginem in tua facie :' quomodo et legendum lib. VIII. pag. 161. 'In vacua facie vindictam recognosce.' Verum Psyche non cognoverat imaginem mariti; igitur non in filio 'recognoscere,' sed 'cognoscere,' debebat. Quin etiam sic loquutus est Ovidius lib. IV. Met. 290. 'Facies, in qua materque paterque Cognosci possent :' ubi vide etiam Burmann. *Oud.* *Sic in hoc saltem parvulo cognoscam faciem tuam*] Non displiceat *recognoscam :* infra lib. X. noverca ad privignum : 'Illius' (patris tui) 'recognoscens imaginem in tua facie,' &c. *Pric.*

Precibus erogatus] Male Oxon. *recreatus*, Reg. Fux. Guelf. pr. et Pal. *rogatus.* Bene explicuit Beroaldus rogando exoratus, sive evictus. *E*, ut passim in Compositione, auget vim. Aliis etiam in usu est *erogitare*, pro exacte perrogare. *Oud.*

Devotæ dicatæque Psyches] *Dictareque* Pith. *Caræque* exhibent sc. Flor. quoque, Reg. Fux. D'Orv. in marg. habens *dicatæque*, nec dubito de Bemb. et Mang. ut post Wowerium ediderunt omnes. *Dicatæque* sine dubio e glossa τοῦ *devotæ* irrepserat : quare conjicere possis, et illud *caræque* modo e varia lectione vel correctoris manu esse natum; ac neutram vocem relictam ab Auctore. Certe non agnoscunt eam Palat. Guelferbytani, et Oxon. lib. XI. tamen pag. 245. 'dicati Serapi tibicines.' *Psyche* pro *Psychæ* rursus in D'Orvill. Fux. Pith. Guelf. utroque. *Idem.* *Tibi devotæ charæque Psyches animam gaudio recrea*] Τὰ σπλάγχνα ἀνάπαυσόν μου· ut Paulus ad Philemonem locutus. in quibusdam est *dicatæque :* in Oxon. nec hoc nec illud. *Pric.*

Nocturnæ tenebræ] Lib. III. 'Nocturnas tenebras causabatur sibi obsistere.' *Idem.*

Teneo te] Cantic. III. 4. 'Inveni eum quem diligit anima mea : tenui eum, nec dimittam,' &c. *Idem.*

Amplexibus mollibus, &c.] Palat. *mollitis*, male. Virgilius: (ex quo Noster) 'Niveis hinc atque hinc Diva lacertis Cunctantem amplexu molli fovet.' *Idem.*

Jugum sororium consponsæ factionis, &c.] Apud Achillem Tatium: Ὦ ζεύγος κατ' ἐμοῦ γοήτων, ἀνδρὸς καὶ γυναικός! Festus Pomp. 'Consponsor, conjurator,' translatio a re connubiali ducta. Idem: 'Consponsos Antiqui dicebant mutua fide colligatos.' *Idem.*

Venti ferentis oppertæ præsentiam] Sic infra lib. XI. pag. 211. 'Tutus prosperitate ventorum ferentium.' Senec. de beat. vita cap. 22. 'sic illum afficiunt divitiæ et exhilarant, ut navigantem secundus et ferens ventus.' Homer. Odyss. H. ὑμετέρῃ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ. Et Odyss. I. Ἰλιόθέν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν. Virg. II. Æneid. 'Fieret vento mora ne qua ferenti.' Et IV. Æn. 'Expectet facilemque fugam, ventosque ferentes.' *Sciopp. in Symb.* Ac passim. *Oud.* *Venti ferentis*] Suidas: Φορὸς, ὀξυτόνως, ὁ ἐπιτήδειος ἄνεμος. Æneid. IV. 'Ventosque ferentes:' ubi Servius: 'Propitios, prosperos.' Clemens in Protreptico, ad Ulyssem de Scylla: Ἔασον αὐτὴν ἐπινέμεσθαι τοὺς νεκροὺς, πνεῦμά σε οὐράνιον βοηθεῖ· πάριθι τὴν ἡδονήν, Interpres falsa lectione inductus, 'tibi opem fert divinus spiritus:' at πνεῦμα οὔριον scribendum. *Pric.*

Zephyrus, &c. susceptas eas gremio spirantis auræ, solo reddidit] Supra fine IV. 'Psychen, &c. mitis aura molliter spiranti Zephyri, &c. florentis cespitis gremio leniter delapsam reclinat.' *Idem.*

Illæ incontatæ statim] In Palat. est *incunctante*, Pith. *incontate*. in Oxon. *incantate*, ut in Guelf. pr. cum glossa: Ironice loquitur. Par. *in charitate*. D'Orv. Guelf. sec. *incunctatæ*, ut passim. *Incontanter* edidere Elmenh. Scriv. Flor. ut duo ejusdem sensus adverbia jungantur, de quibus vidé ad lib. I. pag. 13. de voce *incontanter* ad lib. III. pag. 54. Sed nihil mutandum videtur. Non enim significat hic 'non moratæ,' ut explicant interpretes, sed ante fores non præstolatæ, nec rogantes, an intus esset Psyche, sibique aditum permitteret, ut honestas jubebat, *penetrant domum*, quæ verba bene advertenda. 'Incontari' dicitur, ut 'percontari,' 'præcontari,' &c. γρ. *incontatu*, vir doctus ad oram Ed. Colv. *Illæ* abest Palat. Guelf. sec. *Oud.*

Conferto vestigio] Quinam ediderint *confecto*, nescio; sed ita exaratur in Palat. Guelf. sec. et Par. *Conserto* cum Vulc. Ed. sec. ediderunt quoque Lugdunenses, item Pric. estque in Mss. D'Orvill. Pith. Ed. Vicent. cum M. Bas. pr. habet *conforto*, forte pro *confurto*. Sed rectum est *conferto*, ut in Flor. Reg. Fux. aliisque, et Edd. Vett. Vide ad pag. 90. Ed. Pric. *Idem.*

Domum penetrant] Lib. III. 'Cum penetraverint Larem quempiam.' *Pric.*

Complexæque suam prædam] Ut quidem opinabantur eam. Infra lib. IX. 'Opulentam prædam jam tenebat animo.' *Idem.*

Sorores nomine mentientes] Vir doctus ad marg. Ed. Junt. post. legebat *sororem*, Psychen nempe, eamque 'sororis nomine' falso adpellantes. Alius rectius emendabat, *sororis nomen ementientes*; ac Pricæus, *sororum nomen ementientes*. Eum vide. Non opus autem esse, ut *sororis* mutetur in *sororum*, patet ex iis, quæ notavimus ad lib. II. pag. 26. 'Cærulos columbarum colli flosculos.' Unaquæque ementiebatur nomen sororis. Compositum 'ementiri' aliquoties adhibuit Noster. Vide ad lib. IV. pag. 66. 'Ementita lassitudine.' *Oud.* *Sorores nomine mentientes*] Sic excusus etiam Vicentiæ liber, et Ms. Oxoniensis: avebam tamen reponere *soro-*

rum nomen ementientes: sic infra heic, 'mariti mentito nomine:' et VIII. 'Amici fidelissimi personam mentiebatur.' Gellius I. 2. 'Sanctissimæ disciplinæ nomen ementiri' dixit. Corrige Auctorem de Viris Illustribus, apud quem mendum simile delitescit: 'Gentilitas ejus Manlii cognomine juravit, ne quis postea Capitolinus vocaretur:' scribe, *G. e. cognomen ejuravit, ne quis, &c.* sublata etiam voce *Manlii*, quæ ut τοῦ *ejus* interpretamentum importune illapsa. *Pric.*

Thesaurumque penitus abd. fraudis] Plautus sic alibi, 'thesaurum stupri.' *Colv. Thesaurumque penitus abditæ fraudis læto vultu tegentes*] In versu Græco: Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή. *Pric.*

Sic adulant] Oxon. D'Orv. Palat. *adulantur:* quod prave amplectitur Pricæus, prius frustra *adpellant* auguratus. Nam præterquam, quod amet activa præ deponentibus Auctor, de quo vide ad lib. I. pag. 17. et alibi, Beroaldus jam docuerat, aliis *adulare* in usu fuisse. Adde Vinetum ad Auson. Grat. Act. pag. 704. Ed. Toll. Comm. ad Cic. I. de Offic. cap. 26. Fabrum in Thes. Avien. Descr. Orb. 338. 'loca flumine adulat.' *Oud. Sic adulant*] Fortasse *appellant* scribendum, quæ vox insidianti congrua. Infra hic de Iisdem ad Eandem: 'Hec astu puellam appellant.' Lectio potest vera esse *adulant*, nam et *contemplo*, et id genus alia usurpavit. Vide Beroaldum: at in Oxon. Ms. clare *adulantur* legitur. *Pric. Adulantur*] Blandiuntur. Veteres *adulat* dicebant, quod nunc dicimus *adulatur*. Luc. 'Longe alio pacto gannitu vocis adulant.' M. Tull. in II. Tusculana in carmine Æschyli: 'Sublime advolans pinnata cauda nostro adulat sanguinem:' verbum compositum est ex accedendo et ludendo. *Beroald.*

Non ita ut pridem parvula] Oxon. *non pridie parvula:* unde Pricæus conjecit, *non ut pridie p.* Et sane in Regio, Fux. Guelf. sec. clare est, *non ita ut pridie parv.* Nihilominus male. Immo pessime, me hercules. Nam *pridie* præcedentem modo diem significat, adeoque sensus ipse docet, hoc ineptum esse. Per aliquot menses abfuerant sorores, ex quo primum eam inviserant. Interea uterus creverat. Pro *parvula* autem Gruterus lib. VIII. Susp. cap. 5. divinabat, *puera, puerula, pupula.* Perperam. Nam *parvula* denotat *puellam*, cui opponitur *mater* seu *gravida;* ut in Theocrito per Pricæum in Addendis citato: Γυνὴ μήτηρ τοκέων τροφὸς, οὐκέτι κόρη. *Parvi* sunt admodum pueri. Adi, quos laudat Burmann. ad Ovid. Fast. II. 385. et ad Calpurn. Ecl. II. 30. 'Ille etiam parvo hoc dixit mihi non leve carmen.' Septim. de B. Troj. cap. 1. 'Plisthenes, iis admodum parvis, ipse agens in primis annis, vita functus:' sc. Plisthenis filiis parvis. Male vulgo *parvus.* Sed alterum in Cod. Periz. et Ed. Art. Vide Wopkens. Misc. Nov. Obs. v. 1. tom. I. pag. 2. *Oud. Non ita ut pridem parvula*] Paulus ad Philemonem de Onesimo: οὐκ ἔτι ὡς δοῦλον. Oxon. *Non pridie parvula:* unde legendum conjicio, *non, ut pridie parvula.* Pric.

PAG. 98 *Ipsa jam mater es*] Sopingius conjecit, *admodum mater es*, quasi dicas, *tantum non mater es.* Nam *mater*, pro ea, quæ gravida est, videtur duriuscule dictum: nisi ita sumatur, ut 'gener,' 'maritus,' 'uxor,' &c. qui certo futuri sunt, utpote sponsalibus jam peractis, de quibus vide viros doctos ad Ovidium, et infra lib. VII. p. 140. Ac certe *mater* sæpe sumitur simpliciter de *nupta* matrona, quæ pariendi spem habet. Adi Heinsium ad Ovidii Epist. VIII. 66. 'Tantalides matres apta rapina sumus.' Posset *es* deleri. *Oud. Psyche, non ita ut pridem, parvula, et ipsa jam mater es*] Apud Theocritum: Γυ-

νὴ μήτηρ, τοκέων τροφὸς, οὐκέτι κόρη. Quomodo *mater* autem quæ necdum pepererat? solvent hunc nodum autem ista A. Gellii: 'Idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam esse proprie quæ in matrimonium cum viro convénisset, quod in eo matrimonio maneret, etiamsi sibi liberi nondum nati forent: dictamque ita esse a matris nomine non adepto jam, sed cum spe et omine mox adipiscendi: unde ipsum quoque matrimonium dicitur.' An vero *mater*, gravida quævis abusive appellari potest? *Pric.*

Geris in ista perula] *Perula.* Ita omnes Mssti, et editi, quod Lipsius perperam innovat in *arcula.* Vide Notas ad Arnobium lib. III. fol. 70. *Elmenh.* Item Beroald. Δεικτικῶς scilicet monstrant digito ventrem, sive saccum 'sarcinæ,' vel 'oneris,' quibus vocibus passim tam a Nostro, quam aliis fœtum designari scimus; Belg. *het pakje.* Ac perperam Vulcan. Ed. sec. *arcula* reposuit, et frustra Sopingius malebat ex ista Bas. corrupta lectione, *in isto parvulo*, sive nascituro infante. Palat. Fux. Guelf. ambo, *in ista geris p.* Oud. *In ista perula*] In utero et ventre, qui vicem peræ præbet, receptaculumque est fœtus concepti: *pera*, cujus diminutivum est *perula*, gestamen est Cynicæ familiæ: id enim Diogeni et Antistheni Cynicis philosophis pera est et baculus, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerus. Crates villas ornatissimas una perula mutavit, et supellectilem Cynicam, hoc est, baculum et peram ultro divitiis abjectis appetivit. *Beroald.*

Quantis gaudiis totam domum nostram hilarabis] Sic 'domum nuptiarum gaudiis hilarare' lib. I. dixit. *Pric.*

Infantis aurei] *Infantis aurei* certissima est lectio, quam servavit etiam Regius, Bert. aliique cum Edd. Aldi, Junt. post. Colin. Nam ceteræ veterum, item Mss. Flor. Pith. Guelf. D'Orv. Palat. Oxon. a m. pr. *in tantis aureis* vel *aurei*, sine ullo sensu exhibent. 'Saturnus aureus,' 'Venus aurea,' Virgil. lib. II. Georg. in f. Æneid. lib. x. 16. Sed adi Heins. ad Theocr. Id. XII. 16. Broukhus. ad Tib. I. 7. 64. 'iras aurea vincit anus:' et quæ notata sunt ad Inscriptionem 'Asinus aureus.' pag. 102. 'capitis aurei cæsariem.' *Oud.*

Paullatim sororis invadunt animum] In Ed. Junt. post. legas, *p. in sor. invadunt animum.* Certe id verbum hoc sensu passim cum præpositione repetita occurrit apud optimos quosque. Vide Nonium hac v. pag. 323. Ed. Merc. Manut. ad Cic. lib. XVI. ad f. 12. et Nizolium: item Cort. ad Sallust. B. Jug. cap. 32. 'in animos eorum veluti tabes invaserat.' Drakenb. ad Livium lib. II. 47. § 6. 'Globus juvenum in ipsum Consulem invadit.' Verum Noster, qui multus est in verbo *invadere*, nusquam utitur eo, præpositionem iterans, sicuti nec solet in aliis verbis. Uti hic, ita fere lib. II. pag. 23. 'Serit blanditias, invadit spiritum.' In fine tamen lib. de Philos. Mor. 'adoptatus imperium invaserit.' Mss. duo ostentant, *in imperium.* Idem.

Lassitudine viæ sedilibus refotas] Non male Pricæus conjecit legendum, *a lass.* quod nimis temere Floridus tacitus in contextum inseruit. Nam ulcus alibi latet. Nusquam Auctor dixit *refovere aliquem a lassitudine*, sed ipsam *lassitudinem:* unde verosimillimum, et hic scripsisse *refota.* Sic lib. II. pag. 32. 'poculis interdum lassitudinem refoventes.' Hoc ipso libro pag. 89. 'lectulo lassitudinem refove, et ex arbitrio lavacrum pete.' Lib. IX. pag. 178. 'mollitie cubiculi refota lassitudine.' Licet alii ament dicere 'refovere hominem,' 'vires,' 'urbem,' &c. Vide Vell. I. 15. Tacit. lib. XII. Ann. 66. Suet. Cæs. cap. 35. Sil. lib. XVII. 422. et plures. Quod

verbum restitue e Ms. Periz. et Ed. Artop. Septimio de B. Tr. III. 22. ' Refovit spiritum.' Alii *revolvit, revocat.* Idem. *Eas lassitudine viæ sedilibus refotas*] Nonne melius, *Eas a lassitudine v.?* Pric.

Et balnearum vaporosis fontibus curatas] Ms. *vapore roseis fontibus.* Sciopp. in Symbola. Fulviano Codici accedunt Guelferb. pr. Oxon. Reg. Fux. D'Orvill. Inc. *vapore roseis f.* Palat. Guelf. sec. *vapore rasis f.* Hinc puto, voculam *et* ex sede sua naturali elapsam, huc esse reducendam, legendumque: *statimque eas, lassitudine v. s. refota, balnearum vapore, et roseis fontibus curatas:* nisi quis malit *et ambrosiis fontibus,* sive inhumanis, divinis, ac suavissimis. Sæpius ' roseus ' et ' ambrosius ' sunt confusa. De eo latius agam ad lib. x. pag. 226. ' labiasque modicas ambrosio rore purpurantes.' Inepte vero Lipsius ad oram Ed. Colv. et Barth. ad Statii Theb. lib. v. 174. conjecerunt *fotibus;* ut respondeat quasi præcedenti *refotas.* Balneas has ' fontes ' vocat, quia non humana arte erant factæ, sed per se et divinitus, ac perennes purissimæque erant. Si ea vox mutanda esset, tunc saltem præstitisset *fomitibus.* Oud.

Pulcherrimo triclinio] Abest vox *pulch.* a Guelf. sec. ac Palat. sed in Mss. D'Orv. Fux. Pith. Guelf. pr. Oxon. et Edd. Vett. usque ad Colv. et Bas. sec. exstat, *curatas pulcherrime, triclinio.* Et certe supra ' lavacrum pulcherrimum ' dixit. Sed malim cum ceteris scriptis, quod nunc vulgo editur. Beroaldus etiam distinxit post *curatas.* Idem. *Et balnearum vaporosis fontibus curatas, pulcherrimo triclinio, &c.*] Oxon. sic legit et interpungit: *E. b. vapore roseis fontibus curatas pulcherrime, triclinio, &c.* quæ non conor defendere. *Pric.*

Mirisque illis, &c. eduliis atque tucetis, &c.] Seneca Epist. XII. ' Cum vino, et illis funereis epulis sepeliset se.' *Idem.*

Tibias agere, sonatur] Recepit Vulcan. Ed. sec. conjecturam Scaligeri [vid. VV. LL.] ad lib. v. Manilii vs. 326. ' Et quodcumque manu loquitur flatuque movetur :' uti etiam Junius, et dein Ad. Heringa Observ. c. 9. volunt lib. IV. 155. ' Et graciles nervos et nervis insita verba, Jugentemque sonum:' ubi in Mss. *ingentemque,* ac forsan legendum, *ventosumque sonum,* i. e. flatu motum. Nam recte Salmasius ad Solinum p. 87. ostendit, de omnibus tibiis *jugere* nequaquam esse verum. Certe de talibus hic non agi tibiis, quæ *jugere* dicuntur, quod ex milvorum pinnis, quorum jugitus, ut in Glossis, est proprius, factæ sunt. Ill. vero Heinsius divinavit, indigna sane tanto viro conjectura, *flari,* ad Ovid. lib. v. Fast. 703. ' Inflatam sentit habere sonum.' Nimium enim recedit a Mss. neque id a librariis mutatum fuisset in *agere.* Sed egregie vulgatum defendit summus J. Fr. Gronovius in Diatr. Stat. pag. 227. docens *agere* proprie dici de tibiis, quia inter scenicas *actiones* non tantum semper sunt tibiæ, sed et quia scenici ad tibiarum modos saltabant, quibus leges et instructus quasi dabant tibiæ. Ut ergo ipsa cithara dicitur loqui, et chorus canere, sic tibiæ bene *agere* dicuntur, nempe modos. In Inscriptionibus Comœdiarum Terentii: ' modos egit tibiis :' et ' acta tibiis.' Sic ' signum datur tubis,' sed et ipsæ ' tubæ dant signum ' apud Poëtas. Vide ad Lucan. lib. IV. 186. Ovid. x. Met. 651. ' Signa tubæ dederant.' Et ita passim ipsa signa, et tubæ dicuntur canere. Quid multa? Lib. x. p. 235. ' Tibiæ cantus Lydios consonant.' Virgil. lib. v. Æn. 112. ' Et tuba commissos medio canit aggere ludos.' Quare Mss. O. jubentibus, et sensu sano, prorsus τὸ *agere* retinendum censeo. *Oud.*

Quæ nullo præsente cuncta] Exsulat *quæ* a Bertin. *Quæ cuncta nullo præ-*

sente, est in Reg. Fux. Guelf. sec. et Ed. Junt. post. *Quæ cuncta præs. nullo* in Edd. Elm. Scriv. Flor. forsan præeunte Ms. Florentino. Illud *cuncta* me offendit. An *concita* vel *incita*, sive inpulsa et mota ad sonos reddendos? Vide pag. 90. Prudent. Cathemer. cap. 3. 93. 'Pulsat et incita quod resonam Lingua sub ore latens caveam.' Ovid. III. f. 764. 'Femineos thyrso concitat ille choros.' *Idem.*

Animos a. remulcebant] Ms. D'Orv. *demulcebant*. Frustra. Stat. lib. VIII. Theb. 92. 'minas stimulataque corda remulce.' Plura de hoc verbo dicam ad Flor. lib. I. N. 3. 'Remulsis antiis et promulsis capronis:' ut illic legendum docebo. *Idem.*

Scelestarum feminarum nequitia] Pricæus non intellexit mentem Scioppii, putans eum voluisse *strigarum feminarum*, deleto τῷ *scelestarum:* quod foret ineptum. *Strigarum* loco τοῦ *femin.* in contextum receperunt Elmenh. Scriv. Flor. Mihi tamen istud *strigarum* videtur esse glossa ex vulgari Italico sermone de veneficis sumta. Nam ceteri Mss. O. servant vulgatum, nisi quod absit hoc et illud a Guelf. pr. et passim tales mulieres 'feminas scelestas' vocat Auctor. Adi ad lib. II. pag. 39. 'In nefariam scelestamque istam feminam vindicate:' ubi itidem intelligitur, ut hic, venefica. Veteribus non 'striga' vocatur talis mulier, sed 'strix,' cujus Accus. sing. Græca forma est etiam 'striga,' et plur. 'strigas.' Caper Gramm. de verbis dubiis pag. 2250. *Striges*, non *strigæ*. Nihili itaque sunt, quæ pro Nominativo 'striga' disputat Burmann. post Keuchenium ad Petron. cap. 64. 'Scilicet jam strigæ puerum involaverunt:' quas *striges* appellat idem cap. 134. *Idem.* *Scelestarum fœminarum, &c.*] In Ms. quodam *strivarum:* unde Sciopp. *strigarum*, i. *veneficarum:* at in Oxon. et vett. editis est *scelestarum*, quæ lectio sincerissima est. Supra: 'Ne illas scelestas fœminas, &c. nec audias, vel videas:' ut omittam, *strigarum fœminarum* quam illepide dici. *Pric.* *Natalium*] Lege *natalium:* quærebant enim, quibus natalibus ortus esset maritus Psyches, et qua secta propagatus: namque a 'secta' *sectacula* derivatur, quasi sequela quædam et propagatio natalium. *Beroald.*

Magnis pecuniis negotiantem] Supra l. I. 'Negotiator magnarius. *Pric.*

Jam medium cursum ætatis agere] Hesychius: Μεσῆλιξ, ἀπὸ τῶν τεσσαράκοντα ἕως πεντήκοντα. Ammonius, ubi de ætatum discriminibus: Εἶτα νεανίσκος, εἶτα νεανίας, εἶτα ἀνὴρ μέσος, &c. Vide olim pag. 195. ad Apologiam notata. *Idem.*

Interspersum rara canicie] Hesychius: Μεσαιπόλιος, οὐ σφόδρα πεπολιωμένος, ἀλλὰ μέσος, οὔπω γέρων. et bene *interspersum*. Virgilius v. 'Temporibus geminis canebat sparsa senectus.' Propertius: 'Sparserit et nigras alba senecta comas.' *Idem.*

Fraudium pedicam] Mss. Florent. Edd. Elm. Scriv. Flor. *fraudum*. Sil. Ital. lib. VI. 479. 'At non Karthago, fraudum domus.' Lib. XIII. 738. 'O fraudum genitor.' Gell. lib. XIV. 2. 'plerumque esse perfidiarum et fraudum ostendebatur.' Auson. in Grat. Act. pag. 731. Ed. Toll. 'Ardebant stirpes fraudum veterum.' Sed in Voss. recent. *fraudium*. Cic. lib. III. de Off. cap. 18. 'Qui fons est fraudum:' ubi tamen e Mss. plurimis a Manutio usque, et nunc *fraudium* legunt; sicut et infra constant Mss. pag. 100. 'Destrictis gladiis fraudium:' et lib. VII. p. 155. 'Nactus fraudium obportunum decipulum.' Item Ms. Serv. ad Æn. II. 16. Verum lib. X. p. 214. 'nescius fraudium pessimæ mulieris:' variant unus et alter Codd. ut et pag. 230. 'laqueis fraudium pessimarum.' Ego *fraudium* præfero. *Oud.*

Ad destinatam, &c.] Glossæ: 'Ad destinata, πρὸς τὰ ἀφορισθέντα.' *Pric.*

Sermones conferentes] In Reg. Fux. Guelf. pr. Pal. Oxon. D'Orvill. est *sermonem*. Bene. Sciopp. in Susp. lib. I. Ep. 10. amplexus erat *conserentes*: quod mihi hic videtur præstare. Nam ipsæ solæ serebant sermonem, sciscitari occipientes. Vide ad lib. I. init. 'Varias fabulas conseram:' item p. 96. Arnob. l. v. p. 156. 'altercabilem conseruisse sermonem.' *Oud.*

Unde natalium sectacula proveniret] Locus hic sane est vexatissimus. *Natalium* primus correxit Beroaldus; cum in Edd. prioribus exhiberetur *notalium* vel *noctalium*, quod est etiam in Palat. præmissa etiam voce *tanta*, quam ibidem agnoscit quoque Guelf. sec. et in Ed. Bas. pr. Idem vero *sectacula* capiebat in Abl. 'qua secta esset propagatus.' At Scioppius sequens fere Colvium, *notacula* legentem, sumit in Nominat. sing. ad Priap. c. 66. Wowerii, sive Pontani ad Macrob. l. v. Sat. c. 6. conjecturam *secta cuja* in Ablat. receperunt Vulc. Ed. sec. et Elmenh. non inprobante Pricæo: quo facit et Auson. in Præf. 'ego nomine eodem Qui sim, qua secta, stirpe, Lare, et patria.' In Bas. pr. est *spectacula*. Guelf. pr. *sceptacula*. Par. et Oxon. *Septacula*, et in marg. *ceptacula*. Hinc Cl. Wasse conjecit, *conceptacula provenirent*. Nam in plurali, quasi *sectacula* essent dicta a Nom. 'sectaculum,' verbum expresserunt Ms. Fulv. Reg. Pith. Pal. Fux. D'Orv. Edd. Bas. Vulc. pr. Wow. ac Pric. et Florid. Voce autem ea proprie usus est Auctor lib. VI. pag. 118. 'undæ conceptaculo vallis inclusæ.' Lib. VII. p. 146. 'pluviæ pridianæ recens conceptaculum.' Adscripserat autem Wasseus locum de Dogm. Plat. init. 'Sunt, qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicant.' Plin. lib. XI. N. H. cap. 37. 'Superbia aliubi conceptaculum, sed hic sedem habet.' IV. 12. 'gelidisque Aquilonis conceptaculis.' Gell. lib. XVIII. c. 11. 'Arteria, conceptaculum spiritus naturalis.' At tunc rectius dixisset, *quo natalium conceptaculo provenerit*; quo tempore ultimum verbum ediderunt Vulc. Ed. sec. et Elmenh. ut de filio lib. X. p. 210. 'quem tibi quoque provenisse cuperes vel talem.' De Phil. Mor. p. 626. 'Ut talibus observationum remediis et proventibus suboles natura discrepante confecta.' Accedo adhuc Beroaldo, construens *unde proveniret* (sic enim Florent. et Oxon. cum Edd. plerisque) *natalium sectacula*, sive serie, id est, unde genus duceret. Nam ipsa 'sectacula natalium,' seu 'longi natales,' ut ait de Deo Socratis p. 701. sive stemmatum series durissime 'provenire' dicuntur. *Idem.* *Occipiunt sciscitari qualis ei maritus, et unde natalium sectacula proveniret*] Ita Beroaldus maluit, nec aliter in Oxon. est. Colvius *natalium notacula*: infeliciter. Wowerius et Pontanus, *unde natalium, secta cuja p.* quæ conjectura cæteris antecellit longe. Prudentius in pugna Concord. et Discord. 'Circumstat propere strictis mucronibus omnis Legio virtutum, exquirens fervente tumultu Et genus et nomen, patriam, sectamque,' &c. Ovid. Metamorph. I. 'Nec non et cujus, et unde, Quove sit armento, veri quasi nescia quærit.' Servius ad Eclog. III. 'Antiqui dicebant, sicut meus, mea, meum, sic cujus, cuja, cujum.' Bene autem curiosas et invidas istas *sciscitari* dicit. Donatus ad Eunuchum: 'Sciscitari, est occulta magis et secretiora rimari, et cognoscere velle.' *Pric.*

Altercantes] Ex VV. Edd. scriptura *altercantes*, male Stewech. supra *alternantes* faciebat. *Altricantes* est et in Edd. Vicent. Ber. Colin. Bas. Sed recte *altercantur* exhibuere Wow. Pric. Flor. quod confirmant quoque

Oxon. Guelf. ambo, D'Orv. uti et Reg. Fux. in quo *altricantur*. Forsan dederat Auctor *altercant*: ex quo variæ illæ lectiones sunt natæ. Vide ad lib. VI. pag. 126. 'Dum secum altercantur de mea nece.' *Oud.*

Monstruoso] *Monstruoso*, quod Elmenh. Scriv. et Florid. ediderunt, propugnant Mss. Fulv. Flor. Pith. Fux. Guelf. ambo, Pal. Oxon. D'Orv. aliorumque scriptorum loca, ut Gellii III. 16. Mart. Cap. p. 217. Arnob. lib. VI. p. 210. Solini p. 4. cap. I. 'monstruosa fœcunditate,' ut est in Mss. O. et Ed. Salm. sed idem cap. 9. pag. 19. edidit, 'monstrosi exercitus.' Verum et illic vidi in Mss. octo, *monstruoso*. et c. 30. p. 40. 'monstrosæ facies.' Mss. octo, *monstruosæ*. C. 56. Mss. novem, *monstruosa gens*. Sic et 'dorsuosus' Solino et Ammiano, 'saxuosus' Siculo Flacco de condition. Agr. pag. 5. 11. et passim Mss. in Nostro. Sed et contra, ut lib. VII. p. 147. Vide quæ de hac terminatione disputavi ad Sueton. Tiber. cap. 43. 'monstrosi concubitus.' pag. 104. 'hirtuosus' et 'hirtosus:' et infra l. IX. p. 205. 'portentosi cruoris.' Vide etiam Heum. ad Min. Fel. c. 20. in Misc. Nov. Lips. vol. VII. p. 443. *Idem.*

Nec in sermone isto tantillum morata] 'In alium sermonem intentionem earum derivans,' ut lib. I. loquitur. *Idem.* *Candenti canicie lucidus*] Eunapius de coma sua in Proæresii vita: Διὰ πλῆθος πολιῶν τριχῶν ἀφριζούσῃ θαλάσσῃ προσεμφερὴς, καὶ ὑπαργυρίζουσα. *Pric.*

PAG. 99 *Mendacium, &c. confingere*] Florent. Pith. Fux. Guelf. ambo, Oxon. Palat. D'Orv. dant *mendacio*: nec tamen Scioppii commentum et constructio placet. Vel igitur legendum, *mendacia*, vel *mendacio ista pes*. cum Salmasio, aliisque, vel orta est scriptura ex pronunciatione *mendaciom*, ut sæpissime. pag. 100. 'non videntur mihi mendacium fingere.' Et passim. *Oud.* *Quorum utrum verum est*] Probo Rittershusii conjecturam, *Q. utrum utrum est*. Valer. Maximus de Socrate lib. VII. 'Ab adolescentulo quodam consultus utrum uxorem duceret, an se omnino' (malim *omni*) 'matrimonio abstineret: respondit, utrum utrum fecisset, acturum pœnitentiam.' Cicero de Nat. D. II. 'Quorum utrumvis sit, sequitur, mundum Natura administrari:' unde scimus an et illic scribendum? *Q. utrum utrum sit.* *Pric.*

Opibus i. exterminanda] Palat. *extimanda*. Quod forsan arriperet antiquarius, sibi fingens, uti ab *intimus* formatum est *intimare*, sic ab 'extimus,' dici potuisse 'extimare.' Sed lib. II. p. 37. 'Cubiculo protinus exterminatur.' Lib. IX. p. 202. 'frugalitate spoliatum ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat.' Et sic optimi quique. *Oud.*

Si divini puelli, q. a. hæc mater erit] Male rursus *hic* in Edd. Ber. Col. Bas. Verbum desideratur in Ed. Vicent. *Erit* est in Edd. Junt. Ald. Colv. Vulc. Wow. Pric. *Aderit* vel *adierit* Mss. Reg. Fux. Guelf. duo, Pal. Oxon. D'Orv. Inc. &c. Sed *audierit* verissime Florent. Pith. Bert. ut observarat Modius, et jam Edd. Rom. Beroaldi, et Bas. pr. cum Elm. Scriv. Flor. Adi ad lib. II. pag. 26. 'Ornata non possit audire.' *Idem.*

Laqueo nexili, &c.] Sic πλεκταῖς ἀρτάναις Sophocles in Antigone. Infra VIII. 'Sibi laqueum nectit.' *Pric.*

Quam concolores f.] Male *quam* exsulat a Ms. Oxon. Edd. Junt. et Aldi. Sæpe τὸ *quam* positivi intentionem auget. Adi ad lib. III. p. 46. 'In eodem colorales.' Guelf. pr. *corolares* cum gl. *conclusiones*. D'Orv. Pith. *coloris*. Par. *cum coloribus*. Tum Pith. *fallaciam*. D'Orv. *fallaciam detexamus*. Oud. *Exordio sermonis hujus quam concolores fallacias adtexamus*] Oxon. *E. s. hujus colorales f. a.* Onomast. vet. 'Coloro, σχηματοποιῶ.' *Pric.*

Nocte turbatis vigiliis perditæ] *Perditæ* habent, quantum scio, Mss. O. et VV. Edd. usque ad A. 1600. quod capit Pricæus eo sensu, quo 'fame perditus' lib. IV. &c. Malim ego exponere 'vesanæ;' quales sunt homines pravi perditique. Vide ad lib. IV. p. 70. 'Perdita securitate.' At Gruter. lib. VIII. Suspic. c. 9. conjecit *perdita*, ut tacite edidit Wower. et hinc in Pricæi Editionem inrepsit. Sed id huic loco non videtur convenire. Nam 'perdere noctem' est sine fructu peragere, ut 'perdere annos,' 'tempus in somnum:' de qua elegantia vide ad Lucan. III. 742. IV. 280. 488. VI. 54. X. 506. Atque ita emendandus Lactantius e veterrimo Cod. Bonon. quem temere sprevit Bunemannus, lib. III. cap. 16. 'Omnem suam vitam, &c. in eloquendo perdant.' Vulgo *peragant*. Hic vero si quid mutandum est, omnino probem Lipsianam conjecturam, in Guelf. pr. quoque a manu correctrice repositam, a Vulcanio in Ed. sec. Elmenh. Scriv. et Flor. expressam, *percitæ*, scil. per Furias turbatis vigiliis, quibus agitabantur, ut passim 'ira percitus,' de quo vide ad Liv. lib. VI. 38. Septim. de B. Tr. I. 11. Apud Nostrum lib. IV. p. 65. 'rabie perciti.' Lib. VIII. p. 156. 'vecordia percita:' pag. 158. 'percitæ mentis resideret furor.' Lib. XI. pag. 261. 'ad instar insaniæ percitum.' Martian. Cap. lib. V. init. de Silvano, tubæ sonitu adtonito: 'Percitus ac trepidans dextram tendebat inermem Deliacos poscens arcus, atque Herculis arma.' Sic enim illic e Msstorum vestigiis legendum duco. Vulgo ineptissime, *Bellaque composcens*. Legendum sic in Solino c. 32. p. 44. 'Audacia usque eo perciti.' In Mss. enim optimis *pergit*. Male Salm. *perditi*, al. *præditi*. Alio sensu 'prætervecti percitis curribus,' ut e Mss. leg. Solino c. 30. p. 41. *Oud.*

Soliti venti præsidio vehementer devolant] Quid si legas *vehentis?* Florid. Adscripserat ita vir doctus ad oram Ed. Colvii, quæ servatur Parisiis. Salmasius adlevit margini, *solito v. p. vehentes*, pro *vectæ* scilicet. *Solito* est itidem in Par. Ms. et probarunt Scriv. Pric. Florid. ut infra p. 101. 'flatus alitis inpulsu solito.' Quod si recipiamus, *vehementer* pertinebit ad vecordem earum audaciam, ut pag. 97. 'licentiosa temeritate prosiliunt in altum.' Verum illic hoc agebant jam ante, quam eas susceperat Zephyrus. Hic non poterant vehementius devolare, quam vehebat eas ventus. Quare cum aliis in ista voce latere mendam suspicor. Vir doctus in marg. Ed. Junt. adposuit *clementer*. In D'Orvill. Pith. Codd. est *vehementi:* unde reor scribendum *clementi*, nec mutandum esse *soliti*, uti pag. 93. 'statim clementissimis flatibus, innoxia vectura deportat illas:' de Deo Socratis p. 693. 'clementia ventorum.' Hinc et 'clementer navigare' in Florid. n. 15. Et sic apud alios. Claudian. Cons. Prob. et Olybr. vs. 273. 'liquidi clementior aura Favoni.' Sed vide Burmann. ad Valer. Flacc. lib. VI. 747. 'clementi turbine.' *Oud.* *Soliti venti præsidio, &c.*] Prætulerim *solito:* infra de iisdem: 'Flatus alitis impulsu solito super scopulum porrectæ.' *Pric.*

Lacrymisque pressura palpebrarum coactis] Virgilius: 'Dolis, lacrymisque coactis:' ubi Servius: 'Coactis, expressis.' Ovidius: 'Quinetiam discant oculi lacrymare, coacti.' 'Vexare oculos humore coacto' Juvenalis dixit. Propertius: 'Fletum invitis ducere luminibus.' In Eunucho Terentii: 'Hæc verba mehercule una falsa lacrymula, Quam oculos terendo misere vix vi expresserit, Restinguet.' Xenophon: Ἐπεσπάσατο ἐμπλησθῆναι δακρύων τὰ ὄμματα. Euripides Helena: Ἐκβαλόντες δάκρυα ποιητῷ τρόπῳ. Aristænetus I. 9. Δάκρυον ὑποκρίσεως ἀποματτομένη, τῶν μάτην

πρὸς αὐτῆς ὑποθλιβομένων βλεφάρων. Sirachides XXII. 24. Ὁ *νύσσων ὀφθαλμὸν, κατάξει δάκρυα. Idem.*

Tu quidem felix, et ipsa tanti mali ignorantia beata] Apud Senecam: 'In malis unum hoc tuis Bonum est, Thyesta, mala quod ignoras tua.' Plutarch. Consolat. ad Apoll. *Μετ' ἀγνοίας τῶν οἰκείων κακῶν ὁ βίος ἀλυπότατος.* Terentius: 'Nos omnes quibus est alicunde objectus labos, Omne quod est interea tempus priusquam id rescitum est, lucro est.' In Mimis veteribus: 'Bene dormit qui non sentit quam male dormiat.' Ibidem: 'Miseriam nescire propriam sine periculo est vivere.' *Idem.*

Sedes incuriosa periculi tui] 'Nec quæ circumstant te deinde pericula cernis.' Seneca in de Vita beata, ex persona Socratis: 'Hoc vos nec intelligitis, et alienum fortunæ vestræ vultum geritis: sicut plurimi, quibus in Circo aut theatro desidentibus jam funesta domus est, nec malum annunciatum.' *Idem.*

Sedes incuriosa periculi tui: nos autem, &c.] Fadilla ad Commodum fratrem apud Herodianum: Σὺ *μὲν,* &c. *μένων ἐπ' ἡσυχίᾳ, τῶν πραττομένων ἀγνοίᾳ ἐσχάτῳ καθέστηκας κινδύνῳ· ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν γένος ὅσον οὐδέπω ἀπολλύμεθα. Idem.*

Pervigili cura rebus tuis excubamus] Lib. IX. 'Qui meæ tutelæ pervigiles excubias agitaverant.' *Idem.*

Pro vero comperimus] 'Pro vero obtinere' initio Apologiæ dixit. *Idem.*

Sociæ scilicet doloris casusque tui] Theophylact. ad I. Cor. 12. 16. Ἡ *ἀκριβὴς ἕνωσις κοινὰς ποιεῖ τε τὰς συμφορὰς, καὶ τὰς εὐδοκιμήσεις. Idem.*

Inmanem colubrum] Non est in Mss. *colubram*, ut scribit Cel. Burmannus ad Ovid. lib. IV. Met. vs. 474. 'rejecit ab ore colubras:' sed tantummodo in Edd. Beroaldo prioribus, ut et Juntinis: ut Lucano lib. IX. 634. 'subrectæ fronte colubræ:' aliisque. Adi Bentl. ad Horat. I. I. Od. 17. 8. 'Nec virides metuunt colubras:' ubi *colubros* tamen est in Mss. a me visis, sed recentioribus. Verum masculinum genus hic præferendum videtur: quia agitur ut de viro, et sequitur, 'eum' et 'te saginaturum et devoraturum:' licet et illic aliquid turbetur. Vide et Arnob. lib. VII. p. 251. Serv. ad Æn. II. 470. *Oud.*

Multis modis voluminibus] Male Roaldus probat *multimodis*, quod non in Fux. est, sed in Ed. Bas. pr. ac pejus in sec. *multis modis.* Gyros serpentinos vocat *nodos.* Adi omnino Gruterum l. c. et N. Heinsium ad Ovidii Ep. IX. 86. lib. IV. Met. 490. 'Nexaque vipereis distendis brachia nodis.' Virg. Æn. II. 218. 'divellere nodos.' Lucan. lib. VI. 490. 'Inque pruinoso coluber distenditur arvo, Viperei coëunt abrupto corpore nodi.' Infra pag. 101. 'noxii serpentis nodum cervicis et capitis abscide.' Lib. XI. p. 246. 'Contorto nodulo supersedebat aspis:' ubi etiam in Ms. *modulo.* Idem. *Immanem colubrum multinodis voluminibus serpentem, &c.*] Sic *μυριέλικτον ὄφιν* Eunapius apud Suidam dixit: et 'cerastarum sinuosa volumina' Avienus in Periegesi. *Pric.*

Veneno colla saginantem hiantemque ingluvie] *Sanguinantem.* Bert. *saginantem.* Pontan. lib. I. Anal. 8. conjiciebat *saniantem.* Sed optime e Virgilio lib. II. Æn. 207. 'jubæque Sanguineæ exsuperant undas:' hunc locum defendit Pricæus. 'Sanguinare' est neutrum. 'Colla' adeoque per Græcismum æque dicitur pro circum colla. Lib. VI. pag. 118. 'longa colla porrecti dracones.' De verbo rariore 'sanguinare,' vide quos laudat Burm. ad Quinctil. Decl. X. c. 8. 'sanguinavere planctibus lacerti.' Idem cap. 9. 18. dixit 'Sanguinantes lacertos.' Bene vero *que* cum Scioppio restituit Wow. et seqq. exsulans ante eos in editis, sed comparens et in Mss. Flor. Palat. Oxon. D'Orv. Reg.

Fux. Guelf. utroque, aliisque. *Oud.* *Veneno noxio colla sanguinantem*] Pontanus Analect. I. 8. *sanian tem*, affectatissime. Sciopp. ex Ms. quodam *saginantem*. Utraque manu amplectimur nos positam lectionem, non tantum a vetustis editionibus, sed et Cod. Oxoniensi firmatam. Glossæ: 'Αἱμάττω, cruento, sanguino.' In veteri et instructissimo Onomastico: 'Sanguinare, αἱμάσσεσθαι.' Æneid. II. 'Immensis orbibus angues, Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque Sanguineæ exuperant undas:' ubi Servius: 'Jubæ sanguinei coloris:' qui locus omnem hic controversiam dirimit.' *Pric.* *Hiantemque ingluvie profunda*] Virgilius, itidem de angue, Georg. III. 'Piscibus atram Improbus ingluviem, ranisque loquacibus explet.' Servius: 'Ingluviem, ventris capacitatem:' quæ forsan minus vera expositio. Glossæ Vindocinenses Ms. 'Ingluvies, gulæ spatium, vel gutturis.' Glossarium Stephani: 'Ingluvies, τράχηλος,' &c. Avienus, citato jam loco, de Cerastis: 'Immodice late patet oris hiatus Quippe feris, antro panduntur guttura vasto.' Jam et 'ingluviem' ab inglutiendo, (quod gula, non ventre fit) formari, quis est qui nescit? ut omittam, vel ex voce *hiantem* patere, sic *ingluviem* accipiendam. *Idem.*

Tecum noctibus latenter acquiescere] Arnobius lib. v. 'In draconis terribilem formam migrat, ingentibus spiris pavefactam colligat virginem: et sub obtentu fero' (malim *feri*) 'mollissimis ludit atque adulatur amplexibus.' *Idem.*

Sortis Pythicæ] Guelf. pr. *Psytiche.* D'Orv. et Ed. Vicent. *Psyticæ*. Oxon. Guelf. sec. Pal. *Psychæ*, vel *Psyche*. Scriverius edidit *Pythiæ:* quod amplecterer, si vel unus suffragaretur codex: quia poëtico Milesiarum stylo est convenientius: atque usi etiam sunt Cicero l. I. Div. c. 1. 'sine Pythio oraculo:' et Livius, variantibus tamen illic aliquoties Codd. ut ille utrumque adhibuerit. Adi Drakenb. ad lib. v. 15. in f. 'Oraculi Pythici:' sicut Valerio Max. l. I. 8. 10. VIII. 15. in f. 'Pythica divinatio, cortina.' Verum dubito, an Oraculum Milesium, quod responsum dederat l. IV. in f. etiam *Pythium* dici queat. Quid si cum Mss. legamus; *recordare sortis, Psyche?* At Apollinis Pythii templum Athenis quoque. Vide ad Thucyd. l. VI. § 54. *Oud.*

Quæ te trucis b.] *Quæ* abest a Bertin. *te* a Palat. Utrumque a Pith. *Pertrucis* Elmenhorstii fide, cum illo edidere Scriv. et Flor. Et bene. Vide ad l. II. p. 40. 'poculo pernoxio.' Si modo sic sit in Florent. Nam in mea Lindenbrogii collatione *per* non ad *trucis*, sed ad *multi* refertur, ut fuerit 'permulti coloni.' Id quod verisimilius videtur. Pro *esse clam.* in Guelf. pr. *conclam.* Idem. *Et accolæ plurimi*] Glossarium: 'Accolæ, ἀκρογείτονες.' *Pric.*

Videre eum vespera r.] Flor. *viderunt*. Elmenh. Accedunt D'Orv. Pith. Fux. et Oxon. Bene. Sed male in Oxon. *eam bestiam r.* Ex glossa id natum. Guelf. pr. *viderunt cum bestia r.* Neque *eam*, quod et ostentat Palat. recipiendum, licet præcedat *bestiæ:* quia respicit ad *colubrum* vel *maritum*. De hoc loquendi modo dixi ad l. IV. p. 75. *Vespera* pro *vesperi* amari a Nostro vidimus ad l. I. *Oud.*

Redeuntem e pastu] Oxon. *de pastu*. Quod perinde. Virg. I. G. 88. 'E pastu decedens agmine magno.' IV. 184. 'Vesper ubi e pastu tandem decedere campis Admonuit:' item vs. 434. Intelligit eum cibo per rura comparato et comeso ad satietatem reversum. Solin. p. 41. 'ad pastum exire.' p. 104. 'Vago pastu lasciviunt capellæ.' Arnob. l. VII. p. 226. 'pecudes pastibus incubare:' ubi pro ipsis pascuis sumi potest, ut apud Tacit. l. IV. Ann. c. 25. et Solin. c. 22. 'ut pecua nisi interdum a pas-

cuis arceantur, ad periculum agat satias.' Sic enim leg. e Mss. omnibus. Vulgo, *pascuis* et *in per*. C. 29. 'si recta ad pastus ora dirigant.' Sic Mss. non *pastum*. Ceterum maxime hic locus vindicare potest Silium a conjectura N. Heinsii l. VI. vs. 161. de serpente ad Bagradam: 'lateque repletus et asper Vastatis gregibus, nigro ructabat in antro. Isque ubi ferventi concepta incendia pastu Gurgite mulcebat rapido et spumantibus undis.' Atque hinc corrigo Valer. Flacc. l. VII. 550. 'Exeat Hæmonio messis memoranda colono: Tuque tuo pastum Graium da, nata, draconi. Ipsius adspectu pereant.' Vulgo, *tuum parti draconem*. Græci a dracone, per Medeam pasci solito, comedendi elegantissime 'Graius pastus' dicuntur. Metaphorice Arnob. lib. I. p. 30. morbi, depascentis humanos artus, vim 'intra unius verbi moram' (de Christo loquitur) 'continuato frenavit a pastu:' ubi vide Herald. Idem de sacrificiis l. VIII. p. 213. *Idem*. *Videre eum vespera redeuntem e pastu*] Oxon. *Viderunt eam bestiam redeuntem*, *&c.* et post, *vadum innatantem*. Pric.

Pr. fluminis vadis innatantem] In Ed. Vicent. est *proximisque*. D'Orv. *innatentem*, vitiose. Sed adtentionem meretur scriptura Cod. Oxon. *vadum*, Guelf. pr. *vadem*. Nam solet Auctor verbis per 'ad,' 'in,' 'per,' compositis jungere Accusativum casum, quod sæpe monendum habui. Immo plane eodem modo l. I. p. 7. 'Senex ille dolium innatans vini sui.' Virg. lib. II. G. 451. 'undam levis innatat alnus.' Sed tamen l. II. p. 40. 'Me post Lethæa pocula jam Stygiis paludibus innatantem.' *Oud.*

Alimoniarum obsequiis] Oxon. *alimoniorum*. Aliquoties hæc confunduntur. Vide Comment. ad Suet. Calig. c. 41. Sed l. II. p. 21. 'alimoniarum socia fui.' L. VI. p. 112. 'Alimonia tua gloriatur.' In Apol. p. 535. Ed. Pr. 'ob XIV. annorum longas alimonias.' *Idem*. *Nec diu blandis alimoniarum obsequiis te saginaturum omnes affirmant*, *&c.*] Philostratus de Lamiis: Καὶ ἀφροδισίων μὲν, σαρκῶν δὲ, (melius τε) καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων ἐρῶσι, καὶ πάλλουσι τοῖς ἀφροδισίοις οὓς ἂν ἐθέλωσι δαίσασθαι. et post: Δακρύοντι ἐῴκει τὸ φάντασμα, καὶ ἐδεῖτο μὴ βασανίζειν αὐτὸ, μηδ' ἀναγκάζειν ὁμολογεῖν ὅ,τι εἴη, ἐπικειμένου δὲ, (τοῦ Ἀπολλωνίου) καὶ μὴ ἀνέντος, ἔμπουσά τε εἶναι ἔφη, καὶ πιαίνειν ἡδοναῖς τὸν Μένιππον εἰς βρῶσιν τοῦ σώματος. Apocal. 12. 4. Καὶ ὁ δράκων ἔστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν· ἵνα, ὅταν τέκῃ, τὸν τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ. *fructu* hic, ut apud Lucam I. 42. καρπὸς κοιλίας. *Pric.*

Prægnationem tuam pl. maturaverit ut.] Palat. Guelf. ambo, et Oxon. *prægnatione in tua*. D'Orv. Fux. *prægnatione ista tua:* quasi *maturare* neutraliter pro *maturescere* esset positum. Sed vide ad lib. I. p. 14. et monitum meum ad pag. 97. 'in morem S.' *Istam* tamen recepi: cum id pronomen, δεικτικῶς positum, plane sapiat Appuleianum stylum. p. 98. 'Quantum boni geris nobis in ista perula.' pag. 101. 'cunctis istis tecum relatis.' Et passim. *Devoratur* in Pith. *Oud.*

At hic jam tua est existimatio] *Ad hoc* est in Fulv. Pith. et Pal. *Ad hæc* Guelf. uterque, Oxon. et Ed. Scriv. probante Pricæo; ut sit pro *præterea*. Sed tum malim *ad hoc*. Vide ad Sueton. Aug. cap. 25. et infra ad l. X. p. 213. 'Ad hoc uxoris mentitæ lamentationibus.' Quod in Ed. Elmenh. est *at hæc*, nusquam deprehendi. *Ad hic* Ed. Bas. pr. Sed præstat hic cum Florent. nihil mutare. Sensus est: Cum igitur hæc ita sint, hoc ergo in statu, et hac rerum conditione cum tu verseris: ut passim occurrit, et plus semel in Appuleio. Vide ad lib. X. pag. 212. 'Hic non adeo mentiebatur.' In Pal. *extimatio*. Adi Comm. ad

Liv. l. xxxiv. c. 2. 'Utrum e rep. sit, nec ne, vestra existimatio est:' et Stew. ad lib. vii. p. 139. Desunt autem hæc omnia in D'Orv. usque ad *sororibus*. Oxon. *pro sor.* Idem. *At hic jam tua existimatio est, utrum, &c.*] Infra lib. vii. 'Hanc ex animo quidem meo conducibilem sententiam protuli: sed vos vestrorum estis consiliorum rerumque Domini.' In quibusdam heic, *Ad hoc.* Oxon. *Ad hæc:* bene. Gloss. 'Ad hæc, ἐπὶ τούτοις.' *Pric.*

Pag. 100 *An sævissime bestiæ sepeliri visceribus*] Antoninus iv. 13. Ὅσος ἀριθμὸς (ζώων) καταναλίσκεται, καὶ οὕτωσί πως θάπτεται ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι! Tertullianus in Apologetico: 'Suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur vel intra viscera sepulto.' Sidonius de Thyeste: 'Fratris crimine qui miser voratis Vivum pignoribus fuit sepulchrum:' at 'bestiæ visceribus sepeliri,' peculiari quadam elegantia dictum. Eustathius ad Homerum: Τυμβεύεσθαί τις λέγεται καὶ εἰς θηρίων γαστέρας, εἰ καταφάγωσιν αὐτόν. Ignatius ad Romanos: Μᾶλλον κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται. Apud Achillem Tatium iii. Εἰς ἡμᾶς ἰχθὺς ἀναλωσάτω, μία γαστὴρ χωρησάτω, ἵνα ἐν ἰχθύσι κοινῇ ταφῶμεν. De vulture Ennius: 'Heu quam crudeli condebat membra sepulchro!' *Idem.*

Nostrum officium f.] Τὸ *officium* dele ex Aldo et Florentino. *Elmenh.* Miror, Vulcanium in Ed. sec. hoc substantivum inseruisse, sequente Scriverio: cum neque in ullo Msto, neque Edito alio compareat: ac nemo nesciat, millies id subintelligi; immo sæpissime elegantius omitti, licet sciam legi apud Cæsarem, plene loqui solitum, l iv. B. G. c. 25. 'Ego certe meum Reip. atque Imperatori officium præstitero.' *Oud.*

Animi tenella] Supra: 'si id tolerare pro genuina simplicitate, proque animi tui teneritudine non potes.' *Elmenh.* *Simplex, et animi tenella*] Ἄκακος. Rom. 16. 18. supra hic de Eadem: 'Pro genuina simplicitate, proque animi tui teneritudine.' *Pric.*

Prorsus omnium mariti monitionum, &c.] Oxon. *quod rursum omnium, &c.* scripserim, *Rursus omnium, &c.* Idem.

Et in profundum calamitatis se præcipitavit] Lib. viii. 'In profundam ruinam cupidinis, &c. se præcipitavit:' ubi dicta vide. *Idem.*

Tertiata verba] Notat Servius Catonem dicere: 'Tertiato et quartato verba dicere præ metu.' Quod num in Servio vulgari, an in loco ex Schedis eruditissimi Danielis aliis laudato habeam, non memini. *Colv.* Ex Schedis Danielis ad Virg. Æn. iii. 314. 'raris turbatus vocibus hisco.' *Oud.*

Semianimi voce] Flor. *semihianti.* Elmenh. Qui cum Scriverio sic edidit rectissime: nec de eo dubitare debuerat Pricæus, quem vide. Juvat Virgilius, et Codd. Pal. Guelf. sec. scriptura, *semiante,* Pith. *semianti,* Fux. *semiati,* Guelf. pr. *seminante.* Lib. x. p. 231. 'Semihiantes labias,' et 'semiadopertos oculos' alibi ait. Gell. l. xix. c. 11. 'Semihulco savio meum puellum suavior.' *Oud.* *Semianimi voce*] In Florent. Cod. non male *semihiante:* infra lib. x. 'Semihiantes adhuc compressit labias:' et Floridis: 'Semihiantibus in conatu labellis:' at forsan *semianimem vocem* hic appellat quam supra lib. iii. 'tenuem ac diminutam admodum.' *Pric.*

Sic ad illas ait] Τὸ *ait* credam vix unquam non esse malæ manus interpolamentum: lib. vi. 'Confusisque in unum grumulum, sic ad illam. Videris mihi,' &c. eodem libro: 'Atque sic ad illum: Licet tu,' &c. lib. i. 'Et ad illum: Næ merito (inquam),' &c. mendum simile lib. iv. pag. 84. sustulimus. *Idem.*

Vel omnino cujatis sit, novi] Lib. i.

'Sed, ut prius noritis quis sim, et cujatis,' &c. *Idem.*

Marito] Lege *maritum*. Consentio, inquit, maritum meum esse bestiam aliquam, prout vos recte asseritis. *Beroald.*

Malumque grande de vultus curiositate præminatur] De curiosa vultus inspectione: sic II. 'curiosus obtutus,' IV. 'curiosus aspectus:' et I. 'curiose arbitrari.' 'Malum grande' est quod Plauto non semel 'magnum malum.' Olympias Alexandri mater, de Junone: 'Malum mihi prorsum illa magnum dabit,' &c. (apud Gellium XIII. 4.) ita et Terentius v. 4. Eunuchi. *Pric.*

Si quam salutarem opem periclitanti sorori potestis adferre, jam nunc subsistite] Apud Virgilium: 'Tu pro germano, si quid præsentius audes, Perge.' *Idem.* *Incuria sequens prioris providentiæ beneficia corrumpit*] Cyprianus in de bono Patientiæ: 'Pereunt præterita, dum quæ cœperant, desinunt esse perfecta.' Servius ad II. Virgilii Eclogam: 'Tolerabilius est non incipere aliquid, quam inceptum deserere.' Salvianus III. de Avaritia: 'Laudari anteactæ ætatis prudentia non merebitur, nisi bono fine claudatur.' Isidorus Pelusiota: 'Η ῥᾳθυμία τοὺς προγεγενημένους πόνους, κἂν λαμπροὶ εἶεν, σβέσει. Arrianus IV. 3. in Epictetum: Μικρὸν ἂν ἀπονυστάξῃς, ἀπῆλθε πάντα τὰ μεχρὶ νῦν συνειλεγμένα. *Idem.*

Nactæ, &c. nudatum sororis animum] Claudianus: 'Et Veneri mentis penetralia nudant.' *Idem.*

Omissis tectæ machinæ latibulis, districtis gladiis fraudium, &c.] Sic 'clandestinæ proditionis cuniculis,' 'apertæ simultatis machinas' Sidonius III. 13. opponit: quibus similia heic infra lib. VI. 'Rejecto velamento ad promptum' (id est, manifestum) 'exitium compelli.' 'Gladii fraudium' hic, fraudulenti sermones, acumen gladiorum exæquantes. In versiculis Phocyllidi adscriptis: Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου. *Idem.*

Simplicis puellæ, &c. cogitationes invadunt] Διὰ τὴν χρηστολογίαν τὴν τῆς ἀκάκης καρδίαν ἀπατῶσι. Rom. 16. 18. *Idem.*

Quoniam nos originis nexus, &c.] Æneid. IV. 'O luce magis dilecta sorori:' ubi Servius: 'Per nomen necessitudinis ostendit se quæ sunt utilia suadere.' *Idem.*

PAG. 101 *Periculum quidem nullum*] Sic vere dat Oxon. Guelf. pr. cum Edd. Aldi, Colin. Wowerii, et seqq. quod mentem Auctoris postulare, recte monuit Gruter. lib. VIII. Susp. c. 9. Nam in ceteris Edd. et Mss. plerisque circumferebatur *ullum*. Oud.

Viam, quæ s. deducit iter ad salutem] *Perducit* edidit Scriver. Cave vero, ne cum Modio et Grutero deleas τὸ *iter*, ut fecere Vulcan. et Scriver. Falsum est enim Palatino τὸ *iter* deesse. Is habet cum Guelf. sec. *deducit, iterque*. Quamquam enim 'via' passim dicitur 'ferre' et 'ducere,' non sequitur hinc, haud rectum esse quoque *via deducit iter*; quoniam per *viam* instituitur iter, ut recte jam observavit Floridus, et 'iter viæ' ex Lucretio adtulit Elmenh. in Ind. Immo et sic dixit Noster lib. II. p. 29. 'maris et viæ iter:' ubi vide. Hinc a JCtis *via* et *iter*, bene secreta sunt. Consule Dissertationem Amplissimi viri, et natalium, publicique muneris splendorem, sua virtute et litterarum scientia inlustrantis, G. Meermanni de Rebus Mancipi. Quid? nonne apud Horat. lib. II. O. 2. 22. 'negata tentat iter via?' J. Capitolin. in M. Anton. c. 14. 'via, postquam iter ingressi sunt, periit.' In Ed. Bas. pr. corrupte *vitam*. Idem. *Viam quæ sola deducit iter ad salutem, diu diuque cogitatam, &c.*] In Nubibus Aristophanis Ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων, ὁδοῦ Μίαν εὗρον ἀτραπὸν δαιμονίως ὑπερφυᾶ. Ælianus apud Suidam: Καταδαρθέντι οἱ τῶν τις ἱερέων ἐδόκει λέγειν, μίαν εἶναι σωτηρίας ὁδὸν, &c. He-

apud Euripidem: Μί' ἐστὶν ἐλπὶς η σωθεῖμεν ἄν. Virgil. 'Ea visa morientibus una.' Catullus: salus hæc est: hoc est tibi perndum.' Cato III. 6. A. Gellii: , nisi hæc, salutis via nulla est.'

vaculam præacutam] Isidorus XX. Novacula ferrum subtile, satiscutum.' *Idem.*

pulsum et. palmulæ lenientis exasam] Flor. *adpulsu.* Recte. *El-* Adde Reg. Pal. Guelf. Pith. con. nisi quod in eo et Guelf. pr. *pulsu,* ut variatur in Martiano p. 5. 'canora modulatio melico am crepitabat appulsu.' Veram n scripturam, *adpulsu,* recte pro- quoque Pricæus, et cum El- receepit Scriv. et Flor. Idem olim in vulgatis erat lib. VI. p. 'Accepturus savium blandientis lsu linguæ longe mellitum.' Mar- Cap. lib. I. p. 18. 'Quod tamen pulsu cujusque luminis tangere- Sic lege e Mss. Vulgo, *quo et dam:* et in uno Ms. *ad pulsum.* ptus Beroaldus vulgari lectione *lsum* (Ed. ejus *pulsam*) exponit: cote exasperatam seu acutam itam, ut minima manus inpulsione vitalia. Qui sensus nequaquam s verbis elici potest. Et quid o tunc significabit *lenientis?* melius Floridus per 'palmulam ntem' intelligit cotem, palmulæ a, lævem. Nam sine dubio Auctelligit manum Psyches. Paspro *manu* æque ac Fulgentius, *palmulam,* pro 'manibus palmu- Lib. II. p. 15. 'floridis palmutabat:' 32. 'glabellum feminal palmula obumbrans:' ubi et Lib. VIII. p. 159. 'decora bra- sævientibus palmulis converbe- Lib. XI. p. 245. 'porrecta pal- :' ac sæpius. Solemus vero issima cultra ante usum manu levigare, ne pulvis vel sordes officiant. Captavit autem Auctor Oxumoron in verbis 'lenientis exasperatam,' Nostro frequens. Adi ad lib. VII. p. 138. 'centunculo divite.' In Pith. *lamentis.* Oud. *Ad pulsum etiam lenientis palmulæ exasperatam*] In Palat. Florent. et aliis Mss. *appulsu palmulæ, &c.* quæ lectio purior: sic infra lib. VI. 'suavium blandientis linguæ appulsu mellitum.' *Pric.*

Lucernamque concinnem, completam oleo, cl. lumine præmicantem] Abest *que* ab Ed. Bas. pr. contra *completamque* in Palat. Male. Sed placet, quod est in Fulv. *concinne.* Nam eo adludit et D'Orv. *continue.* In Pith. est *continuem.* Auctor nusquam eam vocem usurpavit in tertia Declin. sed secunda, ut lib. II. p. 30. in Apol. p. 436. Ed. Flor. in Floridis N. 23. 'corpus tam concinnum.' Nec secus alii. Est autem adverbium *concinne* optimis quibusvis in usu, Ciceroni quoque pro Rosc. Com. c. 17. pro apte, nitide, nec superflue. Dein in D'Orv. exaratur *sumine.* Quod est pinguedo porcina. Atqui non ea, sed oleo complendam esse dixerat. *Oculo* in Pith. *Oud.* *Lucernamque concinnem*] Id est, aptam, mediocrem. In Floridis: 'Corpus tam concinnum est, ut neque oppido parvum, neque nimis grande sit, sed quantum satis sit ad usum decoremque.' Onom. vet. 'Concinnus, εὐθήμων.' *Pric.* *Claro lumine præmicantem*] Lib. XI. 'Video præmicantis Lunæ candore nimio completum orbem.' *Idem.*

Claudentis auleæ tegmine] Miror, Ald. Junt. post. Colin. Colv. Vulc. aliosque secutos esse Beroaldum, e conjectura reponentem *auleæ;* cum ea vox hoc genere non sit Latina. (Nam et apud Curt. lib. VIII. cap. 5. e Mss. rescribendum est, 'post aulæa, quæ lectis obduxerat,' pro *auleam* et *lectos.*) Nec tali sub velo bene recondita fuisset lucerna. *Tabulæ* etiam est in Reg. D'Orv. Oxon. Par. Guelf. pr. Inc. quod natum e

cerebro librarii non capientis veram Appuleii manum. *Aulæ* e Wowerii conjectura minus bene quoque recepere Pricæus et Florid. quæ vox recte quidem pro *olla*, ut apud Gellium lib. XVII. c. 8. 'Aula lentis et oleum in aulam indere:' ubi vide: et 'aula,' 'aular,' 'aulicoquus,' apud Plautum, Varronem, Festum. Sed si *aulam* probarunt pro *olla*, cur ergo non, ut ab *olla*, *ollula* apud Varronem, agnoverunt ab *aula*, *aulula?* Quum tamen hinc nomen sit Plauti *aulularia*, et *aululæ* servetur a Florent. Pith. et Mss. Becich. Epist. 74. Edd. pp. item Junt. pr. Merito igitur Elmenh. et Scriver. revocarunt *aululæ*. De utroque usu τῶν *au* et *o*, in multis vocibus, ut 'caudex,' 'codex,' 'caulis,' 'colis,' 'collis,' 'cautes,' 'cotes,' 'Claudius,' 'Clodius,' 'Faustulus,' 'Fostlus,' 'plaudo,' 'plodo,' 'plaustrum,' 'plostrum,' 'Plautius,' 'Plotius,' 'saurex,' 'sorex,' &c. vide Pricæum ad lib. IV. p. 67. VI. p. 127. Comm. ad nummos gentis Pompeiæ, Heins. ad Ovid. Met. lib. XII. 430. Burm. ad Suet. Ill. Gram. c. 10. me ad Lucan. VII. 139. Hirt. B. Afr. c. 21. Hinc sæpissime 'auspicium' in 'hospitium,' ac vice versa, mutarunt librarii. Vide Drak. ad Liv. lib. XXI. c. 2. In Gemma Wild. 175. 'Fostus' Sulla, pro 'Faustus.' De 'cote' et 'caute' erit aliquid monendum infra lib. VI. p. 118. 'cotibus cavatis.' *Oud.*

Claudentis aulæ tegmine] Id est, *ollæ*. In Oxon. tamen et tribus aliis Mss. *tabulæ* exaratum. *Pric.* *Aululæ*] Lego *aulææ*, ut sit sensus: lucernæ lumen occultandum esse, contegendumque tegumento aulææ undique sepientis: 'aulæam' enim fœminino genere sic dicimus, ut 'aulæum' neutro. Quintus Curtius: 'Nec quicquam eorum quæ invicem jactata erant rex ignorabat, cum post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret.' Sunt autem *aulæa*, panni et vela picturata, et versicolore textura spectabilia, quæ Græcis quidem vocabulis, sed apud Latinos usitatissimis, 'peripetasmata' et 'peristrómata' nominantur. *Aulæa* autem dicta esse tradunt ab *aula* Attali regis, in qua primum inventa sint, postquam is populum Romanum scripsit hæredem: hinc *Attalica* a Propertio cognominata, illo versu: 'Nobilis aulæis porticus Attalicis.' Plin. auctor est, Attalum regem primum invenisse aurum vestibus intexere: 'unde,' inquit, 'est nomen Attalicis.' Aulæa purpureo colore distincta, et simulachris hominum intexta fuisse, testis est Poëta, cum ait: 'Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.' *Beroald.*

Sulcatos intrahens gressus] Sic infra XI. 'sulcos viperarum' dixit. Lucanus: 'Et contentus humum cauda sulcare paræas.' *Pric.*

Cubile s. conscenderit] Edd. Vic. Junt. pr. et Marg. Bas. pr. *concederit*, ex omissione *n* seu lineolæ. Supra p. 90. 'torum inscenderat:' et millies. Alta enim Veterum cubilia. Adi Broukh. ad Tibull. I. 2. 29. 'Illa docet furtim molli descendere lecto.' *Oud.* *Cubile solitum, &c.*] Ita, δράκοντος φωλεώδη χειάν, Plutarchus in de Oracul. defect. et κοίτην συνήθη Ælianus VI. 47. de Animal. *Pric.*

Porrectus] Ed. Beroald. *prorectus*. Bas. pr. *protectus*. Unde quis metuens, ne porrectus tantum de mortuo et extenso dicatur, (vide ad Liv. lib. VII. c. 10.) emendare conaretur *projectus*. Solent enim hæ voces permutari. Vide ad lib. IV. pag. 83. ad Virg. Æn. IX. 589. Et ita dicitur is, qui se in solo, patuloque satis loco stravit. Hinc 'media projectus in herba' Virgilio, aliisque. Sed satis sana est lectio vulgata. Lib. X. in f. 'In medio arenæ gremio lassum corpus porrectus refoveo.' *Oud.*

Altum soporem flare cœperit] Virgil. 'Toto proflabat pectore somnum.' Theocritus: Ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντος. 'Altum soporem,' ut apud Ovid.

m. VII. 'Adhuc Regem sopor habebat:' et infra hic: 'In altioporem descenderat.' *Pric.*
silem gradum] Lib. IV. 'lenem t obnixum tolerans.' *Elmenh.* Pric. et N. Heins. Advers. lib. 1. *Oud.* *Pensilem gradum, &c.*] a supra lib. III. 'vestigium susim' dixit: quo loco adnotata *Pric.*
uens] Floridus interpretatur ide sustinens:' sed hoc non ext verbum *minuens.* Sine dubio leius vult, eam ut tacite, sic suspensos pedes movere, ut securius inaudita lucernam pro-Nec tamen placet Heinsii conra d. loco in Add. pag. 767. *mo*-vel *commovens.* In Oxon. a m. t Guelf. pr. est *in via eris.* Vi-'minuens gressum' significare dens; quo fit, ut sensim minoressus debeant fieri. Nam ex. i ex lecto ad fenestram iturus e debet x. gradus, minuit eos tim, quo magis ad eam adproat. Hanc unice fuisse mentem leii contendo. *Oud.* *Paulatim ns*] Lib. II. 'Relictum paululabellis minuens.' *Pric.*
tra sursum elata] Gestus ferituVirgilius V. 'Ostendit dextram gens Entellus, et alte Extulit.' X. 'Strymonio dextram fulgenipit ense Elatam in jugulum:' ervius: 'Jugulo suo vulnus mim.' Sirachides XLVII. 4. de Da-'Ἐν τῷ ἐπᾶραι χεῖρα ἐν λίθῳ σφεν-, &c. Hesychius in ὀρεξάσθω, πτων τὴν χεῖρα ἐκτείνει. Egesipt. 45. de Herode: 'Levavit' us *elevavit*) 'dextram, cupiens ferire.' Idem II. 18. 'Elevavit ram, ac, formidabilem cunctis, ciens sibi mortem, proprio victor ucrone transfixit.' Ammianus XXVI. 'Elata prospere' (scribe *re*) 'dextra ut Princeps fiducia s, increpare quosdam ut sedis,' &c. Vide et Latinum Josuæ VIII. 26. Interpretem. *Idem.*

Nodum cervicis et capitis abscinde] Ovid. Metam. I. 'Falcato vulnerat ense Qua collo est confine caput.' Hesychius: Σὺν ἐχμωτῇ· σὺν ἁρμολογῇ τοῦ τραχήλου καὶ τῆς κεφαλῆς, &c. deformatum monstrosissime locum ita pristinæ suæ formæ restitue: Συνεοχμῷ· τῇ συναρμολογῇ, &c. Seneca, quem statim adducemus, 'commissuram' vocavit: respexit autem Hesychius Homeri ista ex Iliad. ξ. Τὸν δ' ἔβαλεν κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνεοχμῷ, Νείατον ἀστράγαλον· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε. ubi τένοντες 'nodus' Appuleio nostro: id est, nervi cervicis. Glossarium: 'Cervix, τένων.' Præsectis his nervis evitatur animal. Odyss. γ. Πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος. Apud Suidam quis e Veteribus: 'Ο ταῦρος, &c. διακοπεὶς τοὺς τένοντας, &c. ἡσυχῇ κατηνέχθη. Seneca: 'Magnarum virium animalia humanæ manus ictus impellit: tenui ferro commissura cervicis abrumpitur: et cum articulus ille, qui caput collumque committit, incisus est, tanta illa moles corruit.' *Idem.*

Cunctisque istis sociis tecum relatis] Primum *que* deest Fux. At τὸ *istis* auctoribus Mss. tantum non omnibus, et Edd. Vett. cum Scriverio reposui. Exciderat id vocabulum ex Ed. Colv. Dein *ocius* videtur esse in Florent. ut conjecere Stewech. et Colv. quod hinc recepere omnes. Sed in ceteris Mss. Edd. pp. est *sociis*, qua voce ridicule Beroaldus, forsan et D'Orleans ad Tacit. I. Ann. p. 85. 'famulitium' intelligit, nec tactile, nec visibile, cum opes innuat, socias secum auferendas. Ita enim placuit Scioppio lib. I. Susp. Ep. 10. Quomodo et apud Vegetium dant Mssti lib. II. c. 7. 'Colligatos secum fasces pertrahunt socios:' nisi et illic *ocius* reponendum, quod hic servo. Vide ad lib. VI. p. 119. 'ut abiret hinc ocius:' *S* ex præcedenti *istis* adhæsit voci

ocius. Qua non intellecta, *opibus* dederunt librarii Oxon. et Par. ut pag. 99. 'opibus istis exterminanda est.' Sed malim tum cum alio viro docto *gazis* vel *copiis:* quod cum *sociis* etiam confunditur apud Cæsar. lib. VII. B. G. cap. 54. Pessime in Elmenh. et Floridi Edd. additur *rebus.* Sed jacentes illas quascumque divitias quasi digito demonstrans vocat 'omnia ista, ταῦτα πάντα.' Lib. II. pag. 3. 'Omnibus istis cibariis vasculis raptim remotis.' Paullo ante: 'omnique isto adparatu.' De vocula *iste* vide ad pag. 99. *Oud.* *Cunctisque ocyus tecum relatis*] Rom. et Vicent. (editt. principes) *Cunctisque istis sociis t. r.* Oxon. Ms. *Cunctisque istis opibus t. r.* quod sensum non inconcinnum efficit. *Pric.* *Istis sociis*] Famulitium intelligit, neque tactile neque visibile, quod Psychæ ancillabatur, præstoque erat. *Beroald.*

Hominem jungemus] Palat. *jugemus.* Ceterum optime observat Beroaldus, *hominem* dici de femina, probatque Cic. loco lib. IV. ad F. 5. 'Quoniam homo nata erat:' quæ pessime in *hoc modo* corrumpit Lindenbr. in Gudian. Epist. pag. 286. Adi Ciof. et Burm. ad Ovid. Met. XIII. 404. de Hecuba: 'Perdidit infelix hominis post omnia formam.' Guelf. pr. *hominum.* Oud. *Hominem te*] Appellatione hominis mas et fœmina continetur. Ser. Sulpitius epistola ad Ciceronem: 'Paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat.' Illud Satyrographi quis ignorat? 'elames licet et mare cœlo Confundas, homo sum.' *Beroald.*

Tali verborum incendio, &c.] Jacobus 3. 6. Ἡ γλῶσσα πῦρ. *Pric.*

Flatus alitis] D'Orv. *flatu.* Junt. pr. *flatis halilis.* Ald. *fl. halitis.* Nil muta. 'Flatus ales' est 'volucer ventus,' et 'Auster ales,' ut apud Virgilium. Alas enim passim ventis adscribi a Veteribus, quis nescit? quamquam hic pro celeri simpliciter sumi posset, ut 'currus,' 'passus,' 'imago,' 'jaculum ales,' et similia passim apud poëtas. Unde et corrigendus ex optimo Leid. pr. Solinus cap. 30. p. 41. 'in saliendo ita nisus habent alites.' Vulgo inepte, *alitis.* Alioquin conjici possit *flantis halitus;* quæ utraque vox hac in re supra quoque occurrit. Sed elegantius est, quod vulgatur. *Oud.*

Relicta sola, nisi quod infestis Furiis agitata sola non est] Scriptor de bono Pudicitiæ in Cypriani operibus: 'Joseph in imum carceris truditur, sed sola non est in carcere pudicitia.' Vide Joh. 16. 32. *Pric.*

Similiter mœrendo] In Oxon. Guelf. pr. *similius.* D'Orv. *similes.* E Florentino nihil varietatis adnotatur. Sed in reliquis Mss. et Edd. Vett. usque ad Bas. sec. vel Colv. ubi primum prave innovatur, exstat *simile.* Verissime. Per adjectivum pro adverbio, quod crebro et præsertim apud poëtas occurrere, notum est. Vide Grammaticos, et Voss. de Constr. c. 61. N. Heins. ad Claud. Prob. et Olyb. Cons. vs. 120. Falsteri Supplem. L. Lat. in v. 'Velabile.' Stat. Theb. lib. XII. 426. 'Flebile gavisæ.' Sic in Auson. Ep. 4. 'olidum fumans:' uti est in Mss. et Edd. Vett. *Olim* illic inepte nunc circumfertur. Epist. XXV. 26. 'Obnixum taces.' Epist. XXI. 'magnum sonorus.' Sic lege e Ms. Inprimis vero cum Cuninghamo in Bentlei. pag. 360. et ex optimo ac vetustissimo Cod. Leidensi hinc emenda Horat. lib. I. O. 3. 21. 'Abscidit Oceano dissociabile terras.' Appuleius autem mire amat eum loquendi modum. Sic lib. II. pag. 26. 'Quæ dulce condiens et ollam et lectulum suave quatere novi.' Lib. V. init. 'suave recubans, et dulce conquievit.' Lib. II. p. 107. 'Irata solidum.' Lib. VI. pag. 118. 'subridens amarum.' Lib. X. pag. 235. 'pectora suave mulcentibus:' et paullo post: 'mite conniventibus, acre comminan-

tibus pupillis.' Inde corrigendus quoque locus lib. VIII. p. 157. 'Fratrem denique addito nomine, lugubre ciere:' ubi male vulgo *lugubriter*, e Pricæi conjectura, in aliis *lugubri*. Forsan etiam lib. IX. p. 184. 'machinas simile circumrotari:' et X. pag. 235. scrib. 'alacre demonstrabat.' Sed ibi vide. *Oud.* *Æstu pelagi similiter mærendo fluctuat*] Medea apud Senecam: 'Anceps æstus incertam rapit, Ut sæva rapidi bella cum venti gerunt, Utrinque fluctus maria discordes agunt, Dubiumque pelagus fervit: haud aliter meum Cor fluctuat.' Vide supra sub initium l. IV. notata. *Pric.*

Statuto consilio] Lib. VII. 'Statuto consilio latronum.' *Elmenh.*

Jam tum facinorosas] Oxon. *facinorum*. Sed Reg. quoque, Guelf. Pith. *facinori*, ut omnes edidere, post Wower. et vere. Sed *suas* cum Fux. debuissent addere. Nam hinc natum est istud *facinorosas*, quod cum reliquis Mss. et Edd. servat quoque Florent. in quo item *tamen* pro *tum*, sive *tn̄*, ut in Pith. et Fux. et aliis. Lib. X. p. 231. 'longe lateque cruentas suas manus porrigit.' *Oud.* *Jam tum facinori manus admovens, adhuc incerta consilii titubat*] Apud Quintilianum Declam. I. (etiam in homicidii argumento) 'Quem etiamsi nullæ fallerent tenebræ, metus, et conscientia, magni sceleris testes, incertum fecissent.' *Pric.*

PAG. 102 *Et, quod est ultimum, &c.*] Lib. VII. 'Quodque est cunctis extremius,' &c. *Idem.*

Corpore odit bestiam] Fux. *tempore*. Roald. Item Dorv. Pith. haud infrequenti permutatione. Vide ad Lucan. lib. VII. 406. In Palat. Guelf. sec. *odit diligit bestiam*, sine τῷ *maritum*. Contra auctius dant Oxon. Guelf. pr. *odit serpentem bestiam*, d. m. quod placet. Suet. Tib. cap. 72. 'serpentem draconem.' Adi Sanctium in Min. lib. IV. cap. 4. v. 'Anguis.' *Oud.*

Vespera noctem trahente] In D'Orv. et Pith. *nocte*. A Palat. Guelf. sec. abest participium cum duobus seqq. nominibus. Pricæus mallet reponere *intrahente*, ut lib. XI. pag. 256. 'Sol curvatus intrahebat vesperam.' At illic quoque in Florent. est *trahebat*. Immo Ovidius ait lib. I. Met. vs. 219. 'traherent cum sera crepuscula noctem.' Contra Lucanus lib. VI. 335. 'Et per summa poli Phœbum trahit altior æstas.' *Idem.* *In eodem corpore odit bestiam*] Oxon. *odit serpentem bestiam*: sic 'bestiam proserpentem' alicubi memini Plautum dixisse. *Pric.* *Vespera, &c. jam noctem trahente*] Reposuerim *intrahente*: supra hoc libro: 'Sulcatos intrahens gressus.' Alius: 'Et Sol curvatus intrahebat vesperam.' *Idem.*

Nox aderat] In fabula Saturni genitalia patris demessuri Hesiodus: (ex quo hanc suæ particulam effinxit Appuleius noster:) Ἦλθε δὲ Νύκτ' ἐπάγων μέγας Οὐρανός. *Idem.*

Et maritus aderat] Elegantius multo Fuxensis Codex, *et maritus advenerat*. Idem.

Altum soporem descenderat] Colvius legit, *altum in s.* Mihi vulgata non displicet. *Brant.* Atqui Latina non est. *Descendere* enim cum habet secum rem Accusativo casu positam, illa non significat id, *in quod* aliquis delabitur, vel se demittit, sed *de quo*: ut 'descendere montem.' Vide Burm. et me ad Suet. Cæs. cap. 37. et sic Drakenb. legit in Silio lib. XIV. 609. 'descendere fauces Abnuerant siccas jussorum alimenta ciborum:' ubi tamen *siccæ* non temere putem mutandum, quæ prohibuerant, ne alimenta potuerint in ventrem descendere. Quidquid sit, 'descendere soporem,' esset evigilare, e sopore demitti. Quapropter, si verbum *descenderat* hic retinendum, necessario addenda est præpositio post *altum*, cum Colvio. Sic enim ille rectius conjecit, quam

quod Vulcan. Ed. sec. Wower. Elmenh. et ceteri tacite ediderunt, *in altum s.* quomodo tamen, nisi fallant excerpta, videtur exarari in Florent. Nam ceteri Mss. et Edd. non agnoscunt τὸ *in*. Et sane maxime mihi arridet Fulgentianum lib. III. cap. 6. Myth. *extenderat*. Diserte enim is videtur hic, ut sæpe, ipsam Appuleii locutionem arripuisse; ac longum dormivisse Cupido per sequentia omnia narratur. 'Extendere' autem de temporis spatio occurrit sæpissime. Confer quæ congessere Heins. et Burm. ad Virgil. Æneid. lib. VI. 807. 'virtute extendere vitam.' Ovid. lib. I. Met. 663. 'Æternum nostros luctus extendit in ævum.' Vellei. lib. I. 11. 'extentum vitæ spatium.' Atque hinc emendandum reor difficillimum Silii locum lib. II. 69. 'Venatu et silvis primos defenderat annos.' Olim conjeci *depend.* Sed legendum *extenderat*, docet ipse Auctor vs. 103. 'venatu extendere vitam Abnuit.' *Oud.*

Primisque Veneris præliis velitatus, in altum soporem descenderat] Ex his Virgilii: 'Optatos dedit amplexus, placitumque petivit Conjugis infusus gremio per membra soporem.' Supra lib. III. 'Jamque luminibus meis vigilia' (libidinosa) 'marcidis infusus sopor, etiam in altum diem nos attinuit.' *Pric.*

Psyche, corporis et animi alioquin infirma] Lib. IV. 'Psyche, &c. ægra corporis, animi saucia.' *Idem.*

Fati tamen sævitia subministrante, viribus roboratur] Metamorph. VIII. 'Faciente Cupidine vires.' Oxon. *Furi tamen, &c.* ex quibus aliquid extricare possem, si indulgere conjecturis vellem. Post vocem *subministrante* puto *vires* subaudiendum. *Idem.*

Arrepta novacula] Hesiodus ubi supra: Δεξιτερῇ δὲ πελώριον ἔλλαβεν ἅρπην, Μακρὴν, καρχαρόδοντα. *Idem.*

Sexum audacia mutavit] Lib. VI. 'Capta supra sexum audacia.' *Idem.*

Tori secreta] Gellius IX. 10. 'concubii secretum' dixit. Quintilianus Declam. I. 'Secretum nuptiarum, et matrimonialis lectuli solitudinem.' Ibidem de eodem: 'Servuli longius quiescunt, et præstatur Genio loci grande secretum.' *Idem.*

Formose cubantem] Decoro corporis situ dormientem. Florid. III. de Philemone mortuo: 'Jacebat incumbens toro, similis cogitanti, &c. stetere qui introierant, perculsi tam inopinæ rei, tam formosæ mortis miraculo.' *Idem.*

Hilaratum] *Hilarare* frequentatum olim Rom. scriptoribus fuisse non solum hoc loco testatus Apuleius, et alibi Cicero. Quin et Livius Ægystho *lætare* active protulit. *Stewech.* Pag. 98. 'Quantis gaudiis domum hilarabis:' et alibi. *Oud.*

Et acuminis sacrilegi novacula prænitebat] Lipsianam conjecturam [vid. VV. LL.] textui intrusere Vulcan. Wow. et seqq. Immo et videtur ea confirmari Mss. Florent. et Bertin. Nihil enim varietatis ex illis Codd. est adnotatum. Verum vulgatam ante lectionem, a ceteris membranis servatam, quam ineptam pronunciat Elmenhorstius, bene defendit Pricæus. Immo ipsum Lipsium conjecturæ pœnituit. Nam Colvianæ Editioni *novacula prænit.* adscripsit: 'Recte.' Et, quæso, quomodo poterat novaculam pœnitere acuminis, qua nihil mali fecerat, nec Cupidinem læserat, quæque statim timore flagitii manu Psyches elapsa est? Sed, uti lumen lucernæ adspectu Cupidinis hilaratum increbruit, sic novacula, quæ erat acumine sacrilego, ut bene exponit Pricæus, prænituit, sive validius splendorem emisit. De verbo 'prænitere' adi Heins. ad Vellei. lib. II. cap. 59. 'de cujus origine, etiamsi prænitente, pauca dicenda sunt.' Sic enim est legendum, vel *præniteat*. In Msto est *prævenit et*. Frequenter hoc composito usus est Martianus Capella, cui etiam lib. I. pag. 7. e Mss. plurimis restituendum: 'Lactei fluminis

præniteris unda.' Vulgo, *renitens.* p. 17. 'electro alius prænitebat.' p. 18. 'lacteo quodam calummate prænitebat.' Ita scribe e Mss. Leid. cum Grotio, non *galumnate.* In Guelf. pr. *sacrilegii.* Idem. *Et acuminis sacrilegi novaculam pœnitebat*] Lectionem istam oggessit Lipsius: quem et acuminis sui pœnitere oportuit. Oxon. Ms. et omnes veteres editiones habent *novacula prænitebat.* Aspectu talis (inquit) corporis, non lucernæ tantum lumen increbuit, sed et prænituit novacula: id est, splendore plusquam proprio præmicuit. 'Sacrilegi acuminis novacula,' aut hypallage est, pro, 'novaculæ sacrilegum acumen:' aut ea forma dictum qua 'homo multæ prudentiæ,' et id genus multa. *Pric.*

Decedit in imos poplites] *Decedit* est in Mss. plerisque, et Edd. usque ad Wow. nisi quod Vulc. sec. det *discedit:* nec e Flor. varietatis quid est notatum. *Descendit.* Oxon. glossa scilicet τοῦ *desedit,* ut cum vulgatis jam habet quoque bene Pith. Fux. Guelf. ambo, D'Orv. nisi malis *desidit.* Crebra hæc est confusio. Vide ad Luc. III. 630. Val. Flacc. VII. 55. Liv. lib. XXXII. 9. XLII. 16. et alibi. Infra quoque lib. VIII. p. 155. 'Quadrupes residens.' *Decidit* magis notaret, eam toto corpore prolapsam esse, quam succubuisse in poplites: cui imagini *desedit* vel *desidit* melius convenit. *Oud.* *Marcido pallore defecta tremensque, desedit in imos poplites*] 'Palluit, et subito sine sanguine frigida sedit.' Stesichorus de iis qui Helenam lapidibus obruturi erant: Ἅμα τῷ τὴν ὄψιν ἰδεῖν, ἀφεῖναι ἐπὶ τὴν γῆν τοὺς λίθους. Petronius: 'Gyton mirabili forma exarmaverat nautas.' Oxon. *descendit in imos p.* 'In imos poplites' hic, ut infra lib. VII. 'Totum corporis pondus in postremos poplites recello.' *Pric.*

Nisi ferrum timore tanti flagitii, &c.] Hieronymus in Epistola de muliere septies icta: 'Quasi ferrum ream timeret attingere, circa cervicem torpet innoxium.' Ovidius III. Fast. 'Amne jubet mergi geminos, scelus unda refugit: In sicca pueri destituuntur humo.' *Idem.*

Manibus temerariis delapsum evolasset] Pater filium deferens libro I. Heliodori: Εὐφήρης νύκτωρ ἐπῆλθε, καὶ παρὰ τοσοῦτον γέγονε (scripserim οὐ γέγονε) παραλοίας, παρ' ὅσον ἀντέσχεν ἡ Τύχη, ἀπροσδοκήτῳ φόβῳ τὸ ξίφος τῶν τούτου χειρῶν ἐκπεσεῖν παρασκευάσασα. *Idem.*

Lassa, salute defecta] Falsum est, in Flor. et Rom. exhiberi, *lassa, saluteque d.* Copula ibi non comparet, uti nec in ceteris Mss. et Edd. ante Vulcan. pr. ubi, uti et Wow. Pric. inseritur, *l. et salute.* Nihilominus istud *que,* quasi e Ms. ediderunt cum Elmenh. Scriverius et Flor. Habent tantummodo veteres, *lassa salute defecta,* vel *lapsa salute,* ut est in Oxon. Par. Guelf. pr. Palatin. pro perpetuo librariorum errore. Videtur nil temere mutandum, sed distinguendum: *jamque lassa salute, defecta.* Sæpius enim Auctor voce *defectus* sic absolute usus est. Lib. I. pag. 20. 'Ac nequidquam defectum, jam incerta verborum salebra balbutire.' Infra pag. 104. 'sauciam Psychen atque defectam:' ac passim plurimis locis, quæ partim, uti et innumera aliorum auctorum, videre est in nota Ill. N. Heinsii ad Ovidii Fast. lib. III. 674. 'Quod sibi defectis illa tulisset opem.' 'Lassa salus' est languida, quales esse solent defessi. Claudian. lib. I. in Rufin. vs. 71. 'lassa vestigia venti.' Sed adi omnino Comment. ad Lucan. lib. I. in fine: 'lasso jacuit deserta furore.' Quia vero præcedit, 'impos animi, marcido pallore defecta,' conjicere quis posset, et hic *deserta* legendum. Vide ibidem, et ad Phædr. lib. IV. F. 4. Ego nil muto. *Oud.* *Lassa et salute defecta*] Oxon. *Lapsa salute d.* Glossæ: 'Ἀπο-

καμοῦσα, lassa, defessa, defracta:' pro *defracta*, puto *defecta* scribendum. In vet. Onomast. 'Defectus, *δύσθυμος*.' *Pric.*

Recreatur animi] Oxon. Fux. Guelf. sec. *recreantur*. Pith. *recreatum*. Reg. *rec. cum*, ut supra. Auctius vero habet D'Orvill. *recreatur, animique sese angebat, facti pœnitens*. Certe hic pœnitentiæ Psyches melior est locus, quam supra novaculæ. 'Angere se' et 'angi' frequens est Nostro. Vide Indicem. Item *angi animi* æque dici atque *animo*, etiam a Cicerone, vel Lexica docent. *Pœnitens* autem et Ciceronem et alios dixisse, manifestum fit iisdem Lexicis. Hoc ipsum 'facti pœnitens' est apud Sueton. Vitell. cap. 15. Neque tentare id debuerant viri docti in Auson. Epist. XVII. 'Sat est unius erroris, quod aliquid eorum, me pœnitente, vulgatum est.' Idem enim in Grat. Act. pag. 729. Ed. Toll. 'At tu numquam pœnitenda fecisti, et semper veniam pœnitentibus obtulisti.' Verum rectius hæc, si Appuleiana sunt, insererentur post *desedit in imos poplites, animique sese angebat, facti pœnitens, et ferrum quærit abscondere, sed in suo pectore*. Oud.

Ambrosia temulentam] Sive *ebriam*: ut aliis dicitur, etiam in S. L. ambrosiæ succo et liquore (de quo ad pag. 98.) ut bene explicuerunt interpretes. 'Ambrosias comas' aiunt Virg. I. Æn. 104. Sil. XII. 245. XV. 24. Perperam ergo in Pal. Pith. Guelf. *genilem c. ambrosiam*, et apud Bocatium lib. IX. de Genealog. Deorum cap. 4. *ambrosiam temulentiam*. Ed. Vicent. *temulenter*. Fux. *tumulentam*. Idem.

Videt capitis aurei genialem cæsariem, &c. genasque purpureas pererrantes crinium globos] Propertius: 'Vidi ad frontem sparsos errare capillos.' *Pric.*

Cervices lacteas] Æneid. XI. 'Fusos cervix cui lactea crines Accipit.' *Idem.*

Alios antependulos, alios retropendulos] Palat. utrobique, *aliquos*. Male. Per 'antependulos crines,' quos et dixit sic Auctor lib. II. p. 36. intelligit 'capronas' in fronte, et 'antias,' circa genas et aures pendentes. Nam male Beroaldus 'capronas et antias,' censet easdem cum multis eruditis, de quibus agam ad Flor. N. 3. et monui quædam ad Suet. Cæs. c. 45. *Oud.* *Antependulos*] Hos capillos Antiqui 'antias' appellaverunt, qui in frontem demissi sunt, alio nomine 'capronei' nominantur, quasi a capite proni. Appuleius in Floridis: 'Jam primum,' inquit, 'crines ejus præmulsis antiis, præmulsis caproneis anteventuli et propenduli.' *Beroald.*

Quorum splendore nimio fulgurante, &c.] Male doctiss. Ursinus *splendore minio*. Infra lib. XI. 'Video candore nimio Lunæ præmicantem orbem:' et IX. 'Demonstrat ei novitate nimia candentes aureos.' *Pric.*

Candicant] Oxon. Guelf. pr. *candidant*. Idem error in Flor. N. 3. et in aliquot Mss. et Ed. Ald. Solini p. 12. 'notis candicantibus.' p. 30. 'dentes candicant ad eburnam claritatem.' p. 46. 'limite candicante.' Sic et ibi bene Ald. Male *d* reposuit Salmas. Ex meis ibi solus habet Huls. cum Ed. Camert. cap. 49. *nivibus candicantem*. Ibi quoque Mss. duo cum Ed. Salm. *candidantem*. Cap. 53. p. 61. 'candicant orbiculi:' et ibi Mss. quatuor *d*. Prave. Item Mart. Cap. lib. VII. init. 'radio candicat.' *Oud.* *Aliis*] Corrige *alis*: alas enim quiescentes et immotas in Cupidine sopito fuisse significat: cum tantum plumulæ illæ teneriores mollioresque tremore quodam agitarentur. *Beroald.*

PAG. 103 *Corpus glabellum ac luculentum*] Gruterus lib. VIII. Susp. c. 9. vult *suculentum*. Id si in Mss. esset, non damnarem. Sed haud minus bonum est *luculentum*. Passim hoc de

egregia forma occurrit. Lib. II. p. 22. 'Signum perfecte luculentum.' pag. 36. 'luculentam proferens faciem.' Et ita lib. IV. p. 80. 'faciem illam luculentam verberare.' Et ut hic, de Mercurio lib. X. p. 233. 'Adest luculentus puer nudus.' Nec secus alii. Terent. Heaut. IV. 2. 12. 'Et quidem hercle forma luculenta.' Tum *qualem* Fux. *Oud.* *Cæterum corpus glabellum*] De Apolline Florid. II. 'Genis gratus, et corpore glabellus.' *Pric.*

Non pæniteret] Sic primus edidit tacite Wower. Antea vulgabatur, *non pænitet*. Sed *pæniteret* est in Palat. Pith. Fux. Guelf. Oxon. D'Orvill. quod præfero. Nondum enim scire fingitur esse Cupidinem, sed tam formosum puerum, ut mereretur Cupido esse. *Oud.* *Et quale peperisse Venerem non pæniteret*] Infra lib. X. 'Filium, &c. quem tibi quoque provenisse cuperes, vel talem.' *Pæniteret* heic, ut supra, elegantissime. Vide XVII. 1. A. Gellium. *Pric.*

Arcus, et pharetra, et sagittæ, magni Dei propitia tela] Notat ex Alpheno Agellius lib. VI. cap. 5. Noct. Attic. Veteres 'novum novitium' dixisse, et 'proprium propitium.' Ita hic acceperim ego, sed cum poëta nescio quo 'magis audiendum quam auscultandum censeo.' *Brant.* *Sagitta* Fux. *propritia* adscripsit Lipsius; *propria* vir doctus nescio quis. Certe benevola, ut alii exponunt, hic locum habere nequit. Potius interpretareris blanda, vel prona et facilia ad suum opus. In Flor. N. 17. 'Infesta rabies, propitia voluptas.' *Oud.*

Depromit un. de pharetra sag.] Edidit Scriverius, nescio qua de caussa, *e pharetra*. Lib. III. p. 57. 'Arcula quadam reclusa, pyxidas plusculas inde vel indidem depromit.' Sic et 'deripere,' 'detrahere,' 'dejicere,' cum præp. *de* aliquoties junguntur. Sæpius tamen 'depromere' sine præpositione occurrit. *Idem.*

Puncto pollicis] Melius fortasse legas *punctu*. Florid. Atqui videtur sumsisse, pro extimo pollicis articulo parvulo, qui est quasi punctum, non vero pro punctione et tactu, sive pungendi actu; ut apud Phædr. F. 84. sicut et sagittæ, spinæ, &c. summa acies dicitur 'punctum.' Infra lib. VII. p. 145. 'spinas acerrimas et puncto venenato virosas:' ut est in nonnullis Mss. Anson. in Cupid. Crucif. 76. 'stilus ut tenuis sub acumine puncti Eliciat tenerum, de quo rosa nata, cruorem:' *puncta* in Oxon. *Idem.* *Puncto pollicis, &c.*] Glossæ: 'Νυγμὴ, punctum, punctio.' *Pric.*

Ut per summam cutim roraverint parvulæ sanguinis rosei guttæ] In Epistolis Ovidianis: 'Summa leviter districta sagitta Pectora.' Prudentius: 'Summo tenus extima tactu Læsa cutis, tenuem signavit sanguine rivum.' Virgilius XII. 'Et summum degustat vulnere corpus:' ubi Servius: 'Leviter tangit: id est, stringit, propter exiguitatem sanguinis.' Seneca cap. 3. ad Helviam: 'Non summam cutim rupit,' (vulnus tuum,) 'pectus et viscera ipsa divisit:' 'roraverint,' ut apud Aldhelmum 'ritu rorantis rivi cruorem,' &c. et 'sanguinis rorantes maculæ' apud Hegesippum. *Idem.*

Sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem] Vide ex parva punctura quantus animi æstus obortus. Theocritus: Τὸν κλέπταν ποτ' Ἔρωτα κακὰ κέντασε μέλισσα, Κηρίον ἐκ σιμβλῶν συλεύμενον, ἄκρα δὲ χειρῶν Δάκτυλα πάντ' ὑπένυξεν· ὁ δ' ἄλγεε, καὶ χέρ' ἐφύσση, Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἅλατο· τᾷ δ' Ἀφροδίτᾳ Δεῖξεν τὰν ὀδύναν, καὶ μέμφετο ὅττι γε τυτθὸν Θηρίον ἐντὶ μέλισσα, καὶ ἁλίκα τραύματα ποιεῖ! Χἀ μάτηρ γελάσασα· τί δ'; οὐκ ἴσον ἐσσὶ μελίσσαις; Χὡ τυτθὸς μὲν ἔῃς, τὰ δὲ τραύματα ἁλίκα ποιεῖς! Ovid. Met. X. 'Primaque cupidine tacta, Quod facit ignorans, amat, et non sentit amorem.' *Idem.*

Patulis ac petulantibus saviis] Ed. Vulc. sec. dedit *petilis*. Sed male. *Patulis* verissime habent Mss. O. et Edd. Vett. aliæque, 'sive petulcis et hiantibus osculis,' ut lib. IV. pag. 85. ubi vide. *Sabiis* in Pal. *labiis* D'Orv. *suaviis* Edd. Colv. Vulc. Wow. Elm. Scriv. Male. *Oud.* *Prona in eum efflictim inhians, patulis ac petulantibus suaviis, &c.*] Lib. II. 'Pronus in eam, &c. mellitissimum illud suavium impressi.' *Pric.*

De somni mensura metuebat] Ne brevior esset somnus ejus, et per hoc longiorem illa saviandi copiam amitteret: aut, cum non suaviari illum non posset, a suaviis tamen ne evigilaret, timebat. Apud Longum ποιμεν. I. Ὀκνῶ μὲν, καὶ φιλήσας αὐτὴν ἀφυπνήσω. *Idem.*

Bono tanto percita] Eximium voluptatis cruciatum sustinere nequiens: ut supra lib. II. locutus. *Idem.*

Et ipsa] Huc quadrant 'petulantia lumina lychni' Auson. de Cup. Crucif. vs. 78. *Oud.*

Evomuit, &c.] Fulgentius: 'Cum altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata, lucernaque modii custodia eruta, Cupidine cognito, dum immodesto amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamento maritum succendit.' *Elmenh.* *Evomuit, &c.*] Persius: 'Pinguem nebulam vomuere lucernæ.' *Pric.*

Lucerna, Amoris vile ministerium] Lucernam illa apud Aristophanem alloquens: Ἐν τοῖσι δωματίοισιν Ἀφροδίτης τρόπων Πειρωμέναισι πλησίον παραστατεῖς, Χορδουμένων τε σωμάτων ἐπιστάτην Ὀφθαλμὸν οὐδεὶς τὸν σὸν ἐξείργει δόμων· Μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀποῤῥήτους μύχους Λάμπεις, ἀφαύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. In Græcis Parœmiis tamen: Χαῖρε φίλον φῶς. Γραῦς ἐθέλουσα ἀπολασταίνειν γυμνὴ, ἵνα μὴ τὴν ῥακίωσιν τοῦ σώματος ἐλέγχῃ, τοῦτο εἶπε. *Idem.*

Psyche statim resurgentis ejus crure dextro ambabus manibus arrepto, sublimis evectionis appendix miseranda, &c.] Scylla apud Ovidium ad Minoëm Metamorphos. VIII. 'Insequar invitum, puppimque amplexa tenebat: Per freta longa trahar: vix dixerat, insilit undis, Consequiturque rates faciente Cupidine vires: Gnossiacæque hæret comes indivulsa carinæ. 'Appendix' (inquit) 'miseranda.' Infra lib. VIII. 'Seque in præaltissimum puteum, appendicem parvulum trahens, præcipitat.' Non ergo insipidus ille qui *appendio* volebat? *Idem.*

Extrema consequia] Gruter. *consequa*. Quod placet. *Elmenh.* Lib. III. Susp. c. 14. Atque sic edidere Wow. Elmenh. Pricæus. Sed male, ultimoque invito, ac citante lib. X. p. 224. 'Carpentis, quæ frustra novissimis trahebantur consequiis:' ubi vide Beroald. Vocat, ut est in Mss. et Edd. Vett. *consequia* Psychen sequentem quasi pedisequam, et tanquam Cupidinis consequentiam: uti 'servitia' et 'ministeria' passim pro servis et ministris. *Oud.* *Penduli comitatus extrema consequa*] Debemus (et utinam id minus) Grutero istud. Bene in aliis *consequia*. Infra X. 'Novissimis trahebantur consequiis.' *Pric.*

PAG. 104 *Devinctam cupidine*] D'Orvill. Oxon. Guelf. sec. Pal. Ed. Bas. pr. *devictam*, ut erratur passim. Vide Burm. ad Æn. VIII. 394. 'devinctus amore:' et pejus Edd. Ber. Bas. pr. *cupidinem:* quæ vitiosa lectio Stewechium adegit ad otiosam frigidamque conjecturam. *Oud.*

Advolavi tibi] Mihi in mentem venit suspicari, ab Auctore ipso dictum fuisse, *adulavi tibi:* quomodo Poëtam tragicum locutum, fragmentum testatur apud Cic. itidem in versibus Ennii erat *Eloqueret* pro *Eloqueretur*. Similiter apud Nonium dicitur in membranis *Ulcisco* pro *Ulciscor*, in verbo 'Exanclari:' et Apul. II. Florid. 'Hesternum illi imbrem lachrymas auspicasse.' Consulendus Nonius Cap. De contrariis generibus ver-

borum. Jam paulo ante iisdem illis verbis mendosum est *devictam cupidinem*. Non displiceret *dignam cupidine*. Nam solere Antiquos exarare *deicnam* pro *dignam* alibi docui. *Stewech.* Non opus fuerat Stewechio tam aliena constipasse, ut probaret *adulare* ab Appuleio usurpari potuisse. Ipsum hoc in eo jam vidimus, aliisque ad pag. 97. 'Sic adulant.' Verum istud et huc contra Mss. O. et dignitatem Dei atque ipsum fabulæ argumentum velle intrudere, est mera innovandi et antiquata verba ubivis inculcandi prurigo. *Oud.*

Sed hic feci leviter] Vide Gruterum lib. VIII. Suspicionum c. 9. *Elmenh.* Conjecerat is scilicet olim *nequiter*. Sed bene mutavit sententiam. Potest autem *hic* facile tolerari, et defendi hoc loco. Quia tamen in Regio est *hæc*, et in Flor. Pal. Oxon. Fux. Pith. D'Orv. Ed. Junt. post. *hoc*, istud admisi. Nil notatum e Guelf. *Oud.*

Præclarus ille] Sic Plautus Persa: 'Videsis: ego ille doctus leno pæne in fontem decidi.' *Colv.* *Ipse me telo meo percussi*] 'Patior telis vulnera facta meis.' Tale illud: Τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. Tibullus: 'Eheu nunc premor arte mea.' *Pric.*

Caput excideres] Pal. *excidere*. Pith. *excidens*, al. *exscinderes*, teste Pricæo. Ego enim nullum Cod. vel editionem vidi, sic exhibentem, sed *excinderes* Guelf. pr. Est autem varietas creberrima. Vide quos laudavi ad Cæs. lib. VII. B. G. cap. 50. 'portas excidere.' Septim. de B. Troj. lib. II. cap. 16. 'Urbes excidit.' Sic Mss. a me visi. al. *exscindit*. Idem sæpe *excidere* pro 'abscidere' vel 'discidere' utitur, ut lib. II. cap. 49. 'bifariam excisam hostiam.' Lib. III. cap. 15. 'excisis manibus.' Cap. 18. 'Non columbam se, verum id, quo religata est, sagitta excisurum promittit:' ubi cave, ne cum aliis Mss. legas *excussurum*. Idem ait, 'exsecare nervos,' 'aures,' lib. III. c. 7. v. 12. *Oud.* *Caput excideres meum*] In nonnullis male *exscinderes*. In vetere Onomastico: 'Excido, ἐκτέμνω.' Florid. IV. Noster: 'Lingua excidenda est.' *Pric.*

Hæc t. i. s. c. c. hæc b. te monebam] Sic lego. *Sciopp. in Symb.* Bis *hæc* legas quoque in Mss. Flor. Reg. Fux. Guelf. pr. D'Orvill. Oxon. et Edd. Elm. Scriv. Flor. *hoc* Pith. Ald. In ceteris *hic*. Dein *te monebam* ediderunt ex Scioppii conjectura Scriv. et Florid. Sed Mss. quod sciam, omnes cum reliquis Edd. servant *remonebam*, sive 'iterumque iterumque monebam:' ut est apud Virgil. Sic 'referre' pro iterum ferre apud Cæs. lib. V. B. G. cap. 49. ubi vide. 'Rememinisse,' 'rememorare' apud Tertullianum et alios. *Removebam* Guelf. pr. Quia tamen hic præcedit 'idemtidem,' et 'remonere' nusquam alibi occurrit, nec etiam junctum sibi casum, ut præcedens 'tibi cavenda censebam,' secum habet contra Appuleii morem, fateor me proniorem esse in Scioppii emendationem; si modo Mss. quidam addicerent. Supra *sensebam* D'Orv. *Oud.*

Actutum] Bert. et Palat. *ad nutum*. Elmenh. Ne audias. Adverbium hoc Terentius, Livius, Virgilius, Ausonius, alii cum Nostro sæpius adhibent. L. VI. p. 181. 'Daturum scilicet actutum contumaciæ pœnas.' Eleganter quoque in minis, ut hic, Ovid. Epist. XII. 207. 'Quos equidem actutum. Sed quid prædicere pœnam Adtinet?' *Oud.*

Et cum termino sermonis pinnis in altum se proripuit] Virgilius: 'Dixit, et in sylvas pinnis ablata refugit.' Idem: 'Hæc ubi dicta dedit, lacrymantem, et multa parantem Dicere, deseruit: tenuesque recessit in auras:' ubi Servius: (ad Appuleii sensum non inconcinne:) 'Non metu, nec enim minantibus convenit: sed ne posset rogatu placari.' *Pric.* *Pinnis*

in altum se proripuit] 'Nec sese dedit in conspectum corde cupitus.' *Idem.*

Quantum visu poterat] Hæc non sunt in Palat. *Elmenh.* Immo deest modo *visu*, uti in Oxon. et Guelf. in quorum primo est *quanto pot.* in altero tantum *quantum.* Nihilominus uncis temere hæc inclusere Elmenh. et Scriv. ac Soping. male *nisu* conjecit: quod evincunt loca mox per Gruterum prolata, et Epist. Phæd. x. 28. &c. *Visi* pro *videri*, est in Pith. Salm. ex illo adnotavit *nisi.* Oud. *Quantum visu poterat, &c.*] Male hæc aberant a Cod. Palatino: supra lib. III. 'Quantum extensis primoribus pedibus adniti poteram.' *Pric.*

Volatus mariti suscipiens] Ita Bertin. Vulgo, *prosp.* Sciopp. in Symb. et Susp. II. 18. Proprie scilicet seu sursum adspiciens. Hinc crebro 'suspicere cœlum.' De Deo Socratis p. 667. 'Suspicientes miris fulgoribus variata cælamina.' Ovid. l. v. Met. 296. 'Musa loquebatur. Pinnæ sonuere per auras; Voxque salutantum ramis veniebat ab altis. Suspicit,' &c. Nihilominus tanti mihi non esse videtur ejus codicis auctoritas, ut ideo alterum *prospiciens* damnem: ut ratio longinquitatis habeatur, quo sensu id compositum sexcenties obvium est. Immo etiam ex humiliore loco ad superius, ut hic, occurrit apud Nostrum l. VI. init. 'Prospecto templo quodam in ardui montis vertice:' ibi æque deberet legi *susp.* Oud.

Remigio plumæ; captu maritum p. s. f. alienum] Nequeo quin in perpetuum orbatus eo, quod oculis his, quod hoc corde carius habebam, subnectam, quæ dissidium illud primum ideoque acerbissimum depingant. Ovidius lib. II. Metamorph. de Halcyone: 'Ubi terra recessit Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultum, Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum. Hæc quoque ut haud licuit spatio summota videri, Vela tamen spectat summo fluitantia malo. Ut neque vela videt, vacuum petit anxia lectum.' Item Epistola Hypsipyles ad Jasonem: 'Per lacrymas specto, cupidæque faventia menti Longius assueto lumina nostra vident.' Iterum Epistola Laodamiæ ad Protesilaum: 'Incubuit Boreas, arreptaque vela tetendit; Jamque meus longe Protesilaus erat. Dum potui spectare virum, spectare juvabat; Sumque tuos oculos usque secuta meis. Ut te non poteram, poteram tua vela videre: Vela diu vultus detinuere meos. At postquam nec te, nec vela fugacia vidi, Et quod spectarem, nil nisi pontus erat; Lux quoque tecum abiit, tenebrisque exsanguis obortis, Succiduo dicor procubuisse genu.' Sed et non inepte Sulpicius Severus Epistola II. 'Subito mihi in sublime sublatus eripitur; donec emensa aëris istius vastitate (cum tamen rapida nube subvectum acie sequeremur oculorum) patenti cælo receptus videri ultra non potuit.' *Grut. Susp. lib.* VIII. *cap.* 12. *Captu alienum* cum Edd. pp. et Beroaldo jungebat Casaubonus, sed pessime. Non enim sperare poterat Psyche, se capturam amplius Cupidinem, quem ambabus manibus arreptum tenere non potuerat. Eo tamen et redit Sopingii conjectura, *captura.* In Codd. Palat. est *captum;* quomodo conjecerat Lindenbrogius, sive susceptum. Sed certissima est scriptura Codd. quos vel citarunt viri docti, vel vidit, sed perverso judicio sprevit, Beroaldus, *remigio plumæ raptum*, iisque consentiunt Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Bemb. Mang. Guelf. Pith. et Ed. Junt. post. cum J. Isac. Pontano Anal. l. III. c. 10. uti ex Wowerii tempore recte ediderunt viri docti. Est et, qui *aptum* conjiciat. *Raptum* est abreptum, ut sæpissime simplicia pro compositis usurpantur. P. 100. 'Rapitur verborum tam tristium formidine:' et alibi. De 'remigio alarum,' quomodo

etiam loquitur Auctor in Flor. N. 2. consule præter Nostri commentatores, La Cerdam ad Virgilii Georg. l. IV. 59. et quos laudavit magnus Hemsterh. ad Lucian. in Tim. c. 40. p. 151. Τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν. Ceterum notandum, hic *plumam* adhiberi de alis, quod negabat Bentleius ad Horatium Art. Poët. vs. 2. Quin et lib. VI. pag. 122. 'Amor in pinnas se dedit:' in Oxon. scribitur *plumas*. Atque hinc omnino firmari posset emendatio Bronkhusii et aliorum in Propert. lib. I. El. 20. 26. 'Hunc super et Zethes, hunc super et Calais, Oscula suspensis instabant carpere plumis, Oscula et alterna ferre supina fuga:' probante etiam Cl. Cannegietero ad Aviani Fab. XV. 11. Is. Vossius ibi volebat, *plantis*. Sed Mstorum lectio illic est *palmis*: quod non fuerat mutandum. *Palmæ* enim sunt alæ, seu *remigium*. Sic in Flor. N. XII. 'Intimis plumulis, exterioribus palmulis:' ubi male *parmulis*, *pinnulis* substituunt Lipsius, Salmas. alii. *Palmulæ* sunt ταρσοὶ, quæ vox significat 'pinnas' in ala, 'remos' in navi, (vide D'Orv. ad Charit. p. 102. et Minuc. Felic. c. 29.) 'digitos' in manu, quia hæc expansa, seu 'patula et porrecta,' ut ait Gell. l. VI. c. 6. eamdem fere speciem præferunt. Adi Suidam, et Steph. in Thes. p. 1311. Ælian. l. II. Anim. c. 1. ταρσῷ τῶν πτερῶν. De remis Catull. c. 4. 4. 'sive palmulis Opus foret volare, sive linteo:' et vs. 17. 'Tuo inbuisse palmulas in æquore.' Virg. l. V. Æn. 163. 'lævas stringat, sine, palmula cautes.' Adde et Festum in hac voce. Quin et partes gubernaculorum *pinnas* vocarunt, teste Nonio cap. 2. in v. 'Bipennes.' Propertii locum imitatus est Apollinaris Sidonius Carm. XI. 56. de Cupidine, matri oscula ferente, et in margine ejus manus pendente: 'Cernuus, et lævæ pendens in margine palmæ, Libratos per inane pedes adverberat alis, Oscula sic matris carpens.' *Oud.* *Ubi remigio plumæ raptum maritum proceritas spatii fecerat alienum, &c.*] In plerisque *captu maritum, &c.* quod sic ad oram libri sui exposuit Casaubonus: 'alienum captu, id est, qui capi non posset:' nos illud *raptum* probamus, *remigio plumæ* nempe. 'Alienum fecerat' heic, ut infra VIII. 'Lancea mali Thrasylli me tibi alienum fecit.' 'Remigium plumæ,' ut apud Lucianum ἡ τῶν πτερῶν εἰρεσίᾳ· et Nostrum I. Florid. 'pennarum remigium.' Vide Elmenhorstium. *Pric.* *Captu*] Remigium, inquit, alarum cum in altum Cupidinem sustulisset, alienum fecerat a captione, ne iterum manibus Psyches prehendi posset. Dixit autem *remigio plumæ*, ex Virgiliana translatione, qui canit in VI. 'Remigium alarum, posuitque immania templa.' *Captu* dixit, quasi captione, prensioneque: quidam legunt *raptum*, sed prior lectio venustior. *Beroald.*

In honorem] Ed. Junt. pr. *in odorem*. Inepte. Ceterum notandum hic, Latinitatis jam depravatæ esse locutionem, cum aurei ævi scriptores dixerint *honoris ergo*, vel simili modo. Alii etiam *in honore*, ut exaratur hic in Ms. Pithœi. Vide Duker. ad Flor. lib. III. cap. 20. § 8. et vulgo apud Isidor. lib. XV. Orig. cap. 3. Verum Cl. Wopkens. vult tantum non semper legi per Accusativum, et librariorum culpa, si non ubique, certe plerisque locis deesse litteram *m*, in Misc. Observ. Nov. v. I. t. II. p. 99. ad Septim. de B. Tr. lib. v. c. 13. ubi etiam Periz. dat *honorem*: uti et aliis locis. Sicut et Mss. variant passim in Solino, sed optimi plerumque præbent, *in honorem*, ut p. 2. bis. p. 10. 11. Adi et Struchtm. in Anim. p. 121. Opponi posset inscriptio lapidea apud Fabrett. p. 202. IN HONORE MEMORIÆ. et Append. ad Marm. Oxon. p. 62. IN HONORE S. TRINITATIS: nisi et sciremus, lapidarios sæpe omisisse ultimam M, præsertim se-

quente eadem littera. Apud Horat. lib. I. O. 7. necessario legendum est, *plurimus in Junonis honore*, sed ibi jungendum cum *plurimus*: uti sexcenties quis dicitur 'multus,' 'totus esse in aliqua re.' Sed alias plura de hoc loco. *Oud.* *Per proximi fluminis marginem præcipitem se dedit: sed mitis fluvius, &c. eam innoxio volumine super ripam exposuit*] Virgilius de Turno: 'Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluvium dedit: ille suo cum gurgite flavo Accepit venientem, et mollibus extulit undis.' Ovidius supra adductus: 'Amne jubet mergi geminos: scelus unda refugit: In sicca pueri destituuntur humo.' *Pric.* *In honorem Dei qui et ipsas aquas urere consuevit*] In Epist. Philostrati: Καὶ αὐτὸ ὑπὸ ἔρωτος τὸ ὕδωρ καίεται. *Idem.* *Super ripam, &c. exposuit*] Justinus de Gargoris filio (eodemque nepote) in Oceanum projecto: 'Velut nave, non fluctu veheretur, leni salo in littore exponitur.' *Idem.*

Juxta supercilium amnis] Sic 'Istri supercilia' Ammianus lib. XXII. et lib. XVI. 'supercilia Rheni:' infra hic lib. VII. 'ripæ supercilium.' Tobiæ veterem Interpretem XI. 5. 'supercilium montis.' Pollux II. 4. Καὶ ὀφρύας καλοῦσι τὰ τῆς γῆς ἀνέχοντα. *Idem.*

Complexus hic humo Cannam D.] *Hæc* in Guelf. pr. qui a m. pr. non habet *complexus*. *Homo* etiam in Palat. Deest Oxon. unde eam vocem delebat Pricæus, legens *sic*, sedens sc. juxta supercilium amnis et incuriose, laudatque Burm. ad Petron. p. 687. Certe satis otiosa est vox *humo*, ac latere aliud quid videtur; sive ad Cannam, sive Pana pertinens. Vir doctus ad marg. Ed. Junt. post. adlevit, *sinu*. At non mihi satisfacit. An *hic domi*, ubi Deæ Cannæ sedes erat ad ripam fluvii? Cogitavi et *humidam*, sed veram haud puto conjecturam. *Cavam* D'Orv. *Canam* Pith. Guelf. pr. cum glossa *senilem*. Oud. *Complexus hic humo Cannam Deam*] Oxon. *Complexus hic Cannam Deam*: bene, nisi quod *sic* loco τοῦ *hic* reponendum. Sedebat juxta supercilium amnis: *sic* Cannam D. complexus. i. 'incuriose.' Horatius 'sic temere' dixit. *Pric.* *Cannam Deam*] Virgilius: 'Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.' Servius: 'Inæqualibus cannis.' Glossæ: 'Canna, συρίγγιον ἐκ καλάμων.' Isidorus XVII. 7. 'Arundo dicta quod cito arescat: hanc Veteres cannam vocaverunt.' Scholiastes vetus Horatii ad Art. Poët. 'Arundo canna est.' Glossarium; 'Κάλαμος δι' οὗ γράφομεν, Canna.' *Idem.*

Recinere] *Retinere* Ald. *Roald.* Sic et Oxon. Pith. D'Orv. et Edd. Rom. Vicent. Ber. Junt. pr. Sed bene jam Beroaldus monuit *recinere* legendum esse, sive canendo voces omnimodas reddere, non *retinere*. In Guelf. sec. *reccinere*, in pr. *rectinere*. Eumdem errorem optime viri docti sustulerunt de Deo Socratis p. 695. Ed. Flor. 'quam increpitu indignatum Amorem recinendo placasset:' ubi vulgo erat *retinendum*. Oud. *Retinere*] Commodior lectio est *recinere*, canna enim fistularis recinit, hoc est, canendo reddit voces omnimodas. 'Ad marem recanunt,' dixit Plin. de perdicibus scribens. *Beroald.* *Eamque voculas omnimodas edocens recinere*] Servius ad Eclog. VIII. 'Pan fistula canere primum invenit: quia calamos in usum cantilenæ adducens, inertes esse non passus est.' Oxon. cod. et antiquitus editi, *retinere*. Pric.

Tondentes] Lucret. lib. II. vs. 317. 'Nam sæpe in colli tondentes pabula læta Lanigeræ reptant pecudes.' *Elmenh.*

Hirtuosus D.] *Hircosus* Pith. Guelf. sec. Vulgo receperunt *hircosus* ob hircina Panos cornua et pedes. Verum nullum vidi locum, quo ea vox non in malam ponatur partem, pro fœtido vel libidinoso. Vide Comm.

ad Plaut. Merc. III. 3. 14. ad Sueton. Tiber. cap. 45. In Oxon. Pith. Guelf. pr. et D'Orv. quoque est *hircuosus*. In Reg. Fux. et Edd. Vett. item Colv. Vulc. est *hirtuosus*, quod sive *hirtosus* non temere spernendum videtur, sive admodum hirtus et hispidus ac δασύς. Ab 'hirto,' 'hirtosus,' ut ab 'ebrio,' 'ebriosus,' et innumera. De scriptura *uo* vide ad p. 98. Barthius lib. XXXIV. Advers. c. 15. ait in membranis esse *hircicosus*: unde effingit vocem, Auctore, ut existimat, non indignam, *hircicrus*: Quomodo scilicet 'hircipedem' Pana adpellat Martian. Cap. lib. IX. p. 307. *Oud.*

Permulcet verbis lenientibus] 'Palpantibus verbis doloris stimulum obtundere' infra VIII. vocat. *Pric.*

PAG. 105 *Sum quidem rusticanus et opilio*] Ipse de seipso apud Lucianum in Bis accus. Μέχρι τοῦ πλαγίου καλάμου καὶ τῆς σύριγγος ἐγὼ σοφὸς, τὰ δ' ἄλλα, αἰπόλος. In veteri Onomastico: 'Rusticanus, ἀγροῖκος.' sic in l. ult. ff. de doli mali et met. except. 'rusticanus homo.' *Idem.*

Senectutis prolixæ beneficio] Ovid. Metam. VI. 29. 'Seris venit usus ab annis.' *Elmenh. Sed senectutis prolixæ beneficio multis experimentis instructus*] 'Mihi multa vetustas Scire dedit.' 'Multa Tempore tam longo vidi, multa auribus hausi.' De seipso D. Basilius: Τὸ ἡλικίας οὕτως ἔχειν, καὶ τὸ διὰ πολλῶν ἤδη γεγυμνάσθαι πραγμάτων, &c. ἔμπειρόν με τῶν ἀνθρωπίνων πεποίηκεν. et lib. IX. apud Nicephorum Gregoram ille senior Andronicus: Τῷ μακρῷ χρόνῳ μάλα πλείστην πεῖραν ξυνειλοχὼς καὶ προσθεὶς ἐμαυτῷ. Idem Gregoras lib. VI. de Muzalone: Διὰ, &c. γῆρας, μακρὰν καὶ ποικίλην ἐμπειρίαν πραγμάτων μετὰ φρονήσεως ἔχων. et lib. XI. de Alexio Philanthropeno: Ἐκ τοῦ γήρως ἔσχε λαμπρὰν τὴν πολυπειρίαν. Noster (in de Deo Socratis,) de Nestore: 'Experimentis cautus, senecta venerabilis.' Isidorus Orig. VIII. 11. de Dæmonibus: 'Inest illis cognitio rerum plusquam infirmitati humanæ, partim subtilioris sensus acumine, partim experientia longissimæ vitæ.' Suidas: Γέρων ἀλώπηξ οὐκ ἁλίσκεται πάγῃ. ἐπὶ τῶν διὰ τοῦ χρόνου πλῆθος ἐμπείρων. Isocrates in Nicocle ait, τοὺς τὴν φύσιν καταδεεστέρους (tales plerumque senes) ταῖς ἐμπειρίαις πολὺ τῶν ἄλλων προέχειν. Virgil. VIII. 'Retinet longævus aruspex:' ubi Servius: 'Argumento ætatis vult doctum videri.' Sophocles: Γῆρας διδάσκει πάντα, καὶ χρόνου τριβή. Jobi 12. 12. Ἐν πολλῷ χρόνῳ σοφία, ἐν δὲ πολλῷ βίῳ ἐπιστήμη. Plutarchus in de lib. educ. Ὁ χρόνος τ' ἄλλα πάνθ' ἀφαιρῶν, τῷ γήρᾳ προστίθησιν ἐπιστήμην. Antiphanes: Σοφόν γέ τι πρὸς τὸ βουλεύειν ἔχει Τὸ γῆρας, ὡς δὴ πόλλ' ἰδὸν καὶ μαθόν. Jocasta apud Euripidem: Οὐκ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ, Ἐτεοκλέες, πρόσεστιν, ἀλλ' ἡμπειρία Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. sic γήρως ἐμπειρία v. 10. apud Josephum. Anicula apud Heliodorum: Πεῖραν ἔχω σοῦ μᾶλλον τῆς Ἀφροδίτης. ἡ πολιὰ θρὶξ ἣν ὁρᾷς, αὕτη πολλοῖς τοιούτοις ἐνήθλησεν. *Pric.* *Multis experimentis instructus*] Παλαιά τε πολλά τε εἰδώς. Sirachides XXV. 8. 'Corona senum multa peritia.' Plinius Epist. I. 5. de Maurico: 'Gravis, prudens, multis experimentis eruditus.' Appuleius (supra adductus) de Nestore: 'Experimentis cautus.' *Idem.*

Si recte conjecto, quod profecto prudentes viri divinationem autumant, &c.] Terentius Hecyra: 'Plane hic divinat:' ubi Donatus: 'Nota, divinat de præterito dictum: unde proverbium: Aiunt divinare sapientem: quia qui verum dicit, divinus est.' Nepos in vita Attici, de Ciceronis ad Eundem Epistolis agens: 'Sic omnia de studiis Principum, vitiis Ducum, æmulationibus Reipublicæ perscripta sunt, ut nihil in his non appareat: et facile existimari possit Prudentiam quodammodo esse Divinationem.' *Id.*

Suspiritu] Est quidem in Pal. Bert.

Edd. Rom. Vicent. Junt. pr. Aldi, Colin. Bas. pr. &c. *suspiratu.* Sed Reg. quoque, Oxon. D'Orv. Guelf. et plures cum Beroald. Junt. post. dant, quod prætuli cum Colv. Vulc. Wow. Pricæo. Consule Comm. ad l. I. p. 5. 'Cruciabilem suspiritum.' *Oud.*

Et ipsis mærentibus oculis] D'Orv. *et in ipsis m.* Pric. mavult, *et istis.* Alius, *ex ipsis.* Mox in Edd. Junt. et Aldi est *mentibus.* Quare optime conjecisse puto virum doctum ad marginem Ed. Junt. post. et Pricæum, *marcentibus:* uti bis de oculis amatoriis dixit Auctor lib. III. p. 52. 'oculos udos, tremulos, et prona libidine marcidos.' Vide et p. 56. item lib. X. p. 210. 'Pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, et suspiritus vehementior.' Martian. Cap. lib. VII. init. 'Marcidulis poëta luminibus.' *Idem. Ab isto titubante et sæpius vacillante vestigio, deque nimio pallore corporis, et assiduo suspiritu, imo et ipsis mærentibus oculis tuis, amore nimio laboras*] Si recte conjecto, pro *ipsis, istis,* et pro *mærentibus, marcentibus* reponendum: supra lib. II. 'Oculos udos, et tremulos, et prona libidine marcidos.' Infra lib. X. 'Jam cætera salutis vultusque detrimenta ægris amantibus convenire nemo est qui nesciat: pallor deformis, marcentes oculi, lapsa genua, quies turbida, et suspiritus cruciatus tarditate vehementior.' *Pric. Deque pallore nimio*] Ovidius: 'Palles, facit hunc Amor ipse colorem.' Vide plura ad citatum libri X. locum. *Idem.*

Accersito genere] Bert. *arcessito.* Elmenh. Ut bene edi curavit Scriver. Vide ad p. 2. *Te* additur quoque in Flor. Fux. Pith. Guelf. sec. Pal. Oxon. D'Orv. et Edd. ante Bas. sec. e qua vitio operarum elapsum hoc pronomen modo esse videtur. Præcedit jam tamen *te,* ubi exsulat a Guelf. pr. Scilicet *te* hic scriptum est pro *tæ,* nota variæ lectionis *arcessito* vel *arcessitæ;* quod genus et casum hic præfero cum Barthio Advers. lib. XX. 15. Est vir doctus, qui conjiciat, *arcessitio g.* quomodo *inportatitio* restituimus Cæsari. *Oud. Nec te, &c. ullo mortis accersito genere perimas*] 'Nec mortis maturatæ festinas tenebras accersito:' ut infra lib. VI. loquitur. *Pric.*

Luctum desine, et pone mærorem] Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο. *Idem.*

Pone mærorem, precibusque potius, &c. Deorum maximum percole] Apud Terentium III. 2. Adelph. 'Lacrymas mitte, ac potius quod ad honorem opus est, porro consule.' In Senecæ Hippolito, post ea, 'Sepone questus, non levat miseros dolor:' sequitur: 'Agreste placa virginis Numen Deæ.' Horatius: 'Desine mollium Tandem querelarum, et potius nova Cantemus Augusti trophæa Cæsaris.' *Idem. Precibusque potius, &c.*] Virgilius III. 'Junonis magnæ primum prece Numen adora:' et VIII. 'Junoni fer rite preces, irasque minasque Supplicibus supera votis.' *Idem. Deorumque maximum, &c.*] De eodem apud Festum Ennius: 'Deus qui multo est maxumus.' *Idem.*

Adolescentulum delicatum blandis obsequiis promerere] 'Blanditiis leni,' ut infra lib. VI. loquitur. Chrysus apud Petronium: 'Rescribe blandius Dominæ, animumque ejus candida humanitate restitue.' *Idem.*

Numine salutari] Adde D'Orv. Palat. Pith. Fux. Guelf. sec. Edd. pp. Ber. et Bas. pr. pro perpetua variatione, de qua supra, et alibi. Bene Beroaldinam emendationem secuti sunt interpretes et Edd. Nec enim, credo, quis per *nomen* intelligi volet Cupidinem: cum per *numen* sit capiendus Pan, salutaria illi monens. Pro *pergit* in Palat. Guelf. sec. *prodit.* Oud. *Nomine salutari*] Lego *numine.* Psyche enim, cum adorasset numen Panos salutare et propitium, ire perrexit. *Beroald. Pergit ire*] A.

Gellius xiv. 2. 'A subselliis pergo ire ad Phavorinum.' Terent. Phorm. 'Domum ire pergam:' ubi Donatus: 'Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, Domum pergam.' *Pric.*

Sed antequam multum viæ] Florentinis membranis accedunt Pithœanæ. Vulgata lectio abest a sensu communi. Quare lego cum J. F. Gronovio ad Gell. lib. III. c. 10. 'Sed quum aliquam multum viæ.' Vide ad lib. I. p. 17. 'post aliquam multum temporis.' Τὸ quum excidit per *quam*. Quare alias conjecturas, quæ facile fieri possent, non admittimus. *Oud.*

Laboranti vestigio] Non Colv. sed Vulcan. Ed. sec. exhibuit *labanti*. [Vid. VV. LL.] Prave. Nec tamen recte Pricæus exposuit *festinanti*. Est enim titubans et vacillans, quæ præcedunt, seu labascens et 'labans;' cum quo aliquoties confunditur; ut in Lucan. lib. VII. 521. 'Ne frons sibi prima laberet:' et Livio sæpius. Vide Drak. ad lib. XXII. c. 61. De 'laborare' adi Duker. ad Flor. lib. I. c. 12. 'laborat fides annalium.' Burm. ad Petron. c. 115. 'laborat carmen in fine.' In prœlio sexcenties 'laborare' dicuntur milites fatigati, pressi, et nutantes in fugam. *Idem.* *Laboranti vestigio*] Inepte Colvius *labascenti vestigio*: 'laborans vestigium' hic vocat quod VI. 'festinans vestigium.' *Pric.*

Tramite jam delabante] Exponunt *tramite declivi*. Sed quis umquam tramitem proclivem vocavit *delabentem*? Et quid volet illa vocula *jam*? Posset quidem intelligi, 'vestigium jam delabens per inscium tramitem.' Verum non ita solet Auctor. Vix dubium mihi est, quin vera sit ingeniosissima Barthii conjectura, non tam ad Statii Theb. I. 343. *jubare delabente*, vel *jubare jam del.* quam ad vers. 559. *jam die labente*, licet et *jubare del.* se satis probet, i. e. Sole jam occidente, ut sæpe Appul. lib. IV. init. p. 65. 'jam pronо jubare.' Sed altera correctio multo est simplicior. Vide tamen, num *labi dies* de vespere dicatur. *Idem.* *Inscio quodam tramite, &c.*] Id est, *ignoto*, sic infra VII. 'obliquam ignaramque' (i. ignotam) 'viam:' ad quem locum notata confer. *Pric.*

Nuntiari præsentiam suam] Ex ritu antiquo Romanorum, quem explicat dilucide in Quæstionib. Roman. Plutarchus. Tibullus: 'Tunc veniam subito: nec quisquam nuntiet ante: Sed videar cælo missus adesse tibi.' D. Ambrosius de Obitu Valentiniani: 'Atque utinam adventum ipsius nullus prævenisset nuntius!' *Colv.*

Alternis amplexibus mutuæ salutationis] Non quidem plane damno vulgatum. Sic enim et 'mutua salutatio' lib. VII. init. ubi vide Pricæum. Quia tamen præter Fux. Fulv. Flor. etiam Mss. Palat. D'Orv. Par. et Ed. Junt. post. præbeant, *mutuis a. alternæ s.* iis auscultandum duxi, et sic edidi. Sæpe Nostro 'mutui nexus.' Vide ad lib. I. p. 1. 'Mutua oscula' lib. IV. init. *Oud.* *Alternis amplexibus mutuæ salutationis, &c.*] Lib. VII. 'Sic mutuæ salutationis officium indicabat.' Est qui ex veteri libro *mutuis amplexibus alternæ salutationis* mavult, non advertens hypallagen. *Pric.*

Percontanti causas adventus sui] Lib. I. 'Percontatur, &c. causas etiam peregrinationis meæ.' *Idem.*

Infit] Pal. et Flor. *incipit*. Elmenhorstius. Neque id mutatum oportuerat ex mera Colvii conjectura, ut contra Mss. O. et Edd. Vett. egerunt Vulcan. Ed. sec. Elm. Scriv. Flor. Non minus τῷ *incipit* utitur, quam τῷ *infit*. Lib. VI. p. 119. 'ob os puellæ prævolans, incipit.' Lib. VII. p. 151. 'tunsis uberibus incipit:' ubi frustra Pricæus quoque vult *infit*. Lib. IX. 188. 'Sic anus incipit:' et alibi: uti aliquoties 'incipiunt.' *Oud.*

Utræque placuerat] In Colviana conjectura non cohæret orationis nexus,

Edd. Rom. Vicent. Junt. pr. Aldi, Colin. Bas. pr. &c. *suspiratu*. Sed Reg. quoque, Oxon. D'Orv. Guelf. et plures cum Beroald. Junt. post. dant, quod prætuli cum Colv. Vulc. Wow. Pricæo. Consule Comm. ad l. I. p. 5. 'Cruciabilem suspiritum.' *Oud.*

Et ipsis mærentibus oculis] D'Orv. *et in ipsis m.* Pric. mavult, *et istis*. Alius, *ex ipsis*. Mox in Edd. Junt. et Aldi est *mentibus*. Quare optime conjecisse puto virum doctum ad marginem Ed. Junt. post. et Pricæum, *marcentibus:* uti bis de oculis amatoriis dixit Auctor lib. III. p. 52. 'oculos udos, tremulos, et prona libidine marcidos.' Vide et p. 56. item lib. X. p. 210. 'Pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, et suspiritus vehementior.' Martian. Cap. lib. VII. init. 'Marcidulis poëta luminibus.' *Idem.* *Ab isto titubante et sæpius vacillante vestigio, deque nimio pallore corporis, et assiduo suspiritu, imo et ipsis mærentibus oculis tuis, amore nimio laboras*] Si recte conjecto, pro *ipsis*, *istis*, et pro *mærentibus*, *marcentibus* reponendum: supra lib. II. 'Oculos udos, et tremulos, et prona libidine marcidos.' Infra lib. X. 'Jam cætera salutis vultusque detrimenta ægris amantibus convenire nemo est qui nesciat: pallor deformis, marcentes oculi, lapsa genua, quies turbida, et suspiritus cruciatus tarditate vehementior.' *Pric.* *Deque pallore nimio*] Ovidius: 'Palles, facit hunc Amor ipse colorem.' Vide plura ad citatum libri X. locum. *Idem.*

Accersito genere] Bert. *arcessito*. Elmenh. Ut bene edi curavit Scriver. Vide ad p. 2. *Te* additur quoque in Flor. Fux. Pith. Guelf. sec. Pal. Oxon. D'Orv. et Edd. ante Bas. sec. e qua vitio operarum elapsum hoc pronomen modo esse videtur. Præcedit jam tamen *te*, ubi exsulat a Guelf. pr. Scilicet *te* hic scriptum est pro *tæ*, nota variæ lectionis *arcessito* vel *arcessitæ;* quod genus et casum hic præfero cum Barthio Advers. lib. XX. 15. Est vir doctus, qui conjiciat, *arcessitio g.* quomodo *importatitio* restituimus Cæsari. *Oud.* *Nec te, &c. ullo mortis accersito genere perimas*] 'Nec mortis maturatæ festinas tenebras accersito:' ut infra lib. VI. loquitur. *Pric.*

Luctum desine, et pone mærorem] *Οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.* *Idem.*

Pone mærorem, precibusque potius, &c. Deorum maximum percole] Apud Terentium III. 2. Adelph. 'Lacrymas mitte, ac potius quod ad honorem opus est, porro consule.' In Senecæ Hippolito, post ea, 'Sepone questus, non levat miseros dolor:' sequitur: 'Agreste placa virginis Numen Deæ.' Horatius: 'Desine mollium Tandem querelarum, et potius nova Cantemus Augusti trophæa Cæsaris.' *Idem.* *Precibusque potius, &c.*] Virgilius III. 'Junonis magnæ primum prece Numen adora:' et VIII. 'Junoni fer rite preces, irasque minasque Supplicibus supera votis.' *Idem.* *Deorumque maximum, &c.*] De eodem apud Festum Ennius: 'Deus qui multo est maxumus.' *Idem.*

Adolescentulum delicatum blandis obsequiis promerere] 'Blanditiis leni,' ut infra lib. VI. loquitur. Chrysus apud Petronium: 'Rescribe blandius Dominæ, animumque ejus candida humanitate restitue.' *Idem.*

Numine salutari] Adde D'Orv. Palat. Pith. Fux. Guelf. sec. Edd. pp. Ber. et Bas. pr. pro perpetua variatione, de qua supra, et alibi. Bene Beroaldinam emendationem secuti sunt interpretes et Edd. Nec enim, credo, quis per *nomen* intelligi volet Cupidinem: cum per *numen* sit capiendus Pan, salutaria illi monens. Pro *pergit* in Palat. Guelf. sec. *prodit*. Oud. *Nomine salutari*] Lego *numine*. Psyche enim, cum adorasset numen Panos salutare et propitium, ire perrexit. *Beroald.* *Pergit ire*] A.

Gellius XIV. 2. 'A subselliis pergo ire ad Phavorinum.' Terent. Phorm. 'Domum ire pergam:' ubi Donatus: 'Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, Domum pergam.' *Pric.*

Sed antequam multum viæ] Florentinis membranis accedunt Pithœanæ. Vulgata lectio abest a sensu communi. Quare lego cum J. F. Gronovio ad Gell. lib. III. c. 10. 'Sed quum aliquam multum viæ.' Vide ad lib. I. p. 17. 'post aliquam multum temporis.' Τὸ *quum* excidit per *quam*. Quare alias conjecturas, quæ facile fieri possent, non admittimus. *Oud.*

Laboranti vestigio] Non Colv. sed Vulcan. Ed. sec. exhibuit *labanti*. [Vid. VV. LL.] Prave. Nec tamen recte Pricæus exposuit *festinanti*. Est enim titubans et vacillans, quæ præcedunt, seu labascens et 'labans;' cum quo aliquoties confunditur; ut in Lucan. lib. VII. 521. 'Ne frons sibi prima laberet:' et Livio sæpius. Vide Drak. ad lib. XXII. c. 61. De 'laborare' adi Duker. ad Flor. lib. I. c. 12. 'laborat fides annalium.' Burm. ad Petron. c. 115. 'laborat carmen in fine.' In prœlio sexcenties 'laborare' dicuntur milites fatigati, pressi, et nutantes in fugam. *Idem. Laboranti vestigio*] Inepte Colvius *labascenti vestigio*: 'laborans vestigium' hic vocat quod VI. 'festinans vestigium.' *Pric.*

Tramite jam delabante] Exponunt *tramite declivi*. Sed quis umquam tramitem proclivem vocavit *delabentem*? Et quid volet illa vocula *jam*? Posset quidem intelligi, 'vestigium jam delabens per inscium tramitem.' Verum non ita solet Auctor. Vix dubium mihi est, quin vera sit ingeniosissima Barthii conjectura, non tam ad Statii Theb. I. 343. *jubare delabente*, vel *jubare jam del.* quam ad vers. 559. *jam die labente*, licet et *jubare del.* se satis probet, i. e. Sole jam occidente, ut sæpe Appul. lib. IV. init. p. 65. 'jam preno jubare.' Sed altera correctio multo est simplicior. Vide tamen, num *labi dies* de vespere dicatur. *Idem. Inscio quodam tramite, &c.*] Id est, *ignoto*, sic infra VII. 'obliquam ignaramque' (i. ignotam) 'viam:' ad quem locum notata confer. *Pric.*

Nuntiari præsentiam suam] Ex ritu antiquo Romanorum, quem explicat dilucide in Quæstionib. Roman. Plutarchus. Tibullus: 'Tunc veniam subito: nec quisquam nuntiet ante: Sed videar cælo missus adesse tibi.' D. Ambrosius de Obitu Valentiniani: 'Atque utinam adventum ipsius nullus prævenisset nuntius!' *Colv.*

Alternis amplexibus mutuæ salutationis] Non quidem plane damno vulgatum. Sic enim et 'mutua salutatio' lib. VII. init. ubi vide Pricæum. Quia tamen præter Fux. Fulv. Flor. etiam Mss. Palat. D'Orv. Par. et Ed. Junt. post. præbeant, *mutuis a. alternæ s.* iis auscultandum duxi, et sic edidi. Sæpe Nostro 'mutui nexus.' Vide ad lib. I. p. 1. 'Mutua oscula' lib. IV. init. *Oud. Alternis amplexibus mutuæ salutationis, &c.*] Lib. VII. 'Sic mutuæ salutationis officium indicabat.' Est qui ex veteri libro *mutuis amplexibus alternæ salutationis* mavult, non advertens hypallagen. *Pric.*

Percontanti causas adventus sui] Lib. I. 'Percontatur, &c. causas etiam peregrinationis meæ.' *Idem.*

Infit] Pal. et Flor. *incipit*. Elmenhorstius. Neque id mutatum oportuerat ex mera Colvii conjectura, ut contra Mss. O. et Edd. Vett. egerunt Vulcan. Ed. sec. Elm. Scriv. Flor. Non minus τῷ *incipit* utitur, quam τῷ *infit*. Lib. VI. p. 119. 'ob os puellæ prævolans, incipit.' Lib. VII. p. 151. 'tunsis uberibus incipit:' ubi frustra Pricæus quoque vult *infit*. Lib. IX. 188. 'Sic anus incipit:' et alibi: uti aliquoties 'incipiunt.' *Oud.*

Utræque placuerat] In Colviana conjectura non cohæret orationis nexus,

nisi voluerit, *ut utique*. Quare miror *utique* expressum a Vulc. Ed. sec. Elm. Scriv. *Utræque* est in Ed. Bas. sec. Sed nil muto. *Ut æque placuerat* significat, ut convenerat inter nos; ut æque mihi ac vobis placebat. *Utique* tamen in Florentino legi videtur. Nihil enim notatum a Lindenbrogio. *Idem.*

Conscio lumine] Oxon. *consilio lumine*, quasi pro luminis; ut pag. 101. 'de luminis consilio mutuare:' ubi in eodem Cod. *lumine*. Sed vulgatum hic est elegantius. Vide pag. 103. Stat. lib. VI. Theb. 547. 'moritur prope conscius ignis.' Ut passim res inanimæ, sed præsentes, *consciæ* dicuntur, sexcentis locis. *Idem.*

Et nimia voluptatis copia, &c. laborarem inopia] Apud Quintilianum XII. Declam. 'Ipsa nimia cupiditate nocet abundantia.' Supra lib. IV. 'Opulentiæ nimiæ nimio ad extremas incitas redacti.' *Pric.*

Casu scilicet pessimo, &c.] Lib. III. 'Quod me, pessima scilicet sorte conantem,' &c. *Idem.*

Rebullivit] Tacite Wower. et Pricæus ediderunt *ebullivit:* sed contra O. Mstorum auctoritatem. Ac solet Apuleius, cum aliis, hac præpositione *re* sæpissime uti in compositis; licet non significet ullam iterationem. Sic in 'residere,' 'renunciare,' 'respergere,' 'revellere,' &c. Vide Indicem notarum. Immo ita statim, 'somno recussus:' quod item male tentat Stewechius; ut patet ex dictis ad lib. III. init. 'securæ quieti revulsum.' Pith. *rebullitum*. Guelf. pr. a m. pr. *rebulivere*. Oud.

PAG. 106 *Recussus somno*] Lib. IV. 'Repente somno recussa.' *Elmenh.*

Ob istud tam d. facinus] Seqq. Edd. hanc lectionem receperunt, et suffragari videntur membranæ Florent. *Ubi* est in Pith. *Abi* in Oxon. Fux. Guelf. D'Orv. Inc. Schottus dicto l. conjecit, *hui, tam d. fac.* scil. ausa es. Et sane sic Venus indignans filio ait pag. 107. 'Honesta, inquit, hæc et natalibus congruentia:' scil. facis. Sed vel sic *istud* excludi non merebatur, pro quo *illud* in Ed. Vulc. sec. Nec tam abrupte sequeretur *confestim, &c.* Præterea, si verbum velimus subintelligi, non opus erit ulla mutatione, *ubi istud t. d. facinus* (sc. ausa es) *confestim divorte*, pro *quandoquidem*. Sed acquiesco τῷ *ob*. In Oxon. supra *tua*. Idem.

Tibique res tuas habeto] Formula solemnis divortii. Matthæus Monachus in Quæstionibus matrimonialibus f. 507. *εἰ γὰρ καὶ πάλαι τοῖς ἀνθρώποις ἐξῆν, καὶ ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, καὶ ἐξ ἔθους μακροῦ, ἀναιτίως λύειν τὰ συνοικέσια, ὥστε λέγειν τὸν ἄνδρα τῷ ὁμοζύγῳ·* ΓΥΝΑΙ ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΣΑ. *καὶ ταύτην ἐκείνῳ·* ΑΝΕΡ ΠΡΑΤΤΕ ΤΑ ΣΑ. *καθὰ δὴ καὶ τοῖς τῶν Ἑβραίων ἀνδράσι πάλαι νενομοθέτητο βιβλίον πέμπειν ἀποστασίου τῇ γυναικί· ἀλλὰ τὸ νῦν εἶναι τοῦτο παρὰ Χριστιανοῖς ἀνῄρηται.* Vide Zonaram in Can. Concil. Trull. 87. et Brissonium de formulis lib. VIII. pag. 725. *Elmenh.*

Sororem t. et nomen, &c. conjugabo] Varie hoc exponit Beroaldus. Sed quomodocumque capias, videtur mihi corruptum esse τὸ *et*, legendumque vel cum Lipsio ad marg. Ed. Colv. *in nomen*, sive ut gerat tuum Psyches, aut etiam uxoris meæ nomen. Sic passim 'adoptare,' 'adsciscere in suum nomen;' vel *et nomine*, sive etiam nomine eodem. *Oud.*

Quo tu censeris] Arnob. l. v. p. 188. 'Qui censentur his nominibus.' *Idem.* *Et nomen quo tu censeris, &c.*] Vide Beroaldum. *Pric.* *Nomen quo tu censeris*] Quasi dicat: Tu diceris Psyche, quod anima sonat, illa mihi erit anima et vita. Plautus ait, 'amicam animam esse amanti:' vel, sicut tu nomine uxoris et matrisfamilias censeris, hoc est, in pretio es apud me; eodem hoc nomine sororem tuam mihi copulabo, ut illa mihi sit uxor, et materfamilias. Vel expone, Nomina-

tim te nuncupavit, ad differentiam alterius sororis. *Beroald.*

Confestim arra atque his nuptiis conjugabo] A Mss. Reg. Fux. et Oxon. exsulant hæc, *jam mihi conf. arra atque.* A Guelferb. sec. absunt, *confestim arra atque*, a Guelf. pr. *arra atque.* Τὸ *his* exclusit Wower. ut scilicet vulgatum retineret. Et sic Ed. Pric. In Ms. D'Orvill. est *ac hiis.* Bertin. *c. arreathiis n.* Pith. *c. arreat his n.* Vocem *confestim* adhibuit jam Cupido, et *his* nullius est sensus. Quare omnino accedo Mercero ad Taciti lib. IV. Ann. cap. 16. ' omissa confarreandi consuetudine:' ubi vide, et hic Pricæum. Immo in contextum *confarreatis n.* jam recepit Scriverius. Nam et Auctor noster ipse sic locutus est lib. X. pag. 282. ' Talis mulieris matrimonium confarreaturus.' Ceterum in Palat. est *nubtiis.* Oud. *Arra atque nuptiis conjugabo*] Mercerus ad Tacitum ' confarreatis nuptiis.' Glossarium Isidori dictum: ' Confarreatus, consociatus.' Glossarium ab H. Stephano editum: ' Confarreatus, συμβιώσεως χάριν ζευχθείς.' Oxon. *Et nomen q. t. censeris aiebat, his nuptiis conjugabo.* Pric.

Reconcinnato mendacio fallens maritum] Lib. IX. ' Confictis observationibus vanis, fallens maritum.' *Idem.*

Et quamvis alio vento flante] Nec inepte *alieno* scribas. *Idem.*

Inhians, dicens] Nota participia ἀσύνδετα, et respice ad lib. III. pag. 45. ' spirantes, palpitantes.' *Oud.*

Accipe me, dicens, &c. saltu se maximo præcipitem dedit] Apud Ovid. Art. III. ' Accipe me, Capaneu; cineres miscebimus, inquit Iphias, in medios desiluitque rogos.' *Pric.*

Laceratis visceribus suis] Laceratis ob altitudinem præcipitii. Firmicus I. 8. ' Per præcipitia projectum corpus flebili laceratione dispersit.' Et VI. 19. ' Ipsos vero ex altis dejectos locis misera laceratione præcipitat.' *Idem.*

Nec vindictæ sequentis pœna tardavit] Nec ' scelestam Deseruit pede pœna claudo.' *Idem.*

Circuibat. at ille] Τὸ *at* delendum. *Sciopp. in Symb.* Sic etiam Gruter. lib. VIII. Susp. cap. 12. et edidere Wow. Pricæus, ac Flor. Contra Elmenh. Scriv. secuti sunt Colvii conjecturam *interdum* pro interea. Dum tamen Elmenhorstius et *at* quoque omisit, quæ particula ab omnibus Mss. retenta ejici non debuerat. Sed vel *interdum*, vel una voce *interimdum*, ut ' adhucdum,' ' nondum,' et similia, legendum; quo modo clare est in Oxon. *Oud.*

Vulnere lucernæ] Sic ' vulnus venantum' apud Virg. initio duodecimi: et paulo post, ' nostrum vulnus:' quod nos scilicet intulimus. Vide Gellium XII. 9. in fine. *Pric.*

PAG. 107 *V. lavantem natantemque propter ads.*] Pal. *Veneri lavanti natantique.* Male. *Elmenh.* Nec secus est in Regio ac D'Orvill. et utroque Guelf. Neque adeo male. Pertinent enim ad ' adsistens indicat,' et ' propter' sine casu adverbialiter commode sumi potest, ut passim apud Nostrum aliosque. Vide ad lib. IV. pag. 65. Nihilominus malim ceteris Codicibus et Edd. acquiescere: quia alibi Accusativum τῷ *propter* jungens, verbi casum subintelligit. Adi lib. II. pag. 36. ' quam propter adsistens inquit,' sc. ei. In Pith. est *natamque.* In Fux. D'Orv. vitiose est *per.* Oud.

Dubium salutis jacere] Ovidius: ' Hic ego sum vitæ dubius.' *Pric.*

Ac per hoc non voluptas illa] *Ulla* conjecit Gruterus vel *hilara*, Suspic. lib. VIII. cap. 12. *Ulla* confirmatur a Flor. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. Oxon. Pith. et bene jam Wower. ac seqq. ediderunt. Minus bene vero vulgo plene distinguitur ante τὸ *ac.* Nam pendent æque ac præcedentia a τῷ *quod;* erratque vir doctus conjiciens, *ac si.* Pith. *voluptatis.* Guelf. pr. *per hæc.* Oud.

Nuptiæ conjugales] Vide Dionem Orat. VII. de Venat. f. 107. *Elmenh.*

Gluvies] Lego *eluvies*, quod ad sordes et dehonestamenta referendum est. *Beroald.*

Sq. federum insuave f.] Istud *viscerum*, [vid. V.V. LL.] est in sola Ed. Vulc. sec. quod non capio. *Fœderum*, inepte tentatum a Stewechio, bene in Mss. O. et Edd. sive conjunctionum et matrimoniorum: ut passim apud poëtas aliosque; ac Lexica jam notarunt. Martian. Capell. lib. VI. init. de Minerva: 'Hinc de patre ferunt sine matris fœdere natam, Provida consilium quod nescit curia matrum.' Sic lege e Mss. cunctis (Vulgo, *consilii.*) et construe: 'Quod provida curia nescit consilium matrum;' ut patet ex seqq. Grotius hic Capellæ mentem non adsecutus est. Dein Palat. *insoave*. Oud.

Hic illa, &c.] Sic placuit Grutero lib. VIII. Susp. cap. 12. sed *hæc* dant Mss. Reg. Fux. Pith. Guelf. Oxon. D'Orv. Edd. Junt. post. Elm. Scriv. quod jam sæpissime vidimus abiisse in *hic*, in vulgaribus Appuleii exemplaribus. Eleganter autem avis dicitur *curiosa*: quod se rebus inmisceat alienis, et sit delator. Vide ad lib. I. pag. 2. 'non quidem curiosum, sed qui velim scire vel cuncta.' *Idem.*

Illa verbosa et satis curiosa avis] 'Loquacitatem' bene 'curiositati' junxit. Donatus ad Hecyram: 'Curiositas signum est loquacitatis.' Plutarchus in περὶ ἀδολεσχ. Τῇ δὲ ἀδολεσχίᾳ καὶ ἡ περιεργία (κακὸν οὐκ ἔλαττον) πρόσεστι· πολλὰ γὰρ ἀκούειν θέλουσιν, ἵνα πολλὰ λέγειν ἔχωσιν. Paulus 1. 5. ad Timoth. φλύαροι καὶ περίεργοι. *Pric.*

In auribus Veneris gganniebat] Malim, si per Mss. liceret, *in auris*, sive aures, ut apud Persium Sat. v. 96. 'Secretam gannit in aurem:' ut est quoque in quatuor Mss. a me visis, non *garrit*. Vide ad lib. III. pag. 56. Terent. Phorm. v. 8. 41. 'Ei quod ad aurem obganniat:' quod imitatus est Noster lib. II. p. 21. 'Incertum quidnam in aurem mulieris obganniit.' Post *Veneris* in Guelf. pr. fuerat *latenter*, sed deletum. *Oud.*

Filium lacerans existimationem] *Filii*, si in Florentinis sit membranis, non rursus moveo id, quod ex Vulcan. Ed. sec. receptum est jam vulgo, ut apud Suet. in Cæs. c. 79. 'carminibus laceratam existimationem suam:' ac sæpe. Sed *filium* constantissime est in ceteris Mss. et Edd. prioribus. Hinc Gruterus lib. VIII. Susp. c. 12. conjiciebat *filii unici*, ex p. 108. At Isac. Pontanus Anal. lib. III. c. 10. cum Stewechio mox divinarunt, *filii inlacerans*; et sic edidit Scriverius. Quæro exemplum. Interim amplector ego lectionem Mss. Fulv. et D'Orvill. *filium lac. existimatione*. Auson. Idyll. XV. 46. 'Vitam parcus agas: avidi lacerabere fama.' Frequens est 'lacerare aliquem contumeliis,' 'probris,' 'rabie,' &c. *Idem.*

Irata solidum] *Soundly angry*. Hesychius: Ὑπέρχολος, ὑπερβαλλόντως ὀργιζόμενος. Clamor iræ comes et pedisequus. Vide ad Matth. 12. 19. notata. *Pric.* *Solidum exclamat*] Solida voce, firma, magna, durabili: nomen pro adverbio: sic Virg. 'torvumque repente Clamat.' *Beroald.*

Ille bonus filius meus] Amare: sic in Apologia: 'Hascine gratias bonus filius matri rependis?' Venus ista ad Psychen infra lib. VI. 'Ego te excipiam ut bonam nurum condecet.' Vide supra ad lib. I. pag. 6. notata. *Pric.*

Quæ sola mihi servis amanter, nomen ejus] Desunt hæc Oxon. Fux. Guelf. utrique, ac Par. In D'Orv. est *amat.* Lib. I. p. 18. 'Amanter agnitum invadit.' Lib. II. p. 24. 'satis amanter cooperuit.' Lib. III. pag. 50. 'Deus auctorem comitabitur amanter.' Lib. X. pag. 233. 'laciniam ventus satis amanter reflabat.' *Oud.* *Prome, &c. nomen illius quæ puerum, &c. investem sollicitavit*] Procopius: Αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες οὐκ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἴενται μόνον, ἀλλὰ καὶ παῖδων ἅπτονται μᾶλλον.

Pric. *Quæ sola mihi servis amanter*] Male hæc absunt ab Oxoniensi: supra lib. II. 'Me, &c. satis amanter cooperuit.' *Idem.*

De Dearum numero] *Herarum* Flor. Reg. Fux. *Orarum* Guelf. pr. Sed *Horarum* quoque Pith. Guelf. sec. Oxon. et D'Orvill. a m. pr. ut verissime emendarunt viri docti. Putidum istud *Dearum*, quasi reliquæ non essent Deæ, unde inrepserit, nisi ex marginali nasutuli cujusdam glossa, vel scriptura *orarum*, excogitare nequeo. Mentione de *Horis* Deabus plena sunt poëtarum monumenta. Vide et lib. VI. pag. 125. Artemid. Oneiroer. lib. II. c. 49. Per eas quoque jurabant. Hinc Aristæn. I. Ep. 11. κάλλος γε καλὸν νὴ τὰς φίλας Ὥρας. ubi Abresch. laudat Casaub. ad Athen. lib. II. Anim. c. 18. Notanda vero elegans variatio particularum *sive, seu, vel.* De priore *sive, seu* adi Drak. ad Liv. lib. X. cap. 14. Altera *seu, vel* pro seu, non ita frequens est, in usu tamen fuit. Adi Duker. ad Flor. lib. IV. c. 2. § 79. Ac restituendum id de Deo Socratis pag. 672. Ed. Flor. 'Vel ut pastor, vel equiso, vel bubsequa seu balantium, vel hinnientum, vel mugientium greges.' Sic enim Edd. Vett. et Mss. Fulv. Harl. aliique. Veget. lib. IV. cap. 1. 'Circumfuso mari sive paludibus, vel fluminibus.' Septim. de B. Tr. lib. VI. cap. 10. 'Sive supra modum, &c. præceps ierit, vel, &c. circumventa interierit.' Atque ita Græci. Ælian. lib. V. Anim. cap. 8. 'ΕΑΝ ΤΕ ἥμερον ζῶον, Ἢ ἄγριον. Aliquando contra præcedit *vel* vel *aut*, et sequitur *sive*. Vitruv. lib. V. c. 7. 'Cum aut fabularum mutationes sunt futuræ, seu Deorum adventus.' Lib. VIII. c. 7. 'Aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus.' Male igitur Muret. et Acidal. tentant Auctorem de Corr. Eloq. cap. 5. 'Vel in judicio, sive in senatu;' primo loco *sive* etiam reponentes. Atque hinc egregie confirmatur emendatio Cl. Drakenborchii, quam verissimam censeo, in Livio lib. XXII. cap. 49. 'Ne aut reus iterum e consulatu, sive accusator collegæ exsistam.' *Oud.*

Nec loquax illa conticuit avis] De qua supra Venus, 'quæ sola mihi amanter servis.' Donatus ad I. 2. Hecyræ: 'Servile vitium est tacere non posse.' *Pric.* *Loquar*] Corrigo, *loquax:* gavia enim avis loquax merito nominatur, quam et superius verbosam appellavit, quæ Veneri cuncta denarravit. Tales, lingulacæ, loquuteleiæ, blateratrices, eleganter dicuntur. *Beroald.*

Puellam (si p. m. p. n. dicitur) efflicte cupere] Tacite *efflictim* e Fulv. et Pal. reposuit Wow. et seqq. si Elmenh. excipias. Vide ad lib. III. p. 53. 'Efflictim deperit.' Verum tamen Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Guelf. Oxon. cum Edd. Vett. servant *efflicte*, et D'Orv. *afflicte*. Citatur e Symmachi l. I. Ep. 90. 'efflicte diligere.' Sed ibi non invenias. Paullo ante præfero *puellæ* e Flor. Pith. et Oxon. Sic magis ex decoro parcit Cupidini, dicens modo, eum 'puellæ bene velle,' ut passim apud Cic. et alios, 'tibi maxime cupio;' non plane *illam amare*, seu *velle:* de quo vide Broukh. ad Tib. I. 10. 5. lib. X. pag. 225. Hinc respondet Venus: 'Immo scio, puellam illam vere diligit.' In Pal. et Oxon. Guelf. *capere.* Oud.

Vel maxime] Reg. Fux. Guelf. ambo, Pal. Oxon. D'Orv. *permaxime.* Pith. *et max.* Sed alterum videtur significantius elegantiusque. Vide Drak. ad Liv. lib. XXXVI. 41. 'Cujus eo tempore vel maxima apud regem auctoritas erat.' Sic sæpe 'vel inprimis,' 'vel plurimum.' *Idem.*

Nimirum illud incrementum l. m. putavit] Miror, Scriverium in contextum recepisse conjecturam Elmenh. Nam præterquam quod hic *aurei* vox non conveniat, utpote nisi laudis ergo adhiberi solita, non dubitabat de re,

quam dicit Venus, sed certo quasi sibi persuadebat, a filiolo se lenam existimari. Sæpius τῷ *nimirum* in indignationibus, vel gravi affectu utitur Auctor. lib. IV. pag. 81. 'Nimirum tanto compendio defraudare juvenes meos destinas?' Venus ipsa eodem libro p. 84. 'Nimirum vicariæ venerationis incertum sustinebo.' Lib. XI. p. 261. 'Nimirum perperam in me consuluerunt.' Dein male quoque Sopingius divinavit *excrementum*. Nam *retrimentum*, quod in quibusdam libris esse scribit Wowerius, ego nusquam reperi. Nec quidquam est mutandum. Egregie *incrementum illud*, vel potius cum Palat. *istud*, Græce vertas per τοῦτο τὸ θρέμμα, ut docuit Turnebus lib. XVI. Advers. cap. 18. ex Virgil. Ecl. IV. 49. ubi Saloninus dicitur 'magnum Jovis incrementum.' Supra p. 96. 'uteri incrementum.' Ovid. lib. III. Met. 103. 'dentes, populi incrementa futuri.' Ceterum *illud* desideratur in Reg. Fux. *id* Guelf. pr. a m. pr. *putat* Ed. Scriv. *Idem.*

Hic queritans] Primo in Pith. est *hoc*. D'Orv. *nec*. Scribendum scilicet rursus erat *hæc* cum Reg. Fux. Pal. Edd. Junt. post. Scriv. Pessime vero in Edd. aliquot est *quæritans*, pro *queritans*, sive identidem querens. Sed unice verum est *quiritans*, ut jam a Colv. et seqq. non solum, sed et a Junt. post. expressum est, consentientibus etiam Mss. Bert. Pith. Pal. D'Orv. Flor. Vide Ind. et Stewech. ad lib. VII. p. 142. Colv. ad lib. VII. pag. 156. 'Insana voce casum mariti quiritans:' ubi plura. Nam passim in Nostro *querit* et *quirit* confunduntur. Non inepte vero Beroaldus, aliique inter *quer.* et *quir.* sic distinguunt, ut prius significet continuam querelam, alterum querelam cum imploratione opis quasi Quiritium. *Id.*

Queritans] Id est, vehementer delamentata. Quod si legas *Quiritans*, expones, valde vociferans: 'quiritare' enim est Quirites ciere, et Quiritium fidem clamando implorare: unde quiritare pro vociferari et clamare usurpatur: auctores M. Varro et Diomedes. 'Lex fuerat proquiritata,' dixit Sidonius, pro eo quod est promulgata, et præconis boatu denunciata, publicataque. *Beroald.*

Emergit a mari] Mss. Flor. Fux. Pith. Oxon. Edd. Junt. post. Elm. Scriv. Flor. *e mari*. sc. e profundo maris gremio, ut est p. præc. Quare id nunc malo. *A mari* tantum significat ab ea parte, qua est mare, ut statim 'a foribus boans.' Vide ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 24. 'a porta conspexere.' Drak. ad Liv. XXXVIII. 32. 'navibus a mari fines eorum vastati:' ubi eadem confusio. *Oud.*

Jam inde a foribus boans] Pollux Onomast. II. 4. Τῶν τῆς γλώττης ἔργων ὀνόματα, βοᾷν, ἐκβοᾷν, &c. Boare ab ipsis foribus, indignantium est: simile IX. 'Introëuntem maritum aspero sermone accipit.' *Pric.*

Pag. 108 *Honesta hæc, et nostris natalibus, &c. congruentia? &c.*] Donatus ad IV. 1. Andr. 'Ab interrogatione incipiunt qui nimis irascuntur.' *Idem.*

Ut primum quidem, &c. verum etiam] Contextus orationis non satis concinnus videri possit; et deesse *non solum*, vel simile quid. *Colv.* Non id video. Nam *verum* ponitur pro *dein*. Immo sæpe *primum* occurrit, licet nihil sequatur aliud. Vide Fabric. ad Cic. lib. I. de Offic. c. 13. Duker. ad Flor. lib. II. c. 18. me ad Frontin. lib. I. c. 5. § 16. *Oud.*

Inimicam meam cruciares, &c. tol. inimicam] M. *pollueres*. Putean. Sic etiam Oxon. Guelf. et Par. cum Pal. ut edidit Wow. et Pric. qui tamen malit *cruciares*: quod est in optimis libris Flor. Reg. Fux. Bemb. D'Orv. Verum *sordidis* vox docet, *pollueres* verum esse: nec tamen damnarem alterum. Nam Bertin. habet diserte *cruciaresque*. Et hoc excidisse, ut credam, faciunt Codd. Palat. Guelf. ambo, Par. a quibus omnia post *pol-*

lueres, usque ad *sed utique*, exsulant. Utrumque ergo *pollueres cruciaresque*, ex præcepto Veneris lib. IV. p. 85. 'Virgo ista,' et quæ sequuntur. Ineptissimum est istud Stewechii *mimicam*. In Ed. Beroald. *inimicam me meam*. A Guelf. abest quoque *meam*. Oud. *Tuæ parentis, imo Dominæ*] Hieronymus ad Gaudentiam, de filiolæ institutione: 'Amet' (matrem) 'ut parentem, subjiciatur ut Dominæ.' Lactantius IV. 3. 'Dominum eundem esse qui sit pater, etiam Juris civilis ratio demonstrat: quis enim poterit filios educare, nisi habeat in eos dominii potestatem?' *Pric*. *Nec sordidis amoribus inimicam meam pollueres*] Ita et Oxoniensis Codex: præfero autem quod in editis permultis, *cruciares*: sensus est: Nec non tantum (quod meministi me contendisse a te,) inimicam meam sordidis amoribus non cruciasti: verum etiam, &c. *Idem*. *Per, &c. ora populorum rumoribus conviciisque, &c. male audire*] Infra lib. VIII. 'Hac infamia consternati, quæ per ora populi facile dilapsa, merito invisos ac detestabiles eos cunctis effecerat,' &c. *Idem*. *Verum etiam hoc ætatis puer, tuis licentiosis et immaturis jungeres amplexibus*] In Apologia: 'Inter scorta et pocula puer hoc ævi, &c. agitat.' Inf. l. IX. ille: 'Tu autem, tam mollis, ac tener, et admodum puer, &c. ætatis flore mulieres adpetis? &c. et intempestivum tibi nomen adulteri vindicas?' *Idem*.

Inamabilis] Post reliqua hoc additum pro gravissimo convicio. Vide II. 6. A. Gellium. *Idem*.

Generosum] An pro generabili, generatore? Suadent sequentia: 'Nec me per ætatem posse concipere.' *Wasse*. Illa suadent, ut credamus, Venerem voluisse arrogantiam filii frenare, minando ei, non 'solum' illum mansurum Veneris prolem; sed et accepturum fratres, quibus melius sua mandata committeret, ipsumque sperneret. Hæret tamen hic mihi aqua. *Oud*.

Nec me per ætatem posse concipere] De liberis Hesiodus: Γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας. *Pric*.

Eique donaturum istas pinnulas et arcum, &c.] Ipsa Eadem de Eodem apud Lucianum in Deorum Dialogis: Πολλάκις ἠπείλησα, εἰ μὴ παύσηται τοιαῦτα, &c. κλάσειν μὲν αὐτοῦ τὰ τόξα καὶ τὴν φάρετραν, περιαιρήσειν δὲ καὶ τὰ πτερά. *Idem*.

Quam tibi dederam] Quod oculis subjicit Gorlæi gemma apud Drakenb. ad Sil. Ital. lib. VII. 453. 'omnia parvis Si mea tela dedi blando medicata veneno.' *Oud*. *Et omnem meam supellectilem, quam tibi non ad hos usus dederam*] Ut me nempe, præter cætera morum tuorum dedecora, telis vulnerares tuis: etiam Ovidius ad lascivientem Deum istum III. 3. de Ponto: 'Discipulo perii solus ab ipse meo. Dum damus arma tibi, dum te lascive docemus, Hæc de discipulo dona magister habet.' Notetur formula loquendi, 'non ad hos usus.' Ovid. Metam. V. 'Non hos adhibendus ad usus.' Virgilius: 'Ensemque recludit Dardanium, non hos quæsitum munus in usus.' Manilius de Andromeda: 'Induiturque sinus, non hæc in vota paratos.' Porcius Latro in Catilinam: 'Reminiscere, reminiscere ferrum illud scelestum, atque illas nefarias faces, &c. non ad oppugnandam Urbem, neque ad eam concremandam tibi datas fuisse: sed potius ad salutem civium, dignitatem imperii, libertatisque nostræ defensionem.' *Pric*. *Quam tibi non ad hos usus dederam*] Supra lib. II. 'Gladium, quem, &c. ad hos usus extuleram.' *Idem*.

Prima pueritia instructus es] *Inductus* retineo ex Jurisconsultis et Ammiano. *Brant*. *Tua* ille cum Scriv. et Flor. addidit. De 'prima pueritia' vide ad lib. III. p. 48. 'parvuli hujus in primis annis destituti.' Dein *inductus* habent et Oxon. Pith.

Par. Reg. et Edd. ante Bas. *indutus* D'Orv. Guelf. sec. et Pal. Sed unice verum est *inductus*, εἰσαχθεὶς Græce, de quo se acturum ad Jamblichum hic notavit Sopingius. Consule Beroald. Pric. Sciopp. et quæ nos congessimus ad Sueton. Vit. Persii: 'a quo inductus est in Philosophiam:' uti e Mss. legendum docui. Revocavi igitur *inductus:* licet nihil notatum invenerim e Flor. Post vocem *pueritia* hic rursus magna est lacuna in Guelf. pr. usque ad lib. VI. p. 129. 'potest in asino meo:' elapsis aliquot foliis.' *Oud.* *Male prima pueritia instructus es*] Oxon. et plures alii Mss. *inductus es:* nec aliter antiquissimæ editiones. Gellius XVI. 8. 'Cum in disciplinas dialecticas induci, &c. vellemus.' l. gradatim, § 4. in hunc modum. ff. de muner. et honor. 'Eos qui primis literis pueros inducunt.' Socrates Histor. Eccles. III. 24. 'Ὡς ἔθος τοῖς σοφισταῖς ποιεῖν ἐν τῇ νέων εἰσαγωγῇ. 'Prima pueritia' est quam Gellius X. 19. 'primorem pueritiam' vocat. *Pric.*

Et acutas manus habebas] Bene Barthius l. XXI. Advers. c. 7. et, illo non nominato, Floridus exponunt 'petulantes,' et ὀξεῖ κέντρῳ armatas; nisi malis vertere per ὀξύχειρα; uti Mercurium vocat Lucianus ob furandi artem. Sed et sic quisque dici potest manuum celeritate præditus, ut et *acutus* sumitur. Vide Pric. et adi Clar. Hemsterh. ad Lucian. Dialog. D. VII. p. 221. tom. I. *Oud.* *Acutas manus habes*] Quænam aut cujusmodi sunt 'acutæ manus?' num 'agiles?' ut 'motus acutus' apud Statium: et 'acuti ungues' apud Juvenalem: an quales 'immansuetas' Propertius vocat? 'In me mansuetas non habet illa manus:' et alibi, 'audaces manus.' 'Neu timeam audaces in mea membra manus.' An vero 'acutæ manus' metonymice pro 'acutis telis' quæ manu spargit? Psalmista 45. 6. τὰ βέλη σου ἠκονημένα. *Pric.*

Majores tuos irreverenter pulsasti toties] 'Crudelis mater magis, an puer improbus iste? Improbus iste puer, crudelis tu quoque mater.' *Idem.*

Parricida denudas quotidie] Arrideret magis *defrudas*. Colv. Nec secus conjecit Meurs. lib. IV. Exerc. Crit. cap. 17. lib. V. Crit. Arn. 13. Perperam. Agitur enim de pulsatione et verberibus, ad quæ denudandi erant vapulaturi; uti bene advertit Pricæus. Pro *despoliare* est apud Ciceron. lib. XII. Fam. Ep. 15. 'Civibus crudelissime denudatis, et divenditis.' In Oxon. *parricidiam*, Pith. *parricidam*. Forte inserendum *tu*. Oud. *Et ipsam matrem tuam, me inquam, &c. denudas quotidie, et percussisti sæpius*] Seneca Octav. 'Timende matri teliger sæve puer.' Venus ista de Eodem apud Moschum: Καὶ χρύσεον περὶ νῶτα φαρέτριον· ἔνδοθι δ' ἐντὶ Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει. nec non apud Lucianum: Ὑβριστὴς ἐστιν, ἐμὲ γοῦν αὐτοῦ τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν! ἄρτι μὲν εἰς τὴν Ἴδην κατάγων Ἀγχίσου ἕνεκα, &c. ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον, ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, &c. Colvius *defrudas* importune: agitur hic de pulsatione et verberibus, quibus denudatio prævia. *Pric.* *Me inquam, &c.*] Cicero in pro Cælio: 'Me ipsum, me inquam quondam pene ille decepit.' *Idem.*

Et quasi viduam utique contemnis] Terent. Heaut. Act. V. Scen. 1. 'Qui sibi me pro deridiculo ac delectamento putat. Non, ita me Dii ament, auderet hæc facere viduæ mulieri, Quæ in me fecit.' Petronius: 'Ne mercedem cellæ daretis, fugere nocte in publicum voluisti, sed non impune. Jam enim faxo, sciatis, non viduæ hanc insulam esse, sed M. Manitii.' *Elmenh.* Conferendus est elegantissimus locus Apollon. Rhod. III. 90. &c. de Cupidine. *Oud.*

Puellas propinare] Pro παραδιδόναι. Vide Suid. in v. Προπεπωκότες, et Comm. ad Ter. Eun. V. 9. 57. 'Hunc

dendum et ebibendum vobis ino.' Barthius ad G. Briton. lib. II. 481. 'Themaque pro- res gesta propinat.' Durius n hoc loco videtur; ac malim, tiare, sive *propitias* et faventes i reddere. Sic Fotidi ait Lu- ib. II. p. 27. 'Jam dudum perii, a propitiaris.' Ac passim *pro- e* pro placare, utitur Noster. Indic. et alibi, 'propitia vo- s.' *Idem.*

t faxo] Flor. *Sed jam f.* El- . Sic etiam Palat. Fux. Ox-)'Orv. et Edd. Junt. post. cum er. Verissime, et quasi ex for- minantis, se ex continenti pœ- inflicturam. Nam alioquin et ioc temporis adverbio occurrit. L. in f. 'Jam enim faxo, scias.' vi. p. 124. 'Jam faxo nuptias mpares.' Petron. c. 95. 'Jam faxo, sciatis:' ubi et vide. Effi- ime lib. I. p. 9. 'Faxo enim immo statim, immo jam nunc.' dixi ad lib. IV. p. 81. 'Quod gis ulterius, jam faxo, lacrimis,' ud. *Sed faxo te lusus hujus pœni-* At non impune feremus, Quæ- nhonoratæ, non et dicemur in- *Pric.*

llionem istum] Glossæ: 'Κακοῦρ- maleficus, stellio:' sic enim, *tellionatus*, legendum. *Idem.*

ius ipsius luxuriam] In Palat. . sec. male est *hujusmodi*. Hinc puto tacite Elmenh. dedisse *emodi l.* Agitur vero de luxu- upidinis. Scriv. plus innova- diditque: *hujuscemodi luxuriem offendi.* Pro eo verbo autem ssime in Palat. *peccavi*. Oud. *habita quid agam? quo me con- ? &c. petamne auxilium ab ini- nea Sobrietate, quam, &c. sæpius t? an rusticæ, &c.*] Dido apud ium: 'En quid agam? rursus cos invisa priores Experiar?' ne apud Catullum: 'Nam quo feram? quali spe perdita nitar? Idmoneas ne petam montes, a gur- gite lato Discernens Pontum trucu- lentum ubi dividit æquor? An pa- tris auxilium sperem, quem næ ipsa reliqui?' ubi in primo versiculo pro *nam* legerim *nunc*, quomodo in Appu- leio nostro; et pro *perdita*, *prodita*: infra ibidem enim, 'Justam a Divis exposcam prodita mulctam.' *Pric.*

Nec tamen v. solatium tantum sper- nendum est] *Unde unde* verissime re- stituerunt viri docti a Wow. usque: uti exhibent etiam Guelf. sec. Reg. Fux. Oxon. Inc. cum Ed. Junt. post. *Unde* semel quoque in D'Orv. Pith. quod est vestigium veræ lectionis et fons vitii; male placens Roaldo. Nisi potius voluerit duplicari, et sit vitium typographicum. Adi et Com- ment. ad Sueton. Claud. c. 17. 'vel- letque triumphi decus unde unde ac- quirere.' Similia sunt 'qua qua' et 'quantulum quantulum:' de quibus vide ad lib. II. p. 22. et lib. IX. p. 202. Ceterum in Pal. Guelf. sec. corrupte *me t. &c. sperandum.* In Bertin. *sed tamen*. Pith. *prorsus mihi.* Oud. *Nec tamen vindictæ solatium tantum sper- nendum est*] Percommode Palat. et Florent. Mss. *solatium undeunde sper- nendum*: vindictæ (inquit) ex qua- cunque plaga flans aura recreabit me. Juno apud Virgilium: 'Quod si mea Numina non sint Magna satis, dubitem haud equidem implorare quod usquam est:' ubi Servius: 'Ac si diceret,' (ut hic Venus) 'etiam hu- milia.' In veteri locupletissimo O- nomastico: 'Undeunde, ὁπόθεν οὖν.' Terent. Andr. IV. 'Ubi-ubi erit:' ad quæ Donatus: 'In prima parte vim suam tenet, in posteriore productio- nem: quemadmodum ut-ut, quaqua, undeunde?' De 'vindictæ solatio' abunde ad p. 39. diximus. *Pric.*

PAG. 109 *Pharetram explicet*] Ful- vius, *expilet*. Recte. *Elmenh.* Idem in mentem venit Piccarto Peric. Crit. cap. 8. Uti passim apud optimos quosque pro despoliare occurrit, 'ex-

pilare templa,' 'thesauros,' 'armaria,' &c. Nihilominus haud sustinui cum Edd. Wow. posterioribus id in textum recipere, quia *explicet* servant mordicus Mss. O. et explicat Beroaldus, 'relaxet, resolvat, ut fluxura fiat sagittarum.' Et sane non vult Venus, ut Sobrietas pharetram sagittis spoliet; sed ut ea aperta, vel excussa, sagittarum retundat aciem et mucronem: sibique respondent 'pharetram explicet, et arcum enodet.' Ut in glossis 'εὐλυτῶ, explico, enodo.' 'Explicare' tamen dissolvendi sensu in malam partem an alibi dicatur, dubito. Ampliandum de hoc loco, quem tamen sanum fere pronunciem. *Oud.*

Arcum enodet] Vulgo, *denodet*. *Enodet* scilicet est in Palat. uti et Oxon. Fux. D'Orv. ac Guelf. sec. quod miror, Pricæo non magis potuisse placere. Cum *denodare* nusquam occurrat, et elegantius vice versa *ex* et *de* adhibuerit Auctor, cum Florido ego recepi. 'Enodare laqueos' Gellius, et metaphorice Noster supra, 'enodare præcepta sortis,' lib. IV. p. 86. et alii sæpius. *Oud.* *Arcum denotet*] Oxon. *enodet*; pro qua alteram non mitto lectionem. *Pric.*

Et ipsum corpus ejus acrioribus remediis coërceat] Quod Paulo τὸ σῶμα δουλαγωγεῖν καὶ ὑπωπιάζειν. *Idem.*

Istis manibus, &c.] *Istis* δεικτικῶς. Vide ad Act. Apost. XX. 34. notata. *Idem.*

Aureo nitore perstrinxi] Hæc Beroaldus exponit, 'aureo vinculo nodavi,' frigide et falso. Ill. Heinsius ingeniose suo more emendabat: *Arabo nidore perunxi:* ad Ovidii Ep. XV. vs. 76. 'Non Arabo noster rore capillus olet.' Vide Comment. ad l. II. p. 26. 'Capillum guttis Arabicis obunctum.' 'Nidor' etiam pro odore rei non ustæ, sæpe in Nostro. Hinc 'mellitus corporis nidor' l. VIII. p. 168. Verum licet sic optime esset locutus Auctor, hic tamen nihil contra Mss. mutandum censeo. Nam 'aureus nitor' debet capi de fulvo colore, quo capillos inbuit Venus. Passim enim 'nitere' de auro dicitur. Consule Comm. Heins. et Burm. ad Ovid. lib. X. Met. 647. 667. Bentlei. ad Manil. l. I. 737. apprimeque huc faciunt Valer. Flacc. lib. VI. 710. 'Et gravidæ maduere comæ, quas flore Sabæo Nutrierat, liquidoque parens signaverat auro:' et Stat. V. Theb. 227. 'quas finxerat auro Ipsa comas.' Quibus locis adeundi sunt interpretes. Unde patet, simul 'nitorem' dici ob delibutos liquido quasi auro capillos, tali unguento splendentes. Nemo enim nescit, unguentatas res vocari 'nitidas' et 'nitere.' Cic. II. Catil. c. 5. 'qui nitent unguentis.' Mela l. III. c. 9. 'Est locus, quo perfusa corpora quasi peruncta nitent.' Ovid. III. Art. 443. 'Nec coma vos fallat liquida nitidissima nardo.' Adde Broukh. ad Tibull. II. 5. 7. 'Sed nitidus pulcherque veni.' Hinc ob uncta athletarum corpora 'palæstra' vocatur 'nitida' Horatio aliisque. Aliquando cogitavi de 'aureo crinali,' quo distinctos capillos gerebat Cupido, teste Ovidio ex Ponto lib. III. El. 3. 15. 'Nec torquem collo, nec habens crinale capillis, Nec bene dispositas comtus, ut ante, comas.' Sed ei non convenit *perstrinxi*, quod est levi, placide tetigi, finxique capillos. Sil. lib. IV. 352. 'Perstringit tacitas gemmanti gurgite ripas:' et sæpe. In Oxon. *prostr.* Oud.

Meo gremio nectarei fontis infeci] Pricæus ait esse hypallagen pro 'fonte gremii;' quo videtur intellexisse 'mammarum lac.' Sed an is fons gremii dici possit, dubito. Ill. Heinsius ibidem egit, *mei gremii nectareo fotu refeci*, pinnas lassas scil. a volando; unde sæpe Noster 'refota lassitudine,' de quo vide ad l. V. p. 98. Mart. Cap. l. I. p. 13. 'Uxoris fotibus repigratus.' *Refeci*, ut l. VI. p.

123. 'refectisque pinnis aliquanta quiete.' Non ausim tamen ego tam multa contra Mss. inmutare. Pal. *modo gr. nectari.* In Ed. Vet. *nectari in f. i.* Junt. post. *nectari f. infici.* In Guelf. sec. etiam *nectari.* Quæ nihil sunt. Nisi exciderit *guttis*, vel aliud quid, putem cum summo Vossio de Constr. cap. 30. construendum esse *infeci fontis*, ut Genitivus sit pro Ablativo, frequenter per Nostrum amatus, sive inplevi, dum sæpe jacebat meo gremio. *Idem.* *Meo gremio nectarei fontis*] Hypallage, qualis VI. 'Venus terrenis remediis inquisitionis abnuens.' *Pric.*

Foras sese proripit] Pal. *præripit* cum Guelf. sec. Ed. Floridi *prorupit:* quod unde habeat, nescio. Eorum autem est frequens confusio. Vulgata recte se habet. Lib. IV. p. 64. 'cursu me concito proripio.' pag. 79. 'concito se gradu proripiunt.' Lib. VI. p. 127. 'Meque quadrupedi cursu proripio.' Lib. VIII. p. 161. 'cursu furioso proripit se:' et passim. Vide Indicem, pluraque ad Cæs. l. I. B. Civ. c. 80. 'Subito se proripiunt.' *Se* etiam in Oxon. Dein *infesta stomachabiles Venera* Guelf. sec. *Oud.* *Sic effata, foras sese proripit infesta*] Iliad. XXII. Ὣς φαμένη, μεγάροιο διέσσυτο μαινάδι ἴση, Παλλομένη κραδίην. De Petro Nonnus in Joh. XX. 3. Ἔμπνοος οἰστρηθέντι ποδῶν διφήτορι ταρσῷ Ἄνθορεν ἐκ μεγάροιο. Achilles Tatius II. Ταῦθ' ἅμα λέγουσα, ἀνεπήδησεν ἔξω. *Pric.*

Et stomachata biles Venereas] Pal. caret τῷ *et.* In eodem et Par. *stomacha.* Pal. *Veneram.* Pith. *bilem Veneriam.* D'Orv. et Edd. Vett. *Venerias.* Intelligit biles, quales decebant Venerem, ut Deam, vel propriæ Veneri erant, ut vehementi, inpotentique feminini sexus Deæ. Nec temere quid innovandum opinor. F. *Venerea,* adscripsit G. Vossius: quod non capio. Ceterum hæc verba Pricæus collocavit post *effata.* Oud. *Stomachata biles Venereas*] 'Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant.' *Pric.*

Comitantur] Aliorum Codd. qui habent *continuantur,* accedunt Reg. Pith. Pal. Guelf. Oxon. Inc. uti confidenter reposui cum Mercero ad Nonium pag. 93. (ubi olim in Edd. et Ms. Voss. etiam active est *continuare*) deponentialiter. Nam licet *continuare* posset firmari ex notatis ad l. I. p. 17. deprehendi tamen, ubique in hoc verbo, Appuleii deliciis, plures et meliores Mss. præferre deponens, ut loco l. VI. p. 121. item l. XI. p. 242. in Imperativo: 'Continuare pompam.' Vide et lib. X. p. 234. Atque sic 'continuatus' pro 'continuo occurrens,' l. VII. p. 149. ex emendatione Merceri ibidem, N. Heins. ad Ovid. Met. l. XIV. vs. 239. Ac lib. XI. p. 255. 'Eum cubiculo suo commodum prodeuntem continuatus saluto.' *Oud.*

Vultu tumido] Pith. Fux. *timido.* Citra necessitatem Pricæus hic et l. IX. p. 191. 'Vultu turgido, subductisque superciliis iratus:' malebat *turbido.* Nam, uti illud in Mss. inventum nemo sanus damnaret, ita hoc æque bonum esse, et præ gravi ira vel vehementiore affectu commotos dici 'tumidos,' 'tumere,' et 'turgescere,' docent Comment. ad Liv. l. XXXIII. c. 11. Min. Fel. c. 14. Triller. Obs. l. I. c. 1. Bouhier. ad Petron. Carm. de B. Civ. 115. Et de vultu Ovid. Epist. VIII. 57. 'Ora mihi pariter cum mente tumescunt.' Sil. lib. II. 626. 'atros insibilat ore tumores.' *Idem.*

Quæsivere] D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Pal. Oxon. Ed. Beroaldi, *quæsiere.* Ac placet. Vide me ad Cæs. lib. I. B. G. cap. 32. Septim. de B. Tr. lib. II. cap. 52. 'Rex Patroclum quæsiit.' Lib. III. c. 2. 'Ad postremum quæsiit:' ubi al. *rogat, petit.* Frustra. *Id.* *Quæsivere cur truci supercilio tantam venustatem micantium oculorum coërceret*] 'Quæ causa indigna serenos Fœ-

daret vultus.' In Epistolis Philostrati: Ἄνθος ἐστὶ γυναικὸς ἡ τοῦ προσώπου γαλήνη· μὴ οὖν τραχεῖα γίνου, μηδὲ φοβερά· μηδὲ ἀποστεφάνου τὸ κάλλος, μηδὲ ἀφαιροῦ ῥόδων σεαυτήν, ἃ ταῖς καλαῖς ὑμῖν ἐν τοῖς ὄμμασι φύεται. Ibidem: Ἐχθές σε ὀργιζομένην κατέλαβον, καὶ ἔδοξα ἄλλην βλέπειν· τούτου δὲ αἴτιον ἡ τοῦ θυμοῦ ἔκστασις, ἀκριβῶς σοι συγχέουσα τὴν τοῦ προσώπου χάριν. Iterum: Οὐ πρέπει οὐδὲ ἡλίῳ τοῦ προσώπου νεφέλην προβάλλεσθαι. τίς ἡ κατήφεια αὕτη; τίς ἡ νύξ; τί τὸ στυγνὸν σκότος τοῦτο; μειδίασον, &c. ἄνθος ἡμῖν τὴν τῶν ὀμμάτων ἡμέραν. Aristænetus I. 17. Μὴ σκυθρώπαζε, καλή γε οὖσα, μηδὲ τὰς ὀφρῦς ἄναγε· εἰ γὰρ φοβερὰ γένοιο, ἧττον καλὴ ἔσῃ. 'Micantes oculi' heic, ut supra II. et III. libb. Præ *vultu tumido* mihi *vultu turbido* placeret. Pacuvius: 'Caperata fronte, vultu turbido.' Infra lib. IX. 'Dum Barbarus vultu turbido iratus incedit:' ad quem locum plura. Gellius XI. 7. 'vultum turbatum' dixit. *Pric.*

Venustatem micantium oculorum] Ex hoc loco Ammianus lib. XXV. de Juliano loquens: 'Venustate micantium oculorum flagrans:' et bene heic *venustatem:* supra lib. III. 'Frontem tuam assidua venustate lætabit.' *Idem.*

Isto modo pectori] D'Orv. Pal. Edd. Junt. post. Wow. Pric. *isti.* Sed *isto* ἀρχαϊκῶς videtur prætulisse Auctor. Lib. VI. p. 120. 'laborique isto succumbis.' L. VII. p. 150. 'isto asino demere.' L. XI. p. 249. 'Vultum, candido isto habitu congruentem.' Adde Voss. de Anal. l. IV. c. 6. et quæ supra disputavi l. III. p. 56. 'Nocti istæ.' *Oud.*

Perpetrare venitis] *Perpetrare* est in Edd. Ber. Bas. Colv. Vulc. Elm. Scriv. Flor. de quo Infinitivo post verbum *venio*, adi Burm. ad Val. Flacc. lib. VI. 646. 'Venistis saturare canes.' Virg. Æn. I. 528. 'populare penates Venimus.' Verum pessime hoc loco. Non enim intellexerunt interpretes mentem Auctoris, qui hoc verbum referunt ad Junonem et Cererem, in quibus etiam Pricæus, ideo legens *volentia*, sive grata mihi, ac Marklandus substituens *volentiam*, sive rem gratam, e Solino, ad Stat. lib. II. Silv. 3. 19. Dicit Appuleius: *Venitis opportune meo pectori perpetraturæ* (sic enim Mss. quoque D'Orv. Pith. Pal. Guelf. Oxon. et alii cum Edd. primis, Ald. Junt. utraque, Colin. Wow. Pric.) *violentiam.* Quod etiam margini adscripsit Salm. Neque opus est, ut cum Cl. Wasseo substituas *perpetraturo.* Elegans est dictio, *meo perpetraturæ violentiam pectori:* uti in illis, 'mea defunctæ ossa,' 'meum solius peccatum,' et innumera similia, de quibus adi Grammaticos, et Heins. ad Ovid. Epist. V. 45. 'nostros vidisti flentis ocellos.' Sueton. Vesp. c. 5. 'ipsos adcumbentis pedes.' Immo et Noster sic ait lib. IX. p. 187. 'tuos volentis amplexus.' Intelligit vero *violentiam,* qua præ nimio furore verberasset vel nimis castigasset filium, vel aliud quid violentius egisset, cujus forsan ipsam pœnituisset; nisi consilium opportune darent Juno Ceresque. *Idem.* *Opportune, inquit, ardenti prorsus isti meo pectori violentiam scilicet perpetraturæ venitis*] Lectionis istius, quæ impune per omnes editos discurrit, sensum ego nullum perspicio. si 'pectori violentiam perpetraturæ' (aut, ut in quibusdam est, *perpetrare*) 'veniebant,' quomodo 'opportune?' nemo qui malo dando venit, tempestive adest: ut omittam loquendi modum satis absonum, 'violentiam pectori perpetrare.' Tentabam sic mederi, *pectori volentia s. p. v.* 'Volentia,' grata, jucunda, vel, quæ placeant mihi: ita Sallustius apud Nonium (a quo tot locutiones desumit Noster) 'volentia plebi facturus:' et bene huic sensui subsequentia congruunt. At (inquies) quis sic usus 'perpetrandi' verbo? Noster supra hoc li-

bro: 'Quo protinus perpetrato,' &c. et Scriptor significantissimæ Latinitatis Aulus Gellius: qui 'pacificationem perpetrare' (id est, *facere*) VII. 11. dixit. Festus: 'Perpetrat, peragit, perficit,' &c. *Pric.*

Fact. latuerint] Vulgo, *factum latuerit*. Elmenh. Ita scilicet, vel *latuerint*, erat in Edd. Junt. pr. Ald. Colin. Colv. &c. etiam Pricæi. *Factum latuerunt* Edd. Bas. Sed *facta* est in Mss. O. et Edd. pp. Ber. et Junt. post. *fata* Oxon. a m. pr. *latuerunt* dant quoque Reg. Fux. Oxon. Pal. Edd. primæ, Ber. et Junt. post. quod præfero. Deas enim hoc scire, ipsa Dea merito sibi persuadebat, tantumque negotium cælestibus haud posse ignotum esse statuebat. *Oud. Nec enim vos, &c. famosa fabula, &c. latuerit*] Q. d. 'Omnibus in triviis vulgatur fabula passim.' *Pric. Domus meæ famosa fabula*] Plautus: 'Me miserum famosum facit flagitiis suis.' Gloss. 'Κακόφημος, famosus.' 'Κακοφημία, famositas:' et in alio: 'Famosus, ἄτιμος.' *Idem. Et non dicendi filii mei, &c.*] Ob mores depravatos. Glossarium: 'Ἄφατος, ὁ μὴ λεκτὸς, nefandus:' et, 'Ἄλεκτος, infimus, indicendus:' frustra ergo exquisitissimæ doctrinæ Vir P. Faber *dicenda* reponebat. Senex Terentianus: 'Ego te meum dici tantisper volo, Dum quod te dignum est facis.' Scriptor Maccabaicorum: Τοῦ ἀσεβοῦς, καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσονος. supra hoc ipso libro: 'Illas scelestas fœminas, quas tibi post internecinum odium, et calcata sanguinis fœdera, sorores appellare non licet.' *Idem.*

Tunc illæ gnaræ] Rom. *ignaræ*. Elmenh. Non tantum Ed. Rom. sed et Vic. Bas. Vulc. Wow. &c. immo et Mss. O. habent *ign.* Verum quum statim ipsæ, per Venerem nondum edoctæ, narrent tamen cuncta, Beroaldus jam emendavit *gnaræ*, sequentibus Aldo, Junt. Colin. Florido. At Pricæus conjecit, *non ignaræ*. In Cod. D'Orv. est *ignorare*. Quid si hic quoque legas *gnarures*? Auson. Epist. XXII. ad Paullinum vs. 18. 'Arator gnaruris.' Adi ad lib. I. p. 15. 'ignaruri relata.' *Oud. Tunc illæ, ignaræ quæ gesta sunt, &c.*] Infra lib. IX. 'Maritus ignarus rerum, &c. hospitium repetit:' loci tamen qui præ manibus sententiæ magis congruit *gnaræ*, vel *non ignaræ*: quod et video Beroaldum monuisse. Firmatur lectio talis ab his supra, 'Utcunque casus ejus non inscius,' &c. *Pric.*

Palpare Veneris iram, &c.] Lib. VIII. 'Verbis palpantibus stimulum doloris obtundere.' Onomast. vetus: 'Palpum, θωπεία.' *Idem.*

Quid tale Domina deliquit tuus filius, ut, &c.] Servius ad Æneid. X. 'Quæritur quid tantum iste commiserat, ut sic Æneas sæviret.' *Idem.*

Animo pervicaci] Fulviano accedunt Pith. et D'Orv. Sed vide Pricæum, et me ad Front. lib. II. 3. 17. 'quorum pervicacia fidebat.' Lib. VIII. p. 157. 'Instantia pervicaci.' Immo et in M. P. ut hic lib. VII. pag. 149. 'Fortuna meis casibus pervicax.' De Deo Socr. p. 670. 'Pervicaci audacia, pertinaci spe.' Nec secus alii. Ter. in Hec. IV. 1. 17. 'pervicaci animo.' 32. 'Adeone me pervicacem censes?' Liv. lib. IX. 34. 'Pervicacia tua et superbia coëgit me loqui:' ubi vide Drakenb. *Oud. Animo pervicaci*] Ita melius quam *pertinaci*. In veteri Tragœdia; 'Sed pervico Ajax animo et indomabili.' *Pric.*

Quod autem, oramus, isti crimen] *Que* in D'Orv. *Oramus* præbent Flor. Reg. Bert. Fux. et Edd. Vett. cum Elm. et Flor. ut *oramus* non significet veras preces, Deabus haud convenientes; sed formula sit vehementer rogantium, ut passim: 'Quid, quæso, fecit, quid, oro, peccavit:' mutarintque librarii in *damus* ob sequentem casum *isti*: unde *istius* et *istic* aliorum natum. Ultimum con-

jecit quoque Meursius Crit. Arnob. VI. 4. Verum Dativus ille pro Genitivo est. Nam sensus: Quod illi est crimen, seu quod crimen habet, quid peccavit? Quare non temere cum reliquis istud *damus*, agnitum quoque a Guelf. sec. D'Orv. Fux. Oxon. Inc. admiserim, licet etiam lib. VIII. p. 156. occurrat: 'culpam manus mentiens, bestiæ dabat.' Alioquin non solet dici 'dare crimen, vitium alicui,' sed *crimini, vitio*. Consule Drak. ad Liv. lib. VII. c. 4. 'Criminique ei tribunus inter cetera dabat.' *Oud.* *Quod autem damus illi crimen, si puellæ lepidæ libenter arrisit*] Martialis: 'Quod, (rogo,) quod scelus est mollem spectare ministrum?' Apud Quintilianum Declam. CCLX. 'Quid est igitur? amavit ille meretricem, et intra concessos adolescentiæ lusus (licet aliud parentibus videatur) Natura tamen datos, forsitan minus tenuerit cupiditatum frænos? &c. Et quomodo crimen istud hoc tempore est?' 'Puellæ lepidæ' heic, ut VI. de Eadem: 'Amoris uxori, puellæ lepidæ periclitanti,' &c. 'Alicui crimen dare,' ut infra lib. VII. 'Culpam manus suæ mentiens bestiæ dabat.' *Pric.*

Eum masculum et juvenem esse] *Ipsum ju.* Fux. Negligenter Elmenhorstius collatione sua usus est, vel præ festinatione in scribendo aberravit, alteram pro altera voce scribens. Non enim *juvenem* deest Florent. Cod. sed *esse*, bene ab ipso hinc et Scriv. uncis inclusum. Nihilominus hinc deceptus Pricæus, et quod sequuntur, *jam quot sit annorum oblita es*, itidem *et juvenem* deleri voluit. At recte advertit Floridus, non 'seni' obponi juvenem, sed 'puero:' unde subjungitur: 'An puer tibi semper videtur?' Maxime conducit ad amores excusandos, quod sit juvenis. Nam licet masculus foret, at senex jam, et Japeto antiquior, in illo 'turpe fuisset Amor:' ac 'turpe senex miles,' ut canit Ovidius. Dein *jam* abest a Fux. *Oud.* *An ignoras eum masculum et juvenem esse*] Apud Terentium ille: 'Male judicas: Non est flagitium mihi crede adolescentulum Scortari.' Alius apud Plautum: 'Meo filio non sum iratus: Neque te tuo est æquum esse iratum: si amant, sapienter faciunt.' In Senecæ Controversiis II. 4. 'Amat meretricem? solet fieri, adolescens est.' *Pric.*

Vel certe jam quot sit annorum oblita es] Lucianus de puero isto: Ἀρχαιότερος τοῦ Ἰαπετοῦ. ergo optime in præcedentibus *et juvenem*. Florentinus nescit. *Idem.*

An, quod ætatem portat bellule, puer tibi semper videtur] Jupiter ad Eundem eodem Luciani loco: Διότι μὴ πώγωνα μηδὲ πολιὰς ἔφυσας, διὰ ταῦτα καὶ βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι. *Idem.*

Filii tui lusus semper explorabis curiose] 'Indulge veniam puero.' *Idem.*

Amores revinces] Sive condemnabis, ut haud male exponunt Interpretes. Ut passim 'revincere crimen,' et aliquoties apud Nostrum. Notabilis tamen est lectio Cod. D'Orv. *remetes*, sive resecabis quasi et inhibebis luxuriantes ejus amores. Fateor quidem *remetere* nusquam nunc legi: sed plura sunt ἅπαξ νῦν λεγόμενα in Appuleio; et amat præpositionem *re* verbis jungere Auctor, pro *de*, *&c.* Oud.

Tuas artes in f. filio reprehendes] Cic. Orat. V. in Verrem: 'Omnia quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. Etenim non modo accusator, sed ne objurgator quidem ferendus is est, qui quod in alio vitium reprehendit, in eo ipse reprehenditur.' Ambrosius Epist. LXVII. 'se magis ipse condemnat, qui in alio damnat, quod ipse committit.' Bernhardus ad Guilhel. Abbatem fol. 991. 'Humanitatis est, in quo sibi quisque indulget, aliis non vehementer irasci.' *Elmenh.* *Et tuas*

artes, &c. in f. filio reprehendes] Maximian. 'Quis suam in alterius condemnet crimine vitam?' Vide quæ in hanc mentem ad Rom. 2. 2. vir maximus H. Grotius. *Pric.*

Passim cupidines populis disseminantem] Zeno Veronensis de Impudicitia loquens: 'Discurrit, &c. per populos.' *Idem.*

PAG. 110 *P. præcludas officinam*] Non cepit hunc locum Pricæus putans, ex præcedentibus liquere, hic oportere scribi *recludas*. Sensus est: Si præcludas tuæ domui officinam muliebris consuetudinis, et furti earum, quæ ceteris, et omnibus passim populis est publica. *Oud.* *Et vitiorum muliebrium publicam præcludas officinam*] Hæc est communis lectio, sed ineptissima: scribe, *recludas officinam:* expende præcedentia. *Pric.*

Patrocinio gratioso] *Glorioso* non est nisi in Fux. et Ed. Ald. *generoso* vidi in nullo. Nec *gratioso* junxerim τῷ *Cupidini*, vulgari significatione pro eo, qui facile gratiam et favorem adquirit, passive; sed active *patrocinio gratioso*, sive officioso, ut interpretatur Floridus, seu ambitioso, quo gratiam et favorem Cupidinis, licet absentis, mereri nitebantur. Est enim, ut ait Gellius lib. IX. c. 12. 'Gratiosus et qui adhibet gratias, et qui admittit.' Sic Cic. lib. II. ad Fam. 6. 'Suffragatio gratiosa.' *Oud.* *Sic illæ, metu sagittarum, patrocinio gratioso Cupidini, &c. blandiebantur*] Supra heic: 'Sed mitis fluvius, in honorem Dei scilicet, qui et ipsas aquas urere consuevit, metuens sibi, confestim eam innoxio volumine super ripam, &c. exposuit.' *Pric.*

Præversis illis] Neque hunc locum ceperunt interpretes, quorum Beroaldus exponit 'posthabitis et quasi relictis,' vel, ut cum Bas. edidit, *perversis* seu abeuntibus alio itinere, immo Stewechius conjecit eo sensu fere *reversis*. In Gnelf. sec. *prævessis*. In Oxon. est *prævexis;* unde conjicere quis posset *prævectis*, sive prætervectis illis et ita post tergum relictis, de quo vide ad Sueton. Cæs. c. 37. Sed idem significat *præversis*, *haar voorby gegaan hebbende*. Ut in illo Virgilii lib. I. Æn. 317. 'volucrique fuga prævertitur Eurum.' XII. 345. 'equo prævertere ventos:' et alibi. Plura de hoc verbo dicemus infra. *Oud.* *Perversis illis*] Junone et Cerere jam conversis in aliud iter, atque abeuntibus. Vel expone 'perversis,' posthabitis, et quasi relictis Deabus, Venus ad undas, unde orta est, flexit iter, mariaque sulcavit. *Beroald.* *Venus indignata ridicule tractari suas injurias, &c. concito gradu pelago viam capessit*] 'Multa gemens, et se pelago Dea condidit alto.' 'Vertit se, et indignans abiit:' ut IV. Reg. 5. 13. Naämanus. Ælianus Var. XII. 57. de Menecrate: Ἐξαναστὰς ἀπιὼν ᾤχετο, καὶ ἔλεγεν ὑβρίσθαι. 'ridicule tractari,' &c. est, 'ridiculos in suas injurias jocos construi,' ut infra lib. VIII. locutus: sic alibi eodem libro, 'ridicule laudare.' *Pric.* *Pelago viam capessit*] Lib. IX. 'Retro qua veneramus, viam capessit.' *Idem.*

METAMORPH. LIB. VI.

Post anxiam disquisitionem, post Cereris suasionem, post Junonis refragationem, Psyche ultronea Veneri sese offert. Veneris ascensus in cœlum et numinum imploratio describitur, ejusque in Psychen jussa imperiosissima memorantur: ut scilicet acervum omnifariæ frugis granis sejugatis disponeret: ut floccum velleris pretiosi quæsitum afferret, ut liquorem Stygium urnula deferret, ut Proserpinæ pyxidem formositate repletam referret: quibus omnibus divino adminiculo confectis, nubit Psyche in concilio Deorum Cupidini suo, celebranturque in cœlo nuptiæ, ex quo matrimonio nascitur Voluptas. *Beroald.*

Mariti vestigationibus] Alii, *investig.* Elmenh. Præpositionem scil. addunt Palat. et Guelf. sec. Sed cum optimis quibusque amavit Auctor simplex *vestigare*, ejusque derivata. Ita 'vestigare' lib. VII. p. 135. ubi frustra τὸ *in* inculcare conatur Stewechius. Lib. X. p. 220. 'damni vestigabant reum.' De Deo Socratis init. ac sæpissime lib. VIII. p. 154. 'prospectu vestigatorum:' ubi vide Pricæum, et Glossas. Aliquoties hic illic librarii istud *in* intruserunt. Adi Comm. ad Liv. lib. XXXIX. c. 51. 'Quod vestigari volunt.' Sæpe in Plinio, et sic antiquissimus Ms. Leid. lib. II. cap. 66. 'nec argumentis hoc vestigandum.' Boëth. lib. III. de Phil. Prosa IX. 'Beatitudo nullo modo investiganda.' In antiq. Ms. Leid. *vestiganda.* Et sic Edd. Vett. Cic. lib. I. de Off. c. 6. 'Artes in veri vestigatione versantur.' Sed *investig.* Mss. plures, et c. 9. *Oud.* *Mariti vestigationibus inquieta*] Virgilius: 'Vestigatque virum.' Servius: 'Inquirit: translatio a canibus.' *Pric.*

Animo tanto cupidior] F. *nimio tanto* Brant. Ita certe Noster sæpius loquitur, ut in Apol. 'multo tanto vanius.' Lib. VII. Met. p. 142. 'multo tanto pluribus.' Lib. X. p. 225. 'multo tanto inpensius.' Flor. N. 18. 'multo tanto præstat.' Sic 'nimium quantum' Terent. Phorm. IV. 3. 38. Verum nihil hic variant Mss. et Appuleius *animo* videtur expresse addidisse, ut opponatur τῷ *inquieta* corpore. Vide etiam ad pag. 125. 'Animo promtiores.' Quidam jungunt *inquieta animo.* Oud.

Cupidior, et ir. l. si non u. b. l. certe s. p. propitiare] Copula *et* hoc loco plane παρέλκει. Nec enim sequitur Adjectivum, quo jungatur τῷ *cupidior*, ut *parata*, vel simile. Quare vel explicari debet *et licet* pro *etiamsi*, vel transponi ante *animo;* vel potius deleri auctoritate Mss. Oxon. Pith. Palat. D'Orv. et Ed. Junt. post. Pro *iratus* est in Guelf. *irā tamen.* Minus bene Meursius, ut constructionem inveniret lib. IV. Exerc. Crit. cap. 17, legebat *certa.* Verum *certe* in ἐπανορθώσει passim adhibet Auctor. Vide ad lib. III. p. 49. 'Et certe lætitia delibuti.' p. 55. 'Certe eam reformatam videam.' Lib. hoc pag. 130. 'Certe utcumque mors ei erat destinata.' Ac sic præcedentibus τοῖς *si non.* Lib. V. p. 96. 'Et si id tolerare non poteris, &c. certe de marito nil audias.' Lib. IX. p. 197. 'Vel si id nequiverit, certe Larva vel numine inmisso violari spiritum.' De Deo Socratis pag. 686. 'Si non apud omnes, &c. at certe penes cunctos,' &c. Accedit lib. X. pag. 131. 'minus qui-

dem quam merebatur, sed quod dignus cruciatus excogitari non poterat, certe bestiis laniandam objecit.' Pro *si non* in Palat. Fux. Pith. *sine*. Idem.

Uxoris blanditiis] Lego, *uxoriis*. Elmenh. Sic jam Beroaldus in notis, et Meursius d. l. item Barth. lib. VI. Advers. c. 18. Piccart. Peric. Crit. cap. 9. etiam emendarunt, ut bene cum Elmenh. edidere Scriv. et Flor. Ita 'dos, res uxoria,' &c. apud Nostrum, et alios. Passim casus *iis* et *ium* abiere in Genitivum substantivorum, ut 'regiis' in 'regia,' 'gladiatorium' in 'gladiatorum,' et similia. Sæpe hoc post alios monui hic et in Suetonio. *Oud.* *Uxoriis blanditiis lenire*] Seneca Octav. 'Tu modo blando vince obsequio Pacata virum.' Interpres vetus Judic. XIV. 15. 'Blandire viro tuo.' Vide et ibidem XIX. 3. Supra hic lib. V. in eodem argumento: 'Adolescentulum delicatum blandis obsequiis promerere.' Bene et *lenire*: sic, 'fœminea lenitate ad veritatis humanitatisque viam maritum reducere,' lib. XIV. Ammian. Marcellinus: cui simile φιλανδρίᾳ σώφρονι (βιαστικῷ καὶ δικαίῳ φαρμάκῳ) τὸν γήμαντα ἐπάγεσθαι. Pædag. III. 11. apud Clementem Alexandrinum. *Pric.*

Certe servilibus precibus, &c.] Id est, *saltem s. p.* cupida uxoriis blanditiis maritum lenire, saltem servilibus p. p. Meursius *certa*, minus recte reponebat. *Idem.*

Prospecto Templo] Cereris nempe. Æn. II. 'Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum Desertæ Cereris.' *Idem.*

Unde autem scio? &c.] Supra lib. I. 'Unde autem (inquit) scio an?' &c. Infra lib. IX. 'Unde autem tu stultule asine, &c. scire potuisti?' &c. et X. 'Unde enim scio an?' &c. Quintilianus Declam. CCCXXI. 'Et unde scio an exhausta potione statim concidat?' Arnobius lib. VI. 'Et unde novissime scitis an simulachra hæc?' &c. Seneca Epist. XVII. 'Unde enim scis an jam nimis habes?' Ita et Latinus Interpres I. Cor. 7. 16. et Augustinus Confessionum X. 18. et 37. *Idem.*

Gressum, quem defectum ass. laboribus spes incitabat, &c.] Ut hæc lectio defendi possit, præfero tamen scripturam Cod. D'Orv. *qua*. Dirigit gressum scilicet *eo, qua, &c.* Virgil. Æn. I. 405. 'Qua te via ducit, dirige gressum.' Adi me ad Cæs. lib. II. c. 8. 'Ut si qua opus esset, subsidio duci possent.' Arnob. lib. V. p. 176. 'qua iret ac pergeret, inscitia itineris nesciebat:' immo supra lib. III. pag. 55. 'qua nidor ducebat exuviarum, veniunt.' Posset etiam reponi *defectam*. Nam frustra Pricæus, quia pag. 112. sequitur, 'in tantis exantlatis laboribus defessam,' hic quoque *defessum*, vel illic *defectam* scribendum opinabatur. Uti utrumque recte dicitur, sic elegantius variaverit orationem Appuleius. 'Defectus' enim de fatigato sæpissime ponitur. Vide ad lib. IV. p. 102. 'lassa salute, defecta.' Quinctil. Decl. XIII. cap. 2. 'defectaque labore senectus:' atque illic Burmann. cui concinunt Schedæ Bibl. ineditæ. Sic et lib. IX. p. 184. 'jamque maxima diei parte tr. defectum alioquin me, nexu machinæ liberatum,' &c. pessime Wow. substituit *defessum*. Contra p. 112. et lib. VII. pag. 145. 'defesso mihi ferebat auxilium.' Pricæus maluit *defecto*. In talibus standum est a Msstis. *Oud.* *Dirigit citatum gradum*] Lib. IX. 'Rapidum dirigit gressum:' et VII. 'Dirigit gressum ad suam patriam.' *Pric.* *Quem defectum prorsus assiduis laboribus spes incitabat et votum*] Hieronymus in vita Pauli de Antonio: 'Neque vero gressus sequebantur animum, sed quamvis corpus inane jejuniis seniles etiam anni fregerant, tamen animo vincebat ætatem.' Symeon Metaphrastes de Joanne Euangelista: Ἐπιβὰς (ἵππου) ἤλαυνεν ὅλαις ἡνίαις, τὸ τοῦ ἵππου τάχος πρὸς τὴν αὐτοῦ σπουδὴν ἧττον εἶναι οἰόμενος. Pro

defectum assiduis laboribus, malim *defessum* scribi: infra heic: 'In tantis exantlatis laboribus defessam:' nisi ex isto ille locus corrigendus. *Idem.*

Pulvinaribus sese proximam intulit] Forte, *proximans.* Elmenh. Uti pag. 112. 'sacratis foribus proximat.' Plura vide de hoc verbo ad fin. lib. II. 'januam proximamus.' Hic tamen nihil mutandum censeo. 'Intulit se proximam' significat proxime accessit. Sic lib. VIII. p. 171. 'Præsepio me proximum deligant.' Ita enim est in Mss. et Edd. Vett. Vulgo nunc *proximo*, quod est Wow. *Oud.*

Spicas, &c. flexibiles in corona] *Flexibiles* habent Mss. plerique, et Edd. usque ad Elmenh. præter Junt. post. quæ jam expressit id, quod in Flor. Oxon. Fulv. Codd. habetur, ut et Par. Inc. *flexiles*: quod et mihi præplacet; licet *flexibilis* etiam apud Cic. Ovid. et alios inveniatur. Nulla vero caussa est, cur a Mss. recedentes legamus *plexiles* vel *plectiles* cum Pricæo, nec non Heinsio ad Ovid. Met. lib. XIII. 894. 'Incinctus juvenis flexis nova cornua cannis:' de quo et adi Comm. ad Gell. lib. XVIII. cap. 2. 'coronam e lauro plexam:' et Harduin. ad Plin. lib. XXI. c. 3. *Flexilis* enim satis habet, quo se tueatur. 'Flexile cornu' Ovidio. Val. Flacc. v. 589. 'multa spirat coma flexilis aura.' Auson. Cent. ex Æn. v. 'Flexilis obtorti per collum circulus auri.' Immo in quatuor vetustissimis Solini libris cap. 52. p. 56. inveni *flexilitate* pro *flexibilitate.* Sed 'flexibiles libros' ait p. 57. Sic et 'nexilis' lib. V. p. 99. &c. Vide et ad lib. VIII. p. 168. Vox *spicas* deest Palat. *Idem.*
Flexiles in corona] Ita excudi debuit, ut et in Oxon. legitur, non *flexibiles*: at fortasse non *flexibiles* sed *plectiles* scribendum: sic 'plectilem corollam' Plautus Bacchid. dixit. Onomasticon vetus: 'Plectilis, πλεκτός.' *Pric.*

Et operæ messoriæ modus omnis] Tot codicibus optimis accedunt Oxon. et Guelf. cum Ed. Junt. post. ut edidere Wow. Elm. Scriv. Pric. Flor. et sine dubio voluit Vulcan. Ed. sec. in qua vitiose *munus omnis.* Ac frustra huic voci refragatur Gruter. lib. VI. Susp. c. 3. *modus* retinens pro copia, ut passim occurrit. Verum quid erit hic 'operæ messoriæ copia?' Non enim 'opera' significat instrumenta; recte igitur *mundus operæ*, sive instrumenta, quæcumque pertinent ad messorum opus et actiones. Immo Gudius ad Phædr. lib. IV. f. 4. putat Auctorem imitatum esse Plautum e Mercatore, ut legit I. 1. 65. 'multo opere in mundo rustico se exercitum.' Sed malim ibi cum aliis jungere *opere inmundo.* Ut hic vero, ita et supra lib. IV. p. 81. 'mundo nuptiali ornabat,' corruptum fuit in *modo*: ubi vide; item Sanctium in Min. lib. IV. c. 15. Pro *et* vitiose in Ms. D'Orv. est *in.* Abest a Guelf. m. pr. *Oud.* *Et operæ messoriæ mundis omnis: sed cuncta passim jacentia, et incuria confusa*] 'Dispersa jacebant Sarculaque, rastrique, graves, longique ligones.' Scholiastes ad Nubes Aristophanis: Ὁ αὐτῶν (ἀγροίκων) οἶκος πυρῶν καὶ δερμάτων μεστὸς ὤν, οὐδεμίαν ἔχει, &c. εὐθεσίαν, ἀλλ' ἄλλο ἀλλαχῆ κεῖται, ὡς ἔτυχε. *Pric.*

Æstu, laborantium manibus projecta] Virgilius: 'Rapido fessis messoribus æstu.' Claudianus: 'Et cum se rapido forsan projecerit æstu.' *Idem.*

PAG. 111 *Ruta scilicet nullius Dei fana et cerimonias negligere se debere*] Propertius: 'Nullas illa suis contemnet fletibus aras.' Iolaus apud Euripidem: Ποῖ τρεψόμεσθα; τίς γὰρ ἄστεπτος θεῶν; Ποῖον δὲ γαίας ἕρκος οὐκ ἀφίγμεθα. *Idem.*

Ain] Elegantius est *Ah*, tanquam dolenter hoc pronunciet Ceres. *Ber.*

Tuum vestigium, &c. requirit] Plaut. Cistell. 'Vestigium heic requiro, Qua aufugit quædam nescio quo mihi.' *Pric.*

Teque ad extremum supplicium expetit] Catullus: 'Supplicium acævis exposcens anxia factis.' *Idem.*

Ex totis, &c. viribus, &c.] Ita sæpe Appuleius: vide quæ olim ad Apolog. pag. 156. [514. Ed. Flor.] notata. *Idem.*

Ultionem flagitat] Malim ex Bertin. *fatigat.* Sciopp. in Symb. et Susp. Lect. lib. IV. Ep. 14. Pro deposcit ex Virgil. 'Martemque fatigat.' Sed aliud est 'fatigare Deos,' quod sæpissime de precibus occurrit. Aliud 'fatigare aliquid.' Sed 'flagitare ultionem' est omni conatu petere, exigere. Val. Flacc. II. 363. 'Tunc flagitat iras In populos Astræa Jovem.' Sil. Ital. II. 41. 'Promissa piacula turmas Flagitat.' Ac passim. Corrig. est Mart. Capella lib. I. p. 23. ut est in Mss. quinque Bib. Leid. 'Et robur thalamos flagitat additum.' Vulgo, *thalamo.* Oud.

Pedes ejus advoluta] D'Orv. *pedibus;* ut solent alii scriptores. Sed Appuleium amare casum præpositionis ipsum in talibus exprimere, sæpius vidimus. Adi modo ad lib. I. p. 16. 'Adsidebat pedes uxor.' In Apol. 'ante pedes nostros advolutus.' *Idem.*

Uberi fletu rigans] Ovid. lib. II. Metam. 'ter fletibus ora rigavit.' Valer. Flaccus lib. IV. 'genas lachrymis rigat.' Seneca Troade vs. 409. 'Effuso genas fletu rigatis.' *Elmenh.* Lucan. lib. IV. 180. 'Arma rigant lacrimis, singultibus oscula rumpunt.' Infra lib. X. p. 214. 'Ora sua recentibus adhuc rigans lacrimis.' Sed hinc tamen non licet vultum lacrimis madentem vocare 'vultum riguum' vel 'irriguum,' ut censet Triller. lib. I. Obs. c. 20. Vox ea convenit pratis, hortis, pascuis lætis, ac præ humore fertilibus. Ceterum in Flor. pr. est *ubera.* Sed eo situ, quo hic jacebat Psyche, nec sua nec Deæ ubera poterat fletu rigare. In Oxon. *ubere.* Non male; sed *i* in Ablativo usus est quoque in Apol. p. 540. Ed. Flor. 'in solo uberi.' *Fletu* exsulat a Fux. *Idem.* *Uberi fletu rigans Deæ vestigia*] Arnobius: 'Spirantia hæc signa quorum plantas et genua contingitis.' *Pric.*

Humumque verrens crinibus] Hoc faciebant in magnis calamitatibus, ut dixi ad Arnobium. *Elmenh.* Et cui non dictus Hylas? Adi Comm. ad Liv. lib. III. c. 7. 'stratæ passim matres, crinibus templa verrentes.' Ad Silium Ital. lib. VI. 560. 'Ast aliæ, laceris canentes crinibus, alta Verrunt tecta Deum.' *Oud.* *Humumque verrens crinibus suis*] Claudianus: 'Numinibus votisque vacas, et supplice crine Verris humum.' Arnobius I. 'Cum Deorum ante ora prostrati, limina ipsa osculis everrerent.' *Pric.*

Rogo te frugiferam t. dextram i. deprecor] Ex corrupta Ed. Vet. scriptura *rego* Basileenses Ed. utraque refinxerant *rogo;* ac Stewech. putans *per ego* esse marginalem glossam, conjecit, *per te, per fr.* ad finem lib. IV. Sed verissime Mss. et Ed. Vicent. ac Beroald. cum seqq. exhibent *per ego te fr.* solita in precum initio trajectione: ut late vidimus illo loco pag. 84. Ed. Pric. 'Per ego te fœdera deprecor.' Sic mallem quoque lib. IX. p. 193. 'Juro per ego istam sanctam Cererem.' Dein Pal. et Oxon. a m. pr. *dexteram tuam.* In ceteris etiam, et Edd. Vett. ac Scriv. *dexteram,* ut edidi. In Fux. est, *per ego fr. t. dexteram deprecor.* Oud. *Rego*] Lege, *Per ego,* precatur enim Psyche Cererem Deam, per frugiferam dextram, et cætera omnia ad numen Cereris pertinentia. *Beroald.*

Per tacita sacra cistarum] Non Bacchi tantum et aliorum, [vid. VV. LL.] sed et Cereris, de qua hic agitur, mysteria cistis inclusa. Adi Arnob. lib. V. pag. 175. in sacris Eleusiniis, 'jejunavi atque ebibi cyceonem, ex cista sumsi, et in calathum misi,' &c. item Pamelium de Nummis Cisto-

phoris § 3. Sed hæc nihil faciunt ad stabiliendam vocem *secreta*, quæ posset videri satis inclusa esse voci *tacita*, ut Val. Flacc. II. 277. 'plenas tacita formidine cistas.' Et certe *sacra* defendunt tum Ms. Regius, tum Ovidius de Cereris sacris lib. x. Met. 436. 'arcanaque sacra frequentant.' Epist. II. 42. 'Et per tædiferæ mystica sacra Deæ.' Horat. lib. II. O. 2. 26. 'Cereris sacrum arcanæ.' Tibull. de Baccho lib. I. 8. 48. 'Et levis occultis conscia cista sacris.' Atque ita citat Ez. Spanhem. ad Callim. pag. 658. nec *sacra* mutat Wass. Sed tamen Mss. ceteri omnes, uti et Edd. ante Bas. habent *secreta*, ac convenientius Appuleiano stylo. Vide ad lib. III. pag. 53. 'Arcana domus secreta.' Lib. IV. init. 'Opaca secreta.' Lib. VIII. p. 158. 'Tacita pectoris sui secreta.' Lib. x. p. 227. 'Tacitum secretum aperuit.' Confer quæ dixi etiam ad Cæs. lib. I. B. G. 31. 'In occulto secreto.' *Oud.* *Per tacita sacra cistarum*] Melius in Fuxensi et aliis, *secreta:* sic 'tacitum' (i. *tacendum*) 'secretum' infra lib. x. *Pric.*

Et per fam. tuorum draconum, &c.] Ovid. v. Metamorph. vs. 642. *Elmenh.*

Demeacula, &c: remeacula] Lib. x. 'Candidum quod cœlo demeat, cœrulum quod mari remeat.' Onomast. vetus: 'Demeaculum, κατωπορεία.' *Pric.*

Eleusis Atticæ sacrarium] Reg. *Eleus hiis.* Pal. Guelf. Oxon. Par. Fux. *Eleus in his*, vel *hiis*. Sed vere Bertin. Pith. D'Orvill. Edd. Vulc. Wow. Elm. Scriv. Pric. *Eleusinis* in Genitivo, quod nescio cur spreverit Floridus, recoquens *Eleusis*. Alterum *Eleusin* est passim apud Poëtas. Consule omnino Heinsium et Burm. ad Ovidii Epist. IV. 67. 'inita est Cerealis Eleusin:' item Serv. ad Virg. Georg. I. 162. Vox autem *sacrarium* deest Guelf. immo illa et seq. *miserandæ* requiruntur in Reg. Fux. Pal. Oxon. Par. Unde fuit cum conjicerem, *Eleusin, rus Atticæ*. Sed dictis acquiesco. *Secrarum* Pith. *Oud.*

Miserandæ Psyches animæ, &c. subsiste] 'Miserere laborum Tantorum, miserere animæ non digna ferentis.' *Pric.*

Inter istam spicarum congeriem patere, &c. delitescam] Plutarchus in Amator. narrat. Ἀπέκρυψαν αὐτὴν οἱ γεωργοὶ ἐν τῷ σίτῳ, καὶ οὕτω παρῆξαν μὲν οἱ διώκοντες. *Idem.*

Ira spatio temporis mitigetur] Abest *ira* a Palat. *inspiratio* inepte in utraque Ed. Junt. Quia vero sæpe absolute *spatio* dicitur, hinc quoque Pricæus in Add. et ad lib. IX. pag. 534. 'quoad spatio fervens mariti animus sedaretur,' ejici voluit τὸ *temporis*. Quare miror, eum lib. IX. pag. 522. pro *spatio* aliquando prætulisse *diei spatio*. Sed de illo loco in Add. mutavit sententiam. Mss. in his rursus sunt sequendi. Isti vero hic servant omnes *temporis;* ac 'spatium temporis' sæpe jungitur. Cic. pro Arch. cap. I. 'Spatium præteriti temporis.' Veget. lib. II. cap. 18. 'Intra breve temporis spatium.' Immo Noster lib. VII. pag. 136. 'Opes exiguo temporis amisi spatio.' pag. 138. 'Brevi temporis spatio.' Adposite Liv. lib. VIII. c. 32. 'Ut iræ suæ spatium, et consilio tempus daretur:' ubi similia vide in Clar. Drakenb. nota. *Oud.* *Quoad tantæ Deæ sæviens ira spatio temporis mitigetur*] Τὸ *temporis* exturbandum dixerim e loco nullo jure occupato. Seneca III. 39. de Ira: 'Primam iram non audebimus oratione mulcere, &c. dabimus illi spatium,' &c. Claudianus: 'Spatio debilitatur amor.' Infra hic lib. IX. 'Nec saltem spatio, &c. pecuniæ cupido leniebatur:' et ibidem: 'Quoad spatio fervens mariti sedaretur animus:' ad quem locum notam vide. *Pric.*

Vel certe meæ vires] Male hic quoque, ut alibi, ubi hæ voces *vel certe* sic junctæ occurrunt, Elmenhorst. et Scriver. τὸ *vel* uncis inclusere. Vide

lib. III. p. 52. 'vel certe adversus.' Lib. v. pag. 89. 'Deus vel certe semideus.' Lib. VIII. pag. 164. 'lupi strepitu, vel certe n. luce deterriti:' pag. 173. 'Fatigati, vel certe suo laniatu satiati:' et alibi. Sueton. Tib. cap. 25. 'successionem, vel certe societatem.' Veget. Prol. lib. III. 'Virtute sola, vel certe felicitate.' De *τοῖς et certe* vidimus ad lib. III. pag. 49. Alibi *vel immo.* Tum *meæ res* est in Palat. Guelferb. et Oxon. a m. pr. *Oud.*

Cum qua etiam antiquum fœdus amicitiæ colo] Lib. IV. 'Qui jus amicitiæ summum cum illo Demochare colebat.' Oxon. *auctum fœdus:* haud bene. Servius ad Æneid. XI. 'Firmiores sunt antiquiores amicitiæ.' *Pric.*

Malam gr. subire nequeo] Sive animum inducere non possum, ut malam gratiam ineam a cognata mea, et bona præterea femina. In Reg. Fux. est *nequeo subire.* Si *neque* scriberetur statim post *sed*, subintelligi posset ex præcedenti *cupio.* Gruterus in Suspic. lib. x. sive lib. I. ineditarum in Biblioth. Remonstrantium Amst. cap. 3. suspicatus est, substitui posse, *s. metuo.* Haud inepte. Nec vere tamen. Vide Misc. Nov. Lips. v. III. p. 3. pag. 487. *Oud.* *Bonæ præterea fœminæ malam gratiam subire nequeo*] 'Bona fœmina,' ut apud Ciceronem Philipp. III. 'Tuæ uxoris, bonæ fœminæ,' &c. et Ennium: 'Tarquinl corpus bona fœmina lavit et unxit.' 'Mala gratia,' ut apud Catonem: 'Utrubi bona, utrubi mala gratia capiatur,' &c. et Senecam Controvers. I. 5. 'Volo tibi malam gratiam cum sponso tuo facere.' *Pric.*

Discede itaque istis ædibus] Oxon. D. *istis pedibus:* supra: 'Psyche pedes ejus advoluta,' &c. *Istis δεικτικῶς* dixit. *Idem.*

PAG. 112 *Optimi consule*] Lib. VIII. 'Boni, &c. et optimi consules,' &c. *Idem.* *Optimi consule*]. Accipe judicaque in bonam partem: proverbialis locutio. Quintilianus in primo: 'fit enim consul a consulendo, vel a judicando: nam et hoc consulere Veteres vocaverunt: unde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas, id est, bonum judices:' in carmine obscœno: 'Consule poma boni:' apud Columellam, 'Ut boni consultat.' *Beroald.*

Inter subsitæ convallis sublucidum lucum] Multum luci olim Diis Deabusque sacri erant. Plautus Aulularia: 'Vide fides etiam atque etiam, nunc salvam ut aulam abs te auferam. Tuæ fidei concredidi aurum. In tuo luco et fano modo est situm.' Seneca Epistola XLI. 'Si tibi occurrat vetustis arboribus, et solitam altitudinem egressis frequens lucus, et conspectum cæli densitate ramorum aliorum alios protegentium submovens; illa proceritas silvæ, et secretum loci, et admiratio umbræ in aperto tam densæ atque continuæ fidem tibi numinis facit.' Plinius laudatione Trajani: 'Atque inter hæc pia mente adire lucos, et occursare numinibus.' Dixi multum: quia non omnes sacri, sed illi duntaxat, qui non cædebantur. Ad quod discrimen Festus: 'Conlucare dicebant, cum profanæ silvæ rami deciderentur officientes lumini.' Quod et Seneca indicat, cum ait, 'vetustis arboribus frequens,' &c. Ovidius lib. VIII. Metamorph. 'Ille etiam Cereale nemus violasse securi Dicitur, et lucos ferro temerasse vetustos.' *Colv.* Errat Colvius scribens, *lucos* non semper Deo sacros fuisse. Immo vero *lucus* numquam dicitur de profana silva vel nemore. Neque enim quævis silva est *lucus*, ut posset sumi in Virg. Æn. XI. 456. sed quivis *lucus* est silva vel ejus pars, Deo cuidam vel Diis sacra. Hinc recte Cel. Drakenb. non admittit virorum eruditorum correctionem in Livio lib. XXI. cap. 48. 'In loca altiora collesque inpeditiores equiti castra movet:'

ubi, quia in Mss. est *locosque*, corrigebant *lucosque:* sed in aliis verius *saltus*. Vulgo etiam Plinio *lucus* pro quavis silva videtur sumi lib. XII. c. 7. 'Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocatur, Garyophyllon grandius fragiliusque. Tradunt in Indico luco id gigni.' Sed Mss. vulgares habent *in India*. Chifflet. Voss. pr. Leid. pr. vetustissimi, *in Indicato*, et correctum a m. sec. *in indico loco*. Sed potius emendassent, *in Indica lacu*, vel, ut unice scribendum puto, *in Indica loto*, sive arbore, sive fructu vel herba; uti et 'in spina,' vel 'spinis,' quomodo Mss. habent, gigni pergit Plinius. Sed apud Solin. cap. 27. ponitur pro vulgari silva: 'latifundium, quacumque lucis opacum est, varium implevit simiarum genus:' et cap. 30. 'Æthiopia lucis nitet, qui maxime virent hieme:' ubi Plin. lib. VI. 30. ait, 'silvæ virent hebeno:' et cap. 33. pag. 45. coll. cum Plin. lib. XII. 14. ut et pag. 46. 'in excellentissimis lucis:' ac bis pag. 47. ubi Solinum hinc carpit Salm. Item pag. 57. Tum malim *intra*. Templum erat in luco; quod non videt *inter* lucos, sed *intra* unum lucum. Vide Cæs. lib. III. B. Civ. cap. 44. item lib. VIII. pag. 179. Heins. ad Claud. I. Rufin. 81. Drak. ad Liv. lib. V. cap. 27. 2. Colum. lib. IX. c. 14. 'papilionesque enecentur, qui plerumque intra alvos morantes,' &c. Sic Ms. Sangerm. non *inter*. Solin. cap. 32. pag. 44. 'intra aquas suos serviunt.' Sed ibi Mss. et Ed. Cam. *inter aquas*, sive in aquis, ut passim. Vide Duker. ad Flor. II. 6. 41. 'diversa terrarum:' me ad Cæs. lib. I. B. G. 36. Pro *subsitæ*, quod non temere ausim proscribere, compositum quippe, sicut 'dissitus,' 'obsitus,' in D'Orv. est *subsistæ*, Palat. Pith. Guelf. et marg. Ed. Bas. pr. *subsiste*. Haud male in Bert. *subditæ*, ut in fine lib. IV. 'Per devexa excelsæ rupis vallis subditæ gremio.' Ovid. lib. I. Metam. 62. 'radiis juga subdita matutinis:' idque Salmasius margini adlevit. *Oud.* *Inter subsitæ convallis sublucidum lucum prospicit fanum*] Apposita Glossarii illa: 'Ἱερὸν ἐν ἄλσει, fanum.' Ovidius Metamorph. VII. 'Templa Deum Matri, quæ quondam clarus Echion Fecerat ex voto nemorosis abdita sylvis.' Ait 'sublucidum lucum.' Glossarium: 'Ὑποσκοτεινὸς, obscurus, subluculus:' crediderim, ut in Appuleio nostro, *sublucidum* reponendum. 'Convallis subsita' est fere qualem Virgilius 'depressam' vocavit. Hesychius: Καθήμενον, τὸ κοῖλον καὶ ὁμαλὸν χωρίον, καὶ πεδίον. at in Bertin. Ms. *subditæ* exaratur: sic 'vallem subditam' IV. ipso fine habemus. *Pric.*

Fanum sollerti fabri constructum] Vide rursus, quantas turbas ciere potuerit typothetarum error. Nullum enim mihi est dubium, quin in Colvii editionem hinc irrepserit *fabri constructum*, pro *fabrica structum*, quod est in Mss. et Edd. prioribus. Ex Colvii Ed. defluxit in marg. Bas. Ed. et primam Vulcanii, &c. unde Lipsius conjecit, *s. fabro*, vel una voce *solertifabre*. Sed Vulcan. in Ed. sec. cum Rittershusio *ca* addens, retinuit *con*, et edidit *fabrica constructum*. Falso etiam Elmenhorst. tradit, in Florent. esse *instructum*. Nam Lindenbrogius, cujus excerptis usus est, notavit ibi esse *structum*. In Bertin. scribitur *fabricā structum:* unde *instr.* refingi possit, ut lib. X. pag. 232. 'mons sublimi instructus fabrica.' Manil. lib. V. 286. 'Instructu simili componitur ordo.' Plura de hoc composito vide ad Hirt. lib. VIII. B. G. cap. 41. 'Aggeres' vel 'aggerem instruere cœpit:' ad Sueton. Tib. cap. 30. Salm. ad Solin. cap. 1. 'instruere mœnia.' Hinc 'instructores.' Adi Scriv. ad Veget. lib. II. cap. 11. Verum Auctor noster sæpius adhibuit simplex, ut bene Wow. et seqq. edidere lib. IV. pag. 67. 'vice struc-

ti parietis.' Alibi 'parricidium,' 'choragium,' 'voluptatem struere:' et pag. 121. 'telam struentes:' ubi alii etiam *in* addiderunt. Lib. XI. pag. 250. 'simili structu pompæ:' in Mss. quibusdam. Pro *solerti* in Palat. est *soluti*. Oud.

Adire Deæ veniam] Scio, 'adire Deos,' 'templa,' passim dici pro ire in templa ad Deos precatum, eosque et eorum veniam ambire. Vide Burm. ad Virg. Æn. IV. 56. 'delubra adeunt, pacemque per aras Exquirunt.' Sed 'adire veniam Deæ' eo sensu occurrere, vel Latinum esse, valde dubito. Barthius lib. XXI. Advers. cap. 7. subintelligit *petitum*. Sed ita quidvis explicari potest. Suspicor ego, scriptum ab Auctore *adorare* pro simplici *orare* vel valde orare. Apposite sane sic dixit Livius lib. VI. cap. 12. 'hostiaque cæsa pacem Deum adorasset:' ubi vide Comment. et ita apud eumdem lib. XXXVIII. cap. 43. pro *quos adorent*, in uno Cod. exaratur *q. adirent*. Idem. *Sed adire cujuscunque Dei veniam*] Ita 'Deos prece adire' apud Propertium. Virgil. 'Principio delubra adeunt:' ubi Servius: 'Adeunt proprie dixit: ad majores enim qui accedit, adit.' Terent. II. 1. Phorm. 'Sed quid cessas hominem adire?' Donatus: 'Bene adire, quasi terribilem.' *Pric.*

Foribus] Glossæ: 'Θύραι ἱεροῦ, fores, singulare non habet.' *Idem.*

Dona speciosa] Flor. *pretiosa*. Elmenh. Qui sic edidit cum Scriverio et Florido. Sed non in Flor. ita legitur, at in Palat. Guelf. Pith. et Oxon. Verum *pretiosa* est indubia glossa veræ scripturæ *speciosa*, servatæ a Reg. Flor. Bertin. D'Orvill. sive pulcherrima, adeoque pretiosa; ut passim ea voce utitur Appuleius. Lib. IV. p. 72. 'præter ceteram speciosi muneris supellectilem:' ubi latius de ea egi. *Oud.* *Videt dona speciosa*] Servius ad Æneid. III. 'Sciendum inter sacratas res etiam dona esse:' complures Mss. habent *pretiosa*. Lactantius VI. 25. 'Etiam apud istos qui nullo modo rationem divinitatis intelligunt, donum est quicquid auro argentove fabricatur: item quicquid purpura et serico texitur.' *Pric.*

Lacinias auro litteratas, ramis arborum, &c.] Inscribebatur donariis utensilibusque sacris nomen Dei Deæve, cui data, dicata. Ad quem ritum respexit Plautus Rudente: 'Ut comprehendar cum sacra urna Venerea. Nempe optimo me jure in vinclis enicet Magistratus; si quis me hanc habere viderit. Nam hæc litterata est: ab se cantat, cuja sit.' Sed postremum versum malo legere: *Nam hæc litterata est: eapse cantat, cuja sit.* Colvius. Exponunt vestes aureis litteris intextas, vel ornatas, de quibus adite Comm. cum aliorum, tum Dav. Durandi ad Plin. lib. XXXV. cap. 9. 'Opes quoque tantas acquisiit' (sic Mss. 3. Leidd. vetustissimi,) 'ut in ostentationem earum Olympiæ aureis litteris in palliorum tesseris insertum' (sic Mss. iidem) 'nomen suum ostentaret.' F. *sustentaret*. Et sane laciniarum voce de vestibus sæpe usus est Appuleius, easque inter votiva donaria fuisse aliunde patet. Verum quis credat, eas vestes votivas, et donativas 'ramis arborum et templi postibus adfixas:' ubi necessario brevi consumi, discerpi, atque exedi aëris iniquitate debuissent; cum tamen curabant vulgo, ut ea dona, quantum posset, manerent æterna, et ad posteritatis memoriam servarentur: quare et suum nomen dedicatores adscribebant; ut ex hoc et innumeris locis patet. Hinc magis mihi adridet lectio, quam Wowerius in Variis lectionibus ait esse in Fulv. *laminas*: quomodo habuimus l. III. p. 54. 'Ignorabiliter laminas litteratas.' Potuitque Auctor intelligere clypeos votivos æneos, per artem ἐμπαιστικὴν au-

reis litteris inscriptos, de qua videte ad Suet. Aug. cap. 7. et Petron. cap. 32. ac de clypeis illis Sponium in Miscell. et Comm. ad Plinii lib. XXXV. Immo fors ante oculum habuit Virgilii verba lib. III. Æn. 286. 'Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis, Postibus adversis figo, et rem carmine signo.' Vel alias quascumque æneas tabulas. Vellei. lib. II. cap. 25. 'Inscriptio templi adfixa posti, et tabula ærea intra ædem.' *Oud.* *Postibusque suffixas*] Ibidem Servius: 'Figi dona dicuntur.' *Pric.*

Cum gratia facti] Εὔχαρις. *Elmenh.* Nota *factum* pro præstito beneficio, et inpetrato voto. *Oud.* *Quæ cum gratia facti, &c.*] Justinus lib. XXIV. de templo Delphico: 'Multa ibi opulenta Regum populorumque visuntur munera: quæque magnificentia sui reddentium vota gratam voluntatem, &c. manifestant.' Ovid. Amor. II. ad Isidem: 'Ipse feram ante tuos munera tota pedes. Adjiciam titulum: SERVATA NASO CORINNA.' Virgilius: 'Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis Postibus adversis figo, et rem carmine signo.' *Pric.*

Genu nixa, manibus aram tepentem amplexa] Plautus Rudente: 'Venus alma ambæ ted obsecramus, Aram amplexantes hanc tuam lacrymantes, genibus nixæ.' B. Ambrosius ad Marcellinum: 'Nec altaria tenebo, vitam obsecrans.' *Colv.* Ad aram confugere solebant supplices et noxam promeriti. Lucianus Jove Tragœdo pag. 469. ὦ Τιμόκλεις· σὺ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπό τινων βιαζόμενοι ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἡμῖν καταπέφευγας. Ambrosius ad Marcellinam Epist. XXXIII. 'Nec altaria tenebo, vitam obsecrans. Sed pro altaribus gratius immolabor.' Vide Codic. Theodos. libr. IX. Titul. 43. 'Edictum regium' de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, tom. I. Concil. Roman. fol. 715. *Elmenh.* Vide ad Æn. lib. IV. 219. VI. 124. Brisson. de Form. p. 4. et quos non? Fux. Edd. Ber. Bas. pr. *repentem*. Pith. *repente*. Inepte et frequenti errore. Ovid. lib. IX. Met. 770. 'passis aram complexa capillis.' Vide ad lib. II. pag. 40. 'torum tepentem.' Bene ait Beroald. 'adhuc sacrificio calentem.' In Oxon. *amplexam*. Pith. *amplexans*, bene, ut apud Plautum et Ciceronem. Vide et Non. pag. 470. Ed. Merc. Infra eadem varietas p. 122. *Oud.* *Manibus aram, &c. amplexa*] Scholiastes Sophoclis ad Œdip. Colon. Προστάτης, ὁ ἱκέτης· ὁ προσεστηκὼς τῷ βωμῷ. Servius ad Æneid. IV. ex Varrone: 'Aras Veteres ansas dicebant, &c. necesse enim erat a sacrificantibus teneri: quod ni fieret, Diis sacrificatio grata non esset:' et ad VI. 'Rogabant Deos, ararum ansas tenentes.' *Pric.*

Detersis ante lacrymis] Fux. *manibus: οὐδὲν ὁρίζω. Roald.* Nam lacrymantes nefas ad sacra accedere. Tertullian. Apologet. cap. 9. *Brant.* Is locus, ubi agitur de infantibus, 'ne lacrymantes inmolarentur,' huc nequaquam pertinet. Nec verum est, non licuisse lacrymantibus ad sacra accedere. Id enim fiebat semper a mulieribus in grandi periculo; et extraordinaria calamitate. Quin et ipsa hæc Psyche Cereris pedes advoluta, 'uberi fletu rigavit Deæ vestigia, humumque verrit crinibus suis,' pag. præc. ac lib. XI. p. 238. 'Deam lacrimoso vultu sic adprecabar.' At forsan hic tale quid ut de Cerere innuitur. Nam etiam in Regio est *manibus*. Me audacior conjiceret, *detersa ante crinibus*, vel potius, *detersis crine manubriis*, sive *ansis* et λαβαῖς. *Manubria* vasis vinarii sic dixit Cicero lib. IV. in Verr. cap. 27. Liv. lib. XXVI. 9. 'Crinibus passis aras verrentes.' *Oud.* *Detersis ante lacrymis*] Suidas in ἀπεμορξάμην· Παρέπεται τοῖς δάκρυσιν, ἀπομάττεσθαι. *Pric.* *Detersis ante lacrymis, sic appre-*

catur] Lib. XI. 'Deam lacrymoso vultu sic apprecabar.' *Idem.*

Sive tu Sami] Pausanias lib. VII. p. 403. *Elmenh.*

Quæ querulo partu] Reg. Fux. Pith. Guelf. et Palat. Oxon. D'Orv. habent *querula* vel *querola*, sine τῷ *quæ*. Ed. item Vicent. *querula*. In Bertin. est *vagitu partuque*. Latet aliquid. Salmas. ad M. Ed. Colv. conjecit, *quæ sola partu*. Non male. Videtur ipsa Samos dici *querula*, cum ipsa sc. terra e suo gremio pepererit Junonem ad amnem Parthenium seu Imbrasum. Adi Spanhem. ad Callim. H. in Delum vs. 48. Tunc *et* positum erit pro etiam. *Oud.*

Sive celsæ Carthaginis] Auctor Manuscriptus in vita Terentii: 'Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ:' et Virgil. l. IV. 'Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta quatis.' *Elmenh.*

Quæ te virginem vectura leonis cœlo commeantem] Petrus Faber Semest. l. III. c. 2. Lips. Epist. Quæst. Epist. XXII. *Elmenh.* In Flor. pro Var. Lect. *rectura*. Sed Pœnam Junonem vectura leonis insignem vide eleganter depictam in A. Ortelii Theatro orbis ad Africæ Tabulam. 'Sarranam' vocat Silius lib. VI. 468. a Tyro, ubi vide Drak. 'Pœnam' Minut. cap. 25. 'Bonam' Virgil. I. Æn. 735. Passim alii 'Cælestem;' unde et in Inscript. 'Bona Dea Cælestis.' Consule Spon. Misc. p. 93. Fabrett. Inscript. p. 667. *Vecturam* Pith. *Oud.*

N. t. et reginam Dearum] *Regiam* Junt. post. 'Regia Juno' passim dicitur poëtis. Vide Heins. ad Ovid. Met. VI. 332. Sed 'regia Dearum' vix Latinum. *Regina* sæpissime vocatur. Immo Romæ nomine 'Junonis Reginæ' colebatur ædem habens in Regione XIII. Adi Liv. lib. V. 22. 23. Val. Max. J. Obs. Vict. &c. Hinc et ei tribuitur ut Jovi fulmen. Vide Cuper. Harpoc. pag. 101. me ad J. Obseq. cap. 116. Ovid. Met. III. 263. 'Si me gemmantia dextra Sceptra tenere decet, si sum regina, Jovisque Et soror et conjux.' Fulg. lib. II. Myth. 3. *Oud.*

Inclytis Argivorum præsides mœnibus] Pausanias l. II. fol. 114. et 115. *Elmenh.* Desunt hæc verba in Pal. Oxon. Par. Guelf. unde jam uncinis incluserunt Elmenhorst. et Scriverius. Qua de caussa, non percipio. His verbis declarat Auctor, se innuere 'Junonem Argivam,' ut millies. Argi enim, ubi præcipue colebatur, erant ad ripas Inachi. Hinc Callimachus quoque H. in Delon vs. 74. Ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη. ubi consule Spanhemium. In Palat. *regina*. Oud.

Zygiam veneratur] Lipsius, Groslotius, nec non vir doctus in Hist. Crit. Reip. Litt. tom. IV. p. 14. confundens Astarten Venerem cum Junone Syria, sive Tyria et Cælesti, de qua supra, hic legunt *Syriam*, quia Oriens totus non videtur posse dici, ea Græca voce uti; quare etiam Floridus per *Orientem* intelligit Græciæ populos ad Orientem Italiæ sitos. Verum nullus dubito, quin innuat Auctor veros Orientales, qui eo tempore, jam inde ab Alexandri M. expeditione, et divisis inter ipsius duces Orientis regnis, passim Græca in scriptis utebantur lingua. Syriæ vero epitheton hic plane otiosum et ineptum est. Psyche, virgo puella, nubere cupiens et gravida, optime invocat Deam Junonem, non solum ut olim puellam etiam et virginem, sed et jam nuptam, præsidemque sacrorum maritorum et pronubam, Jugamque, ut passim Græcis et Latinis quoque vocatur, et pueris quoque notum est, immo et Lucinam, Sospitamque. Quæ cuncta huic loco adprime quadrant. De 'Junone Zygia' seu 'Jugali' vide, si vis, plura apud Schikeradum, Barth. lib. VI. Advers. c. 13. Comm. ad Hesych. et Gesner. ac Schrader. ad Musæum vs. 275. οὐ Ζυγίην Ἥρην. Serv. ad Virg. Æn. IV. 16. In Oxon. a m. pr. est *ziziam*, in Pal. Guelf. de more

Zigia. Nimis temere *Syriam* in contextum recepit Vulcan. Ed. sec. *Id.*

Sis meis casibus sospita] Emendandus Capella lib. I. 'Junonis vero Sospitæ genius accitus ex nona.' Male vulgo, *Junonis vero hospitæ.* Colvius. Sic etiam Grotius pag. 16. me haud annuente. At hic D'Orv. *si.* Pricæus malebat *adsis.* Scio, sæpe adjutores Deos dici *adesse.* Sic eo composito hic non opus est. Ait: Ostende te esse Junonem Sospitam, mihi sis sospita, ut aliis esse soles. Et patet ex hoc loco, recte a Latinis dici 'Sospitam' Junonem, quæ olim et præsertim Lanuvinis dicebatur 'Sispita.' Vide quos de hac Orthographia laudant Dausq. et Drak. ad Sil. lib. XIII. 364. Liv. lib. VIII. 14. uti et Fabrett. Inscr. pag. 698. *Oud.* *Sis meis extremis casibus Juno sospita*] Sic ad Lunam XI. 'Meis jam nunc extremis ærumnis subsiste:' et infra heic: 'Vos Superi,' &c. Pro *sis* heic malim *adsis.* Luna citato libri XI. loco: 'Adsum tuis commota Luci precibus.' *Pric.*

Meque in t. exanclatis l. defessam] Pleonasmus ille præpositionis *in* Nostro, et Arnobio, cunctisque Afris, sed et aliis est frequentissimus. Monitum sæpe. Pal. Bertin. Pith. Fux. Guelf. et Edd. Vett. *exanclatis*, ut supra. In D'Orvill. et Flor. Codd. *exanhelatis.* Vide ad lib. I. p. 10. 'ærumnas exantlasti.' Tum Ed. Vicent. *defensam.* Bas. pr. *defisam.* Vitiose. Pricæus malebat *defectam.* Sed nil contra scriptos novandum docui jam ad p. 110. *Oud.*

Soles prægnantibus periclitantibus s.] Plutarchus in Quæst. Rom. fol. 282. et Symp. lib. III. fol. 658. Λέγεται τὴν σελήνην πρὸς εὐτοκίαν συνεργεῖν, ὅταν ᾖ διχόμηνος, ἀνέσει τῶν ὑγρῶν μαλθακωτέρας παρέχουσα τὰς ὠδῖνας, ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν Ἄρτεμιν λοχείαν καὶ Εἰλείθυιαν, οὐκ οὖσαν ἑτέραν ἢ τὴν σελήνην, ὀνομάσθαι. Vide notas nostras ad Arnob. lib. III. fol. 71. *Elmenh.* Non placent *nantibus, tantibus.* An *prægnatibus?* *Wass.* Nec mihi istarum syllabarum collisio placet, et *prægnas*, *prægnatis* sæpe in Plautinis reperiri Codd. et Edd. jam lexica monuerunt. Primam vocem, sive dedita opera, sive casu hunc locum citans Brissonius de Form. p. m. 55. omisit. Mallem, abesset vox *periclitantibus*, quæ alterius varia Lectio esse videtur, et hinc in textum illapsa, ut factum est creberrime. Certe versu proximo præcessit *periculi.* *Oud.* *Quod sciam, &c.*] Casaub. ad oram libri sui: *A ce que j'entends:* nos paulo aliter accipimus. Vide supra ad lib. II. p. 33. notata. *Pric.*

Cum tota sui Numinis augusta dignitate] Σὺν πάσῃ μεγαλειότητι αὐτῆς: Act. 19. 27. Virgilius VIII. de Ænea: 'Tanto lætus honore.' Servius: 'Quod manifeste viderat matrem, et plenam Numinis sui.' *Idem.*

Inquit Psyche] Nomen *Psyche* primus tacite reposuit Colv. vel Bas. sec. Ed. cum Beroaldus notaverat in Mss. nonnullis ita esse loco τῶν *per fidem.* Verum nec Ceres eam allocuta erat suo nomine, nec ullus Codex id nunc ostentat, sed cum prioribus editis præbent *per fidem;* pro quo Scaliger conjecit *præsidem.* Verum ea correctione nequaquam est opus. Vel enim *per fidem* potest significare, si per fidem liceret; ut capit Pricæus, prolato ex lib. III. p. 51. 'Quam vellem, parens, jussis tuis obsequium commodare, si per fidem liceret.' Sive potius est jusjurandum per ipsam Deam Fidem, pro quo homines solent dicere 'medius fidius.' Si quis utrumque, *per fidem Psyche*, propugnare velit, non valde me opponam. *Oud.*

Nutum meum precibus tuis accommodare] Par. Cod. *nurum meam.* Ab Oxon. a m. pr. abest *tuis*, in D'Orvill. *tui.* Pricæo placebat delere τὸ *ac* in verbo, ut lib. X. p. 223. 'Verbis nutum commodarem.' Sic et lib. III. p. 51. 'jussis tuis obsequium commodare.' Lib. VII. p. 149. 'cursui me

dabam :' in nonnullis est ac- At hic Mss. O. retinent præ- nem, et Nostro aliquoties ac- lare est admovere, et sic adju- Infra pag. 121. 'manum paul- adcommodes.' Lib. IX. p. 180. mihi manum tantisper adcom- ' Idem. *Quam vellem (inquit) nutum meum, &c. accommodare*] ımus ex Florent. Palat. et Ox- s. Q. v. i. *per fidem nutum meum*, ıpra lib. III. 'Quam vellem, jussis tuis obsequium com- ı, si per fidem liceret.' *Pric.* *m*] Jusjurandum est per Deam cui Numa Pompilius solenne t, ut cujus sacrario flamines d digitos usque involuta rem ɪ faciebant, significantes, fi- tandam, sedemque ejus etiam ris sacratam esse. Apud auc- equens est ista locutio, 'Ves- nploro fidem,' pro auxilium. ı codices habent non *per fidem*, *che:* tanquam Juno nuncupa- chen appellet, ut sit vocativi *Psyche*. Beroald. *Nutum meum tuis accommodare*] Melius *com-* : sic infra x. 'Verbis nutum dare.' *Pric.*

ris nurus meæ] Non comparet *seris* in D'Orv. et forsan, ex tione marginali vel superline- extum inrepsit. Nam sic su- es non nominata *Venere* ait p. Sed cognatæ meæ, cum qua œdus amicitiæ colo,' &c. In a. pr. *mea* vitiose. *Oud.* *N. uam filiæ semper dilexi loco*] › restituendum *nurus meæ;* ejungenda ea verba a præce- s. Postea gemino, *quam in mper dilexi loco*. Terentius (I. 5. 57.) 'Si te in germani dilexi loco :' nisi forte verius obique auctores ipsos dedisse ı. Stewech. Errat vero Stew- hic et in Terentio aliquid nova- ens. *Loco* et *in loco* pro instar habere dicitur utrumque, ut 'numero' et 'in numero' habere, de quo vide me ad Cæs. l. VI. c. 6. 'hostium numero se habiturum.' Sic 'in beneficii loco,' &c. Cic. lib. II. in Verr. c. 2. III. 81. &c. 'In procemii loco' II. de Inv. c. 49. e Mss. Solin. p. 48. 'habetur in loco principe :' ut est in Mss. meis quinque optimis, et Edd. Ald. Salm. Ab aliis *in* abest, et *principis* prave dedit Aldus. 'Meriti loco,' 'laudum loco,' &c. illustrarunt Heins. et Burm. ad Valer. Flacc. lib. v. 493. *Oud.* *Nurus meæ, quam filiæ loco semper dilexi*] De socru sua apud Aristænetum II. 8. ille : Αὔτη με κηδεστὴν ἐξ εὐνοίας παῖδα καλεῖ. *Pric.*

Legibus, quæ servos alienos] Ut Fabia de Plagiariis lib. v. D. ad L. Fab. de plagiar. et injuriarum etiam lib. XXV. D. de injuriis. *Colv.* Lib. v. digestorum de fugitivis. *Elmenh.* Vide lib. I. et tot. tit. D. de servis fugitivis. *Brant.* *Profugos*] Ms. Fulv. *perfugas*. Sciopp. in Symb. Item Palat. Oxon. Guelf. aliique, et Ed. Junt. post. *perfugas*, solenni permutatione. Vide me ad Cæs. lib. v. B. G. cap. 45. Sed 'perfugæ' sunt transientes ab suis ad hostem, 'profugi' sunt quoque modo 'fugitivi,' in his 'servi,' unde illi sæpe junguntur, neque hic *perfugæ* vox habet locum. Adi Comm. ad Liv. lib. XXII. cap. 22. lib. XXX. cap. 43. 'perfugas, fugitivos, captivorum IV. milia tradiderunt.' In Fux. *profugas*. Oud. *Tum etiam legibus quæ servos alienos profugos, &c. vetant suscipi*] Corippus Africanus : 'Profugis damus ostia servis? Legibus hoc nostris non convenit.' *Pric.*

PAG. 113 *Indipisci*] Infra IX. 'Vestigium adulteri posse se indipisci.' Excerpt. e Gloss. vet. 'Indipisci, ἐπιτυχεῖν.' *Idem.*

Jam quæ possunt alia meis ærumnis tentari subsidia, &c.] Æn. XII. 'Jam quid ego? aut quæ jam spondet fortuna salutem?' *Idem.*

Cui nec Dearum quidem, &c. potuere suffragia prodesse] Concepta ex Virgilii hisce: 'Heu quæ nunc tellus, (inquit) quæ me æquora possunt Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat? Cui neque apud Danaos usquam locus.' *Idem.* *Cui nec Dearum quidem, quanquam volentium, &c.*] Inscriptio vetus Hispaniensis: 'Nec Hercules, quem Gades colunt: nec Bellona, quam Camertes adorant: nec Dii omnes Romani eripere me a morte potuere.' *Idem.*

Quo rursum itaque, &c.] *Quorsum* conjecit Groslot. et Salmas. atque edidere Vulc. Ed. sec. Elmenh. Scriv. et probavit quoque Pricæus, ut pag. 121. lib. VIII. pag. 154. lib. IX. pag. 205. et alibi. Sed non video caussam, cur a Mss. et Edd. Vett. *quo rursum* servantibus recedamus. Sensum enim fundunt bonum: 'Quo itaque vestigium porrigam rursum.' Pro *itaque* in D'Orv. Pith. *utique.* In Pal. est *infraque.* Oud. *Tantis laqueis inclusa*] Lib. VIII. 'longe pejores inhæsimus laqueos.' *Elmenh.* *Quo rursum, &c. tantis laqueis inclusa vestigium porrigam*] Vetus Tragicus apud Ciceronem III. de Orat. 'Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?' apud Eundem Tuscul. III. 'Quid petam præsidii, aut exequar? quove nunc auxilio aut fuga Freta sim? Quo accedam? quo applicem?' Præ illis *quo rursum*, placet *quorsum* a Mercero substitutum: infra hic: 'Quorsum istam festinanti vestigio lucubratis viam?' *Pric.*

Oculos eff. quin ig. masc. tandem sumis animum] Ex Ms. Bertino tacite Elmenh. cum Scriv. et Florido *tandem* posuit ante *τὸ effugiam*, quo perit totius hujus dictionis elegantia. Infra pag. 127. rursus: 'Quin igitur masculum tandem sumis animum.' Aliquoties junguntur *quin tandem.* Pro *quin* in D'Orv. est *quibus*, et auctius etiam præbet cum Incerto *sumis artibus animum*: item Reg. Fux. *summis actibus.* An scripsit Auctor *artubus* sive membris et corpore quamvis defesso? *Oud.* *Quibusque tectis, vel etiam tenebris abscondita, magnæ Veneris inevitabiles oculos effugiam*] Terent. I. 4. Phorm. 'Quod ejus remedium inveniam iracundiæ?' ubi Donatus: 'Plus est quam si diceret, nullum.' Psalmista 138. 7. 'Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam?' et post: 'Et dixi, forsan tenebræ conculcabunt me, et nox illuminatio mea, &c. Quia tenebræ non obscurabuntur a Te, et nox sicut dies illuminabitur.' Theodoretus Serm. VIII. περὶ προνοίας· Οὐκ ἐπέχουσιν ἐκεῖνον τὸν ὀφθαλμὸν ἃ βούλεται θεωρεῖν, ὄροφοι, καὶ τοῖχος, καὶ θύραι κεκλεισμέναι· οὐδὲ τῆς νυκτὸς τὸ ζοφῶδες ἐμπόδιον τῇ θεωρίᾳ γίνεται. Minucius in Octavio: 'Tenebris interest, interest cogitationibus nostris.' *Pric.*

Quin igitur masculum sumis animum] Catullus: 'Quin tu animum affirmas?' Ovidius: 'Quin animum firmas, teque ipsa recolligis?' infra hoc libro: 'Quin igitur masculum tandem sumis animum?' *Idem.*

Et ultroneam te Dominæ tuæ reddis] Ad Bessum Cobares apud Curtium lib. VII. 'Quin, &c. occupas gratiam, dedisque te? utcunque cesserit, meliorem fortunam deditus quam victus habiturus.' *Idem.*

Et vel sera modestia sævientes ejus impetus mitigas] Petronius: 'Sævi quoque implacabilesque Domini crudelitatem impediunt suam: si quando pœnitentia fugitivos reduxit: et dediticiis hostibus parcimus.' *Idem.*

Principium futuræ secum meditabatur defensionis] Apud Terentium ille: 'Quam ego nunc totus displiceo mihi! Quam pudet! neque quod principium incipiam ad placandum scio:' adde quæ ad Luc. 15. 18. adnotavimus. *Idem.*

Terrenis remediis inquisitionibus abnuens] Quia ante Wower. vulgo

edebatur *inquisitionibus*, ut est in Pith. Vulcanius aliquando conjecit *remediis* e glossa inrepsisse. pag. 115. in plur. 'circa tuas inquisitiones.' pag. 135. 'inqnisitionibus commilitonum :'. ubi male in sing. Edd. recentiores, sed *inquisitionis* cum ceteris Mss. habent Oxon. Reg. D'Orv. et Ed. Junt. post. detrectabat terrena remedia 'inquisitionis,' quæ propria in hac re est vox, ut docent Comm. ad Sueton. Cæs. cap. 1. 'seque ab inquisitoribus redimeret.' Utitur τῷ *abnuere* sic Auctor quoque in Apol. pag. 524. 'Contumeliis abnuit.' Nec non de Deo Socratis p. 639. uti partim e Mss. partim ex ingenio legendum censeo : 'Cum Aulide desidibus, et obsessis ab ventis, ac tædio abnuentibus difficultati belli.' Eodem sensu etiam *abnuere* absolute ponitur. Vide Wopkens. in Misc. Nov. Observ. ad Septimium lib. III. de B. Troj. cap. 13. 'neque multo post ex alia' (*alio latere* in Periz. e glossa) 'abnuentibus barbaris, ac sine ulla difficultate versis.' *Oud.*

Jubet construi currum] Non fieri sive confici nunc currum jubet Venus. Eum enim jam habebat ex Vulcani munere, ut addit Auctor. Quare, si sana est vulgata lectio, fingendum erit, dissolutum nunc jacuisse currum, demtis ei rotis, axe, temone, &c. et jussisse Venerem, eum denuo *construi*. Quod tamen non temere admittendum videtur. Malim itaque legere *instrui*, sive ornari ac præparari ad Deæ receptum et vecturam. Sic aliud est 'construere domum,' 'navem,' aliud 'instruere eas.' Quod quivis sentit. Ad hæc ista composita passim confunduntur in Mss. Vide me ad Cæs. lib. I. B. G. 43. Drak. ad Liv. lib. III. 59. et alibi. *Idem.*

Vulcanus] Istud *artifex*, quod Elmenhorstius quasi textus ipsius lectionem proposuit, non displiceret, si in Mss. fide dignis reperiretur. Est enim Deus 'faber,' ut sæpe vocatur, cujus duras igne vel 'arte manus' ait Ovid. lib. II. Art. 568. et passim fabrilia illi adscribuntur opera et ἔργα. Quæ vox etiam restituenda Ausonio Perioch. XIX. 11. 'Achilles armis cælestibus opere Vulcani et munere matris instruitur.' Vulgo legas *ope*. Val. Flacc. v. 432. 'Aurea quin etiam præsaga Mulciber arte Vellera...cælarat.' Adde vs. 456. Ac dicitur 'Vulcanus artifex,' ut 'doctor,' 'lector,' 'pictor artifex,' &c. de quibus vide Savar. ad Apollin. Sidon. lib. IV. Ep. 1. Quin eidem lib. VII. Ep. 14. 'Deus artifex,' nec non Nostro de Habit. doctr. Plat. pag. 572. Ed. Flor. Verum cum præter tot aliorum Codd. etiam *aurifex* habeant Reg. Oxon. Guelf. Par. D'Orv. et Ed. Junt. poster. non potui non illud admittere, sive 'artifex auri,' ut est apud Manil. lib. v. 506. et Ælian. lib. I. Anim. c. 57. Nam Vulcanus opera sua præcipue aurea faciebat ipse, utpote in Deorum Dearumque et Heroum munus. Sicut et hunc currum fuisse aureum patet e seqq. Vide et ad Ovid. lib. II. Met. vs. 107. quamvis eburnum currum Veneri det Ovid. Ep. XV. Her. 91. Est autem vox 'aurifex' Plauto, Ciceroni, aliis usurpata. Fuit, cum crederem cum Cl. Wasseo, *Vulcanus* e glossa esse intrusum ; sed cum vox *aurifex* per se non satis ostendat, sicut, 'ignipotens,' 'Mulciber,' et aliæ, Vulcanum significari, omnino id nomen proprium quoque hic retinendum arbitror. *Oud.* *Currum quem ei Vulcanus subtili fabrica studiose poliverat*] Æneid. XII. 'Ensem, quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti Fecerat :' ubi Servius : 'Ac si diceret : non per ministros.' Oxoniensis hic, et plures alii Mss. *Quem ei Vulcanus aurifex :* et nota, 'studiose poliverat.' Virgil. scutum describens, de eodem artifice ; 'Et lapsa ancilia cœlo Extuderat :' ubi Servius : 'Extuderat, studiose fecerat.' *Pric.*

Ante thalami rudimentum nuptiale munus] Signate. Nam pro virginitate deposita novæ nuptæ a novo marito munera dabantur. Juvenalis Sat. VI. vs. 203. 'nec illud, Quod prima pro nocte datur, cum lance beata Dacius et scripto radiat Germanicus auro.' *Elmenh.* Id jam Beroaldus monuerat; et ex eo Floridus. Sed errant. Intelligitur hic donatio ante nuptias, ut apud Cicer. pro Cluent. cap. 9. non vero, quod hodie dicitur *Morgengave*, Græce ἀνακαλυπτήρια. Vide tu Briss. de Ritu Nuptiarum in f. et ejus Comment. Trekell. *Oud.* *Ante thalami rudimentum*] Lib. VII. 'Post, &c. rudimenta Veneris:' et IX. 'Amori rudi litabant.' *Pric.* *Ante thalami rudimentum*] Primum concubium conjugalem decenter et verecunde significat. *Beroald.* *Nuptiale munus*] Apud Juvenalem de nuptialibus muneribus mentio fit illo versu: 'nec illud, Quod prima pro nocte datur, cum lance beata Dacicus et sculpto radiat Germanicus auro.' Vulcanus currum hunc Veneri dono dederat pro munere nuptiali, post primos concubitus maritales: nam cum virginitas uxoris omnibus maritis acceptissima sit, pro ea erepta, quæ reddi nequit, munus repetitur, tanquam præmium sit devirginatæ puellæ, cui nihil virginitatis flore est pretiosius. *Idem.*

Limæ tenuantis detrimento] De lectionis *limæ* veritate quis dubitare possit? uti et habent eam Mss. tantum non omnes, et jam Ed. Junt. post. cum marg. Bas. sec. In Pal. est *linire*, in Oxon. *luen*, sed in marg. *limæ*. De ea vide Pric. et Comm. ad Cicer. lib. III. ad F. Ep. 8. virosque doctos ad Plin. lib. v. Ep. 11. 'Opus jam non splendescit lima, sed adteritur:' ubi itidem in Ms. *luna*. Pith. *tenuitatis*. Oud. *Lunæ detrimento*] Significat currum Veneris arcuatum fuisse, et ad effigiem Lunæ corniculatæ figuratum. Luna enim in cornua tenuatur, sentire quod videtur detrimentum: cum vero pervenerit ad orbiculatam rotunditatem, pleno orbe nihil patitur dispendii. Scite autem dixit, 'auri damno pretiosum.' Nam cum aurum in effigie currus corniculata deesset, prout fabrica talis deposcit, damnum auri fieri in vehiculo dicebatur, idque ex tali detrimento fiebat venustius. *Beroald.* *Limæ tenuantis detrimento conspicuum*] Id est, eo vel nomine pluris æstimandum. Plinius XXXIII. 11. 'Jam vero et mensas repositoriis imponimus, et ad sustinenda obsonia interradimus latera: et interest quamplurimum lima perdiderit.' Glossarium: 'Detrimentum, ἀπότριμμα.' quod in vet. Onomastico: 'Retrimentum, διάτριμμα.' et ibidem: 'Rasamentum, ῥίνημα.' bene et 'limæ tenuantis.' Scholiastes vetus Horatii ad Epist. I. 14. 'Limat, attenuat, diminuit.' *Pric.* *Ipsius auri*] Ovidius de Solis curru: 'Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ Curvatura rotæ.' *Idem.*

Ante cub. d. stabulant] Imitatus est Auctor Virgilium lib. VI. Æn. 286. 'Centauri in foribus stabulant.' *Oud.* *Stabulant*] In eodem veteri Onomastico: 'Stabulo, αὐλίζομαι.' *Pric.*

Candidæ columbæ] Artemidorus lib. II. c. 20. σημαίνουσι καὶ περιστεραὶ καὶ τὴν ἐν τοῖς πρασσομένοις ἐπαφροδισίαν διὰ τὸ ἀνακεῖσθαι τῇ Ἀφροδίτῃ. Lact. ad Statii Thebaid. pag. 130. 166. et 446. *Elmenh.*

Picta colla torquentes] Passeratius ad Propertium p. 622. lib. IV. Eleg. 5. legit *torquatæ*. Elmenh. Ut solent incedentes columbæ colla torquere. Neque debuerat Passeratius, quia sæpe leguntur columbæ collum quasi *torque* ornatæ, hic etiam contra Mss. O. id inculcare ad Propertii illa: 'cape torquatæ, Venus o Regina, columbæ.' Idem satis docet vox *picta*. 'Torquere collum,' 'cervicem' recte dici, docuit Priceus. *Oud.* *Picta colla torquentes*] Male ad

Propertium Passeratius *torquatæ* scribit: supra lib. II. 'Cervicem intorsit:' quo loco adnotata consule. De pictis collis columbarum vide et supra ad lib. I. p. 26. notata. *Pric.*

Jugum gemmeum subeunt] Quia quatuor erant columbæ, Sopingius margini adlevit, *geminum;* at tunc non 'bijugæ' erant, sed 'quadrijugæ,' uni currui junctæ. Quin immo in curribus Deorum juga finguntur 'gemmata.' Adposite de Solis curru Ovid. lib. II. Met. 105. 'Vulcania munera currus Aureus axis erat, &c. Per juga chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ.' Ceterum de Veneris columbis omnia satis sunt pervulgata. Sed adprime huc quadrat locus Claudiani de nuptiis Palladii et Celerinæ, vs. 103. 'Floribus exstruitur currus: juga floribus halant, Florea purpureas adnectunt frena columbas. Undique concurrunt volucres, quæcumque frementem Permulcent Athesim cantu.' *Oud.* *Jugum gemmeum subeunt*] 'Quatuor Dea magna columbas Curribus admovit, frenisque coërcuit ora: Et medium cœli terræque per aëra vecta est.' *Pric.*

Susceptaque Domina lætæ subvolant] Ovidius Metamorph. VII. de Eadem ista: 'Perque leves auras junctis invecta quadrigis, Litus adit Laurens.' *Idem.*

Passeres] Vide Cælium Rhodiginum Antiq. Lect. lib. XIV. c. 6. *Elmenh.* Munker. ad Fulg. l. II. Myth. c. 4. *Oud.*

Canticant] Palat. *canditant:* sed *cantitant* diserte Florent. Pith. Fux. Guelf. Oxon. et Ed. Junt. post. ut jam restituit Wower. et seqq. C et T in talibus aliquoties confunduntur. Adi ad lib. V. p. 94. *Cantitare* vero optimis scriptoribus est in usu. Apud Servium de Metris p. 1819. 'Thracicum nefas enarrat cantitans Hirundo:' ubi in vetustissimo Cod. Vossiano inveni *renarrat cantulans.* Prius *ren.* est verissimum. Mox in Palat. *Deæ currum.* Idem.

Adventum deæ prænuntiant] Sic Bertinus. Alii, *pronunt.* Elmenh. Receperunt etiam hanc lectionem Scriver. et Florid. ac præfero etiam hic loci, licet Mss. ceteri servent *pro,* sicut perpetua in his est confusio: ut apud Hirt. B. Afric. c. 42. 'Antecedere ac suum adventum prænunciare.' Terent. Phorm. V. 2. 12. 'Abi, prænuncia hanc futuram.' Mox de præcone rectius locum obtinet *pronunciante Mercurio.* Oud. *Et ceteræ quæ dulce cantitant aves melleis modulis suave resonantes, adventum Deæ pronunciant*] Lib. XI. de hac Dea ipsa: 'Ut canoræ etiam aviculæ, &c. concentus suaves adsonarent: matrem siderum, parentem temporum, orbisque totius Dominam blando mulcentes affamine.' *Pric.* *Melleis modulis*] Supra lib. V. 'Mellita cantus dulcedine.' *Idem.*

Cedunt nubes] Haud unius assis est et vana conjectura Pricæi, *discedunt.* Explicat Nostrum Lucretius lib. I. init. unde sua hausit Appuleius: 'Te, dea, te fugiunt venti, te nubila cæli.' Quod bene advertit Scioppius in Susp. Lect. lib. IV. Ep. 14. *Oud.* *Cedunt nubes, et cœlum panditur*] Malebam *discedunt nubes.* Virgilius: 'Video medium discedere cœlum:' at *cedere* forsan pro *discedere:* ut 'cernere' pro 'decernere' apud Virgilium eundem. Bene autem post nubium discessionem ait cœlum pandi. Virgil. Georg. III. 'Quem super ingens Porta tonat cœli.' Servius: 'Aër nubibus plenus, per quem iter in cœlum est.' *Pric.*

Æther cum gaudio suscepit Deam] Claudianus: 'Quam lætus post bella Jovem susceperit æther,' &c. 'cum gaudio' hic, ut infra: 'Acceptam cum gaudio plenam urnulam, &c. retulit.' 'Summum æthera' autem dixit exemplo Virgilii, qui proprium et perpetuum id ætheri epitheton dedit, ut docet nos Servius Fuldens. ad Æneid. I. *Idem.*

Obvias aquilas] Ingenium ostentare volens Pricæus ait: 'non inscite scribas, *obuncas*.' Sed accipitres non minus *obuncæ*, quam *aquilæ*, et utræque aves rapaces, quas sibi obvias fore haud pertimescit avicularum cohors. De 'obunca aquila,' &c. vide N. Heins. ad Virg. Æn. XI. 753. et alibi. *Oud.* *Obvias aquilas*] Obvia quidem lectionis istius mens est: non inscite tamen κατὰ μετωνυμίαν *obuncas* scribas. Florid. I. de Aquila: 'vel unguibus obuncet.' *Pric.*

PAG. 114 *Magnæ Veneris canora familia*] Catullus: 'Et canoras non tacere Dione jussit alites.' *Idem.*

Cærulum superc.] Evidens documentum rei constitutæ apud Jovem, nutu firmare vel motu concutere ac tremefacere cœlum. Vide notas ad Arnobium lib. IV. fol. 87. *Elmenh.* *Nec renuit Jovis cærulum supercilium*] 'Annuit invicto cœlestum numine rector.' Æneid. I. 'Cœli quibus annuis arcem.' Servius: 'Nutu semper promittit aliquid Jupiter.' Et quia præ manibus *renuendi* vox, adducamus Taciti locum. Annal. XV. habet hæc de Fenio Rufo: 'Subrio Flavio adsistenti, annuentique an inter ipsam cognitionem destringeret gladium, cædemque Neronis patraret, retinuit, infregitque impetum:' quo loco optime Faërnus *renuit, infregitque impetum.* Gloss. 'Renuit, ἀνανεύει.' *Pric.*

Ovans, &c.] Id est, 'inovante gradu,' ut infra XI. loquitur. *Idem.*

Frater Arcadi] Alii, *Arcadis.* Alii, *Arcas.* Elmenh. Quinam habeant, et quo sensu *Arcadis*, nescio. Sed *Arcadi*, quod est in aliquot Mss. et Edd. ante Wow. posset vocativus esse ab 'Arcadius.' Sed sanius *Arcas* exaratur etiam in Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Oxon. et aliis, ut passim Mercurius vocatur. Adi Gronov. et Tollium ad Ausonii Idyll. VIII. 21. 'non Cynthia, non celer Arcas Finitimus terris:' ut clare exstat in antiquissimo Cod. Voss. *Oud.*

Sororem tuam Venerem sine Mercurii præsentia] Cave, ne credas propria nomina hic esse otiosa, vel e glossis nata. Habent enim vim emphaticam: quia sine blandimentis verborum sive Mercurii nihil pollet Venus. Vide Becichem. Ep. 74. Minus bene ad communem Mercurium seu κοινὸν Ἑρμῆν hoc refert Spanhem. ad Callim. H. in Dian. vs. 70. *Idem.*

Tuo præconio præmium investigationis p. edicere] Plautus Mercatore: 'Certum est præconum jubere jam quantum est conducier: Qui illam investigent, inveniant.' Ulpianus: 'si tibi indicium dedero, ut fugitivum meum indices, vel furem rerum mearum, non poterit repeti, quod datum est.' Lib. IV. de cond. ob turp. can. Petronius: 'Puer in balneo paullo ante aberravit annorum circiter sedecim, mollis, formosus, nomine Giton. Si quis eum reddere aut commonstrare voluerit, accipiet nummos mille.' Curius Fortunatianus J. C. Rhetoricæ lib. I. 'Cujus servus fugerat, libello proposito, vel per præconem nuntians, dixit, daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset.' Sed de hoc plura apud Jurisconsultorum maximum Cujacium Observation. lib. XI. *Colv.*

Indicia, quibus possit cognosci, man. designes] Pith. *qui possit agnosci.* Ms. Par. Fux. Guelf. *i. quæ possint agnosci.* Palat. D'Orvill. *i. quæ possunt agnoscere.* Ed. Junt. post. *i. qui posse agnosci.* An fuit, *indicia, quæ possint agnoscere*, scil. homines? An *qui* sive *quis possit agnosci?* Prius Salm. ad marg. Ed. Colv. Ultimum, *quis* vel *queis* allevit etiam exemplari suo Wasseus. *Agnosci* certe malim, creberrime cum *cogn.* confusum. Vide Drak. ad Liv. lib. V. c. 36. Quamquam sciam, *cognosci* etiam pro *agnosci* sumi posse. Vide ad lib. I. p. 4. *Oud.*

Et simul dicens] Sic constanter dant

scripti. Ab Auctore tamen relictum puto, *Ea s. d.* vel, *Hæc simul dicens;* ut jam vidit Pricæus, et sæpius in Nostro occurrit. Adi ipsum: 'nisi enim Florido Græcum statuas καὶ ἅμα λέγων.' Vide et Eruditiss. juvenem, G. Kœn. in Disp. Inaug. p. 35. Pro *ubi* in Pith. *ut.* Idem. *Et simul dicens*] Sic editi, sic Ms. ille: audebam tamen præferre, *Hæc simul dicens.* lib. II. 'Hæc simul dicens, inscenso grabatulo,' &c. et post: 'Hæc simul dicens, respexit ancillam.' Macrob. II. 14. Saturnal. 'Simul hæc dicens, amygdalam de lance tulit.' Græci (a quibus Latini) ἅμα λέγων ταῦτα. *Pric.*

Per omnium ora populorum] Lib. I. 'Quod ibidem passim per ora populi sermo jactetur.' Lib. VIII. 'Quæ per ora populi facile delapsa.' *Elmenh.*

A fuga retrahere, &c.] 'Retrahere' proprie de fugitivis dictum: quo Terentius respiciens, 'argentum fugitivum retrahere' Heautont. IV. 2. dixit. *Pric.*

Retro metas Murtias] Propertius lib. IV. (lib. III. 22. 21.) 'Quas si quis mihi rettulerit, donabitur auro. Quis pro divitiis ligna retenta velit? I puer, et citus hæc aliqua propone columna, Et dominum Esquiliis scribe habitare tuum.' De metis Murtiis ad hunc locum Tertulliani alium de Spectaculis cap. 8. etiam notaveramus: quem reperies apud principem virum Jos. Scaligerum Castigat. in Fest. *Colv.*

Indicinæ nomine] Sic recte Flor. I. In altero est, *indicii viæque n.* Vulgo, *indicii n.* Vide Indicem. *Elmenh.* Ibi male *indicinam* exponit præmium pro ipso indicio, quod jam monuit Floridus. Adi Comm. ad Petron. cap. 97. Veræ huic lectioni, quam bene Scriv. et Flor. receperunt, accedunt Palatin. Guelf. *indicivie.* Pith. *indiciniæ.* Oxon. et D'Orv. *indicive.* Ita 'caussidicina,' 'juridicina,' &c. de quibus consule Juretum ad Symmachum lib. v. Ep. 73. 'Furatrina' infra pag. 118. ibique Colv. Sic et 'prædæ,' 'nauli nomine,' de quibus vide ad Hirt. B. Gall. lib. VIII. c. 4. ad Suet. Cæs. cap. 48. *Oud.*

Savia suavia] Sic apud Moschum Amore fugitivo: Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει· Εἴτις ἐνὶ τριόδοισι πλανώμενον εἶδεν Ἔρωτα, Δραπετίδας ἐμός ἐστιν· ὁ μανυτὰς γέρας ἑξεῖ· Μισθός τοι τὸ φίλαμα τὸ Κύπριδος. 'Voce Venus natum ingenti clamore vocabat. Si quis oberrantem in triviis vidisset Amorem, Hic fugiens meus est: feret index præmia: merces Saviolum tibi erit Veneris.' *Colv.* *Savia*] Servius ad Æneid. I. 'Osculum religionis est, suavium voluptatis.' *Pric.*

Adpulsu linguæ] Vulgo, *ad linguæ pulsum.* Veteres lascivientes in osculando linguas solebant transmittere, morsiunculis ludentes, salivasque alternatim miscentes. Lib. II. 'jam patentis oris inhalitu cinnameo, et occursantis linguæ allisu nectareo, prona cupidine allubescente,' &c. Petronius, sive alius quis author in Catalectis veterum Poëtarum pag. 204. 'Felix, si qua tuum corrodit fœmina collum. Felix, quæ labris livida labra facit. Quæque puella tuo cum pectore pectora ponit, Et linguam tenero lassat in ore suam.' Plautus Asinaria, Scena, Perfidiæ laudes. 'Fac proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.' Et in Pseudolo, Scena, Si ex te tacente, &c. 'Jocus, ludus, sermo suavis, suaviatio, Compressiones arctæ amantum corporum, Teneris labellis molles morsiunculæ.' Vide Achillem Statium pag. 59. lib. II. *Elmenh.* *Et unum blandientis appulsu linguæ longe mellitum*] Ovidius: 'Osculaque inseruit cupida luctantia lingua.' Idem: 'Improba tum vero jungentes oscula vidi. Illa mihi lingua nexa fuisse liquet.' Et post: 'Quod tota labellis Lingua tua est

nostris, nostra recepta tuis.' Vide Pollucem II. 4. Hesychium et Suidam in καταγλωττίζειν et κατεγλωττισμένον: et hoc loco Elmenhorstium. 'Appulsum linguæ,' ut supra lib. v. 'appulsu palmulæ.' *Pric.* *Adpulsum*] Adpulsionem, vibrationemque et ferruminationem linguæ cum lingua, labelli cum labello: quod suaviolum est dulci dulcius ambrosia: quod genus basiationis intelligi voluit Plautus, cum ait: 'Fac me proserpentem bestiam: duplicem ut habeam linguam.' Alias *appulsus* est, pecorum accessus ad aquam, ut apud jurisconsultos. *Beroald.*

Contationem] D'Orv. Pal. Guelf. et Ed. Scriv. *cunctationem*, pro variatione perpetua: ut sexcenties observatum est. Videntur tamen Veteres *conturi* de inquisitione, *cunctari* de mora magis amasse. Unde 'Cunctator' Fabius, licet analogice et *contari* de mora inquisitioni et deliberationi necessaria usurpari possit. *Oud.*

Jamque fores ejus Dominæ proximanti, &c.] Τὸ *ejus* exturbandum videtur. *Pric.*

Una de famulatione Veneris, nomine C.] Non modo Pal. sed et Florent. item Reg. D'Orv. Guelf. dant *famulitione*. Eadem est confusio lib. II. pag. 21. 'frequenti famulatione.' In Palat. et Guelf. tantum scribitur, *occurrit d. f. Ven. Consuetudo.* Aliorum stylo haud male. Sed aliter solet Appuleius. Vide ad lib. VIII. init. 'unus de famulis.' *Oud.* *De famulatione Veneris*] Onomasticon vetus: 'Famulatio, θεραπεία.' *Pric.*

PAG. 115 *Tandem ancilla nequissima Dominam habere te scire cœpisti*] Agrippa Rex apud Philonem: Κἀγὼ τίς εἰμι τῶν εἰδότων ὅτι δεσπότην ἔχω καὶ Κύριον. Ad sensum loci allegoricum D. Petrus: Ὧι τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. *Idem.*

Quod meas potissimum manus incidisti] Sic. εἰς χεῖρας ἐμπίπτειν Hebr. 10. 31. et in Historia Susannæ com. 23. *Idem.*

Inter Orci cancros jam ipsos adhæsisti] *Intus* exstat in D'Orvill. et aliquoties cum Accusativo construitur. Vide ad Liv. lib. XXIV. 10. XXVII. 11. 'intus cellam.' Sed *inter* hic majorem constringendi et augendi vim habet quam *intus*. Ceterum pro *inter Orci cancros* Schottus lib. I. Observ. cap. 10. ridicule substituebat *Dirce tauros;* quia alibi sic anum asino pendentem vocat Dircen ad similitudinem Dirces antiquæ. Non melius Dausqueius in Epist. Syll. Burm. tom. II. pag. 166. conjecit, *inter Orci caucos*, ut 'caucus,' sive poculum, hic sumatur de urna Æaci. Inepte. Neque etiam opus est, ut *cancros* e Glossis hic exponamus 'forcipes,' sed cum Beroaldo, Cœlio Rhodig. lib. v. Ant. Lect. in f. 'cancellos,' sive septa. Deminutivum id enim a 'cancris,' quibus continebatur ita Psyche, ut inde remeare non posset. Vide omnino Festum v. 'Cancri,' ubi Scaliger recte excitat Nostri locum. Hirt. B. Afric. cap. 15. 'intra cancellos conjecti pugnare cogebantur.' Alibi cum aliis solet dicere, 'inter medias Orci fauces.' Vide Elmenh. ad lib. VII. pag. 137. vel 'medias Orci manus,' ut lib. VII. pag. 148. *Habesisti* corrupte etiam in Pith. Guelf. Oxon. a m. pr. *hēs isti* Palat. *ipsas hēs isti* Fux. Forte *obhæsisti*. Vide ad pag. 117. Ceterum *Orci* vox pro *Plutone* restituenda est epigrammati in Catal. Pith. lib. III. p. 89. Ed. Par. 'Quantum ingens Orci, quantum Jovis alta potestas, Tantus in orbe fui, terram pontumque subegi.' Vulgo, *orbis*, et *mare trans* pro *terram*. Oud. *Inter Orci cancros jam ipsos inhæsisti*] 'In Proserpinæ peculio, et familia Orci jam potes numerari:' ut supra lib. III. locutus. In Glossis Isidori, 'Cancer, forceps.' *Pric.*

Audaciter in capillos ejus immissa

manu] Infra heic: 'His editis, involat in eam, &c. capilloque discisso,' &c. In Eunucho Terentii: 'Vix me contineo quin involem in capillum:' ubi Donatus: 'Minæ sunt istæ fœminarum, in se et in alios unguibus sævientium.' Aristænetus II. 7. Ζηλοτυποῦσα τὴν παιδίσκην, τῆς κόμης ἐξεῖλκεν. Propertius III. 7. 'Tu vero nostros audax invade capillos.' Idem III. 16. 'Nec timeam audaces in mea membra manus.' *Idem.*

Trahebat eam] Ad Venerem nempe. Æneid. II. 'Manus juvenem interea post terga revinctum Pastores magno ad Regem clamore trahebant.' Servius: 'Cum festinatione adducebant.' Vide ad Act. 8. 3. adnotata. *Idem.*

Nequaquam renitentem] Vide supra pag. 135. dicta. *Idem.*

Latissimum cachinnum] De iratorum risu adi Bourdelot. ad Petron. cap. 18. *Latissimum*, quod verissime conjecit Stewech. ad lib. I. pag. 2. 'exserto cachinno,' confirmatur a Regio, Fux. et Oxon. e Coll. Gronov. et bene receperunt Editores Colvio posteriores. Adi Pric. ad lib. x. p. 221. ut πλατὺς γέλως pro πολὺς Attice. Vide ad Herodiani fragmenta. Sic 'latæ pecuniæ' pro amplis in Flor. N. 15. At recte lib. VII. pag. 140. occurrit 'lætissimo risu gestire:' ubi non convenit *lat.* quod nonnulli reponunt. *Oud.*

Furenter irati] M. *frequenter*. Putean. Sic etiam Pal. Oxon. Guelf. Par. Inc. perperam quidem, sed ex qua lectione patet, aliud hic olim fuisse lectum quam *furenter*; quod sine varietate Mstorum nemini posset suspectum fieri. Verum in D'Orv. est *ferventer*, egregie. Creberrime iram igni comparari, nemo nescit. Vide Sen. de Ira, Gell. lib. I. 26. infra de Dogm. Plat. lib. I. in f. et sexcenties. Hoc ipso verbo utuntur Ovid. lib. II. Met. 602. 'Tumida fervebat ab ira.' L. VIII. 466. 'fervens ira.' Horat. I. 13. 'fervens bile jecur:' et O. XVI. 'pectoris fervor.' Sen. Herc. Fur. 946. 'Iraque totus fervet.' Lucan. l. IV. 242. 'Fervet, et a trepido vix abstinet ira magistro.' Sil. l. XV. 809. 'Ferventemque ira mortis.' Virg. Æn. IX. 736. 'fervidus ira.' Vide Isidor. l. x. v. 'Fervidus.' Infra l. IX. p. 194. de irato: 'Fervet mariti animus.' Passim apud Arnob. Consule J. F. Gron. lib. II. Obs. cap. 15. *Oud.* *Latissimum cachinnum extollit, et qualem solent furenter irati*] Mamertinus in Panægyrico: 'Quis nescit aliorum Imperatorum hilarem diritatem cachinnantemque sævitiam?' γέλωτι ὑβριστικῶς χαίρειν dixit Xenophon παιδ. 8. Petronius: 'Invenit me cum fratre ludentem: risu itaque plausuque cellam implevit, &c. nec se solum intra verba continuit: sed lorum de pera solvit, et me cœpit non perfunctorie verberare.' Oxon. heic *frequenter irati*: melior vulgata lectio. Cicero I. 15. ad Atticum: 'Eum pueri aiunt furenter irasci.' *Pric.*

Caputque quatiens] Homerus: Κίνησε κάρη, κακὰ βυσσοδομεύων. Petronius: 'Iratum caput commovens.' *Idem.*

Et scalpens aurem, &c.] Heliodorus II. Τὴν παρειὰν ὑπὸ τὸ οὖς ἐπικνῶσα, &c. *Idem.*

Sed esto secura] Amare, ut VIII. 'Quiesce secure.' *Idem.*

Excipiam te] D'Orv. *excepiam*. Reg. Fux. *excipio*. Acidalius ridicule distinguens inter *accipere* et *excipere*, scribi hic vult *eccipiam*, ad Vellei. l. II. c. 77. 'Cum Antonium cœna exciperet:' ubi vide Burm. et ad Petron. c. 100. 'Quam bene exsulem exciperet, sive tractaret, et acciperet.' Infra p. 122. 'Quæ te comiter excipiet.' Promiscue enim hæc composita eo sensu sumuntur. Virgil. G. II. 335. 'Exciperet cœli indulgentia terras:' sive cælum indulgenter exciperet, seu tractaret et habe-

ret eas. Neque quidquam mutandum censeo. *Oud.* *Excipiam te ut bonam nurum condecet*] Apud Terent. Adelph. ‘Ego te exercebo hodie ut dignus es, silicernium.’ Lucianus Lapith. Αὔριον ἀμυνοῦμαι ὑμᾶς ὅν τινα καὶ χρὴ τρόπον. Apud Petronium illa: ‘Si quis Deus manibus meis Gytona imponeret, quam bene exulem exciperem!’ *Pric.* *Ut bonam nurum condecet*] Terent. Hecyra II. 1. ‘Uno animo omnes socrus oderunt nurus.’ Donatus ad ejusdem Fabulæ IV. 3. ‘Sententiose dixit, tunc congruere et concordare inter se mulieres posse, cum et illa esse desierit socrus, et illa nurus: hæc enim inter illas est discordiosa conjunctio.’ *Idem.*

Sollicitudo atque Tristities] Bene attribuit Dominæ Veneri has ancillas non bonas. Quia, ut ille ait, ‘Res est solliciti plena timoris Amor.’ Boëthius lib. III. Metr. 7. de Consolat. Philosoph. ‘Habet omnis hoc voluptas, Stimulis agit furentes. Apiumque par volantum, Ubi grata mella fudit, Fugit, et nimis tenaci Ferit icta corda morsu.’ *Elmenh.* *Ubi sunt Sollicitudo atque Tristities, ancillæ meæ*] Supra lib. IV. ‘In voluptatem veneream convenire, tristitie animi, languore corporis, damnisque cæteris delassatum iri prædicant.’ Lucretius: ‘Primum Veneris dulcedinis in cor Stillavit gutta, et successit frigida cura.’ In versu Græco: ‘Ὡς πολλὰ διὰ τὰς ἡδονὰς λυπούμεθα!’ *Pric.*

Tormentis excruciatam] Lib. VII. ‘Tormentis vexatum pluribus, et pene ad ultimam mortem excarnificatum.’ *Idem.*

Et ecce (inquit) turgidi ventris sui lenocinio commovet miserationem] Quasi diceret: cum vel ex hoc ipso justior mihi excandescendi ratio. Juno ad Calisthum apud Ovid. II. Metamorph. ‘Scilicet hoc etiam restabat, adultera, dixit, Ut fœcunda fores, fieretque injuria partu Nota, Jovisque mei testatum dedecus esset.’ *Idem.*

Unde me præclara sobole aviam beatam scilicet faciat] Virgilius: ‘Et pulchra faciat te prole parentem.’ *Idem.*

In ipso ætatis meæ flore, &c.] Virgil. Eclog. X. ‘Heic ipso tecum consumerer ævo.’ Servius: ‘Ipso flore ætatis.’ Idem ad IV. Æneid. ‘Sciendum inter homines et herbas esse reciprocam translationem: sic enim pubentem herbam dicimus, quemadmodum, florem ætatis.’ *Idem.*

Et vilis ancillæ filius nepos Veneris audiet] Indignanter. Tacitus Annal. XIII. ubi de Nerone amore Actes incapistrato: ‘Sed Agrippina libertam æmulam, nurum ancillam, &c. muliebriter fremere:’ et nota hic, non, *meus nepos*, sed *Veneris:* quod iratæ congruum magis: apud Virgilium Juno stomachabunda: ‘Ubi heic Juno?’ ad quæ Servius: ‘Melius, quam si ‘ego’ dixisset.’ *Idem.*

Patre non consentiente] Tertullianus lib. II. ad Uxorem cap. 9. ‘Nam nec in terris filii sine consensu patrum rite et jure nubent.’ Codex canon. Græc. 54. *Elmenh.* *Et patre non consentiente factæ*] Donatus ad Terentii Andriam: ‘Summa nuptiarum potestas in patre puellæ est:’ et ad I. 2. Phorm. ‘Filius familiæ non tam ducit uxorem quam a patre accipit.’ Æneid. XI. ‘Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo Ipse pater famulam voveo:’ ubi Servius: ‘Bene ipse pater, quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent.’ Tacitus XIII. Annali: ‘Sed ubi mulier vacua fuit, nectere moras, adversam patris voluntatem causari.’ *Pric.*

Legitimæ non possunt videri] Hero apud Musæum: ‘Ἀμφαδὸν οὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι, Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν. Evaristus ad Africanos Episcopos: ‘Aliter legitimum non sit conjugium, nisi ab his qui super ipsam fœminam dominationem habere videntur.’ Vide quæ ad Matth. XXVIII. 30. illustr. H. Grotius. *Idem.*

Partum omnino proferre] Regius, Guelf. et Palat. Inc. cum Edd. Beroaldi, Colin. et Bas. pr. ostentant *perferre*. Quæ lectio nequaquam est spernenda. Significat enim ea, ad justam maturitatem ferre, ut aliquoties apud Plinium. Adi Salmas. ad Solin. p. 21. et Harduinum ad l. VII. c. 11. 'Sed ubi paullulum temporis inter duo conceptus intercessit, utrumque perfertur, ut in Hercule et Iphicle, fratre ejus, adparuit.' Sic enim e Mss. etiam Leidd. locus legendus. Vide et cap. 13. Nec secus cum Cel. Burmanno scribendum, suadet auctoritas Cod. Neapolitani, in Nemes. Ecl. III. 8. 23. 'Hunc pater omnipotens venturi providus ævi Pertulit, et justo produxit tempore partus.' Vulgo quoque *protulit*. Distincte Arnobius l. III. p. 105. 'Aboriri; perferre, et præpropero partu septimanas edere feturas.' Eodem fere sensu, sed aliis in rebus, *perferre* Noster usus est, ut l. IV. p. 84. 'tota illa perlata fabula:' ubi vide. Infra p. 126. 'Cum primum sarcinas istas pertulerit.' De Mundo p. 723. 'Nec jugi perseverantia spiritus perferentes.' Plura vide ad Lucan. lib. V. 672. 'Pertulit unda:' ad Sil. l. V. 326. 'letalem pertulit ictum.' Non ansim tamen proscribere vulgarem lectionem *proferre*, sive eniti, et edere partum. *Oud.*

His editis] Cur legendum crederem, *his edictis*, caussam dixi in Commentario ad Fl. Vegetium. *Stewech.* Nempe lib. III. c. 10. Favet ei D'Orv. et Oxon. scriptura, *his dictis*. Frustra tamen, et perpetuo librariorum errore. Vide ad Liv. l. XXI. 62. ac sæpissime. L. I. p. 10. 'His editis, remoto grabatulo.' Supra p. 111. 'Editis precibus:' ac passim. *Oud.*

PAG. 116 *Invadit in eam*] *Invadit* hic est in nullo nec scripto, nec edito, quod sciam. Et apud Terent. 'involare in oculos, in capillum.' Afranius in Privigno apud Nonium v. 'Frigit,' pag. 308. 'Occasionem carta mulier involat In collum.' Sic Mss. vel *cartha*. Ed. Gothofr. *Occasione certa*. Legendum puto: *O. nacta*. At Codd. Flor. (errat enim Elmenh.) Fux. D'Orv. Pith. Oxon. Par. item Edd. Vicent. Junt. utraque, Aldi non agnoscunt hic præpositionem. Et recte, ut opinor. Vide ad lib. II. in f. 'Latrones involo.' *Idem.*

Capilloque discisso, et capite conquassato, &c.] Cætera hæc sic recte videntur habitura, si rescribas: *capilloque discusso*. Quod vero sequitur, *et capite conquassato*, prioris interpretationem continet. Observavi non semel conjunctivam particulam *et* idem valere, quod 'id est.' In Pandectis obvia exempla; itidem apud Virgil. Itidem accipiunt illud Divi Hieronymi: 'De scammate et loco certaminis egrediens.' Plautus: 'Annos natus sexaginta, et senex.' Consulendus Laurentius Valla lib. II. Itidem conjunctionem encliticam *que* interpretabar apud Virgil. IV. Æneid. 'Oceani finem juxta, Solemque cadentem.' Iterum libro VIII. Æneid. 'Attulit et nobis aliquando optantibus ætas Auxilium, adventumque Dei.' Extat apud Censorinum de die Natali cap. 24. pars plebisciti de prætore Urbano. Ea vulgo sic vulgatur: 'Duos lictores apud se habeto. Isque supremum ad Solis occasum jus inter cives dicito.' Ea in vetustissimis membranis Colon. hoc modo perscripta: *Duos lictores apud se habeto. Isque supremam ad Solem occasum jusque c. d.* Unde faciebam: *Usque supremam, Solemque occasum jus inter cives dicito.* Vel si sic magis placet: *Isque ad supremam, Solemque occasum.* Præmisit quippe Censorinus: 'plurimi supremam post occasum Solis existimant.' *Stewech.* *Et* et *que* sæpe exegeticam vim habere, certum est. Vide Drak. ad Liv. l. VI. c. 16. in f. Sed tamen hic loci nequaquam. At Stewechius hujus præcepti memor

esse debuerat ipse lib. VII. p. 138. 'contorta' et 'vituperanti nare.' Duo hic diversa designantur, laceratio crinium, et capitis concussatio. 'Discisso' enim valet lacerato, distracto, et evulso. Tibull. lib. I. El. x. 53. 'Sed Veneris nunc bella calent, scissosque capillos Femina, perfractas conqueriturque fores.' Male Fux. *discusso*. Oud. *His editis, involat in eam, &c. capilloque discisso, &c. graviter afflixit*] Ovidius ubi supra: 'Dixit, et arreptam prensis a fronte capillis Stravit humi.' Chrysostomus Homil. 15. in Epist. ad Ephes. Εἰς τοσοῦτό τινες (Dominæ) ἀτοπίας ἥκουσιν, ὡς ἀποκαλύπτειν τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀπὸ τριχῶν σύρειν τὰς θεραπαινίδας. Oxon. et alii Mss. *involat eam*. Pric. *Et capite conquassato*] In Apologetico: 'Fronte et occipitio conquassatus.' *Idem.*

Frumento et hordeo et milio, &c.] A Palat. vox *frumento* abest. *Elmenh.* Item a Guelf. Hinc Wow. et seqq. illas voces uncis incluserunt. Stewech. ad l. VII. p. 353. citat *frumenti*. Mirum, eum hunc locum non advocasse in probationem significationis τοῦ *et* pro 'id est,' quia hordeum et cetera sunt frumenti species. Sed dubium mihi haud est, quin Appuleius hic sumserit 'frumentum' pro 'tritico,' alioquin hic omisso: Idque jam aliquo modo advertit Beroaldus. Huc facit locus Hieronymi Epist. CXXXIII. ad Marcell. 'Plures hordeaceis panibus pascit, frumentaceis pauciores.' Atque ita 'frumentum' solent capere scriptores Latini, cum agunt de re frumentaria, cujus vice in pœnam 'hordeum' sæpe dabatur militantibus. In Pith. legas, *ordeo, milio, papavere*. Oud. *Et accepto frumento, et hordeo, et millio, et papavere, et cicere, et lente, et faba, commixtisque acervatim, &c.*] Philo in de Ling. confus. Μίξις σωμάτων διαφερόντων ἐστὶν οὐκ ἐν κόσμῳ παράθεσις· ὥσπερ ἂν εἴ τις σωρὸν ποιήσειε κριθὰς καὶ πυροὺς, καὶ ὀρόβους, καὶ ἄλλα τὰ εἴδη τῶν σπαρτῶν, εἰς ταυτὸν εἰσενεγκὼν, &c. *Pric.*

In unum Glomulum] In omnibus meis Codd. est quoque *grumulum*: quod miror ab Edd. tam diu exsulasse, eique *glomulum* in nullo Msto nunc comparens, nisi si in Fuxensi, esse substitutum; pro quo inepte Floridus *cumulum* conjecit, se ipse refellens. Vide Plin. lib. XIX. c. 6. 'Allium castellatim grumulis inponi.' Auct. B. Hisp. c. 24. *grumum* dicit. Vide Salm. ad Solin. pag. 62. Hinc Livius Poëta magnos fluctus vocavit 'multigrumos,' teste Gellio lib. XIX. cap. 7. *Oud.* *Confusis in unum glomulum*] Venus acervavit conglobavitque hæc omnia confusaneo acervo facto, et vix separabili, ut ita gravius torqueret fatigaretque Psychen in discernenda congerie: 'glomus' accipitur pro glomere, sive glomeratione, et quadam quasi acervatione. Plinius tradit in XXXVI. 'Si quis improperet intra labyrinthum sine glomere lini, exitum invenire non queat.' 'Glomus' in sacris appellatur crustulum cubi figura, quod obsonii genus est: grumus vero dicitur agger, sive collectio terræ minor tumulo, a congerie dictus: hinc exgrumantes decentissimo vocabulo Varroniano dictæ cochleæ, quasi grumos eruentes, et ex grumis exilientes, accepto frumento et hordeo. Ex Pliniana distinctione, frumenti appellatione hordeum continetur: duo enim prima frugum genera facit Plinius: frumenta, ut triticum et hordeum: legumina, ut faba et cicer. Videtur Appuleius frumentum pro tritico posuisse, speciali quodam significatu: frumenta autem et fruges a fruendo dicta: frui est vesci, a frumine, quæ est summa pars gulæ, per frumen enim esculenta delabuntur. Hordeum vero antiquissimum in cibis, sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, apparet: inde gladiatores hordearii appellati: polentam Græci ex hordeo præferunt:

n hordeaceum Antiquis usita-
vita damnavit. Plin. hordeum
genera frumenti numerat, ait-
d ex omni frumento minime ca-
osum esse, et frugum omnium
ssimum. Quæri solet, cur a Co-
lla hordei genus hexastichum sit
natum, et aliud quod distichum
it: dicitur autem hexastichum
ujus spicæ senos ordines habent:
distichon, quæ binos: Græce
hordeum, et *κριθινὸς* hordeaceus.
ild.

leris enim mihi] Ms. *videris, in-*
nihi. Sciopp. in Symb. Sic et
nti tacite edidere Wower. ac
Utrumque exaratum est in
v. *videris enim inquit mihi.* At
elegantius subintelligitur ver-
stud, ut jam vidimus ad lib. II.
'Senex ille:' et mox 'misere-
Sed et malim, si per Mss. ali-
liceret, præponere *τὸ enim*, ut
ties, in allocutionibus præser-
solet fieri. Confer notata ad
v. pag. 68. 'Enim vos,' &c. ac
n. ad Liv. lib. XXXIV. cap. 32.
n, ut jam ita sint hæc,' &c. *Oud.*
is (inquit) mihi tam deformis an-
nullo alio, sed tantum sedulo mi-
io amatores tuos promereri] Lu-
s: 'Nec divinitus interdum Ve-
que sagittis, Deterior fit nunc
rma fœmina ametur: Nam fa-
sa suis interdum fœmina factis,
elle insuescat vir secum degere
.' *Pric.* *Sedulo ministerio*] Lib.
)b sedulum istud ministerium:'
II. 'Sedulum colendi frequenta-
ministerium:' ibidem: 'Sedu-
&c. obibam culturæ sacrorum
uinm:' et v. 'Tibi sedulo præ-
trabimus.' *Idem.*

sivam congeriem] Tertull. de Je-
. 2. 'Stationum, quæ et ipsæ
quidem dies habeant, quartæ fe-
t sextæ, passive tamen currant
sub lege præcepti.' Alibi 'pas-
discipulos' vocat, quales occur-
passim. *Wass.* Adi Beroaldum, item Rittershus. ad Cassianum, et Colv. ad lib. IX. p. 202. 'Canes transeuntium viatorum passivis morsibus alumnatos:' quos scilicet passim sine ullo discrimine in viatores exercent. In aliis ibi *passim*, unde nempe derivatur. Vide Broukhus. ad Tibull. lib. II. 3. 41. 'Et passim semper amarunt.' Lib. XI. p. 240. 'Crines passive dispersi;' et illic turbatur. 'Passiva congeries' ergo est promiscua, indigesta, cujuscumque generis granis passim confusis; nec Vulcanius de lectionis veritate debuerat dubitare, adlito ad marginem, *sparsivam.* In Palat. Guelferb. *cong. pass.* in D'Orvill. *congeriam.* Oud. *Discerne seminum istorum passivam congeriem*] Theodoretus Serm. IX. *περὶ Προνοίας·* Κἂν ἀναμίξαι θελήσῃς κέγχρον, καὶ φακὸν, καὶ πυροὺς, καὶ κριθὰς, πάλιν αὐτὰ διακρίνεις εὐμαρῶς, ὥσπερ ἐθέλοις. Glossæ: 'Διαχωρίζω, discrimino, discerno,' &c. *Pric.* *Passivam congeriem*] Indiscretam et confusaneam, vocabulo a *passim* deducto: sic 'passiva Venus,' 'passiva libido,' apud Julium Firmicum usurpatur pro publica et communi ac promiscua: et 'passivi amatores' ab eodem dicuntur, qui passim indifferenter fœminas omnes amant. *Beroald.*

Opus expeditum adprobato mihi] Ex Plauti loco Sopingius non minus temere et hic voluit *expolitum*, quam Elmenhorstius fide Cod. Pal. et ex Phædro delere vocem. Prudentius se cum J. Gulielmo lib. II. Veris. cap. 8. gessit Colvius. 'Expeditum' est explicatum et bene dispositum. Sic 'expedire rationem' lib. III. pag. 49. 'commeatus,' 'aditus,' 'rem,' et innumera passim. Vide ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 78. Liv. lib. IX. cap. 17. Hinc 'expedire' et 'explicare' confusa in Solino cap. 1. Prave etiam Fux. D'Orv. et Oxon. *approbabo.* Adi J. F. Gron. ad Senec. lib. VII. N. Q. cap. 16. 'Quæ approbari opus suum, et fieri populare non putet posse:' et

quos laudat Drakenb. ad Liv. lib. IV. 22. *Oud.*

Inconditæ moli] D'Orv. Cod. adstipulatur Fulviano, et hinc conjecturæ Scioppianæ, dans *incredito malo*, nec non vulgata male intellecta lectio lib. VII. pag. 143. 'Furfures adponebat incretos, et sordidos, multoque lapide salebrosos.' Sed illic significat cribratos et a frumentis ipsis separatos, ut passim 'incerno' idem est, quod cerno, discerno, διαλέγω, ut in Glossis. Vulgo quidem editur in Festo, *Increta, indivisa;* sed ibi Mss. 4. Leidd. cum aliis exhibent *Inercta.* Quod probo. Vide 'Erctum,' et Vossii Etymol. in verbo 'Cerno.' Contra reliquos igitur Mss. nihil hic temere mutandum. 'Incondita moles' enim recte dicitur indigesta et temere confusa. Qualis sæpe legitur 'incondita multitudo.' Confer N. Heins. ad Vellei. lib. II. cap. 14. In Flor. N. 22. 'Turbatum et inconditum.' In Oxon. a m. pr. est *more.* Mox *conpernata* in Florent. *Idem.* *Nec Psyche manus admolitur inconditæ illi et inextricabili moli*] Panægyristes ad Constantinum: 'Non est ratio conandi, cum non est spes ulla complendi.' Quintilianus VI. Declam. 'Labori incumbere oportet ubi effectus promittitur: stulta cura est quæ spem non habet.' *Pric.* *Manus admolitur*] Onomast. vetus: 'Admolior, ἐπιχειρῶ.' 'manus admoliri' supra etiam I. dixit. *Idem.*

Immanitate præcepti consternata silens obstupescit] Seneca Natural. quæst. III. 27. 'In extrema perductis hoc unum solatium est, quod transit in stuporem metus: non vacat timere mirantibus.' *Idem.* *Silens obstupescit*] Virgil. XI. 'Obstupuere silentes.' *Id.*

Form. illa p. a. ruricola] Phædrus fab. lib. IV. *rusticam* vocat. Vide Aristotelem histor. animalium lib. I. cap. 38. *Elmenh.*

Certatim] Modius adscripsit, ni fallor, ex Bert. *certa te.* In Pith. est *certata.* Hinc Stewechianam lectionem proxime scribo: *certa tunc* vel *tum difficultatis tantæ, laborisque miserta contubernalis magni Dei, socr.* Nam vitiose vulgo distinguebatur post *miserta;* ut bene vidit quoque Pricæus. 'Contubernalis magni Dei' est Psyche, conjuga Amoris, Deorum maximi, cujus laborem est miserta formica, tunc certa tantæ difficultatis, et socrus Veneris sævitiam est exsecrata. 'Certus' cum Genitivo, ut alii, sæpius junxit Auctor. Vide ad lib. IV. pag. 71. 'jam certus erroris.' *Oud.* *Difficultatis tantæ, &c.*] Laborantem a prava distinctione locum sic emenda: *Difficultatis tantæ, laborisque miserta contubernalis magni Dei, socrusque sævitiam execrata, &c.* Pric.

Terræ omniparentis] Columella præf. lib. I. de re rust. 'Non prudentis est credere tellurem, quæ divinam et æternam juventam sortita, communis omnium parens dicta sit; quia cuncta peperit semper, et deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse.' *Elmenh.* *Terræ omniparentis agiles alumnæ*] Virgilius: 'Terræ omniparentis alumnum:' etiam Artemidorus Oneirocrit. I. 26. et III. 6. formicas τῆς γῆς παῖδας vocavit. *Pric.*

Contubernalis magni Dei] Lib. V. de Eodem: 'Precibusque potius Deorum maximum percole.' *Idem.*

Puellæ lepidæ, &c.] Venustæ, speciosæ. Gloss. 'Lepidus, &c. χαρίεις, ὡραῖος.' supra lib. V. 'Si puellæ lepidæ libenter adriserit.' *Idem.*

Ruunt aliæ, superque aliæ sepedum populorum undæ] Apollonius Argonaut. IV. itidem de formicis: Ἄπληκτον μεμάασιν ἐπήτριμοι. Hesychius: Ἐπήτριμα, ἄλλα ἐπ' ἄλλοις, πυκνά. bene et *ruunt.* Servius ad Æn. IV. 'Ruunt, cum impetu festinant.' Idem ad Æn. VIII. 'Ruebant: cum impetu veniebant: et hoc verbo more suo ostendit velocitatem.' Donatus ad III. 2. Adelph. 'Ruere, est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui

ipsi præcipites alios prosternunt.' Seneca cap. 1. de Vita beata: 'Inde ista coacervatio aliorum supra' (lege *super*) 'alios ruentium:' supra heic lib. I. 'Socratem superruo:' bene *populorum* etiam. Proverb. 30. 25. 'Formicæ populus infirmus:' sic, 'populos apum,' Virgilius IV. Georg. 'Undæ' μεταφορικῶς. Juvenalis: 'Nobis properantibus obstat Unda prior.' Scholiastes: 'Populi multitudo,' &c. sic 'inundantem populum' Hieronymus ad Lætum. Ammianus lib. XXVI. 'Undatim coëunte plebe.' *Idem.* *Sepedum*] Id est, populosus numerus formicarum, instar undarum et fluctuum, undatim ruebant in auxilium Psyches. Virgilius: 'Mane salutatum plenis vomit ædibus undam.' 'Sepedes' autem eleganti vocabulo dicuntur, a numero pedum: formicis enim seni pedes sunt, sicut insectis fere omnibus. Insecta vero sunt ea animalia, quæ Albertus Magnus annulata appellat, Aristoteles et Græci ἔντομα. Plinius in XI. 'Omnibus,' inquit, 'his seni pedes, plerique vermes duodenos habent, aliqua et centenos: numerus pedum impar nulli est.' *Beroald.*

Distributis dissitisque generibus] Pricæana Ed. de more Wowerianam secuta *distinctisque* ostentat. Salm. etiam margini adlevit. Sed ea vox sine dubio e glossa in Palat. et Guelf. Codd. irrepsit. 'Dissitis' est a se remotis singulis granorum generibus, ut lib. VII, pag. 148. 'dissitis femoribus:' sive disjunctis, ubi itidem male turbatur. In Florid. princ. 'Neque longule dissita, neque proxime adsita.' *Oud.*

Sed initio noctis, &c.] Melius, *Sic initio noctis:* supra lib. III. 'Sic noctis initio Pamphile vecors animi,' &c. et X. 'Sic necessarium sanguinis sui munus aggreditur.' *Pric.*

Vino madens] Suidas: Διάβροχος, οἰνωμένος. supra lib. II. 'Compotores, vino madidi.' *Idem.*

Fragrans] Spirans, redolens. *Ber*

Nequissima] Quia in Oxon. a m. pr. exaratur *fœmina*, Pricæus utrumque retinendum putabat; quia sic alibi occurrit. Confer notata ad lib. II. p. 38. 39. 'In nefariam scelestamque istam feminam:' et passim. Sed et lib. IV. p. 71. 'Sic nequissima illa deprecatur:' quem locum adscripserat etiam Cl. Wasse. *Istud opus* desunt Fux. *Oud.* *Non tuum, inquit, nequissima, &c.*] Oxon. *N. t. i. fœmina.* fortasse utrumque inserendum. lib. III. 'Nequissimam facinorosissimamque fœminam.' *Pric.*

Nec tuarum manuum istud opus] Tibullus: 'Humanum nec fuit istud opus.' *Idem.*

Illius, cui tuo, imo ipsius malo placuisti] Lib. VIII. 'Oculi isti, quibus male placui:' ubi plura. *Idem.*

PAG. 117 *Cibarii panis*] Id est, vilioris, sordidi, ut patet ex collatis, pag. 122. 'panem cibarium petitum esto:' et, 'cibario pane contenta.' Adde Davis. ad Ciceron. lib. v. Tusc. Disput. cap. 34. 'Cibarius in casa panis datus.' *Oud.* *Frusto cibarii panis ei projecto*] Post opus expeditum nempe. Chrysostomus Eclog. Homil. de Juramento: Πολλάκις τεχνίτης διωμόσατο τῷ μαθητῇ μὴ πρότερον αὐτὸν ἀφήσειν φαγεῖν καὶ πιεῖν, ἕως τὸ δοθὲν ἔργον ἅπαν ἀνύσῃ. τοῦτο δὲ καὶ παιδαγωγὸς πολλάκις πρὸς νέον, καὶ πρὸς θεράπαιναν ἐποίησε δέσποινα. 'Panis cibarius,' est, 'nec delicatus, qui servis ad cibum datur:' sunt verba Isidori Orig. XX. 2. *Projecto*, tanquam ad canem dixit, in majorem contumeliam. *Pric.*

Int. d. unici cubiculi custodia clausus] Pricæum offendit vox *unici*, isque, dum quid melius succurreret, corrigendum putavit *muniti*. Melior sane magisque placita est conjectura N. Heinsii ad Ovidii Epist. XVII. 178, *invii*. Vide ad lib. v. p. 91. 'beati carceris custodia septa:' ut vulgo male editur. Nec tamen penitus pro-

scribere ausim istud *unici*, quod exponi potest ita, ut dicat, Cupidinem detentum fuisse, et coërcitum acriter in uno conclavi, neque illi licuisse ex eo in alind transire. *Oud.*

Interioris domus unici cubiculi custodia clausus coërcebatur acriter] In Eunucho Terentii: 'Mihi ne abscedam imperat, In interiorem partem ut maneam solus,' &c. Ἐν δόμων μυχοῖς φυλάσσειν Menander apud Stobæum dixit: at quale hic 'unicum cubiculum' vix quisquam exposuerit: legamus, dum quid melius succurrerit, *munitique cubiculi*: supra lib. IV. 'Parva, sed satis munita domuncula,' &c. infra lib. IX. 'Mira custodela munitam domi suæ, &c. cohibebat.' *Pric.*

Coërcebatur acriter] De eodem lib. V. 'Et corpus ejus acrioribus remediis coërceat.' Glossæ: 'Coërcet, &c. κολάζει, τιμωρεῖται.' *Idem.*

Aurora commodum inequitante] Lib. III. 'Commodum punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum, cœlum inequitabat,' &c.

Fluvio præterluenti] Scribo, *præterfluenti*. Infra lib. VIII. 'Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere.' *Colv.* At *præterluere* dicitur forsan, ut 'adluere,' 'interluere,' 'proluere,' 'subluere.' Vide ad Cæs. lib. I. B. Civ. cap. 48. Et sic 'perluere' Sil. lib. XIV. 222. 'Nereida perluit unda.' Mart. Cap. lib. VI. p. 212. 'Hebrus inter d. barbaros fluens Ciconas perluit:' ubi in uno Cod. *perfluit*, uti sæpe viri docti litteram *f* in hisce interserunt. Verum in Cod. D'Orv. ac Pithœano exaratum reperi *præterruenti:* quod inpense adridet. 'Ruere' de torrenti fluvio passim occurrit. Vide ad Valer. Flacc. lib. III. 102. 'amnem Spumantem nimbis fluctuque arbusta ruentem:' et me in Miscell. Observ. A. 1734. ad Avieni Desc. Orb. vs. 337. 'Siris ruit.' Frequenter etiam *ruere* corruptum est in *fluere*. Adi ad Lucan. lib. IV. 77. 'Spissatæque ruunt.' Sed et contra aliquando accidit: ut videre est ex Comm. ad Liv. lib. XXVII. c. 17. *Oud.*

Ripisque longis adtenditur] Male Elmenhorst. Modianam conjecturam accipit pro lectione Cod. Bert. qui, ut reliqui Mss. servat pertinaciter *ripisque longis*. Quare mallem, ne nimia fiat mutatio, *rupibusque longis*. Istæ autem voces sæpissime confunduntur. Vide ad Lucan. lib. I. 397. Heins. ad Ovid. Met. lib. XI. 138. 'Perque jugum rupis labentibus obvius undis.' In Apol. 'præripia' vel 'prærupia' aut 'prærupta' pag. 9. Ed. Pric. et Gron. Obs. pag. 155. 'Adtenditur' autem est porrigitur, ut lib. XI. 'cælo manus adtendere.' Veget. lib. I. cap. 23. 'illam partem debet adtendere, ad quam est profecturus exercitus:' sive adnectitur, contiguus est. Lib. VII. pag. 143. 'mihi machinæ adtento.' Cogitavi aliquando, *rupes per longas*, ob seqq. 'cujus imi gurgites' ad 'fluvium' pertinentia. *Idem.*

Imi gurgites fontem despiciunt] Hoc non capio, quomodo gurgites imi possint despicere fontem; cum fons debeat esse altior gurgitibus, et quidem imis. Floridus exponit, 'extremæ voragines prospectant fontem.' Sed talis interpretatio contextu ipso obscurior. Primo videtur legendum *summi*. At vel sic altior est fons, ex quo descendunt gurgites, (ut p. 118. lib. IV. p. 67.) qui idcirco fontem despicere non possint. *Prospicere* usus est Auctor pro 'ex imo sursum adspicere,' e longinquo tamen, initio hujus libri. *Suspicere* contra pro 'despicere' lib. VII. p. 134. si locus est sanus. At *despicere* pro 'suspicere' nusquam; et profecto contra sensum esse communem videtur. Vide ad Sueton. Ner. cap. 19. et Haverkamp. ad Tertull. Apolog. init. ubi tamen *dispicere* erat præferendum, ut satis docet Heraldus. Vide et Misc. Obs. v. VII. pag. 280. Hic etiam *dispic.* Guelferb. Quo circa unice rescri-

ım arbitror e Ms. D'Orvill. *re-*
nt, de quo composito adi ad lib.
16. 'fenestras respicientes angi-
ım.' Sæpius hæc confusa. Hy-
Astron. II. 18. 'Bellerophon de-
'ns ad terram.' Ms. Voss. *re-*
ns. Nec male. Plaut. Mil. II.
'Respice ad lævam.' Mart. Ca-
lib. VI. p. 204. 'promontorium
ctans Austrum.' Unde optime
ısius recepit Msstorum, in qui-
: quatuor a me visi, lectionem in
› pag. 10. 'domum respectat
r.' Vulgo, *spectat*. At apud
m. de B. Troj. lib. II. cap. 47.
ani ex muris respectantes ne-
ıuam pro sociis ausi:' omnino e
Periz. leg. est *desp.* ut lib. III.
'Qui muris despectantes Tro-
Addidi ibidem *ausi* ex eodem
et cap. 45. 'nihil ultra auden-
rati.' Contra nihil mutandum
o in Horatio lib. I. Ep. 1. 105.
te pendentis, te respicientis
.' i. e. oculos in te detinentis:
Ieins. et Bentleius contra Mss.
trudi volunt *suspicientis*. Apud
. lib. XV. Ann. cap. 55. 'Solem
respiciens, et cetera sidera vo-
' ubi in aliis *despiciens:* vide
odo explicet J. Gronovius, certe
ıer *suspiciens*. Idem.

ıs ibi nitentes, aurique colore fla-
, &c.] Apud Ciceronem ex Tra-
ı veteri: 'Agnum inter pecu-
area flavum coma.' Seneca de
ı Pelopis, in Thyeste: 'Hujus
nae corpus infusa coma Depen-
uro.' *Pric.*

coma velleris] Valer. Argon. lib.
122. 'micat omnis ager, villis-
omantem Sidereis totos pellem
fundit in artus, Nunc in colla
.' Stat. Sylv. V. 183. 'Lanea
hrygii est coma fluminis.' In-
lanosum aurum.' *Wass.* Adde
ɜum ad verba 'auri colore flo-
ı:' cujus notæ ibi male præfi-
flaventes, ut pag. 118. 'flaventis
nollities.' *Oud.*

ıgatur] Peragit: fungi enim
agere est, defungi peragere, ut do-
cet Agretius. Purior lectio est, si
corrigas, *functura:* sicut verbum illud
habitatur, corrigo *habitura:* est enim
sensus, Psyche libenter utroque per-
rexit, non quidem obsequium injunc-
tum peractura, sed requiem malorum
habitura, inventuraque ex morte,
quam subire destinaverat ex rupis
præcipitio. *Beroald.*

Fluvialis rupis] Inde 'prærupia
fluminis' (quæ nempe flumini præ-
tenduntur) in Apologia. *Pric.*

*Musicæ suavis nutricula, &c. Arun-
do*] Scholiastes Horatii: 'Ripæ flu-
minum arundinum sylva decorantur,
quæ a ventis agitata obscure sonant.'
Idem.

Ærumnis exercita] Beda in de Or-
thographia: 'Exercitus laboribus,
exercitatus studiis.' *Idem.*

Meae sanctas aquas polluas] In Dia-
logo ad Asclepium: 'Undæque divi-
næ non solum polluentur sanguine,
sed,' &c. *Idem.*

Feras aditum] Lib. VIII. 'nulli con-
tra nos aditum tulerunt.' *Elmenh.*

*Quoad de solis flagrantia mutuato ca-
lore*] Male Edd. Wower. et Pric.
quod, ut Vulcanius margini adscrip-
serat. *Quoad* est *quamdiu*, ut passim.
De exsulat a Mss. Pal. Oxon. D'Orv.
Fux. Guelf. Perperam, ut patet e
lib. V. pag. 101. 'Opportunitatem de
luminis consilio mutuare.' Lib. VIII.
pag. 160. 'de jussu dominæ.' Sæpe
Noster cum aliis, Afris præsertim, *de*
pleonastice utitur, sive pro *per*. Vide
ad l. IV. p. 67. 'solatium de tam sera
refectione tribues.' Tum D'Orvill.
prave *fragrantia*. Guelf. *flagrantiam*.
Tandem in Palatin. Oxon. D'Orvill.
Fux. Guelf. est *mutuata calorem:* un-
de facillime confit *mutuatæ*, quod est
in Ed. Junt. post. ut in citato loco
pag. 101. et præferendum videtur ad
nimium Ablativorum concursum vi-
tandum. Alioquin a deponentibus
solet Auctor formare participia pas-
siva; immo et activum *mutuare* oc-
currit. Est et apud Plin. lib. II. c. 9.

'mutuata ab eo luce.' *Oud.*

Truci rabie solent efferri] Lego, *efferari.* Lib. IX. 'In suam perniciem advertit efferari.' Plinius: 'Fœminæ sues in tantum efferantur, ut homines lacerent.' *Elmenh.* Qui sic edidit, testante etiam Barthio, ita in Ms. reperiri, ac præplacet Pricæo, item Florido, nec non Wass. ad Sallust. B. Jug. cap. 94. quia in Codice Paræi est *effero*, ut lib. IX. pag. 177. 'jumenta efferari simili rabie.' Nec ego admodum refragor. Lib. VIII. pag. 174. 'infandis unguibus efferantur.' Solet enim ita corrumpi hoc verbum. Solin. pag. 4. 'canes in rabiem efferabuntur.' In Mss. duobus prave *efferentur.* Sed p. 28. 'sæviunt rabie libidinis efferati.' Vox ultima abest a quinque Mss. melioribus, et Plinio VIII. 32. Recte. Agit de *feris* cervis. Hos ut dicat *efferari*, non opus est. pag. 37. 'serpens efferatur.' cap. 49. 'Genituræ cupidine adeo efferantur.' Rursus male Delrius et Mss. aliqui, *efferuntur.* Vide tamen quæ pro vulgata lectione citavi ad Suet. Calig. cap. 50. 'Vultum ex industria efferabat.' Sophocl. Elect. 629. ἐκφέρῃ πρὸς ὀργήν. Min. Fel. cap. 14. 'ut in exsecrationem et odium hominum plerique simpliciores efferuntur.' Al. *efferantur.* Vide Misc. Nov. Lips. vol. VII. pag. 269. Septim. de B. Tr. lib. VI. c. 15. 'dolore elatus multos custodum interficit.' Margini adlevit dein Wass. deleto *efferari: Recte, f.* tamen *ecferri.* De hac scriptura vide Cort. ad Plin. V. Ep. 6. Ed. Bas. pr. *afferri.* In Pal. *rabiem.* Oud. *Truci rabie solent efferri*] Lucilius: 'Studio atque odio illius efferor ira:' at melius P. Colvius, *efferari:* infra lib. IX. 'Efferari jam simili rabie:' et ibidem: 'In suam advertit perniciem efferari.' Glossarium: 'Efferatus, ἠγριωμένος.' *Pric.*

Et nonnunquam venenatis morsibus in exitium sævire mortalium] Lib. VIII. de lupis: 'Exitiumque infestissimarum pecudum ipsis jam humanis capitibus imminere.' De 'venenatis morsibus' sub initium libri IX. dicemus. *Idem.*

Dum meridies Solis sedaverit vaporem] Melius, me judice, *sed dum meridii Solis sedaverit vapor.* Brant. Nihil muta. Sensus est: Postquam Solis vapor meridie sive per et post meridiem prono jubare (adi ad lib. IV. pag. 65.) sedatus est. Non enim sedatur, nisi cum adfuit meridies. Sic Phœbus occidens 'reducit noctem.' Virg. Æn. XI. in f. De similibus loquendi modis dixi ad Lucan. lib. IV. 68. 'Incendere diem nubes oriente remotæ.' Quod simileve participium videtur deesse Livio lib. XXXIII. c. 7. 'Et jam juga montium detexerat nebula.' Ibi consule Dukerum. *Oud.*

Spiritus fluvialis] D'Orv. Cod. *fluviales spēs.* Quod quid sit, nescio. 'Spiritus' est aura de fluvio veniens. Homer. Od. E. 470. Αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ. Vide me ad Frontin. lib. II. 2. 7. 'Volturnum amnem ingentes auras proflare:' et Cel. Burm. ad Lucan. VI. 369. et Calpurn. Ecl. IV. 4. 'Vicini spiritus amnis.' Omnino de 'spiritu fluvii,' 'maris,' &c. vide N. Heins. ad Virg. Æn. X. 291. 'Qua vada non spirant:' et Salm. ad Solin. cap. 22. 'insula adspiratur mari.' Hinc patet, male *Hæmi* tentari in Val. Flacco lib. II. 515. 'Qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri Tollitur.' De 'vallibus fluvii,' sive ad fluvium sitis, vide ad Lucan. in Cur. sec. lib. X. 130. In Pith. *fluvius spiritus.* Idem.

Quæ mecum simul unum fluentum bibit] Anacr. Ἡ γῆ μέλαινα πίνει, Πίνει δὲ δένδρε' αὐτήν, Πίνει θάλασσα δ' αὔρας. *Elmenh.* Operose hæc illustrarunt Cerda ad Virg. G. IV. 32. 'Inriguumque bibant violaria florem.' Achilles ad Tibull. lib. II. 1. 44. 'Tunc bibit inriguas fertilis hortus aquas:' ac plures. In D'Orv. *meum.* Rectius foret *me simul*, de quo dicam ad Flor. n. 2. 'simul urbibus homines.' *Oud.*

Sub ista procerissima platano quæ mecum simul fluentum bibit] Lib. I. 'Haud longe radices platani lenis fluvius, &c. ibat:' ubi fusius. *Pric.*

Mitigata furia] Fulgent. Virg. contin. p. 166. 'ut primum furiam animi ebrietas ducat.' Hygin. c. 107. 'furia accepta.' *Wass.* Ubi et in Fulg. lib. I. Myth. cap. 1. 'domini furiam evitantes.' Vide Munkerum, contra Barthium, negantem, *furiam* recte pro *furore* dici. Adde Ind. Elmenh. Nam de Eumenidum una, vel de homine furioso aliquoties occurrit. Sed pro furore optimi maluerunt *furias.* Liv. lib. I. cap. 47. 'Muliebribus instinctus furiis.' Ovid. Art. lib. II. 487. 'In furias agitantur equæ.' *Oud.*

Stirpibus connexim obhærescit] In D'Orv. et Ed. Junt. post. *stipibus.* Pal. *convexis*, sive incurvis. Oxon. etiam, Pith. Fux. Par. D'Orv. Edd. Vic. Ber. Bas. pr. *connexis.* Lucano lib. III. 400. 'connexi rami' dicuntur. Sic hoc loco stirpes possent dici *connexæ* per lanam iis obhærentem, et sæpius. Nil tamen muto; nisi mallet quis adverbium *connexim*, quod tamen nescio, an alibi reperias. Dein Ms. Reg. Fux. Pith. Guelferb. *obhorrescit.* Palatin. *oborescit.* Ed. Vicent. *obhorescit.* Ms. D'Orv. *abhorrescit*, quo confirmatur Flor. scriptura *adh.* quo composito sæpe utitur Auctor. Vide Indicem, et similiter lib. XI. pag. 240. 'Individuo nexu corona totis floribus, totisque constructa pomis adhærebat.' Cic. pro Domo cap. 5. 'Ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret:' quem locum vindicat Cel. Fred. Ott. Menkenius a Grævii conjectura *adol.* in Misc. Nov. Lips. v. 1. tom. III. pag. 515. Plin. lib. XII. c. 17. 'Œsypum in pulverem' (sic Mss. i. e. pulveris modo. Vulgo deest τὸ *in*) 'madentibus villis adhærescere, atque ita ladanum depecti.' Lib. XXVI. 8. 'barbis caprarum adhærescens.' Nihilominus præfero ex plurimis Codd. cum Beroaldo et aliis *ob*, præpositionem Nostro amatam. Vide ad lib. II. p. 39. et lib. IV. p. 66. Et *obhærere* est apud plurimos. Vide ad Sueton. Tib. cap. 2. 'Obhærentem vado navem:' ubi eadem varietas. Senec. lib. I. N. Q. cap. 16. 'caput merserat, inguinibusque alienis obhæserat.' *Idem.*

PAG. 118 *Furatrina facili*] Scribendum in Nonio: 'Moletrina a molendo, quod pistrinum dicimus, ut Furatrina.' Mendose enim legitur, *Feratrina.* Reperire etiam est hanc dictionem in lapidibus priscis, qui apud Aldum. *Colv.* Utitur Auctor l. VIII. 'furatrina conjugalis:' et lib. X. pag. 219. 'furātrinæ artificium.' *Oud.* *Subridens amarum*] Ammianus lib. XXVII. (ex Nostro, ut sæpicule:) 'Minutus suopte ingenio, et subamarum ridens.' Virgilius: 'Subridens mista Mezentius ira.' Hesychius: Σαρκάζων· μετὰ πικρίας γελῶν. Infra hoc lib. 'Risu maligno salutant.' Cicero in de Orat. 'Et ridens, et stomachans.' Noster in Apologetico: 'Cum risu succensentem:' quo loco adnotata vide. *Pric.* *Subridens amarum*] E converso apud Catullum, 'Dulce ridentem.' *Idem.*

Facti auctor] Glossæ: 'Αὐτουργὸς, auctor rei.' *Idem.*

Fontis atri fuscæ undæ] Hom. Il. I. vs. 14. ὥστε κρήνη μελάνυδρος. *Elmenh.*

Pauca Cocyti fluenta] Quasi ex compacto viri docti, ut Vulc. Elmenh. Scriv. Pric. Flor. Wass. vel receperunt, vel recipi jusserunt vocem *rauca;* nec ego melius quid comminisci possum, propius accedens lectioni Msstorum, et Edd. Vett. miro consensu servantium *pauca.* Passim poëtæ mari et fluminibus torrentibus dant 'raucum sonum,' et 'raucas aquas.' Vide Ovid. Ep. X. Her. 26. XVIII. 26. Lucan. lib. V. 218. 'Pontus rauca gemit:' ac crebro aliis. Hoc ipsum in Virgilio lib. VI. Æn. 326. 'nec rauca fluenta.' Plura vide in

Vindiciis meis ad Avienum Misc. Obs. vol. v. t. I. ad vs. 385. 'rauca vitam producit in unda.' In Guelf. *defluente unda*. Pro *Cocyti* in D'Orv. est *concitæ*. Palat. Fux. Guelferb. *conciti*. Supra vice τοῦ *inclusæ* dat Florent. *inclusa est*. Oxon. Fux. *inclusa*. Oud. *Pauca Cocyti fluenta*] *Rauca* excusum volui, quomodo Lipsius emendaverat. *Pric.*

Indidem mihi de summi fontis penita scaturigine rorem rigentem ista confestim urnula deferto] Juvenal. VI. 'Si candida jusserit Io, Ibit ad Ægypti finem, calidaque petitas A Meroë portabit aquas.' *Idem.*

Perferto urnula] Rom. *deferto* u. Elmenh. Sic agit Elmenh. quasi *perf.* esset in Mss. Sed ibi nusquam legas, verum in Edd. Juntinis et Aldi. In ceteris *def.* At in D'Orv. Pith. est *defers*, in Reg. Fux. Guelf. Pal. Oxon. *deferes*: ut Futurum sit tempus pro Imperativo, alibi etiam, ni fallor, sic obvium. Verum in omnibus mandatis Veneris hic utitur Auctor Imperativo. In Guelf. *istam d. urn. Urnulam* Palat. *Oud. Studiose gradum celerans*] Ex his Virgilii: 'Illa gradum celerans studio properabat anili.' *Pric.*

Cumulum] Scribe cum Colvio et Bertin. Cod. *tumulum*. Idem.

Vel illic inventura vitæ pessimæ finem] Hæc lectio profecta est a Beroaldo, et confirmata ab Mss. Flor. Reg. Fux. Pith. Bert. Par. atque elegantis Latinitatis; cum passim *invenire* pro acquirere, comparare occurrat; quare ei omnino videtur acquiescendum. Priceus tamen cum in Edd. primis repererit *in vitæ pessimæ* (non, ut ait *pessimum*) *finem*, quod in contextu retinuit quoque Beroaldus, et in Oxon. Cod. sit, *invitæ pessimo fine*, conjecit: *inventura pessimum finem*, vel, *peritura pessimo fine*. At nequaquam satisfaciunt. D'Orv. concinit tamen Edd. primis, et Pal. Guelf. habent *invitæ pessimæ*, ac Pal. *fine*. Propius illam scripturam divinavit J. Isacius Pontanus lib. II. Anal. cap. 15. 'invitæ vitæ perpessura finem.' At *vita* non est *invita*; sed 'invita remansisse in vita' dici potuisset de ea, ut est lib. VIII. p. 156. Si quid novandum foret, quod non credo, mallem, *invisæ vitæ positura finem*. Sic Liv. lib. XXVI. c. 15. 'Invisæ hujus vitæ vindicta.' Virg. Æn. XI. 165. 'Quod vitam moror invisam.' Plura vide ad Lucan. lib. IV. 276. 'Invisa luce.' Dictum itaque foret 'ponere finem vitæ,' ut lib. IV. p. 71. 'dignum virtutibus vitæ terminum posuit:' pro quo alii etiam 'ponere vitam' dixerunt. Consule Comment. ad Nepot. Pausan. cap. ult. in fine. Sic 'ponere modum de fine.' Adi Burm. ad Virg. Æn. VII. 129. quod est etiam in Mss. nonnullis Horat. lib. III. O. 15. 2. *Oud. Certe vel illic inventura vitæ pessimum finem*] Veterrimæ editiones, *Certe vel illic invitæ pessimum finem*. Oxon. Ms. *Certe vel illic invitæ pessimo fine*: ex quibus facile est conjicere, aut, *inventura pessimum finem*: aut, *peritura pessimo fine* scribendum. *Pric. Invitæ*] Ut lectio planior sit, legere malim, *Inventura vitæ finem*: volebat Psyche ex rupe ardua se præcipitans, invenire vitæ finem ærumnosæ scilicet, et infœlicis: cum mors ærumnarum requies sit, et finis. Hinc illud Horatianum: 'moriar, mors ultima linea rerum est.' *Beroald.*

Fontes horridos evomebant] D'Orv. *horridas*. Edd. Wower. Pric. *emovebat*, typothetarum, ut opinor, errore. Uti 'eructare,' de quo vide me in Misc. Observ. vol. v. tom. 1. ad Avien. vs. 75. sic et 'evomere' passim de aqua usurpatur. Adi omnino notas ad Lucan. lib. IV. 460. 'cumque cavernæ Evomuere fretum.' Immo Noster ipse lib. IV. p. 67. 'Fons per prona delapsus evomebat undas argenteas.' Nec dissimiliter lib. V. pag. 103. 'lucerna evomuit stillam

Oud.
aminis laciniis editi] *Lacunis* at emendarunt viri docti, contur a D'Orv. Oxon. Pith. Guelf. ut jam editum fuit in Junt. *Laciniis*, quæ vox huc non at, videtur confecta a Beroaldo rrupto *lacinus*, ut est in Ed. t. De earum confusione late lib. I. p. 6. 'laciniosa convalli.' *educti*, quod e Flor. Cod. præ- Elmenh. sequentibus de more r. et Flor. nequaquam mihi se t. Id potius est hominum, a- e fonte extrahentium, quam fontis, qui editur terra, non ur. Scilicet scriptum fuerat orum more *edicti* pro *editi;* lius fecit *educti*. Sed optime dicuntur *editi*, quorum genit mons, ut in Auson. de Urb. 3. 'Uti et inde fluvii eduntur.' . lib. III. 257. 'quos non di- fontibus edit Persis.' Curt. . cap. 4. § 5. 'Rursus velut fonte conceptus editur.' Hine cadus Solin. cap. 37. pag. 48. Ti- n Armeniæ regione caput tollit uam lucidum' (Voss. *liquidum*) picuo fonte in loco editus, qui s nominatur.' Vulgo, *in loco edi-* atra Plinium, qui ait *in planitie*. t enim Salm. Hinc Camers et *in l. haud edito*. Sed, ut cor- ræbet Ms. Huls. et *editos* Voss. bidem e Mss. duobus leg. *Nam* rdio, non *nec*, ut et ibi verum Auctor. Alibi *prodi* dicuntur. : 'pari a monte,' ut Solino pag. At vero etiam *edi* dicuntur flu- xeuntia in amnem, vel mare. Burm. ad Val. Flacc. lib. v. Cum se sole satus patriis pe- ibus edit.' Sed forte ibi leg. o e penetralibus in templum, sc. et ceteris, qui jam in tem- ant, vs. 404. &c. Neque enim sium sequens in platea, verum plo est habitum. *Idem.*
ibus cavatis] B. M. *cautibus*. Putean. Adde Reg. Pal. Oxon. D'Orvill. Guelf. Pith. Quare Mstis obsequens ita edidi, licet *cotes* alias æque dicantur cautes quævis, ac lapides acuendi ferri usui inservientes. Uti passim *au* et *o* confundi, et in eadem voce adhiberi vidimus ad lib. v. pag. 101. et alibi, sic et variant Mss. in Cæs. lib. III. B. G. c. 14. et Luc. lib. VII. 139. Sed vide Davis. ad Cic. lib. IV. Tusc. Disp. cap. 14. 'e scrupulosis cotibus.' Atque ita minima mutatione apud Hygin. F. 89. pro *ceto religatæ* emendabis *cote;* ubi Clar. Valckenaer. in dissert. de Byrsa aliquando reponi volebat *caute*. Oud. *Dextra lævaque, &c. sævi dracones, inconnivæ vigiliæ luminibus addictis*] Epitomator Festi: 'Dracones ἀπὸ τοῦ δρακεῖν dicti, &c. qua ex causa incubantes eos thesauris custodiæ causa Antiqui finxerunt.' Draconem infantiæ Neronis custodem apud Tacitum Ann. XI. habemus: fluminis autem, ut hoc loco, custodem, apud Euripidem Phœnissis. *Pric.*
Inconnivæ vigiliæ luminibus addictis] Hinc ἄϋπνοι δράκοντες II. 14. Philostrati. Seneca de M. Regulo: 'Et in perpetuam vigiliam suspensa sunt lumina.' *Idem.*

Jamque et ipsæ semet muniebant vocales aquæ. Nam et] *Movebant*, quod ediderunt Wow. Scriv. Pric. confirmatur a margine Cod. Oxon. At mihi nequaquam se probare potest. Nihil miri, si se movent fluentes aquæ: sed cum *vocales* dicat, adparet illi epitheto convenire debere verbum. In D'Orv. igitur cum sit, *Jamque ipsæmet muniebant voc. undæ*, posses cum nobilissimæ stirpis, et elegantissimi ingenii, raræque doctrinæ Juvene legere, *ipsæmet monebant*, ut vulgo infra, 'aquas præmonentes,' vel potius, ut jam olim divinavi in Misc. Obs. *ipsæmet mugiebant*. Quod egregie convenit 'raucis fluentis,' quæ sic audiunt pag. præc. 'Mugitus' ita mari adscribitur ab Horatio

Ep. x. 19. 'Ionius udo quum remugiens sinus Noto carinam ruperit.' Val. Flacc. lib. II. 498. 'Monstri feri mugire sinus :' cum nota Cel. P. Burmanni. Senec. Hippol. 1025. 'En! totum mare inmugit.' Sil. Ital. lib. IV. 300. 'Inmugit Nereus.' Avien. Descr. Orb. 181. 'jugis ubique Mugitus pelago est.' Sed et de flumine Sil. lib. VI. 283. 'Erupit tristis fluvio mugitus, et imis Murmura fusa vadis.' Lib. VIII. 631. 'fundoque imo mugivit anhelans Aufidus.' Quin hic 'tauriformis.' Horatio dicitur l. IV. O. 14. 25. ubi consulendus Torrentius. Stat. lib. VII. Theb. vs. 419. 'mugire potentem Inachon agricolæ narrant.' Atque ita 'ululare amnes' dicuntur Val. Flacc. lib. II. 537. Huc etiam pertinent λίμνης μυκήματα vel ὠρυώματα, uti viri docti recte corrigunt in Æliano lib. XII. V. Hist. cap. 57. ubi vide, et Trillerum lib. IV. Obs. c. 1. *Oud.*

PAG. 119 *Et, Quid facis? vide et, Quid agis? Cave*] Σύστοιχον est. Hinc istud Terent. in Eunucho: 'Vide quid agas:' ubi Donatus admonet id dici solere magna aggredientibus. *Brant.* In Regio, Fux. exaratur *facies*, quod juvat Gruteri conjecturam, in Suspic. ineditis legentis, ut vitetur battologia, *facias.* Vide Misc. Nov. Lips. vol. III. P. 3. pag. 488. Sed *quid facis*, et *quid agis?* sic repetit Auctor p. 129. Nec sine ratione, ut disces ex Gellio l. XIII. c. 23. citato per Pric. Adde Wopkens. in Misc. Nov. Obs. t. II. p. 28. Male vero, sed tamen e Ms. ut opinor, Bert. qui sic habet, tacite edidit Elmenh. cum Scriv. et Flor. *quid facis et vide.* Oud. *Quid facis? vide: et, quid agis? &c.*] Donatus ad I. 3. Phorm. 'Perturbati est intercessoris dicere, Quid agis?' Arrianus III. 22. in Epictetum: Ποῖ φέρεσθε; τί ποιεῖτε; Persius: 'Quo deinde insane ruis? quo? Quid tibi vis?' Plinius lib. IX. Epist. 13. 'Quid audes? quo ruis? quibus te periculis objicis?' infra hic: 'Quid facis infelix puella? quid agis? cur ad Orcum festinas?' nec de nihilo heic post *Quid facis?* etiam *quid agis?* additum. Gellius XIII. 23. 'Atrocitatem rei bis idem dicendo alio atque alio verbo auxit inculcavitque: duplexque eadem compellatio admonitionem instantiorem facit.' *Pric. Cave, et, Fuge, et, Peribis*] Servius ad Æneid. II. 'Brevitas orationis in periculis congruit.' Hieronymus in Malchi vita: 'Vox per antrum sonat, &c. Exite morituri: quid statis? quid moramini? exite.' *Idem.*

Mutata in lapidem Psyche] Φρενοβλαβὴς, καὶ παρὰ τῶν δεινῶν παράπληξ. ut IX. Heliodorus locutus: supra hic lib. IX. 'Fixus in lapidem steti gelidus.' *Idem.*

Quamvis præsente corpore, sensibus tamen aberat] Philo de congressu erud. quær. causa: Τοῖς σώμασι παρεῖναι, ταῖς διανοίαις ἀπολλάχθαι, εἰδώλων καὶ ἀνδριάντων μηδὲν διαφέροντας. Suidas: Παρὼν ἀποδημεῖ· ἐπὶ τῶν αἴσθησιν ἑαυτοῖς μηδεμίαν παρεχόντων. Terentius Prologo Andriæ: 'Adeste:' ubi Donatus: 'Non, ut absentibus dicit, quippe qui corporibus præsto erant: sed intenti estote.' Augustinus Confess. VI. 8. ex Alipii ad socios persona: 'Si corpus meum in Amphitheatrum trahitis, numquid et animum meum in illa spectacula potestis intendere? adero itaque absens,' &c. *Idem.*

Lachrymarum etiam e. carebat solatio] Ovid. lib. IX. Met. 'est quædam flere voluptas. Expletur lacrymis egeriturque dolor.' Et Seneca: 'Omnis adversa fortuna habet in querelis levamentum.' Contrarium asserit Menander, cujus lepidissimos versus adscribam pag. 118. Sentent. Vett. Comic. Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον, Ἀεὶ θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο, Ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα δόντες χρυσίον. Νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ' οὐδ' ἀποβλέπει· Εἰς ταῦτα δέσποτ' ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν, Ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μὴ,

παρεύσεται. Τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐθέν. ἡ λύπη δ' ἔχει· Ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν τὰ δάκρυα. *Elmenh.* *Lacrymarum etiam extremo solatio carebat*] Infra lib. IX. 'Nec ullum verbum, ac ne tacitum quidem fletum tot malis circumventus senex quivit emittere.' Isidorus Pelusiota: Οἱ μὲν μετρίως λυπούμενοι καὶ δακρύειν ἰσχύουσιν, οἱ δὲ καταπληττόμενοι ἐπὶ, &c. συμφοραῖς, οὐδὲ δακρῦσαι δύνανται, τῇ τοῦ πάθους ὑπερβολῇ ἑαλωκότες, καὶ πᾶν ὅσον εἶχον ὑγρὸν τῇ τοῦ πυρὸς ἀκμῇ δαπανήσαντες· ἀχανεῖς γοῦν καὶ κατηφεῖς εἰσι, μήτε λόγον, μήτε δάκρυα προϊέμενοι. Apud Quintilianum ille Declam. XVII. 'Fractæ malorum contentione mentes, &c. caligant: non querelas post hoc invenio, non verba, non lacrymas.' Ibidem I. 'Miser post omnia etiam lacrymas perdidit.' Bene autem 'solatio lacrymarum.' Euripides Œnomao: Ἔστι γὰρ δὴ κἀν κακοῖσιν ἡδονὴ θνητοῖς ὀδυρμοὶ, δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί· Ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν, Καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους. *Pric.*

Regalis avis illa] Cum Elmenh. Scriv. et Flor. prætuli τὸ *ales*, suffragantibus Mss. D'Orv. Fux. Guelf. Oxon. et Ed. Junt. post. Virgil. l. I. Æn. 394. 'Ætheria quos lapsa plaga Jovis ales aperto Turbabat cælo.' Plin. lib. X. c. 5. 'Aquila Jovis ales adscribitur.' Infra in Flor. N. 23. Adi omnino Cl. Burmann. ad Phædri F. 13. 'Nulla prior ales foret.' *Oud.* *Supremi Jovis regalis ales*] Virgil. Ceiri: 'Aquilis semper gaudet Deus ille coruscis.' *Pric.*

Propansis utrimque pinnis] D'Orv. *pennis*: ut variatur semper. *Propansis* hic Mss. O. sed in Flor. N. 23. 'Propassis utrimque pinnis:' ut illic legendum videbimus, et bene hic citat Pricæus. Adde Stephan. ad Saxon. Gramm. pag. 195. 'Propassis alis.' *Oud.* *Propansis utrinque pennis*] In Floridis, etiam de aquila loquens: 'Propassis utrinque pennis prælabitur.' *Pric.*

Deique numen in uxoris laboribus percolens] Tale illud X. 'Illius recognoscens imaginem in tua facie, merito te diligo.' *Idem.*

Alti culminis] *Numinis* Fux. *cumis* Pal. Cave, quid mutes. 'Culmen' de cælo eadem figura dixit, qua sæpe 'ara' pro eodem sumi solet. Sic legendum quoque e Mss. in Mart. Cap. l. VI. pag. 195. 'Cum cæli culmina Sol elatus illustrat.' Ed. Grot. *culmine.* Oud.

Diales vias] Quidam inepte, *sidereales vias.* Sed operam mihi non videor lusurus, si hic Arnobii locum, qui non alienus ab hoc loco, corruptum proponam, post emendem. L. I. 'Alicuine mortalium Jupiter ille Capitolinus hujusmodi potestatem dedit? Curionem, aut pontificem maximum, quin immo Dialem (quod ejus est) isto jure donavit?' Sermo ei de potestate sanitatis pristinæ restituendæ hominibus verbo dumtaxat: quam Christus habuit, quam ab illo Apostoli accipiebant. Lego, *quin immo Dialem, quo Dius est, illo jure donavit.* Cum Jovi attribui audis flaminem Dialem; Dium etiam esse illum intelligis: hoc est, eum, a quo vita dari credebatur generi humano. Festus: 'Dialis autem appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus.' Debebat igitur flamen Dialis præcipue potestatem sanitati homines restituendi habere; quandoquidem Deus, cujus ille sacerdos, a quo illi nomen, talis audiebat. *Colv.* Adde Beroald. Salm. ad Solin. pag. 804. d. *Viales* Fux. *Oud.* *Alti culminis diales vias deserit*] 'Diales vias' istas sic in Floridis circumloquitur: 'Aquila cum se nubium tenus altissime sublimavit, evecta alis totum illud spatium qua pluitur et ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est: in ipso (ut ita dixerim) solo ætheris, et fastigio hiemis,' &c. *Pric.* *Diales vias*] Joviales et cœlestes. Græci 'Dia'

Jovem appellant: hinc 'flamen dialis' dictus a Jove cui sacra facit: a die quoque 'dialis' deducitur. Hinc scomma illud M. Tullii in consulem qui uno tantum die consulatum peregit. 'Solent,' inquit, 'esse flamines diales, modo consules diales habemus.' Inde 'sub dio' dicitur, quasi sub Jove, id est, cœlo, quod et *sub divo* dicitur: unde 'subdiales' dictæ sive subdivales ambulationes, Plinio, quæ apertæ sunt, et ostentæ soli atque sub cœlo: est enim æthra splendor ætheris. *Beroald.*

Simplex, &c. et expers rerum talium] Supra lib. III. 'Talium rerum expers et rudis.' *Pric.*

Sperasque] *Sperasne.* Vulgo, *sperasque.* Colvius. Stewech. videtur etiam voluisse, *quæ speras*, non *sperasque.* Cogitavi aliquando, *que* vel pro, quoque, hic poni, vel ex eo corruptum esse, subintellecta interrogationis particula, an, ut fit millies, et mox. De *que* et *quoque* vide ad Liv. lib. v. c. 25. Misc. Obs. v. VIII. p. 38. Infra l. VII. p. 134. et passim. Sed, cum in Mss. Flor. et Pith. videatur esse *sperasne*, ut post Colvium ediderunt reliqui, rectius *ne* retineas. *Oud.*

Diis etiam, ipsique Jovi formidabiles aquas istas Stygias] 'Formidabiles:' per quas formidant pejerare. Virgilius: 'Stygiamque paludem, Dii cujus jurare timent et fallere numen.' Servius ad Ejusdem illa: 'Ipsa Deum pœnas docuit,' &c. 'Fertur ab Orpheo, quod Dii pejerantes per Stygiam paludem, novem annorum spatio in Tartaro puniuntur:' unde Statius: 'Et Styx perjuria Divum Arguit.' *Pric.*

Vel fando comperisti] Virgil. II. Æneid. 'Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.' *Elmenh.*

Dejeratis per numina Deorum] D'Orv. *digeratis.* Oxon. *deger.* Corrupte. *Deorum* exsulat a D'Orv. Passim *Dei numen* et *Deorum numina* occurrunt. Vide Flor. I. 13, Ovid. Ep. XVI. 128. 'Non sine consilio numinibusque Deum.' Adi quoque Drakenb. ad Sil. Ital. lib. I. 93. Hinc infra, 'divina numina:' ubi male inmutant, et plura dicam l. IX. p. 186. *Oud.*

Deos per Stygis majestatem solere] Minut. 'Et ideo apud eos rex ipse Juppiter per torrentes ripas, et atram voraginem jurat religiose.' *Colv.* Vide quæ dixi ad Minutium Felicem fol. 65. et Aristidem Orat. I. in Neptunum, Senec. Herc. Fur. Ovidium Metam. lib. I. 2. et 5. *Elmenh.* Oxon. Pal. Fux. Guelf. Edd. Elmenh. Flor. *Stygiam.* Male. Præcessit 'aquas Stygias,' ac plus est 'Stygis majestas,' quam *Stygia.* Ea enim modo ad Styga pertinet, non vero ipsius est Stygis. Rectius *majestatem* statuere posses abesse a D'Orvill. ut etiam hic *numen* intelligatur. Sed præplacet tamen vulgata. *Oud.*

Arreptam completamque festinanter] Silent hic omnes Interpretes; nisi quod Florid. in paraphrasi edat: 'Et statim captum inplevit.' At quæso dicat mihi quis, unde pendeat hic Accusativus. Ego enim verbum invenire nequeo. Dein nimis cito hic dicitur *completa* urna, quam demum ut compleat, avolat mox aquila. Hinc puto virum doctum in margine exemplaris sui conjecisse, *complexamque*, sc. unguibus passive. Atque ita sane exaratur in Guelf. Higtius conjecerat, *eaque arrepta complexaque.* Sed unum hoc idemque est, et manet difficultas casus. Quare cum in Florent. Oxon. ac Palatin. sit *festinat*, Fux. *festinant*, Pith. *festinatius*, puto relictum esse ab Auctore: *arreptam completum aqua festinat:* vel, si vis, *festinat iter*, ut 'festinare viam,' 'fugam,' et similia. Vide ad lib. IV. p. 66. 'festinata fuga.' Fraudi fuit librariis Supino junctus casus Accusativus, quem hic non ceperunt. Vide Terent. Eun. IV. 6. 15. V. 2. &c. sæpe. Confer Sanctii Min. lib. III. cap. 8. ibique Perizon. Ac sic plane

Nostro ipsi in Florid. N. 23. 'Eamque raptum festinabant:' ubi vide Comm. *Idem*.

Libratisque pinnarum nutantium molibus] Alii, *vibratisque p. n.* Male. Ovidius de Dædalo lib. VIII. Metamorph. vs. 202. 'Geminas opifex libravit in alas Ipse suum corpus.' *Elmenh.* Adde Pricæum, et Drakenb. ad Sil. Ital. lib. XV. 429. ubi idem error vulgo: 'Aurata puerum rapiebat ad æthera penna Per nubes aquila, intexto librata volatu.' Eorumque exemplis adde Ovid. II. Art. Am. 68. 'Inque novum timide corpora librat iter.' Plin. lib. X. c. 3. 'Aquila librat sese ex alto.' Virg. lib. IV. G. 196. de apibus: 'sese per inania nubila librant.' De mutatione crebra verborum 'librare' et 'vibrare' vide ad Lucan. lib. III. 433. IV. 40. Dein pro *nutantium* in Oxon. etiam, Guelf. et Par. est *mutantium*. Cave vero *nut.* mutes vel in *micantium* e Fux. vel in *natantium*, quod conjecit Ill. N. Heinsius ad Ovid. l. II. Art. Am. 45. Verum quidem est, 'nare' cum derivatis et compositis passim dici aves, ob similitudinem motus alarum, et brachiorum, ac pedum in natante homine. Vide Comm. Interpretum ad loca a me citata in Lucano lib. V. 554. 'pennæ. confisa natanti.' Sil. Ital. lib. III. 682. 'In Libyen niveis tranavit concolor alis:' ubi cum debeat describi avis nigra, similis columbæ Dodoneæ, quæ præcessit, viri docti corrigunt, *furvis*, *nigris*, *piceis*. Quid? si, *Ibis tr. concolor alis*, vel *ales?* In verbo *natare* corrigendus etiam Plinius lib. XI. cap. 11. 'Juxta vero terram volant in adverso flatu, vepribus hebetato:' ubi Mss. turba dat, *hebetatis*, *evacuatis*, *evitatis*, ut Dalecamp. et Harduinus de eo silens legunt. Sed Leid. pr. cum Cod. Hard. *enuatis:* unde commode refingas *enatatis*, vel *enavigatis*. Verum ne id huc intrudamus, vetat ipse Auctor per locum in Flor. N. 2. de aquila: 'nutu clementi velificatas alas, quo libuit, advertens.' Audacter enim nimis Heinsius ibidem quoque *natatu* substituere conatur. Recte *nutare* dicuntur pinnæ moventium se volucrium; quomodo passim cristæ in galea Græce νεύειν, et Latine *nutare* describuntur, locis, quibus sæpe in Mss. *micare* est suppositum. Nisi quis malit *nictantes* cum Bentleio sic ad Callim. p. 437. legenti in Catulli Coma Beren. vs. 54. 'Unigera inpellens nutantibus aëra pennis:' nisi potius ex Nostri locis et ille defendatur. Adi Cl. Drakenb. ad Livium lib. IV. cap. 38. 'Nutant circumspectantibus galeæ.' N. Heinsium ad Sil. lib. I. 460. 'nutant fulgentes vertice cristæ.' L. II. 398. 'niveæ tremulo nutamine pennæ.' Lib. XVII. 397. 'penna nutante.' Sic 'nutans lac' vel 'calathus' Calpurnii Ecl. II. 78. ubi consulas Cel. Burmannum: et alia crebro, pro huc illuc vacillare. Noster plus semel ait 'nutanti capite.' Hinc insuper patet, non opus esse, ut cum eodem Heinsio, et Wasseo pro *molibus* legamus *motibus*, quia 'moveri' sæpe pro 'volare' poëtis in usu est. Ovid. lib. II. Art. 65. 'monstratque moveri, Erudit infirmas ut sua mater aves.' Vide Burm. in Jov. Fulg. p. 248. et ad Luc. lib. I. 587. 'Fulminis edoctus monitus, venasque calentes Fibrarum, et motus errantis in aëre pennæ:' quod et nunc præfero cum Grævio Heinsioque Ep. 368. &c. ex Plinii lib. II. cap. 7. 'Ecce fulgurum monitus,' &c. Verum hoc loco ille *motus* jam exprimitur per 'nutantes pinnas.' Ait autem pinnarum *moles*, ut exprimat istius aquilæ magnitudinem et pondus. Vide Græv. et Duker. ad Flor. lib. I. 18. II. 6. § 50. Barth. ad Claud. I. Ruf. vs. 350. Burm. ad Valer. Flacc. lib. VI. 104. ubi malim legere: 'molem bello lateque ferentem Undique falcatos deserta per æquora currus.' *Bello* pro in prælio. Vulgo, *belli*. Burm. *late*

lateque. Sed et ipse Appuleius dixit lib. VII. p. 135. 'præter ceteram corporis molem:' et in Flor. N. 2. de aquila: 'nutu clemente tota mole corporis labitur.' Vide et ad lib. IX. p. 185. 'moles palearum.' Utrumque junxit Alcimus Avit. lib. I. vs. 32. 'Elatæ in cælo volucres, motuque citato Pendentes secuere vias, et in aëre sudo Præpetibus librant membrorum pondera pennis.' In Guelferb. a m. pr. erat *moribus.* Oud.

Inter genas sævientium dentium et trisulca vibramina draconum] Recte satis explicuit hunc locum Beroaldus: 'inter dentes aculeatos, et trisulcas vibrantesque linguas draconum.' Sed tamen vulgarem lectionem se bene habere haud opinor; nisi statuamus hypallagen pro *inter dentes genarum sævientium.* Verum vel sic scabra et frigida est locutio, nec Appuleiana. Nullum mihi est dubium, quin *sævientium* pertineat ad *draconum:* ut eos p. præc. dixerat 'sævos dracones.' Id vidit jam N. Heinsius ad Sil. lib. I. 425. et ad Ovid. lib. v. Metam. vs. 450. at hic corrigens, *inter gingivas sævientium,* ejecta voce *dentium,* illic vero, *inter genuinos sævientium.* Ut passim 'genuini,' pro dentibus genuinis occurrunt. Vide ibid. Plinii Ind. et Gell. lib. III. cap. 10. Catal. Burm. t. I. p. 435. 'Fameque genuini crepant.' Gloss. 'Genuinum, ὀδόντα μυλίτην.' Sic lego, non μύλην. Vide in 'Molaris.' Optime deletam credo ab eo vocem *dentium,* quo facit scriptura Codd. D'Orv. Pith. in quibus præponitur *dentium sæv.* Sed retineo *inter genas,* id est, maxillas. Crebro enim 'genæ' et 'malæ,' seu 'maxillæ' confunduntur inter sese. Vide ad Sueton. Aug. cap. 99. *Idem.*

Libratisque pinnarum nutantium molibus, &c. remigium dextra lævaque porrigens] Eodem Floridorum loco: 'Nutu clementi lævorsum vel dextrorsum tanta mole corporis labitur, velificatas alas quo libuit advertens, modico caudæ gubernaculo.' *Libratis* heic vox propria. Ovid. Amor. II. 'Omnes quæ liquido libratis in aëre pennas.' Virgilius de apibus: 'Sese per inania nubila librans.' *Pric.*

Volentes aquas] Vellem, explicuisset nobis Elmenh. quomodo hunc locum intelligeret, cum rescripsit *volentes;* uti sane exaratur in Mss. D'Orv. Florent. Edd. Ber. Bas. pr. et Scriv. Si voluissent hauriri aquæ, non præminatæ essent, ut abiret. Sed et si noluissent plane excipi, non potuisset eas haurire aquila. Quare patet satis, participium id esse corruptum. In Ed. Rom. *molentes.* Scribendum scilicet est *violentes.* Rarior terminatio vocis 'violens' pro 'violentus,' fraudi fuit librariis et editoribus. Sed egregie Stygiæ aquæ convenit. Horat. lib. III. O. 30. 10. 'Violens Aufidus.' Mart. Cap. lib. I. p. 7. 'inversa undarum, violensque rapiditas.' Virg. G. IV. 373. 'violentior effluit amnis.' Immo Ovid. ait lib. III. f. 812. 'Parcarum monitu Styx violenta trium.' Passim 'aquarum vis' vel 'vires' occurrunt. Est qui conjiciat *monentes.* Sed æque *vocales* e præc. substituas. At mea emendatione nihil certius puto. In Glossis etiam pro *Violans,* βίαιος, leg. *violens.* Uti in Mss. nonnullis Ser. Sammonici vs. 471. 'vehemens natura medelæ.' Sed diserte veterrimæ Vossii et Reg. membranæ habent *violens.* Alibi quoque in nonnullis Mss. ea vocis terminatio invenitur. Adi Burm. ad Lucan. lib. VII. 125. Quod in prosaicis scriptoribus obvium sibi non fuisse testatur Drakenb. ad Liv. lib. IX. cap. 34. Hinc ergo nunc discant saltem tirones. *Oud.*

Ut abiret innoxius, &c. commentus] *Aquilam* epicœni esse generis vocem, [v. not. Florid.] exempla deberent probare; certe hic durius foret, cum præcesserit 'ales illa.' Quapropter rectius subintelligit Beroaldus 'armiger Jovis.' Quod si placet, statui opor-

tet, hic quoque Auctorem mutasse genus, ut fecit alibi. Vide ad l. IV. p. 75. 'perditorum,' sc. ursorum, cum proxime antecedat 'ferarum.' 'Innocuum' vero et 'innoxium' confundi poëtice, jam docuit Serv. ad Æn. lib. X. vs. 302. Sic infra lib. IX. p. 205. 'Nec innoxius ei saltem regressus evenit.' Verum hic aliud quid latere puto. Pro *commentus* in Bert. est *commentusque:* in Oxon. *commentum.* D'Orv. *commeatus.* Edd. Junt. Aldi, *commenta*, rectissime. Si quidem pro *innoxius*, legas *hinc ocius*, vel *inde ocius:* quo adverbio creberrime usus est Noster, sed aliquoties corrupto. Vide ad lib. I. p. 8. lib. V. p. 101. 'cunctisque istis ocius tecum relatis.' Lib. IX. p. 182. 'promerent ocius cantharum.' Lib. X. p. 213. 'Eodem ocius ab itinere regresso.' Et sic *ociter.* Vide ad lib. hujus p. 126. 'refectos ociter reducunt.' Verbum etiam seq. participium huic conjecturæ suffragatur. *Idem.* *Præmonentes*] *Præmonentes* e conjectura Beroaldi, cui favet tamen Bertin. recepere plerique Editores, sed *præminantes* etiam præbent Pith. Edd. Vicent. Colin. Bas. pr. cum Brant. et Pric. quo faciunt Oxon. Pal. Guelf. Par. *minantes.* Atque sic aliquoties loquitur Auctor, ut dicti viri docent. Quare id restitui. Nihilominus, quia in Reg. Fux. et D'Orv. est *mirantes*, Fulv. *præmirantes*, in Flor. *potantes*, amplius cogitavi, num scripserit Appuleius hic *perorantes.* Ac tunc *monentes*, supra posset habere locum. *Idem.* *Et ut abiret innoxius præmonentes*] Oxon. *minantes.* edit. Vicentina, *præminantes:* quod revocat et commode fulcit vir doctus hoc Isidori loco: 'Minator est monitor: sed monitor dicitur cum prænunciat bona: minator, cum adversa prænunciat.' Supra hic lib. V. 'Malumque grande de vultus (sui) curiositate præminatur.' *Pric.* *Præminantes*] Possumus etiam legere *præmovententes*, tanquam aquæ prius moverint aquilam, ut abiret sine nocumento. *Beroald.*

Veneri citata retulit] Alii, *cita.* Elmenh. Si hæc sana lectio non erit capienda, quasi introvocata esset a Venere in cubiculum, postquam advenerat, ut canes ad Jovem apud Phædr. F. 74. 'citati non respondent:' ubi vide; sed cum Florido *festinans;* ut sit pro incitata, quomodo Cæs. ait lib. IV. B. G. c. 10. 'citatus fertur Rhenus.' Liv. lib. I. cap. 57. 'Citatis equis:' et alii. Immo Noster sic fere in Flor. N. 10. uti et N. 9. 'citata curricula:' et lib. X. pag. 234. 'Citato et intorto genere.' Neque opus est, ut cum Pricæo rescribamus *citatim;* quamvis et hoc adverbio sit usus Hirtius B. Afric. c. 80. 'In eum locum citatim contendit.' Si tamen Mss. plures Fulv. Cod. addicerent, præplaceret *cita.* In Oxon. *Veneris:* ut male erat in nonnullis p. 118. 'auri mollitiei congestim gremium Veneri reportat.' *Oud.* *Citata*] Neque male *citatim* scribas. Gloss. 'Κατὰ τάχος, citatim.' *Pric.*

PAG. 120 *Majora atque pejora flagitia comminans*] Σκληρότερα διαπειλησαμένη, ut 3. Maccabaico. *Idem.*

Renidens exitiabile] *Ridens* D'Orv. Guelf. Oxon. Par. Inc. ut p. 118. 'Subridens amarum:' ubi vide Pric. Horat. lib. III. O. 27. 'Perfidum Venus risit.' Sil. lib. I. 398. 'Cui sævum adridens.' Nihilominus cum aliis servo *renidens;* quod optime exprimit iratæ et despicientis risum, et aliquoties in *ridens* est corruptum, ut vidimus jam ad lib. I. p. 29. Sic Tacito lib. IV. Ann. c. 60. 'Tiberius falsum renidens vultu.' Sil. Ital. lib. XIII. 375. 'Torvum et furiale renidens.' *Oud.* *Renidens exitiabile*] 'Scyllæum renidens,' Hieronymus (Turnebo corrigente) dixit. Contra apud Mamertinum Panægyristen, 'serenum renidens.' Fuxens. et Oxoniens. 'ridens exitiabile.' *Pric.*

Magna quædam mihi et alta prorsus

malefica] Primo verissime *maga* exstat uti in Bembino, sic in Pal. D'Orv. Par. et aliis forsan, ac Beroaldus olim legendum statuit; quomodo exhibuerunt etiam Edd. Junt. Ald. Col. et postliminio restituerunt Wow. Vulc. Ed. sec. &c. De confusione τῶν *magus* et *magnus* adi ad lib. III. p. 57. In Guelf. *magna videris*. A Reg. Fux. abest τὸ *quædam*. Dein *et* non comparet in Edd. Junt. et Aldi. Tandem pro *alta*, quod mordicus retinent Mss. et Edd. Vett. Vulcan. Ed. sec. expressit *cata*. Sed bene Wow. et seqq. *alte* reposuerunt, id est, πάνυ, omnino, valde. Confer Pric. Virg. Æn. VI. 145. 'alte vestiga oculis:' et quæ disputavi ad lib. IV. p. 66. 'in altioris vindictæ vicem.' Vellei. lib. II. c. 35. 'prænitentem altissime inluminarunt.' Adde Wopkens. Misc. Obs. vol. VIII. p. 44. *Malefitia* Pith. *Oud.* *Magna quædam*] Si legis *magna*, copulabitur cum *malefica*. Sed dispice an purior lectio sit *Maga*: dicit enim Venus, sibi magam quandam videri Psychen, et maleficam primi nominis, quæ mandata ipsius impossibilia, nedum difficilia factu, tam strenue exequuta sit. *Beroald.* *Et alte prorsus malefica*] Ita bene Scaliger. lib. IV. 'Meque in altioris vindictæ vicem,' &c. lib. IX. 'Altius commota atque exasperata.' et VIII. 'Fortunam domus herilis altius miserantes.' *Pric.*

Sed adhuc istud, mea pupula, ministrare debebis] Plane hoc erat quod (v. ἄτεγκτος) ἐπίπονα, καὶ τῶν ἐσχάτων κινδύνων ἐχόμενα ἐπιτάττειν Ælianus apud Suidam vocat. In vet. Onomast. 'Pupus, παιδάριον.' Glossarium: 'Παιδάριον, puellus, pupus:' et in alio, 'Πάλλαξ, pupa, pupula:' in Palat. tamen, *pupilla*. Idem.

Sume istam pyxidem, et dedit protinus usque ad, &c. te dirige] Male vulgo, *et dedit protinus*, uncinis sepiunt; cum certo certius *sume et te dirige* sint copulanda. Hinc melius, *dedit protinus*, modo circumscribuntur a Basil. sec. *Et dedit* a Scriver. Optime vero, quod non advertit rite Elmenhorst. exaratur in Flor. *Sume i. pyxidem protinus, et usque, &c.* Verum tamen malim vel sic retinere, et uncis includere, *et dedit protinus:* quia alioquin nusquam legitur, pyxidem a Psyche fuisse acceptam. Sed, ut dixi, inserendum alterum *et*. Pro *dirige* in Palat. Pith. Fux. et D'Orvill. est *diriget*. Guelf. *deriget*. *Orcis* Pith. *Oud.*

Tunc conferens pyxidem Proserpinæ, &c. dicito] Ms. *Tunc cum feres*. Sciopp. in Symb. Probabilem admodum hanc lectionem, *cum feres*, faciunt Mss. Fux. Reg. D'Orvill. et forsan plures (non in Coll. Par.) cum Edd. Vett. usque ad Bas. sec. in quibus est *conferes;* nec non Latinitatis ratio, quæ me dubitare facit, an umquam 'conferre alicui,' pro tradere rem unam usurpatum sit. Nam plura congesta recte dicuntur 'conferri alicui' vel 'ærario,' &c. ut Vell. lib. I. c. 9. ubi male *intulerat* volebat Lips. lib. II. c. 39. Sueton. Aug. cap. 31. Adi Drak. ad Liv. lib. V. cap. 25. § 8. Wopkens. Misc. Obs. v. VIII. p. 24. Atque ita sæpius Noster, non vero de re una, ut lib. II. p. 30. 'Spolia populorum conferat mari.' Lib. VII. p. 133. 'Fortuna suas opes ad indignos conferat.' p. 134. 'Mille aureos conferebat arcæ.' Neque tamen istud, *cum feres*, admodum placet. An *eam ferens?* Oud.

Petit de te] Oxon. dat *ad te:* unde facere posses *ab te*. Pal. Reg. Fux. Guelf. *a te;* quomodo legi placebat Pric. Cave quid mutes. Frequens in hac præpositione est Auctor; ut solent Afri. Martian. Capell. lib. II. p. 47. 'Poscit de Jove:' supra lib. II. p. 32. 'de me contendit.' Lib. VIII. p. 173. 'pœnas de se suis manibus exposcere:' ut maluit ipse Pric. D'Orvill. Pith. *modicum mittas ei de tua f.* Sic in Inscriptionibus, 'acci-

pere,' 'comparare,' 'emere de aliquo.' Vide Saxii Dissert. ad Marmor. Murat. p. 439. *Idem.* *Tum conferens pyxidem Proserpinæ, petit de te, Venus, dicito, modicum de tua mittas ei formositate*] Zeno Veronensis, Serm. de Continent. 'Ecce rursus ad lenocinia redis, colorem de pyxide mutuaris.' Lucianus de mulierum fucis, et formæ adulteriis: Καθάπερ ἐκ φαρμακοπώλου πυξίδων ὄχλος, ἀγγεῖα μεστὰ πολλῆς κακοδαιμονίας. Oxon. *ad te.* scribe, *Petit a te.* Pric.

Sed haud immaturius redito] Supra lib. II. 'Sed, &c. cave regrediare maturius.' *Idem.*

Indidem delinatam] *Delinatam*, quod est in utraque Ed. Bas. non est nisi corruptela typothetarum, pro *delinitam*, quod legas in plerisque Mss. et Edd. Vett. At *delitam* exaratur quoque in Oxon. et Guelf. *delictam* in Palat. 'Delinitam' dictum est a 'delinire' pro 'delinere,' unde et 'inlinitus,' 'oblinitus,' citantur e Plin. et Columella. Sed vide quæ de his similibusque disserui ad Suet. Oth. in fine. Hic omnino mihi, ut Sciopp. et Pric. placet *delibutam*, ut diserte quoque exstat in D'Orv. et Pith. In Flor. N. 19. 'Jam os ipsius unguine odoro delibutum.' Auct. ad Herenn. lib. III. c. 22. 'rubrica delibutam inducamus.' Phædr. F. 83. 'Unguento delibutus, vestitu adfluens.' Horat. Ep. 3. 'Hoc delibutis ulta donis.' Ad quos adi Gronov. Torrent. aliosque. Auson. Epist. XVII. 'Epistola velut succo nectaris delibuta.' Plus semel Nostro aliisque, 'gaudio delibutus.' Plin. lib. IV. 12. 'delibuti serio luxu.' Vide Salm. ad Solin. p. 147. Immo verbo, 'unguentis delibuit,' usus est Solin. pag. 23. In Petronii cap. 110. ubi consulas et Burm. ignarum editæ hujus Roaldi notæ, legendum mihi videtur e marg. Cod. Tragur. *sciteque naturæ lineamenta sequuta*, claro et commodo sensu. *Oud.* *Indidem delinitam*] Fuxens. et Oxon. *delitam:* alii (quod non improbo,) *delibutam*. Glossarium: 'Delibutus, κατάῤῥυτος.' *Pric.*

Et velamento rejecto ad promptum exitium sese compelli] 'Velamento rejecto,' est, palam, sine obliquis artibus: 'omissis tectæ machinæ latibulis, districtis gladiis fraudium,' ut lib. V. locutus. Contrarium κατασοφίζεσθαι: de quo ad Act. 7. 19. notata vide. *Idem.*

Pergit quampiam turrim] Velim, mihi dari exemplum, ubi *pergere civitatem* occurrit. Nam aliud est 'pergere iter' sive 'porrigere.' Istud, vel simile substantivum, in *pergere* semper intelligitur, cum quo Auctor semper cum aliis, nisi ubi sequitur proprium loci nomen, jungit præpositionem, ut 'pergere ad balneas,' 'ad Oceanum,' 'ad scopulum,' &c. et p. 121. 'perges ad ipsam Orci regiam.' Hinc judico, recte ab Elmenh. revocatam esse præpositionem, exsulantem ab Edd. Junt. utraque, Ald. Colv. Vulc. Wow. Pric. adstipulantibus præter priores, aliasque Edd. Mstis Flor. D'Orv. Pal. Bert. Oxon. Fux. Pith. Guelf. Attamen Codd. aliquot Mart. Capell. suffragantur Colv. in lib. II. p. 36. Ed. Grot. 'Quo e terris illam in cælum pergere, inmortalemque factam:' ubi *in* non est in Mss. duobus, in uno *ad*. Vulgo vero prave verbum desideratur. *Oud.*

Recte atque pulcherrime] D'Orvill. Pith. *reete ac p.* Hinc lego, *recta et.* Certe *recta*, quod jam ad lib. I. p. 12. 'Tu mihi ad Inferos festinanti,' occupavit Pric. verissimum reor. Lib. V. p. 97. 'recta de navibus scopulum petunt.' Lib. VIII. p. 161. 'recta monumentum mariti contendit:' ubi deest aliis: *circa* al. Lib. IX. p. 206. 'Conato gradu recta festinat ad civitatem.' ubi in nonnullis etiam *recte.* Lib. XI. p. 258. 'recta patrium Larem revisurus contendo:' ubi Edd. Vett. *recta via:* in Apol. p. 500. 'domum

suam recta contendisse.' Ibid. 'perrexit recta ad Forum.' In Flor. N. 16. 'Recta de ejus auditorio exsequias eundum.' *Idem.*

Et, Qui te, inquit] *Et* cum Mss. plerisque, et Edd. ante Bas. recte Elmenh. Scriv. Flor. reposuit distincte a *quid.* Nam si *Ecquid* junctim legas, abundat *inquit.* Constructio autem est: *prorupit, et inquit, quid te, o misella, &c, quidque succ.* Ex qua repetitione τοῦ *quid* liquet etiam, non admittendam esse scripturam Bertin. quam præferebat Scioppius. *Idem.*

Quidque jam novissimo periculo, laborique isto temere succumbis] Scriptor ad Hebræos 10. 35. 37. *Pric.*

Inde nullo pacto redire poteris] Propert. 'Desine, Paule, meum lachrymis urgere sepulchrum: Panditur ad nullas janua nigra preces. Cum semel infernas intrarunt funera leges, Non exorato stant adamante viæ.' Catullus: 'Qui nunc it per iter tenebricosum, Illuc unde negant redire quenquam.' Seneca Herc. Fur. vs. 860. 'Nemo ad id sero venit, unde nunquam, Cum semel venit, poterit reverti:' et Herc. Œtæo vs. 1550. 'Vadis ad Lethen, Stygiumque littus: Unde te nullæ referent carinæ.' *Elmenh.* *Si spiritus corpore tuo semel fuerit sejugatus, ibis quidem profecto ad imum Tartarum, sed inde nullo pacto redire poteris*] Seneca Herc. Fur. 'Gradumque retro flectere haud unquam sinunt Umbræ tenaces.' Idem Hippol. 'Non unquam amplius Convexa tetigit supera, qui versus semel Adiit silentem nocte perpetua domum:' et in Ludo de morte Claudii: 'Cyllenius illum obtorto collo trahit, Illuc unde negant redire quenquam.' Lucianus in Mort. Dialog. *Οὐ θέμις ἀνελθεῖν τινα τῶν ἅπαξ τὴν λίμνην διαπλευσάντων, καὶ ἐς τὸ ἔσω τοῦ στομίου παρελθόντων.* nec alia Luc. 16. 26. sententia. *Pric.*

Mihi ausculta] Lib. VIII. 'Expergite mi ausculta.' *Idem.*

Lacedæmon] D'Orv. Fux. Guelf. et Palat. membranæ dant *Lacedæmo*, ut alibi; defendique posset. Non enim tantum Græca in *ὢν, ὄντος*, sæpe Latine efferuntur per *o, onis*, de quo vidimus ad lib. I. p. 7. sed et Græca in *ὢν, ὄνος*, expresserunt Latini simpliciter per *o*. Vide ad Lucani lib. I. 214. 'Rubico.' In aliquot Mss. et Ed. Cuningh. Horat. Ep. VI. vs. 5. 'Laco.' *Oud.*

Achaïæ nobilis civitas] Πόλις (ut Act. 21. 39.) *οὐκ ἄσημος. Pric.*

Quære Tænarum] Vide Paus. lib. III. p. 212. *Elmenh.* *Tænarum, &c.*] Virgil. Georg. IV. 'Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis:' ubi Servius: 'Tænarus Laconiæ promontorium est, circa finem Maleæ, ubi Inferorum dicitur esse descensus.' *Pric.*

Iter invium] In Palatin. Guelf. est, *iter inimum*, vel *inunum*. Ad Statii Thebaid. lib. I. vs. 97. 'Tænariæ portæ:' et lib. II. vs. 31. testatur Barth. in suo Cod. legi, *iter iter inv.* Hinc conjecit, *iter retro invium.* Scilicet quia istud iter non videtur dici posse *invium*, per quod directo canali quis deveniat ad Orci regiam. Verum nec dici potest *retro invium:* cum sane retro sit pervium, quo ad hanc lucem posset redire. Nam alioquin fatidica turris Psychæ non monstrasset hanc viam. Quocirca opinor, *invium* hoc loco capi oportere, ut Floridus bene exponit, pro infrequenti, insolito, quaque raro quis it, sive *avio*, cum qua voce sæpe confunditur. Vide me ad Frontin. lib. II. 5. 17. 'Per invias regiones:' ubi vulgo, *avias*. Oud. *Ibi spiraculum Ditis, et per portas hiantes monstratur iter invium*] Ex his Virgilii: 'Hic specus horrendum, et sævi spiracula Ditis Monstrantur.' Bene autem *per hiantes portas: πλατεῖα γὰρ ἡ πύλη, καὶ ἡ ὁδὸς εὐρύχωρος.* Vide ad Matth. 7. 13. adnotata. *Pric.*

Cujus te limite transmeatam simul commiseris] Bene quidem *transmeato*, consentientibus Mss. pluribus, ut et Palat. Reg. D'Orv. Oxon. Fux. Pith. Guelf. rescripsere Wow. et sequen-

tes. Verum *limite*, pro *limine*, an recte fuerit substitutum, pluribus est disquirendum. Nam quod Pric. *limitem* exponit curvam et inviam viam, et hinc dicat patere, ab aliis male edi *limine*, atque ipse corrigat *limiti*, haud capio, quomodo quis dici possit, 'se committere limiti transmeato.' Non committimus enim nos itineri transmeato, sed transmeando. Flor. vero exponit *cui*, scilicet itineri, 'statim atque te credideris, supergressa aditum ejus.' Sed præterquam quod eam explicationem non patiantur verba reliqua, *limes* non est aditus, sed *limen*. Atque illud non solum vocatur domus aditus, sed cujuscumque loci et rei initium, porro quem ducens, sæpissime tamen corruptum in *limes*. Adi Comm. VV. DD. ad Ovid. II. Am. VI. 1. Sil. IV. 105. XVI. 230. Flor. lib. III. c. 6. 'maris limen:' et Lucan. lib. II. 106. 'limine vitæ:' et quæ dicam infra lib. XI. p. 253. 'infinitæ lucis limine constitutos.' Sic ergo et hic *limine*, quod servant Reg. Fux. Flor. Oxon. ni mea fallunt excerpta, posset exponi, ut 'cujus' non pertineat ad 'iter,' sed 'spiraculum.' Huc etiam referri posset Martial. lib. VI. 58. 'O quam pæne tibi Stygias ego raptus ad undas, Elysiæ vidi nubila fusca plagæ!' In Ms. enim D'Orv. est *lumina*, f. pro *limina*. Certe ea lenior esset medela, quam Is. Pontani ad Macrob. Somn. Scip. lib. I. c. 11. 'nubila flustra:' aut N. Heins. in Advers. lib. I. c. 3. 'nubila tesqua.' Quamquam *nubila fusca*, ego non temere moverim. Sic enim Sen. in Hippol. vs. 955. ait 'atra nubila.' Immo Ovid. lib. V. Met. 286. 'Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.' Quin et apud Auson. Cupid. Crucif. vs. 50. in Inferno: 'Humida circum Nubila, &c. rutilæ fuscarent lampados ignem.' Unde et Plutonis 'fusca aula' Propert. lib. IV. El. XI. 3. quod contra Mss. O. non fuerat mutandum in *furvæ*. Quod et liquet e Stat. lib. II. Th. 55. de Infernorum aëre: 'Hac et tunc fusca volucer Deus obsitus umbra Exsilit ad Superos.' Festus e Varrone: 'Erebo creata fuscis crinibus Nox, Te invoco:' ubi tamen, cum Mss. tres dent *furcis* vel *furtis*, malim *furvis*. Vide ad Ovid. III. Met. 273. Tib. II. 1. 89. Sed e deverticulo ad Appul. revertamur, in quo sive *limine* sive *limite* legas, deest omnino vox, quæ conveniat τῷ *commiseris*. Quapropter, cum in Bert. et Edd. Vett. sit *transmeatam*, et in D'Orv. exaretur, *simul gnovimiseris*, opinor emendandum, *cujus te limite transmeato viæ simul commiseris*. Jam locus clarus est et elegans. 'Limite itineris invii,' sive lima et transversa semita 'transmeata,' simul ac 'commiseris te viæ, directo canale,' &c. Vocis ergo proprietatem servavit Auctor. Ut enim *semita*, sive arta et peditibus pervia via, differt a *via* lata et spatiosa; (vide ad Phædr. Prol. lib. III. vs. 38.) sic *limes* est diversus a via. Adi omnino Liv. lib. XXII. c. 12. 'ac transversis limitibus in viam Latinam est egressus:' et Comm. lib. XXXI. 24. 'Intra portam extraque latæ sunt viæ; et extra limes in Academiæ gymnasium ferens.' Adde Ovid. Ep. XVIII. 133. Hinc metaphorice rectæ regiæque viæ opponit 'limitem' Sil. lib. VIII. 615. 'Nec famam lævo quærebat limite vitæ.' Lib. XV. 46. 'At si me comitere, puer, non limite duro Jam tibi decurrat concessi temporis ætas.' Licet alibi sæpius *limes* dicatur de omni eundi spatio et via, ac frustra corrigat Pric. locum Ovid. I. ex P. El. 3. 20. Consule Drak. ad Sil. lib. XVI. 338. Si vero quis omnino *limine* velit hic retinere, explicet ille per 'finem,' 'exitum,' ut in 'postliminio,' et in Inscript. Fabretti pag. 189. ubi dicitur de puella, annum, menses XI. et dies XX. nata: 'Annus erat natæ primus, mox deinde secundi Liminibus rapuit

me sibi Persephone.' Ceterum *te* post *simul* male repetitur in Ed. Flor. *Oud.* *Cujus te limite transmeato simul commiseris,* &c.] Malebam *limiti transmeato*: apte porro post vocem *invium*, addit *limitem*. Gloss. 'Limes, πλαγία ὁδός.' adeo male a nonnullis *limine* edebatur. *Pric.*

PAG. 121 *Canale directo perges ad ipsam Orci regiam*] Ovid. I. 4. de Ponto: 'Cernis ut e molli sanguis pulmone remissus Ad Stygias certo limite ducat aquas:' ubi forsan *tramite* scribendum: quod heic *canali*. Zeno Veronensis: 'Itineris vitæ tuæ rectum tibi tramitem demonstrare, qui te absque errore ullo ad ipsa cœli regna perducat:' i. e. ut hic Noster, *canali directo*. Idem.

Offas polentæ mulso concretas] Ante Ed. Vulc. sec. in vulgatis erat *mulsa*; atque ita exhibet Reg. quod explicat Beroald. aquam melle mixtam, seu hydromel. Ac sane ita legitur lib. III. p. 55. 'libat et mulsa:' dictumque, ut *calda* absolute. Nihilominus præfero aliorum Codicum, ut Fulv. Flor. D'Orv. Pal. Fux. Pith. Guelf. Oxon. Par. et Edd. recentium lectionem *mulso*, i. e. melle, quod vino mixtum est. Ut aliquoties apud Cic. et Petron. cap. 36. 'Mulsum sumere.' C. 42. 'Mulsi pultarium.' Huic autem loco illustrando faciunt ἄλφιτα μελικράτῳ rigata, et draconi data apud Æl. lib. XI. Anim. c. 16. 17. locusque Ovidii, quamvis in alia re, lib. V. Met. 510. 'Dulce dedit, tosta, quod coxerat ante, polenta:' ac præcipue Virg. lib. VI. Æn. 420. ubi Æneas Cerberum sopit, ei dans: 'Melle soporatam et medicatis frugibus offam.' Pro *concretas* vero in Guelf. *concreatas*, in Oxon. est *concreptas*. Cum Sciopp. et Salm. Scriv. probavit, editque *contritas*: quod exstat item in Pith. nec Heins. ad dictum Ovidii locum displicuit, sed amplius conjicienti *conditas*; uti et ad sui exemplaris marginem adlevit Cl. Wass. addito Tertull. loco de Spectac. c. 27. 'Nemo venenum temperat felle, sed conditis pulmentis et bene saporatis.' Utrumque est apud Nostrum lib. X. p. 244. 'Sapidissimis intrimentis succuum pulmenta condita.' Malim, *contritas*. Sic Colum. lib. II. c. 11. 'Cicera fresa aqua maceratur, et ita mixta paleis subtritis pecori præbetur:' in Sangerm. et aliis, *succretis*. Alibi *intrita*, *protrimenta*. Plin. lib. IX. cap. 8. 'Intrita panis e vino.' Immo idem ait lib. XX. c. 13. 'Herba cum caseo in vino contrita,' i. e. polenta mulsea. Quid? quod alioquin hypallage est statuenda, ac potius dixisse debuit Auctor: *Mulsum polentæ offa concretum*, sive densatum, rigidum, conjunctum, conglutinatum, ut Serv. explicat Æn. VI. 737. uti passim hæc vox sumitur. 'Zonæ glacie concretæ,' et 'lac concretum' apud Virg. lib. II. G. 236. 318. III. 463. Ovid. lib. XII. Met. 436. Luc. lib. III. 572. in Mss. plurimis, 'concreto sanguine.' Mamert. Genethl. c. 9. 'Anhelitus hominum concreti rigore.' 'Concretum frigus' Sil. lib. III. 518. Adde quæ notavi ad Sueton. Aug. c. 80. 'Callis plurifariam concretis.' De Deo Socr. p. 754. ut legendum suspicor: 'concreta corpora multo tanto subtiliore filo:' quibus forsan stabiliri posset Medicei Cod. lectio apud D'Orv. lib. XIII. Met. 110. 'Nec clypeus vasti concretus imagine mundi:' ubi vulgo est *cælatus*, ut sæpe. Vide Burm. ad Valer. Flacc. I. 402. *Oud.* *Mulso concretas*] In aliis *contritas*. Oxoniensis, *concreptas*: de quo amplius cogitandum. *Pric.* *Mulsa*] Potio est ex aqua et melle confecta, Græce vocatur *hydromel*, ab rei argumento, quæ præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium, in viribus recreandis, stomachoque mulcendo, ardore refrigerando: ut docet Plin. in XXII. et ut auctor est Hippocrates, scribens de regimine auctorum: 'Hydromel, id

est, aqua mulsa omnibus temporibus morbi bibi potest in acutis ægritudinibus: duo sunt mulsæ genera, alterum scilicet subitæ ac recentis, alterum inveteratæ. Repentina fit melle despumato utilior, inveteratæ usum damnavere.' Invenio apud auctores, hunc potum bibendum esse alsiosis, item animi humilis et præparci, quos micropsychos appellant. Sunt autem alsiosi, qui frigore conflictantur, et algores ferre non possunt. M. Varro pecus caprinum alsiosum esse tradit. Frequens est apud Plin. dictio hæc, in hoc significatu. Simpliciter autem dicitur *mulsa*, sicut et *mulsum* interdum adjectivum nomen est: ut 'aqua mulsa,' 'lac mulsum,' 'acetum mulsum.' Plin. 'lacte mulso' augeri ait jecur anserinum. Apud eundem mentio est 'aceti mulsi,' quod fit ex aceto et melle, quod Græci dicunt *oxymel*. Tradit Hippocrates, pleureticis potum oxymellis dandum esse hyeme quidem calidum, æstate vero frigidum. Plin. in XIV. oxymellis confectionem docet. *Œnomel* Palladio est quasi mulsum, ex vino scilicet et melle non despumato confectum: unde et nomen: apud eundem mentio est *omphacomelis*, quod fit ex succo uvæ semiacerbæ, et mellis mixtura. Græco vocabulo ὄμφακες dicuntur uvæ acerbæ, et cæteri fructus immaturi: inde Plin. omphacinum oleum et vinum quod fit ex uva immatura et olea drupa. sic enim vocatur, antequam cibo matura sit. *Ber.*

Ac in ipso ore duas ferre stipes] Ritus superstitiosus apud Veteres nummum mortuo in os imponere, Charonti portorium et naulum. Lucian. de luctu: Πρῶτα μὲν φέροντες ὀβολὸν ἐς τὸ στόμα κατέθηκαν αὐτῷ, μισθὸν τῷ πορθμεῖ τῆς ναυτιλίας γενησόμενον. Juv. Satyr. III. 'at ille Jam sedet in ripa, tetrumque novitius horret Porthmea: nec sperat cœnosi gurgitis alnum Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.' *Colvius.* Adi Pric. et alios. *Oud.*

Continuaveris cl. asinum] *Continuaveris* cum plerisque Mss. in quibus Fux. Reg. D'Orv. Guelf. Oxon. retinet Stewech. ad l. XI. p. 385. Ed. Lugd. At mihi non est dubium, quin *v* solemni mutatione positum sit pro *b*, servato in Pith. Alioquin præferrem, quod habet quoque Ed. Junt. post. *continuaris*, cui favet Pal. *contuarūs*. Sed Auctor amasse videtur hujus verbi deponens, quod bene jam Vulcan. Ed. sec. et seqq. expresserunt. Adi omnino ad lib. V. p. 109. 'Eam Ceres et Juno continuantur.' *Idem.* *Claudum asinum, &c. cum agasone simili*] Lexiphanes Lucianeus: Ὁ ἀστραβηλάτης ἐπεσπερχε, καὶ ἀσκωλιάζων αὐτός. Noster lib. IX. 'Senex claudus, cui nostra tutela fuerat permissa, universa nos jumenta, &c. bibendi causa gregatim prominabat:' et XI. 'Asinum pinnis agglutinatis, cuidam debili' (id est, claudo) 'seni adambulantem.' *Pric.*

Decidenti sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei] Primo constanter Mss. et Edd. Vett. servant, *decidenti sarcinæ*, et *p. ei.* Quod facile defendas ex more Appuleii, aliquoties duos Dativos uni jungentes verbo, de quo dixi plura ad lib. II. p. 41. 'Ceram auribus ei adplicant.' Certe *decidente sarcina* male reposuerunt B. Pius tom. I. Thes. Crit. pag. 447. Colv. Vulc. Elm. ac Scriver. et *ei* omiserunt Wow. ac Pric. Immo Flor. nil monens edidit, *decidentes sarcina*. Si quid mutandum, malim dudum simpliciter rescribere: *decidentis*, pro *decidentes*, *sarcinæ f.* quomodo deinceps vidi, jam olim conjecisse Grut. in ined. Suspic. Vide Misc. Nov. Lips. V. III. P. III. p. 488. Ut vel *sarcinæ* sit Dativus rectus a 'decidere,' (nam et sic 'excidere' sæpe Dativum secum habet) vel *sarcinæ fusticulos* jungantur. Hi enim melius videntur 'decidere' dici, quam tota sarcina. Nescio vero, qui

Pius et Colv. hic sibi in animum potuerint inducere, legendum esse *funiculos*, eamque conjecturam in textum admittere Vulc. Wow. Elm. Scriv. Nam præterquam quod 'aliquot funiculis' non opus sit ad unam sarcinam ligandam, unde, quæso, Psyche istos funiculos sibi compararet? Lignorum gerulus cum esset hic asinus, optime decidere sarcinæ 'fusticuli,' sive parvi fustes dicuntur, quos et retinent omnes Mss. nisi quod in D'Orv. sit *fasticulos*: ex quo meliore jure faceres *fasciculos*, sive parvos 'lignorum fasces;' ut ait alibi Auctor. Potest enim una sarcina constare pluribus simul fascibus. Sed nihil hic innovare tutius est. *Aliquot* tandem, quod in Edd. Vulcan. sec. Elmenh. Scriv. Flor. excuditur, in nullo est Ms. nec antiquiore Ed. sed *aliquos*. Pro *sibi* dicitur *ei*, ut mox 'orabit, ut eum intra navigium trahas:' et sæpe. *Oud.*

Nec mora] Lib. VII. 'Nec mora, nec contatio.' Infra hic: 'Nec mora, cum cœna, &c. affluens exhibetur.' *Pric.*

Charon] A Tibullo appellatur 'Stygiæ navita turpis aquæ.' Vide Virgilium lib. VI. *Elmenh.*

Subtili cymba] *Futili* dant Palatin. Guelf. et Ed. Junt. pr. quod præfert Pricæus sensu τοῦ 'exigua.' Melius exposuisset 'rimosam.' Id enim est 'futile:' ut docuimus ad lib. I. p. 5. 'Futili,' al. *sutili*, 'centunculo faciem obtexit.' Et hoc ait Lucian. Dial. Mort. 22. Charontis τὸ σκαφίδιον καὶ ὑποσαθρόν ἐστι καὶ διαῤῥεῖ τὰ πολλά. Quidquid igitur eligas, liquidum est, Auctorem respexisse illa Virg. lib. VI. Æn. 413. 'gemuit sub pondere cymba Sutilis, et multam accepit rimosa paludem:' ubi male Guellius præfert alterum contra Mss. eumque locum ob oculos habuit Prudent. Περὶ στεφανῶν cap. 11. vs. 79. 'rimosæ inponere cymbæ, &c. Quos ubi susceptos rapidum malesuta per æquor Vexerit, et tumidis cæsa labarit aquis; Dissociata putrem laxent tabulata carinam.' Præfero tamen *sutili*, cum D'Orv. ad Charit. p. 437. qua voce usum puto Auctorem, ut lectorem doceret, sic antiquissimum genus navium fuisse 'sutarum.' Vide Plin. lib. XXIV. cap. 9. Gell. lib. XVII. cap. 3. Nullum enim navigium Charontis cymba antiquius. Plura de hac voce vide apud N. Heins. ad Virgil. Æn. X. 313. Scheff. de re Nav. lib. I. cap. 3. Perperam vero in Ed. Flor. est *ducit*. Oud. *Ad ulteriorem ripam sutili cymba deducit commeantes*] Sutilium navicularum apud Gellium, Plinium, nec non alios mentio. Virgilius de hac ipsa candicula: 'Gemuit sub pondere cymba Sutilis, et multam accepit rimosa paludem:' prætulerim tamen Fuxensem librum, et ab Aldo editum, qui legunt *futili*: id est, exigua. Ipse apud Lucianum Charon ad Mercurium: Μικρὸν ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον, &c. ἐστί. (In Dialog. Mort.) Apud Aristophanem Hercules ad Bacchum demeare ad Inferos volentem: Ἐν πλοιαρίῳ τυννουτῳί σ' ἀνὴρ γέρων Ναύτης διάξει. Scholiastes: Τηνουτῷί, τοὺς δακτύλους καὶ τὴν παλάμην κοιλάνας φησίν· ἀντὶ τοῦ, μικρῷ. de 'ulteriore ripa' supra ad lib. II. p. 30. dixi. *Pric.*

Ergo, &c. patietur] Parentheticum hoc ἐπιφώνημα est ipsius Appuleii, vel aniculæ hanc fabulam narrantis. Priora enim et sequentia loquitur turris fatidica. Contraria huic Sententia Hyg. Astron. lib. II. cap. 15. 'Quod cum facile a Deo non, ut homine, avaro inpetrasset.' Sic enim cum Munck. e Mss. est legendum. *Oud.* *Ergo inter mortuos vivit avaritia*] Petronius: 'Ergo amor etiam Deos tangit?' *Pric.*

Nec Charon ille, ditis et pater, tantus Deus] Ex nota Colvii [vid. VV. LL.] patet, eum a Charonte distinxisse 'Ditem patrem,' eumque secutum esse Beroaldi sententiam. Atqui

ille legebat, *nec Charon ille, nec Ditis pater*. Sed secundum *nec* exsulat a Colvii et sequentibus Edd. pro quo Flor. edidit ex sententia Pric. et quasi ex Ms. Oxon. et Ed. Vicent. *et Ditis pater*. Sed haud accurate satis egit Pric. Nam in illo Cod. et Ed. sicut etiam in Reg. Fux. D'Orv. Pal. Guelf. Edd. Rom. Ber. Colin. Bas. utraque exhibetur: *Nec Charon ille, Ditis et pater*. Quod non oportuerat mutari. Repetenda enim ἀπὸ κοινοῦ *non*. Male voces *Charon* atque *et* desiderantur in Edd. Junt. et Aldi. Neque opus videtur *nec* aut *neque* reponi; multo minus substitui, *Charon Ditis portitor*, cum J. F. Gronovio in ora Codicis, et Celeb. Collega, Tib. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. p. 16. Ed. in 12. et tom. I. p. 423. Ed. Maj. Fefellit egregios viros, quod copula *et* exsulabat a vulgaribus Edd. Vide omnino Burm. ad Ovid. lib. III. Met. 492. me ad Luc. lib. II. vs. 373. v. 341. Ex quibus patet, non fuisse mutandum in Ovid. Ep. II. vs. 90. 'Nec te mea regia tanget, Fessaque Bistonia membra lavabis aqua:' ubi contra O. Mss. nunc editur *fessave*. In Flor. N. 16. 'Nescirem ac prædicarem? ingratus essem.' Sic Mss. et Edd. subintellecto τῷ *non*. Vulgo, *haud* vel *nec*. Illic tamen non displicet aliorum conjectura: *ni scirem ac prædicarem, ingratus essem*. Eodem modo explicanda foret Msstor. lectio in lib. de Dogm. Plat. p. 31. Ed. Colv. 'Et non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed vim quidem ejus et extrinsecus inveniri.' Al. *sed nihil*; al. *sed nevim*. Qui certe sensus esse debet. Sunt enim ex Plat. Timæo: Μέρος οὐδὲν οὐδενὸς, οὐδὲ δύναμιν ἔξωθεν. Sed ad nostrum locum redeamus. *Ditis* bene in Nominativo efferri pro *Dis*, ut 'Quiritis' pro 'Quiris,' abunde docuerunt viri eruditi ad citatum a Colv. Petron. locum. *Oud.* *Ditis et pater*] Nitidior lectio est si legas, *Nec Ditis pater tantus Deus*: ut *Ditis* sit casus rectus, et pro Plutone accipiatur: sicut enim Græce πλοῦτος dicitur, quasi, πλούτων, id est, divitiarum dator, quoniam divitiæ omnes ex terra, sic Latine 'Ditis' et 'Dis,' et 'Divis pater,' a divitiis nuncupatur: auctores Plato et M. Tul. Est ergo sensus: Nec Charon, nec Pluto maximus manium Deus, quicquam gratuito faciunt. Vel referatur ad solum Charonem, qui sine viatico et naulo non navat operam transvectionis. Apud Lucianum, in dialogo qui inscribitur Tyrannus, conqueritur Charon, quod per totam diem ne unum quidem obolum lucrifecerit, et ob id timet ne a Plutone castigetur: infra avarus nauta dicitur ab Appuleio anus: eundem Lucianus inducit vociferantem, ἀπόδος ὦ κατάρατε τὰ πορθμεῖα: id est, 'redde o sceleste naulum:' et nisi obolus detur, negat se vecturum cymba Menippum cynicum. *Beroald.*

Pauper moriens viaticum debet quærere] Plaut. Pœnulo: 'Facit illum heredem fratrem patruelem suum: Ipse abiit ad Acherontem sine viatico.' *Colv.* Plautus in Prologo Pœnuli: 'Ipse,' &c. Vide Etymol. magnum fol. 247. et Cælium Rhodig. Antiq. Lect. lib. X. cap. 1. *Elmenh.* 'Viaticum' hoc, sive 'naulum' et 'portorium,' Mœris vocat κατιτήριον sive τὸν τοῦ νεκροῦ ὄβολον, pro descensu. Adeatur Doctiss. J. Piersonus. *Oud.* *Et pauper moriens viaticum debet quærere? et, si æs forte præ manu non fuerit, nemo eum exspirare patietur*] Apud Lucianum Menippus ad Charontem vecturæ ejus pretium flagitantem: Ὁ μὴ ἔχω πῶς ἂν λάβοις; Char. Σὺ δ' οὐκ ᾔδεις ὡς κομίζειν δέον; Menipp. Ἤδειν μὲν, οὐκ εἶχον δέ· τί οὖν; ἔχρην διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; De paupere Juvenalis: 'Jam sedet in ripa, novitius horret Porthmea, nec sperat cænosi gurgitis alveum Infe-

lix, nec habet quem porrigat ore trientem.' 'Præ manu,' est 'in manu:' sic Terent. in Adelph. *Pric.*

Huic, &c. dabis nauli nomine de stipibus, &c. alteram] Vetus Interpres Jonæ 1. 3. 'Descendit in Joppen, et dedit naulum iis.' Glossæ: 'Ναῦλον, navis vectura, naulum.' Glossæ aliæ: 'Vectura, φόρετρον, ναῦλον.' in qua voce vide Hesych. et Suidam, nec non in δανάκη· ita enim, non δανάη, legendum. Antiphanes: Τεθνήξῃ, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην, Ἐκ πολλῶν ὀβολῶν μοῦνον ἐνεγκάμενος. adde Isid. Orig. VIII. 11. Scholiasten ad Sat. III. Juvenalis. *Idem.*

Sic tamen ut, &c.] Eadem locutio etiam in lib. XVI. ff. ad leg. Cornel. de sicariis. *Idem.* *Nec tu tamen illicita affectare pietate*] Codd. Palat. et Bertin. *adflictare.* Oxoniensis, Fuxensis, et unus Fulvii scriptus, *adflectare.* Pric.

Pigrum fluentum] Ms. ut videtur, Flor. Edd. Vulc. sec. Elmenh. Scriv. *fluentem.* Sic lib. de Deo Socratis p. 54. Ed. Elmenh. 'Tantali vice, non quidem fluentem illum fugitivum captat.' Ita enim Mss. O. ac Sarisber. cum Edd. aliquot. Vulgo et ibi *fluentum.* Virg. G. III. 28. 'magnumque fluentem Nilum:' ubi Serv. *magnum* tamen adverbialiter sumit. Val. Flacc. lib. V. 208. 'Veneranda fluentis Effigies te, Phasi, manet.' Sed *fluentum* sæpius in Nostro, ut p. 117. 'quæ mecum unum fluentum bibit:' et alibi. Atque ita Auson. Gloss. &c. *Oud.*

Tibi, &c. putres adtollens manus, &c. orabit] Ms. D'Orv. et Edd. omnes præter Elmenh. Scriv. Flor. *putris* in Accus. recte. Notanda autem est constructio, qua pronomen junxit τῷ *adtollens*, non vero *orabit*, per speciem anacoluthi, de quo dixi ad lib. IV. p. 65. 'Orare tibi' enim nusquam invenias. Sed 'orare tecum' et alii dixerunt. Adi ad Cæs. lib. I. B. Civ. c. 22. *Idem.*

Adfectare pietate] *Affectare* in D'Orvill. ut habent vulgares Edd. præter Vulc. Ed. sec. et Elmenh. *afficiare*, quod ante Wow. jam conjecerat Ber. Elmenh. in Indice exponit 'summe cupere,' quod quid velit, nescio: cum debeat esse conjugationis passivæ Imperativus, adeoque recte frequentative *adfectare.* Probat vero Sciopp. in Susp. lib. IV. 16. *adflictare.* Mihi tamen, videnti, non solum in Fux. et Fulv. sed etiam in D'Orvill. Reg. Oxon. Pith. Palatin. Guelf. Inc. Par. et Ed. Junt. post. scribi *afflectare*, suspicio oborta est, nullum ex hisce omnibus veram esse Appuleii manum. Conjeci itaque in Imperativo *adlectare*, sive cave, ne capiaris et alliciaris illicita pietate. Quo frequentativo, præter alios, aliquoties usus est ipse Cicero. Similiter pag. 114. 'Nec tu filia quidquam contristare.' Uti hic *adlectare* depravatum est in *adfect.* ita contra accidisse vidimus lib. I. p. 2. 'jentaculum pronus adfectat.' *Idem.* *Affectare*] Noli, inquit, affici moverique sympathia et pietate, quæ illicita et perinde damnosa tibi futura est: posses legere *Afficiare.* Beroald.

Manus paulisper accommodes] Sic 'manum commodare' Vell. Paterculus. Infra hic lib. IX. 'Quin igitur præcingeris, mihique manum tantisper accommodas?' hoc sensu vetus Onomasticon: 'Commodo, συνοφελέω.' *Pric.*

Id tibi contingere fas] Abest *tibi* ab Oxon. Interpretatur vero Flor. 'hoc tangere;' sed præcessit *telam.* Quare explicandum *id*, ut manum accommodes, tibi obvenire fas non est. Lucan. lib. V. 528. 'Quibus hoc contingere templis, Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu?' Vide Comment. Burm. ad Phædr. lib. IV. F. 23. 9. 'Quid horum simile tibi contingit, rustica?' *Oud.*

Omittas] Palat. *obmittas.* Elmenh. Item Guelf. Verissime *omittas* exhi-

bent quoque Flor. Reg. D'Orv. Oxon. Par. Edd. Junt. post. Vulcan. Ed. sec. ac seqq. Neque opus est, ut cum Pric. amplius emendemus *amittas;* nisi statuamus *eo* ex Longobardica scriptura litteræ *a* irrepsisse. Potius ex *o* fecerunt ɔ, et inde *com.* Vide Drak. ad Liv. lib. x. cap. 19. et contra ad Front. lib. I. 1. § 6. atque alibi. Nam 'omittere e manu' quid dicuntur, qui casu quodam interveniente id amittunt. Consule omnino acutissimum Burm. ad Phædri F. 18. 'Amisit ore caseum.' Septim. lib. v. c. 7. de B. Tr. 'Aquila raptum omittit.' *Oud.* *Ut vel unam de manibus omittas offulam*] Melius ita, quam in veteribus, *committas:* at *amittas* reponendum. Alexander apud Q. Curtium: 'Nolite, &c. maturos fructus per inertiam e manibus amittere.' Sic 'e manibus victoriam amittere,' apud Cyprianum in de dupl. martyr. et, 'manibus prædam amittere' in Plautino Milite. Videantur quæ ad Apolog. p. 88. olim notata. *Pric.*

Altera enim perdita, lux hæc tibi prorsus denegabitur] Vide Suidam in Τροφώνιος. *Idem.*

Canis namque pergrandis] Roman. et Ald. *prægrandis.* Vide Virg. lib. VI. Æneid. vs. 417. Senec. Herc. Fur. vs. 782. *Elmenh.* In Edd. prioribus Bas. sec. editur *prægrandis:* quod magis placet Pric. ut melius ex lib. II. pag. 86. 'lucerna prægrandis.' Sic Mela lib. III. c. 6. 'prægrandia flumina.' Verum tamen in Mss. quantum scio, omnibus, excepto Guelf. et Edd. Bas. secutis, est *pergrandis;* quod alibi quoque occurrit, sed hic illic variant etiam libri. Vide ad Sueton. Tiber. cap. 60. 'Locustam prægrandem.' Plaut. Pers. IV. 3. 23. 'unde tu pergrande lucrum facias:' ut illic est in Mss. O. vel *pergrandem,* ut habent Mss. Nonii v. Lucrum pag. 210. Ed. Merc. In nonnullis Edd. utrobique, *prægr.* Oud. *Canis namque pergrandis, &c. amplo capite præditus, &c.*] Glossæ: 'Amplum, εὐμεγέθες.' Glossæ aliæ: 'Ὑπερμεγέθης, amplus.' In editionibus vetustis melius *prægrandis.* Onomasticon vetus: 'Prægrandis, περιπληθής.' supra hic lib. II. 'prægrandis lucerna.' *Pric.*

Conantibus oblatrans faucibus] *Conantibus,* quod est in Mss. Fux. Reg. Guelf. Oxon. Par. aliisque, et Edd. plurimis ante Vulc. sec. non displicebat Pric. sive 'conatu maximo hiantibus.' Mihi tamen durius, et obscurius esse videtur. Quare ego sequor cum aliis Lipsianam correctionem, præsertim firmatam, ut videtur, a Flor. Passim enim 'tonare' et 'intonare ore,' dicunt Poëtæ et Oratores. Vide ad Luc. lib. I. 578. Immo Auctor ait lib. VII. p. 141. 'Tonantique sermone personui.' Magis locum habet 'hiantibus' in aviditate, quam in latratu et boatu. Sed in Ms. D'Orv. et Edd. Junt. atque Ald. habetur *conatibus.* Hinc forsan rectius emendabimus *tonacibus,* sive *sonacibus.* Certe *sonax* aliquoties adhibuit Auctor. Confer notata ad lib. IV. p. 85. 'Concha sonaci buccinat.' *Oud.* *Tonantibus oblatrans faucibus, mortuos, &c. territando*] Columella VII. 12. ubi de Canibus: 'Villæ custos eligendus est amplissimi corporis, vasti latratus, canorique, ut prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu terreat.' In Oxon. Ms. et principibus editionibus, non male, *conantibus:* nec inficete Colvius, *sonantibus.* Infra lib. VII. 'Rudivi fortiter, tonantique clamore personui:' quæ etiam Lipsio favent, qui *tonantibus* emendavit. Beroaldus *comantibus,* infelicissime. *Pric.* *Conantibus*] Pro viribus, et conatu maximo hiantibus. Quid si legas *comantibus?* ut referas ad serpentes, quos habet pro capillis, qui vice capillorum et comæ colla faucesque obnubunt. Virg. 'Cui vates horrere vides jam colla colubris.' *Beroald.*

PAG. 122 *Mortuos, &c. frustra territando*] 'Æternum latrans exangues

territat umbras.' *Pric.* *Frustra territando*] In de Deo Socratis: 'Inane terriculamentum.' *Idem.*

Servat vacuam Ditis domum] Vide Beroaldum. *Idem.*

Offulæ præda] Sic loquitur etiam in Floridis, et eodem de Deo Socratis libello. *Idem.*

Quæ te comiter excipiet, ac benigne] Seneca Epist. XXI. 'Paratus erit istius domicilii custos, hospitalis, humanus, et te polenta excipiet.' *Idem.*

Prandium opipare] Vulgo exponunt *laute.* Sed Acidalius capit adjective ad Vellei. l. II. c. 77. 'cœna exciperet.' Adi ad l. II. p. 33. 'Opipares citro et ebore nitentes lecti.' *Oud.* *Ut et molliter assidere, &c. suadeat*] In Equit. Aristophanis: 'Αλλ' ἐπαναίρου, Κᾆτα καθίζου μαλακῶς, ἵνα μὴ τρίβῃς, &c. *Pric.*

Panem sordidum petitu esto] Ineptiunt Edd. primæ, Junt. pr. Bas. sec. Vulcan. pr. exhibentes *petitu* pro *petitione*, aut, ut ridicule per hypallagen exponit Pric. *pete esui.* Quia vero in Edd. Ber. Ald. Col. Juntin. post. Basil. pr. erat *petito esto*, Vulc. Ed. sec. ejecit *τὸ esto*, ut *petito* sit Imperativus. Sed ceterorum Mss. et Edd. Wower. ac sequentibus accedunt Flor. Oxon. Palat. Par. Reg. D'Orvill. Guelf. *petitum esto*, i. e. 'edito panem, quem petieras,' sensu clarissimo et facillimo. Consule omnino N. Heins. lib. I. Advers. c. 13. ad illa Ovid. l. III. Art. 757. 'Neve domi præsume dapes; sed desine citra Quam capis: et paullo, quam potes, esto minus.' *Essem* et similia vide ad l. IV. p. 79. *Oud.* *Et panem sordidum petitum esto*] 'Panis sordidus' idem qui supra hic 'cibarius panis.' Nonnius Marcellus: 'Cibarium, quod nunc aut de pane sordido, aut de alio indigno dicatur.' 'Panum sordidorum' meminit et l. v. Cod. Theodos. de annon. civic. In Plauti Asinaria: 'Sordido vitam oblectabas pane.' Suetonius de Nerone: 'Panem quidem sordidum oblatum aspernatus est.' Seneca Epist. XVIII. 'Panis durus et sordidus:' sic ἄρτοι ῥυπαροὶ I. 71. apud Artemidorum: contrarius in Colloquiis Græc. καθαρὸς ἄρτος· Romæ porro et Vicentiæ excusi *petitu esto:* quod si rectum, ἀρχαϊσμὸς suberit, et hypallage. archaismus, *petitu* pro *petitui:* ut I. 'primum ingressu stabulum:' et XI. 'isto habitu congruentem.' vide IV. 16. A. Gellium. hypallage, *petitu esto*, pro, *pete esui.* Pric.

Canis sævitiam offula reliqua redime] Isidorus Orig. XX. 2. 'Offa est proprie frustum dentium:' (lege *edentium*) 'nunc est' (melius *et*) 'latrantium: quia si in os canis jacitur, satiatus illico compescitur.' Arnobius lib. VII. 'Latratorum et canum ritu, offis sævitias ponere.' De Cynico Lucianus: Δῆλος ἦν οὐκέτι εἰρήνην ἄξων, &c. εἰ μὴ κατὰ καιρὸν εἰσεκεκόμιστο πλακοῦς εὐμεγέθης, πρὸς ὃν ἀποβλέψας, ἡμερότερος ἐγένετο. *Idem.*

Avaro nautæ] Sic quidem est in D'Orvill. Guelf. Oxon. ac forsan aliis. Sed in Flor. Pith. Fux. Reg. Pal. Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. *navitæ*, quod secutus sum; uti infra in O. Edd. 'residua navitæ reddita stipe;' ubi etiam D'Orv. *nautæ*, minus eleganter. Non enim poëtæ tantum, quorum omnia in Metamorphosi imitatur sequiturque Appuleius; sed et prosaici *navitam* pro contracto *nauta* adhibent, et in plur. *navitas* Gell. l. XVI. c. 19. *Oud.*

Data, quam reservaveras, stipe] Oxon. *servaveris.* Ed. Basil. pr. *servaveras.* Eleganter vero Edd. Junt. et Ald. habent *stipem.* Sæpissime enim substantivum, quod ordine præcedere debebat, jungitur post relativum eodem illi casu. Vide Cort. ad Cic. lib. IV. ad F. 5. me ad Luc. l. III. 160. VII. 374. 'Credite, qui nunc est populus.' Infra lib. X. p. 253. 'Superveniunt, quos ibi reliqueram famulos:' ubi male in nonnullis *famu-*

li. In Flor. N. 9. 'Omnia quæ habebat, nihil eorum emerat.' *Idem.*

Recalcans priora vestigia] Flor. et Fulv. liber, *recolens*. Elmenh. *Recolens* forsan ex Oxon. *Wasse.* Probat etiam vir doctus in Misc. Obs. vol. II. p. 392. at damnat ibidem Burm. nec non hic loci Pric. ex l. IX. p. 184. 'Reciproco gressu mea recalcans vestigia:' ubi profecto ea lectio est verissima, et nequaquam sollicitanda. Hic vero istud *recolens* legas quoque in Fux. D'Orvill. (in quo *recoles*) Guelf. Pith. ex Salm. nota, Oxon. a m. pr. Inc. et Palat. Verum exempla, quæ producuntur a viro docto, non evincunt, *recolere vestigia* probam esse locutionem. Nam illa, aliaque, quæ proferri possent, partim ad animum pertinent, partim instaurationem, vel integratam actionem festorum, sacrorum, &c. significant. Vide ibidem Burm. et ad Val. Flacc. II. 395. ad Virg. lib. VI. Æn. 681. N. Heins. ad Ovid. Epist. V. 123. Claud. Cons. Prob. et Olyb. vs. 262. Propius accederet locus Phædri F. 18. 'Nemo libenter recolit, qui læsit, locum:' quod posses interpretari 'iterum adit:' et sic hoc loco *repetens vestigia;* sed multo signantius est *recalcans*, sive pedem calcemque reponens iisdem, quibus ante institerat, vestigiis. Si *relegens* in Ms. foret exaratum, libenter amplecterer. Vide infra ad p. 126. 'relaturi tædia nostræ tarditatis.' *Oud.* *Recalcans priora vestigia*] Oxon. et duo alii Mss. *recolens, &c.* male: infra lib. IX. 'Reciproco gressu mea recalcans vestigia.' *Pric.*

Ad istum cœlestium siderum redies chorum] Sic de mundo: 'Atque unus stellarum chorus ex diversis occasibus ortibusque.' Varro: 'Cum pictus aër fervidis late ignibus Cæli choreas astricas ostenderet.' Manil. Astron. l. I. 'Et quinque adverso luctantia sidera mundo Exercent varias naturæ lege choreas.' C. Pedo Albinovanus: 'Quæsivere chori juvenem sic Hesperon illum, Quem nexum medio solvit in igne Venus.' *Colv.*

Observandum præcipue tibi censeo] Sic et alibi: 'Observandum cautela pressiore censeo.' *Pric.*

Turris illa vel propitia] Ex vetustarum ante Vulc. Ed. sec. ἐκδόσεων lectione *vel* fabricandum conjecit Grut. *belle*, ut docent Misc. Nov. Lips. V. III. P. III. p. 491. *Velut*, quod est Colvii inventum, uncis inclusit Scriv. sed recte deleverunt Wow. Pric. ac Florid. Non enim comparet quoque in Reg. Fux. Guelf. Oxon. Pal. Par. D'Orvill. nec Ed. Junt. post. Dein *perspicua* etiam dat Reg. Fux. et Flor. pro var. lect. sed verius *prospicua* a m. pr. nec non Guelf. Oxon. Par. Inc. præbent, uti Pric. monitu edidit Flor. et jam olim prætulit Grut. citato libro. Vide ad l. I. pag. 16. 'Prospicue Demeas in me consuluit.' At apud Stat. lib. XII. Theb. vs. 15. 'Sic ubi prospicuæ scandentem lumina turris.' Mss. plurimi habent *perspicuæ*. Vide illic Barth. Variatur quoque in Melæ lib. III. cap. 2. 'Ex loco superiore veluti perspicua.' Nam Mss. duo, *prospicua*. Infra l. XI. p. 242. 'me tibi propitiam frequens adorabis:' in Var. Lect. Flor. *perspicuam*. Male profecto; nisi rescribas *prospicuam*. Sed absque necessitate. Utrumque *vel prop.* delevit quasi e Pith. Salm. *Oud.* *Sic turris illa propitia*] Rectum proculdubio *prospicua*, ut in Oxon. et Florent. Mss. quibus prope accedit Palatinus, qui *perspicua* legit. *Pric.*

Formositatis divinæ abditum cures thesaurum] Scribe ex Oxon. et aliis Mss. *abditum curiosius thesaurum*, subaudi ex præcedentibus, 'aperire,' vel 'inspicere velis.' *Idem.* *Asinario debili*] Lib. XI. 'Asinum pinnis agglutinatis, cuidam debili seni adambulantem.' *Idem.*

Canis horrendi rabie] *Horrenda* ex-

aratur in Guelf. Pal. Oxon. Fux. et Ed. Junt. post. sed rectius *cani* suum jungetur epitheton. In D'Orv. est *horrende:* unde proclive est conjicere *horrendæ;* nisi supra, 'canis præditus capite,' dixisset Auctor, et passim Cerberus describatur, ut mas. Verum tamen et feminino genere occurrit apud Ovid. l. VII. Met. 408. 'Illud Echidnææ memorant e dentibus ortum Esse canis:' ubi vide Commentarios. Passim quoque de canibus furialibus dicunt 'Stygias canes,' quas Furiarum comites, quam ipsas Furias malim nunc intelligere quoque in Lucan. lib. VI. 732. 'Stygiasque canes in luce superna Destituam:' ubi vide, et ad Val. Flacc. lib. III. 228. 'Eumenidum canis:' item l. VI. 118. licet Græci et Parcas et Furias, Plutonis et Cocyti, &c. *canes* dixerint quoque. Adi Doctiss. Ruhnken. Epist. Crit. I. p. 59. Apoll. III. 1216. IV. 1667. Quomodo Iris Harpyias vocat *μεγάλου Διὸς κύνας*, Apoll. II. 290. alii 'famulas.' Adi Burm. ad Val. Flacc. IV. 520. Quin etiam *Pytho* serpens sæpe masculini generis, in feminino etiam effertur, ut docent viri erudití ad Ovid. l. I. Met. 439. 'Incognita serpens.' In D'Orv. desideratur *rabie.* Oud.

Hospitæ sedile dedicatum] *Delicatum* rescribendum esse, jam olim vidit monuitque Beroald. ut ante Wower. dudum expressere Colin. et Junt. post. legiturque in Mss. omnibus, si Flor. forte exceperis. *Delicatum* enim non modo dicitur de rebus cibariis, sed et aliis pretiosis, mollibus, ad pompam vel ostentationem compositis. Adi Cuper. lib. I. Obs. cap. 3. Suet. Vitell. cap. 10. 'delicatissima navigia.' Cic. l. I. de Off. c. 40. 'delicatus sermo.' Infra lib. XI. 'delicati gestus.' Sed et de lecto l. IX. p. 200. 'licet non delicato quietis subsidio.' L. X. p. 225. 'pulvillis pluma delicata.' In Pal. male *hospiti.* D'Orvill. *sedili.* Ald. *sedilæ.* Idem. *Dedicatum*] Parius est si legas *Delicatum.* Beroald.

Pertulit legationem] Margo Bas. Ed. sec. *pertulit.* Perperam vero Wower. sequente eum Pric. auctoritate Pal. et Fulv. ut puto, Codd. rescripsit *protulit;* accedente Guelf. sed invitis ceteris Mss. et Edd. Vide ad lib. IV. p. 84. 'prolata fabula:' et ad Cæs. lib. IV. B. G. c. 27. 'Ad eos Imperatoris mandata perferret.' Item lib. VII. c. 8. Suet. in Claud. cap. 37. 'ordinem rei gestæ perferre ad senatum:' ubi et vide. Cic. lib. IX. ad F. Ep. 2. 'loquutus ea sum, quæ pertulisse illum ad te existimo.' Septim. de B. Tr. lib. I. c. 20. 'Falsas litteras tamquam ab Agamemnone ad Clytæmnestram perfert.' *Oud.*

Secreto] Ne scilicet videret Psyche, quid in pyxidem conderet Proserpina. Nam male Grut. cepit substantive, quasi *secretum* esset ipse divinæ formositatis thesaurus, Misc. Nov. Lips. vol. III. p. 3. pag. 492. *Idem.*

PAG. 123 *Adorata, &c.*] Ita et Oxon. Ms. *Pric.*

Mente capitur temer. curiositate] Nihil contra Mss. muta. *Mente* ponitur abundanter, ut sæpe *animo;* quia ea res ad mentem proprie pertinet. Sic 'tristis animo,' idem est, quod simpliciter tristis. Duos autem Ablativos diverso sensu uni verbo jungi, probarunt sæpissime viri docti. Vide ad Ovid. Met. lib. XIII. 216. ad Calpurn. Ecl. I. 56. me ad Lucan. lib. II. 213. et Suet. Tib. c. 62. 'Veneno interemtum fraude Livillæ;' ac supra sæpius, ut vel ex Indice notarum patebit. Lib. IV. p. 78. 'poculis aureis vino mero libant.' Olim ita explicui illa quoque Lucani lib. VII. 681. ubi tamen nunc e Mss. optimis præfero: 'Ore quis adverso demissum faucibus ensem Exspuerit moriens; animæ quis corruat ictu:' vel 'animam ictus.' Pessime vero Stewech. infercire conatur *tamen*, quæ particula multo elegantius subintelligitur. Consule notata ad lib. III. p. 60.

Quatuor autem hæ voces omissæ erant a m. pr. Cod. Oxon. *Oud.* *Mente capitur temeraria curiositate*] Est qui *inante capitur, &c.* legit: ego κατ' ἐναλλαγὴν *mente* pro *mentis* accipio: aut *mentecapitur* junctim legendum putarim. *Pric.*

Infernus somnus, ac vere Stygius] 'Alta quies, placidæque simillima morti.' Ovid. 'Sunt quoque quæ faciunt altos medicamina somnos, Vinctaque Lethæa lumina morte premunt.' *Idem.*

Cooperculo revelutus] Palat. Fux. *cooperculo* sine *revelatus*, pro quo in D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. Pith. et Par. est quoque *revelato*. Verum cooperculum non est *revelatum*. Hoc enim non fuit tectum alio velo, sed relevatum et reclusum; et sic *revelatus* est somnus. Sic Ovid. Ep. XI. 78. 'Eripit infantem, mentitaque sacra revelat.' Sic 'os veste revelatum' eidem lib. VI. F. 619. ac passim noster Auctor, ut lib. II. p. 36. 'corpus splendidis linteis coopertum revelat:' et p. 37. lib. III. p. 49. 'permittite corpora necatorum revelari.' L. IX. 'revelatis luminibus:' et passim. Dein contra Wow. mentem in ipsius et Pric. editione legitur: *invadit eam crassa sop. nebula, cunctisque. ej. m. p.* In Pith. et Ed. Flor. *crassique s. nebula cunctis*. In Edd. Vett. erat, *crassi s. nebula. Cunctis*, hiante periodo; pejusque in Elmenh. *crassique s. nebula. Cunctis.* Optime edidit Scriv. ut scribendum dein quoque monuit Pricæus, ac restitui, auctoribus Mss. Fulv. Flor. Reg. Fux. Guelf. Pith. Oxon. Par. Pal. D'Orv. *invadit eam, crassaque s. nebula cunctis ej. m. perf.* Frequens est 'crassus' de aëre caliginoso. Vide Gronovii Obs. lib. III. cap. 7. et in Add. Virg. lib. II. Georg. vs. 309. de aëre: 'picea crassus caligine.' *Oud.* *Soporis nebula perfunditur*] Virg. III. Æneid. 'fessos sopor irrigat artus.' *Elmenh.* *Invadit eam crassa soporis nebula, cunctisque ejus membris perfunditur*] Ex Oxon. et aliis Mss. sic lege et interpunge: *Invadit eam, crassaque soporis nebula cunctis m. e. p.* Pric.

Jacebat immobilis, et nihil aliud quam dormiens cadaver] Apud Quintilianum II. Declam. 'Tu jaces, et in cadaveris similitudinem usque resoluta es.' Basilius in Epistolis: Τῷ βαθεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, &c. ἐν θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας. cui non dissimile illud in Simocattæ Epistolis: Τὸ πέρα καθεύδειν τοῦ πρέποντος, τοῖς τεθνηκόσι μᾶλλον ἤπερ τοῖς ζῶσιν ἁρμόδιον. Supra l. II. 'Me somnus profundus in imum barathrum repente demergit: ut ne Deus quidem ipse Delphicus facile discerneret duobus nobis jacentibus quis magis mortuus esset.' 'Cadaver dormiens' est ὀξύμωρον. sic 'vivum cadaver' Chrysologus paralyticum vocat: et 'spirans cadaver' Hieronymus in Epistolis dixit. Videamus nunc *immobilis* quam hic aptum vocabulum. Lactantius c. 18. de Opif. Dei: 'Corpus vigilante sensu licet jaceat immobile, non tamen quietum est.' Tertullianus c. 43. de Anima: 'Propone tibi corpus, &c. blanda quietis accessione prostratum, immobile situ: quale ante vitam jacuit, et quale post vitam jacebit.' Virgilius: 'Custode sepulto:' ubi Servius: 'Sine pulsu, sine motu.' *Idem.* *Immobilis, et nihil aliud quam dormiens cadaver*] Nam 'immobilitas' proprie cadaverum. In Apologetico: 'Ritu cadaveris, unum et immobilem vultum possidet.' Plinius Epistolarum l. III. 'Extentus et immobilis, fidem peractæ mortis implevit.' Suidas: Φθορά ἐστι σωμάτων νέκρωσις, καὶ ἈΚΙΝΗΣΙΑ τῶν ὀργάνων τοῦ σώματος, τῆς ψυχῆς ἀπὸ τούτου χωρισθείσης. *Idem.*

Per artissimam cubiculi fenestram] Fux. *altiss.* Et hoc rectum. *Roald.* Suffragantur Oxon. Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Sed cave quid mutes. *Altitudo* fenestræ non poterat inpedire volucrem Cupidinem, quo minus ea

evolaret, sed angustiæ, quæ majorem hic habent efficaciam ad ostendendam carceris securitatem, quo a matre inclusus erat Cupido. Passim hinc 'arta vincula,' et 'arta custodia' dicuntur. Vide N. Heins. in Misc. Obs. vol. IX. t. II. p. 282. Voces vero 'altus' et 'artus' creberrime confunduntur. Adi Burm. et me ad Luc. lib. III. 664. Heins. Advers. p. 86. et infra ad f. lib. VIII. p. 175. In Oxon. est *cubili*. Oud. *Refectisque pinnis aliquanta quiete, &c.*] Supra lib. V. 'Vel certe vires meæ diutino labore fessæ, quietis intervallo leniantur.' *Pric.*

Psychen innoxio punctulo suæ sagittæ excitat] Simile apud Thucydidem: ἀναστήσας αὐτὸν ὥστε μὴ ἀδικῆσαι. vide ad Act. 12. 7. dicta. 'Innoxio punctulo' heic, ut in Cod. Theod. de cursu publ. &c. 'innocuo titillo.' *Idem.*

Provinciam, quæ t. m. m. p. mandata est, exsequere] Fux. libro accedunt Reg. D'Orv. Pal. Oxon. Scio, *provinciam* passim de quovis munere dici: verum tamen talia solent addi verba, quæ propria sunt veræ administrandæ provinciæ, ut 'dare,' 'tradere,' 'capere,' 'suscipere,' et quæ sunt similia, ut de Mundo p. 739. Ed. Flor. 'Venatibus agendis provincias nacti.' De Deo Socratis p. 674. 'curant singula, proinde ut est eorum cuique tributa provincia.' Sed 'exsequi,' 'agere provinciam,' nescio, an facile reperias. Neque enim juvat locus lib. IX. p. 188. 'mira sagacitate commissæ provinciæ fidem tuebatur.' Manet enim et illic in metaphora veræ provinciæ. Quare suspectus est locus. Non ausim tamen credere, *provinciam* penitus delendum esse, sed forsan substituendum *pro viribus*, vel simile. Dein pro *quidem tu*, in Pith. inveni, *quam tu ā*. Fuitne *spartam*, cujus glossa irrepsit *provinciam?* Oud. *Tu provinciam quæ tibi matris meæ præcepto mandata est, exequere gnaviter*] Oxon. et Fuxensis Mss. *Tu quod tibi m. m. p. mandatum est, e. g.* Pric.

Cætera egomet videro] In Colloquiis Græcis vett. Ἀμέριμνος ἔστω, ἐμοὶ μελήσει. Ælianus apud Suidam: Ὁ δὲ θεὸς λέγει ἐκείνους μὴ πολυπραγμονεῖν, αὐτῷ γὰρ εἶναι διὰ φροντίδος. *Idem.*

Amator levis in pinnas se dedit] *Lenis* Guelf. Frustra. Describitur *levis* ob agilitatem. Vide quæ notavi ad lib. III. p. 57. 'pinnis leviter fluctuantibus.' Richteri Observ. Crit. p. 69. Burm. ad Val. Flacc. lib. I. vs. 289. 'Et levis Elis equis.' *In plumas* habet Oxon. de quibus adi lib. V. pag. 104. 'Pinnis se in altum proripuit:' et mox: 'remigio plumæ raptum maritum,' &c. *Oud.*

Amore peresus] Virg. lib. VI. Æneid. vs. 442. 'Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.' *Elmenh.* Pal. Guelf. *pessus*. D'Orv. Pith. *percussus*. Prave. Vide Burm. ad Virg. Poëtæ enim passim non solum 'ignem,' quo nomine amor millies venit, 'edere' cum compositis aiunt, sed et quibuscumque curis, quibus quis frangitur ac consumitur, 'esum' ac 'morsum' adscribunt. Vide ad Sil. Ital. lib. XIII. 679. lib. XVII. 345. 'Qui te mentis edunt morsus, da noscere conjux.' Catull. c. LV. 31. 'Et multis languoribus peresus.' *Oud.*

Severitatem] Non solum Ed. Rom. sed Mss. et Edd. O. præter Flor. forsan, et Edd. Vulc. sec. Elmenh. ac Scriv. exhibent *sobrietatem*. Si tamen plures Codd. addicerent *severitati*, non refragarer; quia Auctor L. præc. p. 108. *Sobrietatem* inducit, ut inimicam Veneris, sed tamen pro ancilla ad castigandum filium adhibendam. An potius ergo scripsit Auctor: *repentinam servam* vel *servulam Sobrietatem?* In Guelf. exaratur, *repentinam sbodel sobrietatem.* Idem.

Ad armile redit] Infra lib. IX. p. 197. 'Tamen altius commota, atque exasperata, ad armillum revertit: et ad familiares feminarum artes accen-

ditur.' Proverbium hoc etiam apud Lucil. est lib. XXVIII. 'Hinc ad me, hinc licet anus rursum ad armillum.' Nota vini cupiditas anuum. *Colvius.* Fr. Dousa ad Lucil. lib. XXVIII. hic quoque legit *ad armillum*, quod, sive *armile* proverbialiter sumunt nonnulli, pro 'ad ingenium,' metaphora ab anu ejusque bibacitate desumta, præ vini cupidine subinde redeuntis ad *armillum*, i. e. vasis genus, *armo* portari solitum, teste Festo. *Armilum* loco lib. IX. habent Mss. Beroald. vero exposuit de armamentario fraudium et artium. Mihi non liquet. Placet tamen magis prior explicatio. *Armilem* exstat quoque in D'Orv. Fux. Guelf. et Oxon. *Armilium* edidit Scriverius, ut in Glossis, 'Armilium, σκεῦος.' *Oud.* *Ad armile redit*] Vocabulum est infrequens, parumque protritum, quod significare videtur repositorium fraudis et doli; accipiturque pro instrumento et apparatu versutiarum vafriciarumque. Dicitur *armile* ab armis: arma autem dici instrumenta rerum omnium, testimonio Grammaticorum satis liquet: et auctoritate poëtarum indubitatum est, apud quos legitur: 'cerealiaque arma Expediunt.' Item: 'Dicendum et quæ sint duris agrestibus arma.' Item: 'Quærere conscius arma.' Ubi Servius exponit *arma*, pro dolos et fraudes: *Armilum* vero vas vinarium significatur, ab eo dictum quod armo, id est, humero deportetur: auctores Nonius, Festus, M. Varro. *Beroald.*

Altiisque pernicibus cœli penetrato vertice] Avienus in Arat. 'Et cœlum pernicibus intrat Diva alis.' *Pric.*

Perpressa Cupidinis buccula] *Pressa* cum Elmenhorst. dat etiam Flor. unde rectius Scriv. edidit *prensa*. Vide ad lib. VI. p. 129. 'prenso loro.' Quod Wow. Pric. et Florid. exhibuerunt *prehensa*, firmatur Mss. D'Orvill. Oxon. Guelf. Par. et Ed. Junt. post. *Præcisa* in Ms. inc. *Perpressa* erat in Edd. ceteris. Quare cum Reg. etiam ostentet *prætensa*, mihi unice placet Roaldi lectio, *perprensa*. Certe *pressa* locum hic habere nequit. Nam satis id exprimitur per sequens 'consaviat.' Mirifice huc facit Apoll. R. lib. III. 128. ubi Venus Cupidinem blandiendi gratia, Γναθμοῖο καтασχομένη προσέειπε. et vs. 149. Ἐπειρύσσασα παρειὰς Κύσσε ποτισχομένη. Sueton. in Galb. c. 4. a Beroaldo citatus: 'Puero adhuc salutanti se inter æquales apprehensa buccula dixisse.' Estque id proprium ei, qui puero blanditur. Vide Burm. ad Suet. Ner. c. 34. 'Illa tractans lanuginem ejus.' In Pal. *boccula*. Oud. *Jupiter prehensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata, consuaviat*] De eodem Æneid. I. 'Oscula libavit natæ:' ubi Servius Fuldensis: 'Multi nolunt ita intelligi, ut summum osculum filiæ dederit: id est, non pressum, sed summa labella contingens: sed ita aiunt: libavit, id est, contigit: ut solemus, cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere puerorum, ac deinde ad os nostrum referre.' Sueton. August. 'Ejusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset.' Aristænetus I. 22. Καὶ λάθρα τὴν ἑαυτῆς κεφίλημε δεξιὰν, ᾗ προσήψατο τοῦ μειρακίου. *Pric.* *Buccula*] Hoc nimirum specimen est amoris, affectusque paterni, bucculam apprendere et dissuaviari. Consimiliter apud Sueton. in Galba: 'Constat Augustum puero adhuc salutanti se, inter æquales apprehensa buccula dixisse.' Est autem *bucca*, et per diminutionem *buccula*, oris pars: interdum ipsum os significat. De buccis Plin. in XI. et nos copiose annotavimus in Suetonii commentariis: hic *buccula* tam significari potest os ipsum, quam genæ sive mala: namque mos est, cum puerum blandimenti causa osculari volumus, ut bucculam illius apprendamus, et ad osculum nostrum referamus. Alio diverticulo significatio-

nis *buccula* dicitur vacca, alias accipitur pro parte cassidis et galeæ. Fulviæ M. Antonii altera bucca erat inflatior. *Beroald.*

PAG. 124 *Concessu Deum*] *Concessum* Pith. Perperam hæc tentavit Colv. Decretus Jovi honor dicitur *concessu* Deorum; quia illi communi decreto primum Jovi honorem concesserunt. Atque id substantivum nomen, pro 'concessione,' adhibuere sæpius Cic. Cæs. lib. VII. B. G. c. 20. aliique. *Deum* exsulat ab Oxon. *Oud. Licet tu Domine fili nunquam mihi concessu Deum decretum servaris honorem*] Virgil. Ceiri: 'Malus ille puer quem nec sua flectere mater Iratum potuit, quem nec pater atque avus idem, Jupiter.' In Senecæ Octavia: 'Invicta gerit tela Cupido, Queis exstinxit fulmina sæpe, Captumque cœlo Jovem traxit.' Ibidem: 'Tu fulminantem sæpe domuisti Jovem.' *Pric. Domine fili*] Hieronymus contra Jovianum, de cujusvis νεογάμου filiola: 'Vocanda Domina, celebrandus Natalis ejus.' *Idem.*

Terrenæ libidinis fœdaveris casibus] *Federaveris* Pith. Guelf. Ad vocem *casibus* offendit etiam Beroald. conjecitque *cassibus*, sive laqueis et pedicis; Pric. etiam in Add. ferri utcumque lectionem posse scribens, hariolatus tamen est *sordibus*, ex lib. IV. p. 84. 'nomen meum cælo conditum terrenis sordibus profanatur.' Verum *sordibus* nimis recedit a vulgari scriptura, et τοῖς *facibus*, vel *cassibus*, non convenit verbum *fœdare*. Quare si quid mutandum est, malim *labibus*, sive maculis et sordibus. Sic 'inpudentiæ labes' lib. I. p. 30. VIII. p. 158. In Apol. pag. 409. 'tetra labes sordium.' De Deo Socratis p. 698. 'sine turpitudine, sine labe:' et propius Gellius lib. II. c. 1. 'A voluptatum labe cavisse:' ac Minuc. Felix c. 26. 'spiritus a cælesti vigore terrenis labibus ac cupiditatibus degravati.' Immo sæpe vox *labes* de adulterio sumitur. Vide Senec. Hipp. vs. 667. Ovid. Epist. IV. 32. et omnino lib. III. Am. El. v. 43. 'Livor et adverso maculæ sub pectore nigræ Pectus adulterii labe carere negant.' Hinc et *labi* Propert. lib. I. 11. 15. 'Ut solet amoto labi custode puella.' Vide tamen, num *casus* hic exponi possit per varia et quasi fortuita genera; ut lib. VII. p. 134. in f. 'variis, sed inpigris casibus, fortissimum quemque obpetisse.' Lib. X. p. 230. 'pari casu mortis fuerat exstinctus.' Vellei. lib. II. c. 30. 'Variis gravibusque casibus affecere Italiam:' ubi tamen Cel. Duk. ad Flor. lib. II. c. 18. legit *cladibus*. Vide illis locis plura. *Oud. Crebris terrenæ libidinis fœdaveris casibus*] Ferri utcunque potest hæc lectio, at malim *sordibus*. Venus lib. IV. 'Et nomen meum cœlo conditum terrenis sordibus profanatur:' ubi et *divinum* vides *mortali* oppositum. Jam et *sordibus* quid aptius potest de libidinibus dici? *Pric. Crebrisque terrenæ libidinis fœdaveris casibus*] Cyprianus de scænicis: 'Exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem, Jovem illum suum, &c. in terrenos amores cum ipsis suis fulminibus ardentem.' Arnobius lib. IV. 'Et tolerari forsitan maletractatio hæc posset, si eum saltem personis conjungeretis comparibus, et adulter a vobis immortalium constitueretur Dearum: in humanis vero corporibus quidnam quæso inerat pulchritudinis, quid decoris, quod incitare, quod flectere oculos posset, &c. Jovis?' *Idem. Casibus*] Lego *cassibus*, ut *casses* exponas pedicas et laqueos, quibus amantes illaqueantur, quibus Jupiter se captum fœdatumque a filio Cupidine quasi dolenter affirmat. *Beroald.*

Contraque leges, et ipsam Juliam, disciplinamque publicam, &c.] Lib. IV. de Eodem isto: 'Contempta disciplina publica, &c. nocte discurrens, et omnium matrimonia corrumpens.' *Pric.*

In feras, in aves] Ovid. Met. VI. vs. 108. Nazianzenus in Carm. ad Nemesium. Tatianus contra Græcos f. 280. Primasius in Epist. Pauli ad Rom. c. I. Achill. Tat. lib. I. de Clitoph. et Leucip. amoribus. Notæ nostræ ad Arnob. lib. IV. f. 88. *Elmenh.* *In aves et gregalia pecua serenos vultus meos sordide reformando*] Idem ad Eundem apud Lucianum in Deorum dialogis: Οὕτως ἐμοὶ ἐντρυφᾷς, ὥστε μηδέν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με· Σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν, κύκνον, ἀετὸν, &c. Venus in iisdem dialogis de Eodem: Τὸν Δία πολύμορφον ἐπεδείκνυες, ἀλλάττων ἐς ὅ, τι ἂν σοι ἐπὶ τοῦ καιροῦ δοκῇ. Iterum ibidem de Eodem ad Jovem Juno: Ἕπῃ αὐτῷ ἔνθα ἂν ἥγηταί σου, καὶ ἀλλάττῃ ῥᾳδίως ἐς ὅ, τι ἂν κελεύσῃ. et de Jove ipso, in de Sacrificiis: Ἄρτι μὲν γιγνόμενος χρυσίον, ἄρτι δὲ ταῦρος, ἢ κύκνος, ἢ ἀετός· καὶ ὅλως ποικιλώτερος αὐτοῦ Πρωτέως. Cyprianus ubi supra: 'Nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris avibus prosilire.' Arnobius lib. I. 'O digna et pretiosa dulcedo propter quam Jupiter maximus cygnus fieret, et taurus, et candidorum procreator ovorum!' 'Reformando' hic, 'mutando.' Glossæ: 'Μετατυπῶ, deformo, reformo.' *Pric.*

Attamen modestiæ meæ memor] Apud Petronium ille: 'Non ero tui similis.' *Idem.*

Quodque inter istas meas manus creveris] 'Istas' δεικτικῶς. Vide ad Act. 20. 34. notata. *Idem.*

Dum tamen scias, &c.] Tertullianus Apologetico: 'Dum tamen sciatis,' &c. *Idem.*

Æmulos tuos cavere] Intelligunt Beroald. et alii rivales tuos Cupidines, vel alios invidos, eamdem puellam expetentes, ut *cavere* sit metuere, vitare, ut lib. VIII. p. 165. 'Quam caveremus cladem.' Ovid. lib. I. Art. Amat. 758. 'Cognatum fratremque cave.' Mihi tamen videtur potius Jupiter de sese egisse, idque satis e sequentibus patere opinor. Non vero, ut cum Pric. audacter reponere sustineam, *æmulos meos cavere;* sed ut Cupidinem moneat, cavendos quidem esse æmulos, se ipsum præcipue intelligens, et hinc ne Psychen ipsi eripiat æmulus Jupiter, curet Cupido, ut pro hoc concessionis beneficio, procuret ipsi puellam, quæcumque præpollet pulchritudine. Verum tunc forsan rectius erit, *æmulis tuis cavere,* i. e. consulere, et prospicere, ut ibidem Ovid. vs. 84. 'Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi.' *Oud.* *Æmulos tuos cavere*] Hæc quidem, utcunque ab aliis exposita, me non assequi fateor: si *æmulos meos amovere* quis legerit, multo clarior sententia erit. Virgilius de Miseno: 'Cava dum personat æquora concha Demens:' ubi Servius: 'Improvidus: qui non consideravit etiam Deos in æmulationem posse descendere.' *Pric.* *Æmulos cavere*] An reliquos Cupidines rivales intelligit? an quoscunque eandem puellam expetentes? qui in amore utique cavendi sunt in tantum, ut nulli satis fidendum sit: hinc illud Nasonis saluberrimum documentum: 'Cognatum fratremque cave, fidumque sodalem: Quos credis fidos, effuge, tutus eris.' Æmulatio enim rivalitatis acerrima est, ut inquit Propertius: 'Nullæ sunt inimicitiæ, nisi amoris, acerbæ.' *Beroald.*

Pr. beneficii vicem per eam repensare] Stewech. ad p. 378. Ed. Lugd. sive lib. X. p. 229. delet præpositionem *per:* ut *vicem* ponatur pro *vice,* de quo egi ad lib. I. p. 9. ac 'repensare eam' construatur, sive Psyches loco comparare aliam puellam, quasi præmium pro hoc beneficio. Nam certe 'rependi præmium,' æque dicitur ac 'gratia' et 'beneficium.' Sed obstat tum junctim *vicem eam;* cum tamen *eam* non ad *vicem,* sed puellam foret referendum. Clarius

et elegantius tum dixisset Auctor in Ablativo *ea*, sicut sæpe 'rependere aliquid aliqua re' occurrit, ut in Apol. p. 510. 'Tot incommoda virtutibus suis repensaret.' Vide Sil. lib. VI. 349. XIV. 628. Burm. ad Vell. lib. II. 12. et quos laudat vir doctus in Misc. Obs. VII. pag. 275. Quapropter nihil hic est mutandum. *Per eam* est idem ac comparatione, seu conciliatione istius puellæ tua. *Oud.* *Et, si qua, &c. puella præpollet pulchritudine, præsentis beneficii vicem, per eam mihi te repensare debere*] Fuit hoc, non dare, (mi Jupiter) sed fenerare beneficium: quod, cum vel extero factum, laudabile minus, in suum, imo in filium suum patratum, quam illiberale censendum! *Pric.* *Repensare debere*] In vetere Onomastico: 'Repenso, ἀντεξισάζω.' Glossarium: 'Repensare, ἀντιστῆσαι, ἀναδοῦναι.' crediderim ἀντιδοῦναι scribendum. *Idem.*

Ac si qui, &c.] Hoc sensu in Glossario: 'Ac si quis, ἐὰν δέ τις.' ad veterem enim videtur hanc formulam alludi. *Idem.*

In pœnam decem millium nummum conventum iri] Sic 'conveniri in crimen' Tertullianus cap. 24. Apologetici: et cap. 35. 'in sacrilegium conveniri.' *Idem.*

Completo cœlesti theatro, pro sede sublimi sedens procerus Jupiter, sic enunciat] De Eodem Ovidius: 'Ergo ubi marmoreo Superi sedere recessu, Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno, Talibus inde modis ora indignantia solvit.' *Procerus*, eminens, sublimis: sic in veteri Onomastico non solum redditur εὐμήκης, sed et ἔξοχος. 'Sede sublimi sedens, ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος καθήμενος.' Vide ad Act. 12. 21. notata: supra lib. III. 'Sublimi suggestu magistratibus residentibus.' *Idem.*

Dei conscripti Musarum albo] *Alvo* de more est in Mss. Pal. Pith. Fux. Guelferb. D'Orv. Edd. primis, quod bene correxit J. Gulielm. lib. III. Veris. c. 13. Sed et jam ante illum Beroald. prolato Fulg. loco e Myth. lib. I. p. 608. Ed. Stav. 'Tum illa: Una, inquit, sum e virginali Heliconiadum curia, Jovis albo conscripta.' Ac nota sunt *alba* senatorum, judicum, eorumque centuriarum. Quare facile eo allusionem potuit facere Auctor. Nihilominus commentum hic esse lectoris vel glossat. opinor, et adsentior Wow. Elmenh. nec non Vulc. delenda hæc censentibus, sicut et Scriv. ac Pric. semilunulis circumduxerunt. Immo Lindenb. notavit, ea desiderari in Flor. Videtur enim Appuleius simpliciter mutuatus esse adlocutionem solitam *P. Conscripti.* quo etiam respexit Horat. lib. III. O. III. vs. 53. de Romulo: 'Ducere nectaris Sucos, et adscribi quietis Ordinibus patiar Deorum.' Mart. Cap. 'Superum S. C.' *Oud.* *Musarum alvo*] Corrige, *albo.* Fulgentius consimiliter: 'Una,' inquit, 'e virginali sum Heliconiadeum curia Jovis albo conscripta.' Ubi corrigendum est *Heliconiadum curia*, quasi dicas, Una sum ex senatu Musarum, quæ in albo Jovis scriptæ sunt. De albo judicum, decurionum, pontificum, scripsimus affatim in Tranquilli commentariis. Illud adde, quod Græci tabulam hanc, quæ albi nomine significatur, λεύκωμα vocitant, ut testis est Julius Pollux: quod et 'pitacium' quoque dici videtur, ut in Alexandro Cæsare insinuat Ælius Lampridius: vulgo 'matricula' nuncupatur: qua dictione quamvis protrita vernaculaque utuntur apud nostros et Vegetius, et inferioris notæ scriptores. Pitacium vero in alio significatu accipitur apud Corn. Celsum, videlicet pro eo panno medico, qui modo præcordiis, modo capiti dolentis imponi solet, ad mitigandum cruciatum: 'pitimam' vocant, dictione quidem vulgari, quam tamen ex Latino vocabulo inflexa esse videatur: in Decretis canonicis 30. quæstione secunda sic scriptum

est. Pitacium, quod nobis tua veneranda fraternitas obtulit, suscepimus.' Ubi 'pitacium' ponitur pro libello, sive charta epistolari: interpres a petendo 'pitacium' dici tradit: sed hæc barbarica est magis quam Latina: apud Laberium est tunicæ *pictacium*, pro velamento sive ornatu tunicæ, ut ego opinor, a pictura inclinato vocabulo. Sed ut domum repedemus: quod ait, Dei conscripti, allusit ad illud frequens in Orationibus, 'Patres conscripti.' *Beroald.*

Ad. istum, quod m. m. alumnatus sit, scitis omnes] In Oxon. a m. pr. *satis.* Nota sunt, quæ pro hac locutione *scio, quod sit*, loco Infinitivi, et contra eam, disputarint sæpe viri docti. Adi Comm. Burmanni ad Calp. Ecl. III. 35. et Phædr. lib. v. F. 2. 'Scio quod sit virtuti non credendum tuæ:' nec non Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 52. 'Sciturae, quod redigi in concordiam res nequeant.' Quibus tamen locis ille et J. F. Gron. malunt *quam;* et certe si a Flor. Guelf. Pith. et Pal. recesseris, Mss. ceteri et Edd. O. ante Vulc. Ed. sec. præbent *quem:* unde facile *quam* possit refingi. Dein in Mss. Guelf. Pith. Pal. et sec. Vulc. Ed. &c. est *sit;* in ceteris Mss. et Edd. prioribus *sum*, et in Flor. *sim.* Passive quidem *alumnatus* extulit Mart. Cap. lib. VIII. p. 302. 'secretis sanctionibus alumnatæ:' et ipse auctor lib. IX. p. 202. 'Canes viatorum morsibus alumnatos.' Lib. x. p. 227. 'Eamque prodidit vicinis alumnandam.' Verum etiam active usus est eo Appul. lib. VIII. p. 164. 'Quos ad tutelæ præsidia fuerant alumnati.' Quapropter saltem *sim* reposui, et *quam* legendum conjiciens; nisi si forte restituenda ceterorum Mss. et Edd. lectio, *quem sum*, idoneum sensum præbens: *Scitis*, i. e. novistis adol. istum, quem educavi ego. Scil. Cupidinem. *Oud.* *Cujus primæ juventutis caloratos impetus, &c.*] Quintilianus Declam. CCCXXII. 'Adolescens est, omnes cupiditates, omnes impetus in hac ætate facilius convalescunt:' infra hic lib. x. 'Caloris juvenilis impetu.' Fulgentius Mytholog. III. 'caloratæ juventutis igniculum' dixit. 'Flagrantia juventutis incendia' Cyprianus. Claudianus: 'Calidæ rapuit te flamma juventæ:' pro *cujus* malim *hujus* scribi. *Pric.*

Ob adulteria cunctasque corruptelas infamatum] Firmicus VI. 17. Mathes. 'Faciet lupanaribus deditos promiscuo libidinum' (lege *libidine*) 'scorta sectari: ita ut ex hoc cum magna nota gravi pulsentur infamia.' In Actis Chrysanthii Martyris: 'Miserunt virum quendam turpissimum, et in scelere corruptionum opinatissimum.' (i. infamatissimum.) sic, 'famosum adulteriis et corruptelis,' in Claudio Suetonius. Lactantius VI. 19. 'Hinc stupra, hinc adulteria, hinc omnes corruptelæ extiterunt.' Idem in de Ira Dei cap. 8. 'Libidine utuntur ad corruptelas et voluptates.' Cyprianus Epist. LXII. de Diaconis: 'Quomodo possunt, &c. continentiæ præesse, si ex ipsis incipiunt corruptelæ, &c. procedere?' In vet. Onomast. 'Corruptela, διαφθορά.' *Idem.*

Tollenda omnis occasio] Ἐκκόπτειν ἀφορμὴν Paulus ad Corinthios dixit: at heic 'occasionem' intellige, aut libidinandi, (Chrysostomus Homil. 15. in Epist. ad Ephes. de ancilla scortatrice: Ζεῦξον (αὐτὴν) ἀνδρὶ, (tu Domina ejus) περίελε τῆς πορνείας τὰς ὑποθέσεις.) aut, ut apud Paulum Eundem ad Timotheum, ἀφορμὴν λοιδορίας χάριν. Apud Senecam ille Controvers. II. 6. 'Uxorem mature duxi, semper dilexi: quod ad omnem me fabulam tutum præstitit:' id est, omnem rumusculorum occasionem abstulit ac præcidit. *Idem.*

N. pedicis colliganda] Mss. Flor. Pith. Fux. Guelf. Oxon. et Ed. Junt. post. suffragantur Wow. et seqq. Edd. in τῷ *allig.* Mihi magis placet Fulv.

et D'Orvill. Codd. scriptura, *religanda*. Vehementer enim Auctor amat particulam *re* in compositis. Vide ad lib. I. p. 8. 'recidens.' Luc. lib. II. 671. 'Religare catenis.' Septim. de B. Troj. lib. III. c. 18. 'Id quo religata erat columba.' Adde Wopkens. Misc. Nov. Obs. v. I. t. II. p. 60. *Oud.* *Et luxuria puerilis nuptialibus pedicis alliganda*] Apud Aristænetum ille II. 11. Ἑταίρας ἐρῶν, πρὸς ἀπαλλαγὴν τοῦ πόθου, &c. συνεζύγην σώφρονι γαμετῇ. Herodianus de Severo: Ἠγάγετο αὐτῷ (filio suo) γυναῖκα, γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. Plutarchus in de liber. educandis: Πειρατέον δὲ καὶ τοὺς τῶν ἡδονῶν ἥττους, καὶ πρὸς τὰς ἐπιτιμήσεις δυσηκόους, γάμῳ καταζεῦξαι· δεσμὸς γὰρ οὗτος τῆς νεότητος ἀσφαλέστατος. Ignatius in Damasceni Parallelis: Τοῖς νεωτέροις ἐπίτρεψον γαμεῖν, πρὶν διαφθαρῶσιν εἰς ἑταίρας. Clemens Constit. IV. 11. Σπουδάζετε ὥρᾳ γάμου ζευγνῦναι, καὶ συναλλάσσειν αὐτοὺς, ἵνα μὴ τῆς ἡλικίας ἐν ἀκμῇ ζεούσης ἔθη πορνοκόπα ἀποβῇ. Augustinus Confess. II. 3. 'Jam pestilentiosum, et in posterum periculosum, sentiebat coërcere' (malim, *censebat coërceri*) 'termino conjugalis affectus, si resecari ad vivum non poterat.' Martialis: 'Legitimos esses cum vagus ante toros.' Hinc ista Panægyristæ ad Constantinum: 'Quo enim magis continentiam patris æquare potuisti, quam quod te ab ipso fine pueritiæ ilico matrimonii legibus tradidisti, ut primo adolescentiæ ingressu formares animum maritalem, nihil de vagis cupiditatibus, nihil de concessis ætati voluptatibus in hoc sacrum pectus admitteres.' Et Claudiani de Honorio: 'Hinc fuit ut primos in conjuge disceret ignes, Ordirique virum non luxuriante juventa, Sed cum lege tori casto cum fœdere vellet.' Bene autem heic *pedicis nuptialibus*. Apud Achillem Tatium lib. I. ille: Γάμον ἤδη σοι δίδωσιν ὁ πατήρ· τί γὰρ ἠδίκησας ἵνα πεδηθῇς. Augustinus ubi supra: 'Quia metus erat ne impediretur spes mea compede uxoria.' Paulus I. Cor. 7. 27. Δέδησαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν. vide et Rom. 7. 2. Artemidorus II. 58. de crucifixione loquens: Ἀνδρὶ ἀγάμῳ γάμον προσαγορεύει, διὰ τὴν δέσιν. *Pric.*

Puellam elegit] Quintilianus Declam. CCCVI. 'Nusquam libertas tam necessaria quam in matrimonio est: ego eligam cum qua victurus sum,' &c. In Apologetico Noster de Pudentilla illum aliis procis præferente: 'Quæ electio tam gravis fœminæ,' &c. *Idem.*

Teneat] Id est, habeat: ita Scriptoribus mos enim hoc in argumento loqui. In Plaut. Trucul. ille: 'Haud mansisti dum ego darem illam, tute sumpsisti tibi: Nunc habeas ut nactus:' vide et Trinum. I. 2. In Ejusdem Bacchid. 'Illum exoptavit potius, habeat,' &c. In Aulularia: 'Ego quia sum tangere ausus, haud causificor quin eam Ego habeam potissimum:' et in Cistellaria: 'Eo facetus, quia tibi alia est sponsa locuples Lemnia? Habeas.' Ovidius Metamorph. VII. 'Procrin habe dixit: quod, si mihi provida mens est, Non habuisse voles.' Vide ad II. Oseæ D. Hieronymum. apud Terentium IV. 4. Adelph. 'Valeas, habeas illam quæ placet.' Donatus ad eandem fabulam: 'Haberi uxor dicitur.' Joh. 3. 29. Ὁ ἔχων νύμφην, νυμφιός ἐστιν. *Idem.*

Nec prosapiæ tantæ tuæ statuique de matrimonio mortali metuas] Idem ad filiam Cererem apud Ovidium in Plutonis fabula: 'Commune est pignus onusque Nata mihi tecum: sed si modo nomina rebus Addere vera placet, non hoc injuria factum, Verum amor est: neque erit nobis gener ille pudori.' *Idem.*

Jam faxo nuptias non impares] In amatoriis Græcorum Epistolis: Κυδίππην Ἀκοντίῳ συνάπτων, οὐ μόλυβδον ἂν συνεπιμίξαις ἀργύρῳ, ἀλλ' ἑκατέρωθεν

ὁ γάμος χρυσοῦς ἔσται. Idem.

PAG. 125 *Porrecto ambrosiæ poculo*] Qui in cœlitum numerum cooptabantur, ambrosiam hauriebant, qua hausta, humana procul dabantur. Hellad. apud Phot. p. 866. *Νέκταρ, οὗ μέν ἐστι δυνατὸν τοῖς θνητοῖς, τουτέστι τοῖς κτεινομένοις, μετασχεῖν.* Tzetzes Chil. x. hist. 351. *Ἡ ἀμβροσία βρῶσις θεῶν μυθογραφεῖται, Ὡς ἀβροσία οὖσά τις, οὐχὶ βροτῶν δὲ βρῶσις.* Mart. Capella de Nupt. Philol. et Merc. ubi Philologia in cœlum sublimata Cyllenio copulatur: 'Tum illa: ut refectior cœlum sublimisque conscendas, hoc tibi accipe sorbillandum. At tunc matri Apotheosi, quæ cum illa forte convenerat, etiam pridem libros, qui ex Philologiæ ore defluxerant, manu contingens, ac dinumerans consecrabat, auferens aliquam globosam animatamque rotunditatem sumit ac virgini porrigit hauriendam. Postquam rem dulcissimam comperit, totam incunctanter exhausit: Continuoque novo solidantur membra vigore, Et gracilenta perit macies, vis terrea cedit, Æternumque venit sine mortis legibus ævum. Verum diva cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibisse, quo e terris illam in cœlum, immortalemque factam velut ænigmate redimiculi perdoceret.' Vide Proclum in Plat. Theolog. lib. IV. c. 15. *Elmenh.* *Porrecto, &c. poculo*] Juvenal. XI. 'Plebeios calices, &c. Porriget incultus puer.' Horat. Epist. I. 'Porrecta negantem Pocula.' Virgil. VIII. 'Et pocula porgite dextris.' *Pric.* *Porrecto Ambrosiæ poculo, sume (inquit) Psyche, et immortalis esto*] Apud Lucianum Jupiter de Ganymede, in Deorum Dialogis: *Ἄπαγε αὐτὸν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πιόντα τῆς ἀθανασίας ἄγε οἰνοχοήσαντα ἡμῖν.* Marcianus Capella: 'Ipsamque nupturam Deo convenire non posse, nisi Superum S. C. mortalis esse desineret.' *Idem.*

Istæ vobis erunt perpetuæ nuptiæ] Virgilius: 'Connubio jungam stabili, propriamque dicabo:' ubi Servius: 'Dicendo connubio, ostendit legitimum: dicendo stabile, longam promittit concordiam: id est, quæ divortio careat.' Appuleius verbis continuo præcedentibus: 'Nec unquam digrediatur a tuo nexu Cupido.' *Idem.*

Accumbebat summum thorum maritus] 'Summum thorum' cape non cum Serv. 'altiorem' vel 'eminentiorem;' sed medium lectum, qui locus dignior novo sponso, et nuptæ novæ hic attribuitur, sicuti semper in nuptialibus epulis fieri solet. Lib. VII. (p. 138.) 'summum pulvinar' vocat. *Elmenh.* Non medium lectum, sed primum medii lecti locum, si statuamus hic triclinium. Vide Comm. ad Horat. lib. II. S. 8. 20. Fest. in v. 'Ordo sacerdot.' Gell. lib. X. c. 15. Cic. lib. IX. ad Fam. Ep. 26. Liv. lib. XXXIX. 43. Virg. Æn. II. init. coll. cum lib. I. vs. 700. ubi se *mediam* locat Dido infra Æneam *summum*. Errat illic Serv. sed et hic cum Beroald. Elmenh. At si sigma sive stibadium fuisse credimus, summus locus erit in dextro cornu primus, ut secundus locus, in sinistro primus. Adi Sirmond. ad Sidon. Apoll. lib. I. Ep. 11. *Oud.* *Accumbebat summum torum maritus*] Horatius: 'Summus ego.' Scholiastes: 'Princeps, in summa parte lecti:' non ideo honoratiore tamen, quam hic sponsæ concessam putem. *Pric.* *Accumbebat*] Verbum proprium epulantium est. M. Tullius: 'Qui mihi accubantes in conviviis.' 'Recumbere summum torum' is dicitur, qui in summo, hoc est, honoratiore loco discumbit: in hanc sententiam Plaut. in Sticho: 'Summates viri summi accumbent, ego infimatis infimus.' Horat. in II. Sermonum: 'Summus ego, et prope me Viscus Thurinus, et infra, Si memini, Varius.' Contra qui in infimo mensæ loco accumbit, dicitur eleganter a Plauto 'imi subsellii vir.' Mendositas est tollenda de Plautinis codici-

bus, in quibus sic passim legitur: 'Scis tu me esse uni subselli virum.' Expunge illud *uni*, et in ejus locum succedaneam dictionem substitue *Imi*. Plautum Horatius opinor æmulatus, scripsit in Epistolis: 'et imi Derisor lecti.' Seneca quoque in suasoriis sic refert: 'Subinde interrogabat, qui ille vocaretur, qui in imo recumberet.' Salustius quoque in historiis scripsit hæc: 'Igitur discubuere Sertorius in medio, super eum Fabius senator, ex proscriptis in summo Antonius, et infra scriba Sertorii Verrius, et alter scriba Mæcenas in imo, medicus inter Tarquinium et denarium Perpenna:' hactenus Salust. Illud annotandum, quod non tam summus in mensa locus honoratior, quam medius fuit: ex quo illud Virgilianum: 'Aurea composuit sponda, mediaque locavit:' et Salustius in Jugurtha: 'Dextra Adherbalem assedit, ne medius Jugurtha foret, quod apud Numidas honori ducitur.' Xenophon quoque refert in Pædia, Cyrum solitum in medio recumbere, jussis compransoribus sedere partim ad dextram, partim ad sinistram, ex quibus honoratior sedebat ad sinistram, quod hæc insidiis magis subjecta sit quam dextra. *Ber.*

Psychen gremio suo complexus] Juvenal. 'Ingens Cœna, sed et gremio jacuit nova nupta mariti.' Cicero Philipp. III. 'Cum in gremiis mimarum mentum mentemque deponeret.' *Pric.*

Cum sua Junone Jupiter] Lib. VIII. 'Cum suo Adone Venus Domina.' *Idem.*

Tori Dei] *Tori* vitiose est in sola Ed. Bas. sec. *toti Dei* sunt omnes, ut passim. Vide ad lib. III. p. 53. 'Totas artis manus.' Nec tamen ineptum est istud *cœli*, pro Diis, per metonymiam continentis pro contento. Ovid. lib. I. Met. vs. 184. 'Injicere captivo brachia cælo.' Infra lib. VI. p. 128. 'Cælum petens.' i. e. Deos orans. *Oud.*

Nectaris] Tzetz. Chil. X. hist. 351. Νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλιν φασὶν οἱ μῦθοι. Ἡμεῖς δὲ νέκταρ τῶν γλυκὺ φαμὲν ἐν παραχρήσει. *Elmenh.*

Quod vinum Deorum est] Putidissimum glossema statuit Pric. immo tacite hoc omiserunt Scriv. et Florid. Nec admodum refragor. Quid si tamen statuamus, aniculæ, deliræ, et 'temulentæ,' ut Auctori vocatur, hanc fabulam narrantis esse monitum, quo simplicem puellam Psychen simul de illius nectaris inter Deos usu erudire voluerit, simulque ostenderit, quam suave sibi videretur? *Oud.* *Quod vinum Deorum est*] Dele glossema putidissimum. *Pric.*

Jovi quidem suus pocillator ille] Ejus munus non tantum præministrare pocula, sed etiam prælibare et sorbere aliquantulum, ut si quid noxium vel impuratum, dematur, idque non solum in potu, sed etiam in cibis observatum; unde et prægustatores, quibus imperatores, reges, et principes etiam nunc utuntur securitatis causa. Vide quæ Joh. Talantonius hac de re reconditarum rerum lib. III. cap. 17. observat. *Elmenh.* D'Orv. *Jovis*, quæ vox exsulat a Pal. In eo pro *suus* est *servus*. Vocem autem *suus*, male uncinis circumscripsere Elmenh. et Scriver. Proprius enim soli Jovi erat pocillator Ganymedes: quare iste soli Jovi, ceteris Liber ministrabat. *Oud.*

Floribus purpurabant omnia] Vix alibi. 'Frondens purpurat albo,' nescio quis. Buchanan. 'Et virgineus purpurat ora metus.' Furius Antias tamen apud Gell. lib. XVIII. 11. 'Spiritus Eurorum viridis quum purpurat undas.' *Wass.* Primus locus est apud Colum. l. X. de Cultu Hort. vs. 101. ex scriptura Cod. Sangerm. al. *auro:* ubi errat Cl. Gesner. aiens patere ex Columella et sequioris ætatis scriptoribus, esse hoc verbum intransitivum. Ex Furii et Nostri

liquet contrarium. Nec alia scio nisi demum Prudentii, quibus raliter ponatur, quæ Lexica jam runt. In Columella ipso dubia ectio, cum alii Cod. dent *frondes*.

ergebant balsama] Lib. XI. 'Untis et geniali balsamo plateas pergebant.' *Pric.*

usæ quoque canora personabant] alielmii ad Plauti Trin. cap. 4. idationem non bono exemplo subdole vindicavit Wow. Exierat eam jam Vulcan. Ed. sec. sqq. dein editores; ac videtur exarari in Flor. ac Pith. unde sui libri oræ adlevit. In ceteIss. et Edd. est *quoque*, inepte; quod nec hæc nec illa conspicia. In Oxon. Quod non displicet, *nora* sit Accusativus pluralis pro rbio, Nostro frequentissimus. ad lib. III. p. 62. 'crebra tunes:' aliisque locis. Statim vides, num *formosa* quoque eo casu it. Ceterum egregie canentibus is jungit psallentem Apoll. ut Flacc. lib. V. 693. 'Tunc adsuedest Phlegræas reddere pugnas atum chorus, et citharæ pulsator lo: Fertque gravem Phrygius m cratera minister:' ubi vide. le in Pelei ac Thetidos nuptiis an. in Dial. Deor. Marin. V. I. p. 301. Ed. ult. Ἡ τῷ Ἀπόλκιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούπροσέχόντων. De Musis, Gratiis, s junctis vide Grammium in Obs. oph. pag. 84. &c. Inepte mox an in Ed. Bas. pr. *Oud.* *Musæ canora personabant, Apollo cantavit itharam*] Homerus: Δαίνυντ', οὐθυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης, Οὐ μὲν ργγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλ-Μουσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι καλῇ. *Pric.* *Voce canora persona-*] Gellius I. 2. 'Aquis canoris et s personante.' *Idem.*

usi musicæ superingressa, &c.] Eationi Wow. præivit Ed. Vulc. sec. in qua editur *suppari gressa*, mendose, ut puto, pro *gressu*; atque ita reliqui Editores *suppari gressu* expresserunt. Quo facit nonnihil Ms. D'Orv. præbens *superingressu*. Nihilominus Pric. revocandam suasit aliam ceterorum Mss. et Edd. lectionem, *superingressa*: ex lib. X. p. 233. 'Super has introcessit alia:' ubi etiam de Venere sermo. Neque displicet Flor. et ita citat Cl. Gorius in Præf. ad Columb. Liv. Aug. lib. pag. 32. quasi hic quoque Appuleius monuisset, Venerem ingressam fuisse, postquam Musæ cantare inceperant, ac tunc formose saltasse. Verum id est ineptissimum. Saltatio enim non post cantum, sed ad ejus numeros modosque fiebat olim, uti nunc. Ac Diis omnibus simul ad cœnam nuptialem convenientibus, non poterat abesse Venus, cujus filii nuptiæ celebrarentur; quam etiam adlocutus jam fuerat Jupiter. Namque non leguntur rursus discessisse: nisi Venus fingatur recessisse, ut se nuptiali habitu magis exornaret. Sed illa non solebat frequentare Deorum theatrum, nisi bene comta; uti patet ex pag. 120. Latinum haud est, quod conjecit Gilb. Gaulminus ad Eustath. de Ismen. et Ismenes Amor. pag. 25. *supparigressa*, sive quæ supparem musicæ gressum præbuit. Optime vero 'gressus subpar musicæ,' est saltatio ac motus pedum congruens modis numerisque canentium. De Adjectivo 'subpar,' et quidem cum Dativo vide N. Heins. ad Vellei. lib. I. c. 17. 'Subpari ætate.' Cic. de Cl. Orat. cap. 7. 'Huic ætati subpares.' Auson. Epist. I. init. 'Pæne ætas quia nostra eadem, nam subparis ævi Sum tibi ego, et possum fratris habere vicem.' Sic legendum puto e veterrimo Codice, in quo, *bona ætas*. Vulgo ineptissime, *Atque æt.* vs. 32. 'fatebor Subparis hæc ævi tempora grata mihi.' Ceterum Heins. ibidem vult legi *gestu*; quia in manuum,

brachiorum, et laterum motu præcipuus saltandi decor apud Antiquos consistebat. Confer Rigalt. ad Artemid. Oneirocr. l. I. c. 78. Broukh. ad Tibull. lib. I. 8. 38. 'Ille liquor docuit voces inflectere cantu, Movit et ad certos nescia membra modos:' et ipsum Heins. ad Ovid. lib. VI. Met. 308. et ad Remed. vs. 334. 'Fac saltet: nescit si qua movere manum.' Huc respicit Auctor lib. X. pag. 235. 'Venus leviter fluctuante spinula, et sensim annutante capite cœpit incedere, mollique tibiarum sono delicatis respondere gestibus; et nonnumquam saltare solis oculis:' ubi male reponit Pric. *gressibus*. Immo sic pag. 232. 'Incessu gestuosi:' ubi vide Pric. et me ad pag. 234. 'procedens inaffectata gesticulatione.' Verum tamen hic *gressu* non est mutandum contra Mss. Pedum enim ratio non minus habita est in saltu: ut millies occurrit, et de Venere Horat. lib. I. O. 4. 5. 'Jam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna, Junctæque Nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede.' Reposian. in Catal. vs. 68. de Ven. 'Inque modum vocis motus decentes Corpore læta dabat.' Porro *Muse* vitiose in Palat. *Oud.*

Formose saltavit] Adverbium id placuit Piccarto in Peric. Crit. cap. 9. et de more cum Elmenh. receperunt Scriv. ac Flor. firmavitque Heins. Propert. loco lib. II. 2. 27. 'posito formose saltat Iaccho.' Sed *formosa* constanter exhibent Mss. et Edd. Vett. quod possemus capere quasi epitheton ipsius Veneris in Nominativo. Malim tamen credere, pluralem esse Accusativum pro adverbio *formose*, ut monui paullo ante ex Auctoris genio ad v. 'canora personare.' Sic ferme Auctor Copæ vs. 2. 'Crispum sub crotalo docta movere latus, Ebria famosa saltat lasciva taberna.' Boëth. lib. II. Cons. Phil. pr. 1. uti est quoque in Ms. Leid. 'fortunam pernitiosa ludentem.' *Idem.* *Venus suavi Musicæ suppari gressu formosa saltavit*] Revocemus antiquam lectionem *superingressa:* infra lib. X. 'Super has introcessit alia, &c. gratia coloris ambrosei designans Venerem:' ubi forsan *coloris rosei* scribendum. *Pric.*

Scena ibi sic conc.] Male Vulc. Ed. sec. quod et conjecit Gaulminus, contra Mss. et Edd. totamque hujus loci elegantiam et solitum Appuleii stylum reposuerat *schema*. Vide ad lib. II. p. 39. 'venerabilis scenæ facie.' Lib. IV. p. 77. 'Scenam, quam sponte sumserat, retinens.' Infra pag. 127. 'Spectaculi scena.' Var. Lect. Flor. unius dat *cena*. Porro ex Wower. conjectura, quam et G. Voss. margini adleverat, a seqq. receptum est *ibi* pro *sibi*, quod erat in prioribus, et plerisque Mss. etiam Florent. Sed *ibi* confirmat D'Orv. In Reg. Guelf. et Pal. *scenas ibi s. concinnatas.* Oxon. *scemas ibi s. concinnatas.* Non video tamen idoneam satis rationem, cur displiceat *sibi*. Venus saltatura ita *sibi*, sive suum in usum concinnaverat scenam, sive institui jusserat, ut Musæ canerent, &c. Paniscus fistulam inflaret, quamdiu ipsa saltaret. *Oud.*

Tibias inflaret Satyrus, et Paniscus ad fistulam diceret] Recte fecit Flor. quod defenderit vulgatum *dic:* sed male explicuit. 'Dicere ad fistulam' est canere carmen fistulæ sonis, non linguæ motu. Estque proprium *dicere* in levioribus ac lætis rebus, sive de Hymenæo, crebroque cum verbo *ducere*, quod hic in Oxon. est, confunditur. Adi N. Heins. ad Ovid. l. I. ex P. 2. 133. et Broukh. ad Tib. lib. II. 1. 54. 'modulatus avena Carmen ut ornatos diceret ante Deos.' Adposite etiam Horat. lib. IV. O. 12. 9. 'dicunt Custodes ovium carmina fistula.' Nemes. Ecl. I. 63. 'dixisti carmen avena.' Verum aliud quid latet. Nam non solum in Flor. sed

'Orv. Pal. Pith. Fux. Guelf. ı. Par. exaratur *inflarent* et *dice*-vel. *ducerent*; ad hæc *tibiæ* non *ris*, sed *Musis* sunt propriæ; Diod. Siculus in nuptiis Cadmi armoniæ lib. v. § 49. ait: 'Ἀπόλ-μὲν κιθαρίσαι, τὰς δὲ Μούσας αὐ-ι. et Horat. lib. I. O. 'Si neque n Euterpe cohibet:' ac Cens. it de Nat. D. cap. 12. 'Non lini cithara, non Musis tibiæ, aque id genus essent adtributa.' forsan legendum, distinguen-que: *Ut Musæ quidem chorum ca-t, tibias inflarent; Satyrus et Pan. st. dicerent*: vel adjecta copula ictiva, *canerent, aut tib.* vel *tibi-infl.* quod ultimum placuit N. s. ad Ovid. lib. VI. Fast. 704. de inventore Marsya: 'Inventam us primum miratur; at usum it, et inflatam sentit habere so-' Vulgaris tamen lectio nonni-borari posset ex Mart. Capella, anno dat tibiam lib. IX. p. 307. anum harundinis enodis fistula trix, rurestris Faunum tibia de-nt.' Vide et Gron. lib. I. Obs. st Montf. Ant. tom. I. Ceterum l. desideratur vox *Musæ*. Idem. *cus*] Diminutione vocum scrip-ı istum ludere novum non est, ı ab istius stylo ad comicam item sæpe accommodato alie- Hinc est cur et *Satyriscum* di-to vocabulo dixisse arbitrer a o; proinde ut *Paniscum* appel- tamquam minutulum Panem. octavo libro de Asino: 'De inquit, 'vel poculo cogitatis:' ? an verum est *potulo*. Ste- . Pro varia lectione in Flor. 'us *Deus*, forsan ex lib. præc. Deus rusticus,' vel ex cor-scriptura, qualis est D'Orv. us. Sed *Satyros* et *Paniscos* re quoque Cic. et alii. Vide ad Tib. cap. 43. 'Paniscorum et pharum habitu.' Ex qua con-one patet quoque, *Satyriscus* hic non reponendum. *Oud.* *Tibias inflaret Satyrus*] Glossæ: 'Flat, fla-tor, φυσᾷ, αὐλητής.' lege, *Flat*, φυσᾷ. *Flator*, αὐλητής. *Pric.* *Ad fistulam di-ceret*] Oxon. *ducerent*: et statim, *Sic rite Psyche*, &c. Idem.

Sic esse] *Rite*, sive legitime, et sa-cris nuptiarum sollemnibus conve-nienter, præbent quoque Flor. Reg. Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Oxon. Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. et Flor. Miror *ecce* retentum a Pric. Mox mallem *Cupidini*, si per Mss. liceat, ut Cic. in Top. c. 4. 'Cum mulier vi-ro in manum convenit.' Adi etiam Pricæum. *Oud.*

Convenit in manum Cupidinis] Lib. VIII. 'Modo ne in Thrasylli manum convenias.' Terentius Andr. 'Hanc mihi in manum dat.' Donatus: 'Con-firmatæ sunt legitime nuptiæ per in manum conventionem.' *Pric.*

Et nascitur illis maturo partu filia, &c.] Plutarchus in Parallelis: 'Εγκύ-μων κατέστη, καὶ εἰς τὸν ὡρισμένον χρό-νον ἐγέννησεν Αἰγίπανα. Horatius: 'Rite maturos aperire partus Lenis Elithya.' Phocas in Virgilii vita: 'Cum maturo premeretur pondere ventris:' supra lib. v. 'Cum præg-nationem tuam plenus uterus matu-raverit.' *Idem.*

Dolebam mehercules quod pugillares et stilum non habebam, qui tam bellam fabellam prænotarem] Plaut. Mil. 'Ha-bes tabellas? vis rogare? habeo et sti-lum.' Ammian. Marcellin. lib. XXVIII. 'Cum hæc eadem numerantes notarii prope triginta assistant cum thecis et pugillaribus:' supra lib. II. 'De industria quodam tabulis prænotan-te.' *Idem.*

Adveniunt] *Eveniunt* est in Edd. vulgo ante Colv. qui edidit cum seqq. *reveniunt*, ex conjectura Stew. ad l. IV. p. 79. 'cum latrones remeant:' ubi notandum illos remeasse, quos paullo ante dixeras, 'concito se gra-du prorupisse.' Hic ergo de aliis ser-mo, qui priorum quidem socii, sed

nondum ab Lucio erant visi. Quare non ausim recipere quoque *reveniunt*, licet etiam Grosl. sic emendarit, nisi probetur e Mss. De eo verbo agam ad lib. VII. pag. 141. 'Civitatem revenimus.' In Mss. enim ceteris, ut docent eruditi, item Oxon. Pal. D'Orv. Ed. Junt. post. est *adveniunt*. Bene. *Oud.* *Latrones reveniunt onusti*] Livius lib. I. 'In latrones præda onustos impetum facere:' infra hoc libro: 'Rapinis suis onusti coram deprehendunt latrones.' De fure Phædrus: 'Onustus sacrilegio cum discederet.' *Pric.* *Eveniunt*] Lege *reveniunt*, hoc est, redeunt domum, et repedant. *Beroald.*

Immo promptiores] Lege ex Ms. *animo promptiores*. Elmenh. In quonam Ms. ita inveniatur, nescio. Fides sit penes Elmenh. Ex Veteri Mss. et Edd. scriptura vera *immo* Soping. effingebat *nimio;* uti et fecisse monui Brant. ad hujus lib. init. 'animo tanto cupidior:' aut etiam, *vel immo:* quomodo Auctor loquitur se corrigens p. 197. 3. 208. 7. Ed. Colv. Quin etiam Gruter. intrusam per Colv. et seqq. lectionem *animo*, denuo mendæ suspectam habuit, et contra *immo* restituendum divinavit in Susp. Ined. sive Misc. Nov. Lips. v. III. P. 3. p. 495. Et, ut opinor, rectissime, *nonnulli tamen, immo promptiores:* sive aliqui, sed non promiscui, at potius ex omnibus promtiores. Sic l. VII. p. 134. 'Quosdam, immo vero fortissimum quemque.' De Mundo p. 710. 'Quintus Phosphorus Junonia, immo Veneris stella censetur.' Quamvis igitur blandiatur admodum conjecturalis lectio *animo*, contra Mss. non est admittenda, sensum idoneum etiam præbente τῷ *immo*. Oud. *Prandioque raptim tuburcinato*] Glossæ: 'Raptim, ἁρπαγίμως, ἢ μετ' ἁρπαγῆς.' *tuburcinari*, est δαρδάπτειν. Hesychius: Δαρδάπτουσιν· ἐσθίουσι, σπαράττουσι, μετὰ ταραγμοῦ ἐσθίουσι. lege, Δαρδάπτουσι· λάβρως ἐσθίουσιν, &c. et post, μετὰ σπαραγμοῦ ἐσθίουσι. Idem Hesychius: Δάψαι· σπαράξαι, &c. κατεφαγεῖν μετὰ σπαραγμοῦ, &c. vide et in δαρδάπτειν. infra heic, 'ferinis animis cœnam invadere' dicitur. *Pric.*

Me et equum, vectores rerum illarum futuros, fustibus exinde tundentes producunt in viam] Supra l. III. 'Nos duos asinos et equum meum productos e stabulo, quantum possunt gravioribus sarcinis onerant, et domo, &c. minantes baculis exigunt:' optime hic Ms. Oxon. *prodeunt in viam*. Idem.

PAG. 126 *Perducunt ad quamp. speluncam*] Auctoritate Mss. Oxon. et D'Orv. sic confidenter rescripsi, ut suasit Pricæus; immo dudum ante jam edidit Scriv. ac dein quoque Flor. Ad finem enim viæ tunc pervenerant. Quo sensu creberrime occurrere præpositionem *per*, ac sæpissime in *pro* corruptam esse, passim monuere viri eruditi. Vide et notarum Indicem, ac l. II. p. 36. *Oud.* *Producunt ad quampiam speluncam*] Scribe cum Oxon. fidenter, *perducunt*. Pric.

Ne breviculo quidem tempore refectos, &c.] Lib. VII. 'Nec mihi misero statuta saltem cibaria pro tantis laboribus præstabantur:' ubi dicta confer. *Idem.*

Obiter reducunt] Adverbium hoc in duas voces divisit Beroald. non capiens, quid sit *obiter*, sive 'e vestigio,' 'illico.' Quod est in plerisque Mss. et Edd. Vett. Adi Cl. Burm. ad Quinct. Declam. x. c. 16. 'Pessimus parentum, qui dum liberos suos sepeliunt flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis revertantur.' Vide et hic Pric. Et sic *obiter* in Amm. Marc. legit Doct. Canneg. in Brittoburgo p. 24. *Ob* sæpe quidem in Nostro potes explicare per *ad;* sed tamen sensum quemdam oppositionis, et vultui nostro objectæ rei habet; ut patet ex notatis ad l. II. p. 39. 'Ob os corporis et pectoris

ejus inponit.' Sic l. VIII. p. 163. 'Ob iter illud jacere corpora.' Verum tamen præplacet hic mihi *ociter:* quod margini adleverat G. Vossius, et in Bemb. ac D'Orv. Codd. reperitur, ac plane Appuleii genium spirat. L. I. p. 17. 'Profer ociter, et hospitem produc' (f. *perduc*) 'ad balneas, satis arduo itinere fatigatum.' Lib. II. p. 36. 'Ociter surrexit.' *Oud.* *Obiter reducunt*] Oxon. et alii Mss. imo et editiones antiquissimæ, *obiter reducunt.* quod a Beroaldo (quem secuti reliqui) perspectum minus, in duas voces dissiluit. *Obiter* hic, est 'similiter,' 'ut ante,' vel, 'e vestigio.' Glossæ: 'Obiter, ὁμοίως, ἐν τῷ αὐτῷ.' Glossæ aliæ: ''Εν τῷ αὐτῷ, Eodem, inibi, obiter.' *Pric.* *Ob iter*] Annotandum, *ob iter* hoc loco dici, quasi *ad iter*, sejunctim, ut duæ dictiones esse videantur. Alias *obiter* adverbium est, significatque inter eundum, incidenter, tali de causa: quæ particula Veteribus usitata, et Plinio frequens est. *Beroald.*

Tantaque festinatione trepidabant] Supra lib. III. 'Me trepidatio simul et festinatio decepit.' Quintilianus XVII. Declam. 'Nec præcipiti, &c. trepidatione festinant.' *Pric.*

Unde crebris æque ingestis ictibus, &c. me ægre ad exurgendum compellunt] Lib. IV. 'Certus atque obstinatus nullis verberibus ad ingrediundum exurgere.' *Idem.*

Et imus] Corrige, *unus.* Beroald.

Quid, quod et pessimo pede domum nostram accessit] Apud Plautum Rudente: 'Malam fortunam te in ædes adduxi meas:' contra apud Laërtium Xeniades de Diogene: 'Αγαθὸς δαίμων εἰς τὴν οἰκίαν μου εἰσελήλυθε. *Pric.*

Sarcinas istas, quamquam invitus pertulerit] Lib. V. 'Nec immemor Zephyrus regalis edicti, quamvis invitus, susceptas eas, &c. solo reddidit:' et IX. 'Apponebat propere mulier, quamvis invita.' *Idem.*

Pretinus eum vulturiis gratissimum pabulum futurum præcipitabo] Plaut. Rudente: 'Teque ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum:' id est, *vulturiis:* supra hic lib. V. 'Alitibus bestiisque obvium ferens pabulum, interiit.' Seneca Thebaide: 'Et in alta nemora pabulum misit feris Avidis, avibusque.' Idem Thyeste: 'Utrumne sævis pabulum alitibus jacent?' et ibidem: 'Avibus epulandos licet Ferisque triste pabulum sævis tradat.' De Ajace apud Sophoclem Menelaus: 'Εκβεβλημένος, Ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται. Bene et *gratissimum pabulum.* Homerus: Οἱ δ' ἐπὶ γαίῃ Κείατο γύπεσσιν πολὺ φίλτεροι ἢ ἀλόχοισιν. Statius IX. Thebaidos: 'Ibitis æquoreis gratissima pabula monstris.' *Idem.*

Mitissimi homines] Fux. *immitissimi homines.* Roald. Vulgo, *sævissimi.* Elmenh. Scilicet *sævissimi* invenit Elmenh. in Ed. Vulc. sec. Prave omnino. Sollemnis est Nostro ironia: ut bene monent Interpretes, quam non ceperunt etiam librarii isti, qui *in* addiderunt, ut est quoque in Pal. Guelf. Oxon. Unum eorum 'benignum comitem' vocat p. 130. Vide ad l. I. p. 6. 'Bona uxor:' et sæpissime, ac præsertim l. VII. p. 150. 'Pastores modesti.' *Oud.* *Dum secum mitissimi homines altercant de mea nece, jam et domum perveneramus*] Infra heic: 'Dum sic mecum fustem quatiens benignus jocatur comes, jam domus eorum extremam loricam perveneramus.' Fuxensis et Oxon. *immitissimi:* at spissis Lucii nostri ironiis magis alterum congruit. *Pric.*

Timor ungulas mihi alas fecerat] Virg. V. Æneid. 'pedibus timor addidit alas.' *Elmenh.* Vide Pric. et alios. Sil. Ital. lib. XII. 455. 'pennasque addente pudore Evolat.' Lib. XVI. 553. 'Sed enim sibi fecerat alas Concitus.' *Oud.* *Timor mihi ungulas alas fecerat*] Lib. VIII. 'Sed illa pernicies non erat alacritatis meæ, at formidinis indicium. Denique me-

cum sic reputabam, Pegasum inclytum illum metu magis volaticum fuisse, ac per hoc merito pinnatum proditum.' *Pric.*

Ac ne meæ quidem necis habita] D'Orvill. *ac nō e q. n.* Fux. *sed me q. n.* Palat. Guelf. et Oxon. *sed meæ q. necis*, scripturâ Pric. conjecturæ congrua, quam recte refellit Florid. male tamen cogitans de pluribus jumentis lassis, quæ non habebant. Certe de se suoque equo loquitur modo Auctor, latronesque nec equi pascendi curam habuisse, nec sui necem, quam erant comminati, peregisse jam præ recurrendi festinatione. *Oud.* *Nulla salutis nostræ cura, ac ne meæ quidem necis habita*] Imo habitam curam necis ejus et præcedentia et sequentia monstrant: unde conjeceram legendum, *at meæ quidem n. h.* post vidi in Oxoniensi ἰσοδύναμον, *sed meæ q. n. h.* Sententia loci clara est, nec dissimilis Taciti illa: 'Non esse curæ Diis securitatem nostram, esse ultionem.' 'Salutem' heic 'refectionem' intellige, ex qua salus: hinc infra x. 'refectioni se ac saluti redderet.' Vide ad Act. 27. 30. notata. *Pric.*

Actutum recurrunt] Qua fultus auctoritate Vulcan. Ed. sec. Elmenh. et Flor. sequentibus, ediderit *actutum*, reperire non potui. Per se proba quidem vox est, ut vidimus ad lib. v. p. 104. 'Dabunt actutum mihi pœnas.' Sed Mss. et Edd. ceteræ constanter habent *dudum*: unde Pric. volebat legere *domum*, vel transponere *dudum vulnerati rem:* quia non satis dispexit vim particulæ *dudum;* quæ, uti et *jam dudum* ponitur cum præsenti tempore, quando significat actionem jam inceptam, sed adhuc durantem. Vide Cicer. Cat. I. 5. Lucan. lib. IV. 545. v. 423. 'Modo,' 'quam primum' explicat Serv. ad Virgil. Æn. II. 103. "Jam dudum sumite pœnas:' ubi vide Burm. infra lib. x. p. 225. 'Jam dudum præstolantem offendimus.' Pith. *accurrerunt.* Oud. *Comitibus adscitis qui vulnerati remanserant, dudum recurrunt*] 'Dudum recurrere' quid valeat, non dispicio: conabar ita locum constituere: *C. a. qui dudum vulnerati remanserant, recurrunt:* vel pro *dudum*, *domum* substituere: supra paulo: 'Quid, quod et pessimo pede domum nostram accessit?' Elmenhorstius, qua fultus auctoritate non video, *actutum* edidit. *Pric.*

Relaturi tædia u. a. nostræ tarditatis] Hæc verba interpretari omisit Beroald. desperans forte, se bene expliciturum. Florid. tamen reddidit per 'reportaturi fastidia n. tarditatis;' quibus patet, eum per *tædia* intellexisse onera, adhuc ibi relicta. Sed præterquam, quod durissime ita locutus foret Auctor, non reliquerant ibi ceteras raptas res ob tarditatem asini, sed quod plures gestare non potuerat; ut patet e præcedentibus. Vulgatum tamen non magis intelligo, nec quid velit Cl. Wass. capio. Suspicor quidem, Auctoris mentem hanc esse; Latrones, relicto illic asino præ tædio ipsius tarditatis, solos abiisse, suis ipsos humeris adlaturos, non *relaturos* ea, quæ in spelunca adhucdum reliquerant: unde rapinis suis onusti mox revertuntur, et in Lucium aufugientem cum puella incidunt pag. 129. Confer omnino Lucian. in Lucio pag. 591. t. II. Quid vero scripserit Auctor, nescio. In Edd. Junt. Ald. est *laturi*, in Reg. Fux. Pith. Guelf. Bert. Pal. D'Orv. *relatori tædio*, quod ultimum et in Fulv. Oxon. aliisque esse, alii monuerunt. Conjeci aliquando: *relicto me, tædio, ut ai. &c.* vel *præ altiore tædio:* ut 'altius tædium' sit dictum, quo 'altior vindicta,' et similia: de quibus egi ad lib. IV. p. 66. An *me licto, præ tædio?* An *reliqua laturi, tædio?* Sic vir d. ad M. Ed. Colv. An *relato iis*, sc. comitibus, vel *relato anui tædio?* sive narrato illi, ut ea probe custodiret illum necandum;

quo trahi possent sequentia. Quin quia in Oxon. est *relectiori*, et *tædia* servat idem in marg. uti et Florent. aliique, divinavi, num reliquerit Auctor, *relecturi tædia, &c.* sive repetituri et recalcaturi viam, quam cum tædio, ut aiebant, præ nostra tarditate emensi erant. Certe *relegere* eo sensu est elegantissimum. Adi omnino N. Heins. Advers. pag. 236. Bentlei. ad Horat. lib. I. Od. 34. 'atque iterare cursus Cogor relictos.' Valer. Flacc. VIII. 121. 'Relegunt campos.' Et sic fere Ovid. lib. IV. Met. 569. 'releguntque suos sermone labores.' Atque deducta hinc metaphora explico cum Heinsio ad Ovid. Fast. II. 550. Horatii locum Epod. II. in f. 'Omnem relegit idibus pecuniam.' Non 'collegit rursus,' sed 'renumeravit,' rursus ejus summam deduxit: *hertelt en opgenoomen, wat hy had.* Nam *redegit*, quod est in Mss. plurimis, etiam plerisque a me visis, ac placuit Gron. lib. I. Obs. cap. 20. Bentleioque, qui tamen de Gron. tacet, non videtur ibi locum habere posse. Talis enim pecuniæ redactio nequit uno die fieri. Sed ut ad Nostri locum redeam, *via tædia* aliquoties usurpat; et ita 'tarditas' ac 'tædium pompæ' apud Sueton. in Vespas. c. 12. *Oud.* *Relaturi tædia, ut aiebant, nostræ tarditatis*] Oxon. *relectiori tædio, &c.* Ms. alius: *relatori tædio:* subesse aliquid puto vulgato rectius. *Pric.*

Quid stas, Luci] In Guelf. *Quid istas, L.* in Pal. scribitur *quid istas, o Luci:* ex quo tacite Elmenh. cum Scriv. et Flor. videtur intrusisse τὸ *o.* quamque exclamationis vocalem nunc addit, nunc omittit Auctor, uti hic ceteri Mss. respuunt, qui recte, ut docet Pric. simplex *stas* præferunt quoque cum Beroald. et seqq. Edd. *Restas* placebat quoque Sopingio et Grut. Sed idem conjecit itidem: *Quid hic stas.* Adi Misc. Nov. Lips. vol. III. p. III. p. 496. Et adverbium hoc omnino hic admittendum censeo. Nam diserte in D'Orvill. exaratur: *Quid stas hic, Luci?* In præfixis Beroald. notæ vocibus legitur, *quod istas.* Hinc fingi posset: *Quo hic stas, Luci?* Lucian. t. II. p. 591. in hac re: Τί ἔτι μένεις ἐνταῦθα; *Oud.* *Quid stas, Luci*] Melius ita Beroaldus, quam qui postea, *restas* et *instas.* Novius apud Nonnium: 'Quid stas? age, move te.' Horatius in Epistolis: 'Quid stas?' Infra hic l. XI. 'Quid stas o Luci?' In Menæchmo Plautino: 'Quid statis? &c. jam sublimem raptum oportuit.' Terentius Eunuch. 'Quid stas?' ubi Donatus: 'Quasi sit causa properandi.' Hæc autem cum sequentibus 'Vides istas rupinas,' &c. concepta (ni fallor) sunt ex Horatii hisce: 'Quid mori cessas? potes hac ab orno, Pendulum zona bene te secuta, Lædere collum.' *Pric.* *Quod istas luci*] Lego, *Quid stas Luci?* Sermocinatio est, quam secum habet Lucius Appuleius. *Beroald.*

Vel quid jam novissimum exspectas] Apud Quintilianum ille Declam. IX. 'Tota cogitatione in mortem intentus, exspectabam cruentum illum confectorem.' 'Novissimum,' pessimum, ultimum, rerum omnium extremum, supra lib. I. 'Pol dignus es extrema sustinere, et, si quid est novissimo extremius.' Tacitus Annal. VI. de Caligula: 'A summa spe novissima exspectabat:' et apud Eundem XII. 'Novissima quidem exempla meritum.' *Pric.*

Et præacutas] De dubio τοῦ *silicis* genere adi Comment. ad Ovid. l. IX. Met. 223. ad lib. IV. Trist. 6. 14. *Oud.*

In his præminentes silices] Alii, nescio qui, teste Pric. *præeminentes.* Is *præminentes* defendit. Sed præterquam quod *præ* illico præcedat, apud idoneos Latinæ linguæ scriptores *præminere*, magis significat excellentiam seu præstantiam super alios,

quam exstantiam. Quare præfero *prominentes*, quod præter Fulv. et Fux. servarunt Oxon. Par. et Pal. et forsan Pith. cum Salm. Vide Burm. ad Valer. Flacc. lib. VII. 30. 'Prominet, atque oculos longe tenet.' Drak. ad Liv. lib. XXXVII. 23. 'prominet in altum.' Veget. lib. V. c. 13. 'prominentibus vel latentibus scopulis:' ubi in Ms. *proemin.* Plin. lib. V. Ep. 6. 'Porticum latam et prominulam:' et inferius, 'valvis in viridia prominet et exit.' Immo Auctor noster crebro hoc utitur composito. Lib. I. pag. 12. 'Tigillo, quod prominebat.' Lib. V. pag. 97. 'In more Sirenum scopulo prominentes.' Hoc libro pag. 131. 'sola facie prominente:' ubi eadem varietas. Lib. IX. pag. 195. 'Digitos, qui prominebant.' Lib. X. p. 233. 'pinnulæ prominebant.' Lib. XI. p. 246. 'Ejus orificium prominebat.' In D'Orvill. est vitiose, *in has præm. scilicet.* Idem. *Præminentes silices*] Mss. Oxon. et Fuxensis, *prominentes:* at antiquissimæ editiones *præminentes:* pro quo nonnulli *præeminentes*, quod eodem cadit. Tacitus Annal. XII. 'Cæteros peritia legum præminebat.' Idem de Vatinio quodam Annal. XV. 'Optimi cujusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malis præmineret:' ubi *malos* pro *malis* Pichena, quod in sensum eundem recidit: ego *magis* scribendum conjeci, hac sententia. Præminebat gratia, præminebat pecunia, at magis vi nocendi præminebat. Ammian. l. XVII. 'Ferocia pares, et numero præminentes:' sic 'labra præminentia' Eugraphius ad II. 3. Eunuchi. Augustinus Confess. VI. 9. 'Ingressus ad cancellos plumbeos qui vico argentario desuper præeminent.' *Pric.*

Penetrantes, qua decideris] Pith. *penetrante.* In Pal. *q.* Fux. *qm.* *Quaqua* receperunt Vulc. Ed. sec. Elmenh. Scriv. et Flor. Vide ad lib. II. p. 22. Verum si silices *penetrarent* corpus Lucii, videtur potius illis adfixus et hæsurus fuisse, quam ulterius decidisse. Quare cum Pric. et Wass. præfero Flor. Cod. marginalem lectionem, *pene antequam decideris*, non vero, *penetrantes antequam dec.* uti idem Pric. conjecit, probante Florido. Lib. V. p. 106. 'Nec tamen ad illum locum vel saltem mortua pervenire potuit. Nam per saxa cautium membris jactatis atque dissipatis et laceratis visceribus suis, alitibus bestiisque obvium ferens pabulum interiit.' *Oud.* *Quæ te penetrantes qua decideris, membratim dissipabunt*] Colvius, *quaqua decideris*, quod non improbo: est autem in Florentino, *Q. te pene antequam decideris m. d.* quæ vel ipsa, vel, quæ illi cognata, *Q. te penetrantes antequam decideris m. d.* est lectio, me judice, vulgatæ longe præferenda. Supra V. de sorore Psyches, quæ e scopulo se præcipitem dedit: 'Nec tamen ad illum locum vel saltem mortua pervenire potuit: nam per saxa cautium membris jactatis atque dissipatis, &c. alitibus bestiisque obvium ferens pabulum interiit.' *Pric.*

PAG. 127 *Non vultum, &c. tantum asini, verum corium non asini cr.*] Si vulgaris hæc lectio sana est, post *verum* subintelligi debebit *etiam;* de qua ellipsi dixi quædam ad l. I. p. 8. At multum præplacet scriptura Codd. Flor. Fux. Guelf. Oxon. Bert. Pal. et Edd. Elmenh. Scriv. Flor. haud agnoscentium primum *non*, clarissimo sensu. Magia tibi tantum circumdedit vultum, laboresque asini, non vero ejus corium. In Palat. Guelf. et Oxon. est *victum*, qui circumdari nequit. Adi Pric. *Tibi* deest Pal. *asinorum corium* Oxon. a m. pr. Ista omnia *verum corium non asini* desiderantur in D'Orv. *Oud.* *Non vultum tibi tantum laboresque asini, &c.*] In Oxon. *Non victum tibi, &c.* quæ lectio lenocinatur quidem: supra fine tertii 'Præsentem casum tolerans, in asi-

fœna rodebam :' nil tamen au- ... : nam et IV. de ursæ pel- beunte : ' Vultu ferino se re- ı' et supra hoc ipso libro : ' Po- asino meo latere vel vultus s, vel facies Deorum.' *Pric.*
ndinis tenue membranulum] *Hi-* , quod servavit Fux. Cod. edi- jam Vulc. Elmenh. Scriv. et Pric. quia *hirundinis* cutis non ', quam aliarum avium. Verum leo rationem, ob quam Auctor bnat magis membranam *hiru-* alustris bestiolæ minimæ, quæ otandum gulæ illabi potest, ut Plin. l. XXIII. c. 1. § 27. et lib. . 10. quam alterius, quæ sal- gis accedat ad asini magnitu- Hinc cum Grut. in Susp. ive Misc. Nov. Lips. vol. III. . 502. altius ulcus hic latere mentemque Appuleii fuisse tam tenuem sibi esse cutem, solum esset pervia silicibus sed etiam aculeo vel toti ca- nguisugæ βδέλλης seu *hirudi-* ıetrantis eam, ut ebibat san- ; nec missuræ, nisi cruoris Vide ad Plin. l. XI. c. 34. 10. Horat. Art. P. vs. ult. . Id. II. 56. In Oxon. Ms. est *m memb.* D'Orv. *h. tenue um-* *n.* Pith. *t. umbraculum.* Grut. t, *hirudini tenue,* et explicuit ranam, quæ vel ipsius hiru- nfessione tenuior :' quod vix Rectius exposuisset tenue et ıbile etiam hirudini ; quam re facile hirudo posset. Idem longius discedens ab littera- icibus, audacissimam propo- njecturam, *hirudinis stimulo ervium dedit.* Sensum Aucto- dubio vidit. Ipsis verbis cer- dicina a Codd. exspectanda e neutro g. *membranulum* vide *Circumdare* vero *corium alicui,* quem corio circumdare, æque ı est. Vide quos laudavi ad VIII. B. G. c. 7. et B. Afr. c. 38. ' oppido munitiones circumdare.' Infra l. IX. p. 198. ' Lacinias caveæ circumdatas.' Virg. lib. X. Æn. 483. de clipeo : ' Quem pellis toties obeat circumdata tauri.' Et sic alii quoque. Quare id verbum suspectum non esse debebat Grut. *Oud.* *Sed hirundinis tenue membranulum circumdedit*] In vet. Onomastico : 'Membranulum, μηνίγγιον.' Glossæ : ''Υμὴν, membranum, membranium :' scribe *membranulum :* pro *hirundinis* alii *hirudinis :* quibus non illibenter accedo. *Pric.*

An custodiam anus semimortuæ formidabis] Sophocles : Ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν ἢ φροντίδ' ἕξειν ; *Idem.*

Finire poteris] Perperam elegans verbum mutaverat solus Vulc. Ed. sec. *Finire* est interficere. Gr. τελειοῦν. Et sic in Mss. O. Atque hinc in Gemmis : Fin. Marius, Pompeius, Cleopatra, Olympia. i. e. *finitus* vel *finita :* sive occisa. Adi etiam Pric. Comm. ad Val. Max. lib. II. c. 6. § 6. III. 2. § 6. Ext. ' spiritum finire.' Duk. ad Flor. l. II. c. 15. ' Finita Carthago.' De V. Plat. pag. 581. et Fabri Thesaurum. Sic etiam *finis* absolute pro vitæ fine sive morte ponitur Vell. lib. II. c. 123. ' Nec quidquam de fine, si fata poscerent, recusans.' Luc. l. VII. 811. ' finemque sui sibi corpora debent.' Atque ita Ms. Lactantii de Phœn. vs. 161. ' At fortunatæ sortis, filique volucrem, Cui de se nasci præstitit ipse Deus :' uti non male reposuit Heins. Vulgo *fatique* e glossa τοῦ *finis.* Adde Cl. Canneg. ad Treb. Poll. de 30. Tyr. c. 8. *Oud.* *Pedis tui calce unica finire poteris*] Donatus ad Phorm. I. 2. ' Modo calces, non partes plantæ, sed percussiones pedum plagasque significat.' *Finire* Græcum est : sic Justinus lib. XXVII. de Sohemo : ' Equo præcipitatus finitur :' et ' bestiis finiri,' Tertullianus in de Scorpiace. *Pric.*

Et alacri statim nisu lorum quo fueram destinatus abrumpo, meque quadrupedi cursu proripio] Homerus: Δεσμὸν ἀποῤῥίψας θείει πεδίοιο κροαίνων. Infra hic lib. VII. 'Cervice ardua elata, lorum quo tenebar abrumpo, meque protinus pernici fugæ committo:' et IX. 'Protinusque vinculo quo fueram deligatus abrupto, cursu me totis pedibus proripio.' 'Lorum' hic est qui Polluci I. 11. δεσμὸς ἐπιφατνίδιος. *Idem.* *Nisi*] Lege *nixu:* hoc est, conatu et viribus. *Beroald.* *Meque quadrupedi cursu proripio*] Infra XI. 'Inclementi me cursu proripui.' Aldhelmus in de Virginit. 'Multimodas ferarum naturas quadrupedante cursu orbem lustrantes:' sic 'quadrupedantes cantherii' apud Plautum Casina. *Pric.*

Astutulæ anus milvinos oculos, &c.] Oculos insidiantes mihi, me furtim observantes. Artemidorus in Oneirocriticis: Ἱέραξ φανεροὺς (malim φανερῶς) καὶ ὁμόσε χωροῦντας (σημαίνει)· ἰκτῖνος λάθρα ἐπιθεμένους. verbcrum et temporis haud parum heic frustra Beroaldus insumpsit.' *Idem.*

Capta super sexum, &c. audacia] Legi vult Pric. *senilis supra sexum*, sive ultra, majore audacia, quam sexus muliebris et ætas permittere videtur, ut 'supra vires,' 'modum,' 'morem,' &c. Solin. p. 19. 'Forma supra hominem augustiore.' Sed et eo sensu *super* alibi poni videas. Vide Serv. ad Virgil. Æn. VIII. 303. 'super omnia' per *ultra* explicantem. Comm. ad Ovid. l. VI. Met. 927. VIII. 678. Burm. et me ad Sueton. Claud. c. 25. 'super' vel 'supra numerum.' Variant quoque Mss. et Edd. apud Virg. IV. G. 234. 'Illis ira modum supra est:' et l. XI. Æn. 510. 'omnia quando Est animus supra.' Septim. de B. Troj. l. IV. c. 20. 'Quum super modum gravaretur egregius dux.' L. VI. c. 10. 'supra modum dolore adfecta.' Certe eodem modo utrobique scribendum videtur; at malim *supra.* Temporis significatione sæpe *super* pro *ultra* ponitur, unde 'superesse,' 'superstes esse' et 'supervivere alicui,' ut l. I. p. 10. et hinc in Inscriptionibus: 'Vivere super' et 'supra aliquem.' Consule Fabretti Inscript. cap. 8. p. 554. In Par. et Oxon. Cod. est *audacius*, quasi fuisset *auduci vi.* Oud. *Capta super sexum, &c. audacia*] Infra statim: 'Virili constantia sumpta.' Justinus de Xerxe et Artemisia: 'Ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneres.' Pro *super* lege *supra:* Scriptor de Excid. Hierosolymit. I. 12. 'Nec mediocris mulieri spiritus, ut maxima quæque auderet: atque supra fœminei sexus conditionem prælia disponeret.' *Pric.*

Ac m. deducere ac revoc. contendit] F. *reducere.* Brant. Perperam. Non enim adhuc processerat asinus. Tunc anus eum loro prehendere non potuisset, nec ab eo protinus calcibus inpeti; sed dum se quadrupede cursu proripit, eo ipso momento adprehendit lorum, tentans eum sistere, et ab alta pedum elevatione atque impetu, ut in fine pag. hujus, deducere humilem, mitem, et placidum, blandis illum interim vocibus, ut revertatur ad se et locum priorem, alloquens. Male enim interpretatur Flor. *reducere atque retrahere.* In Fux. modo est *ducere.* Pro seq. *ac* malim cum Edd. Junt. et Aldi *et.* Oud. *Lorum prehendit, ac me deducere ac revocare contendit*] Infra hic: 'Prenso loro, retrorsum me circumtorquet.' *Pric.*

Incussis in eam posteriorum pedum calcibus] Ὁπλὰς δι' ὀπισθίων ποδῶν κινεῖν Simonides apud Suidam vocat. Infra hic lib. IX. 'Ad tutelam salutis crebris calcibus velitatus.' *Idem.*

Applodo terræ] Vulgo, *applaudo.* Elmenh. Creberrime vocales *au* et *o* in iisdem vocabulis fuisse adhibitas ut ejusdem fere soni, sæpius monitum est. Quare vix est operæ pretium quidquam mutare. Quid tamen se-

i sunt codices, obtemperavi h. non minus ac Scriv. et Flo- :uippe ita invenias in Flor. Pa- :on. D'Orvill. Fux. Guelf. Inc. Junt. post. Ad hæc 'adplo- videntur amasse in graviore ad- . Vide Pric. ad l. IX. p. 206. e graviter adplodit.' 'Adplau- vero de leviore percussione, ιtione, vel læta gesticulatione, eq. 'quadrupede cursu solum dens.' Adi ad Nemes. Ecl. III. ed tamen lib. I. pag. 5. 'dex- :viente frontem replaudens.'

en tenaciter loro inhærebat, ut] *ro tamen tenaciter inhær.* Sen- stulat ita scribi. *Roald.* Scili- ait Roald. ne quis *tamen* jun- æcedenti *prostrata.* Alioquin on capio. Nisi insuper volue- *tam*, ut est in Fux. cujus Cod. m præbent etiam Pal. Edd. h. Scriv. Flor. Pricæus ait hic, pra, ut est in mea collatione, *tam*, quod ei placet cum viro ιd marg. Ed. Vic. ob seq. *ut.* linis in Mss. variationem, ma- › cum D'Orv. *tamen* delere, ut me eam vocem post 'quam- icet,' &c. ἐλλείπειν vidimus ad ›. 60. Præcessit jam bis 'nec ' Adhæc voculæ 'ita,' 'tam,' ebro omittuntur ante τὸ *ut.* e quæ notavi ad lib. I. p. 9. ra quatior, ut,' &c. *Oud.* *Illa, s humi prostrata, tamen tenaci- inhærebat, &c.*] Æneid. I. 'Fer- ιis, curruque hæret resupinus Lora tenens tamen: huic cer- comæque trahuntur Per ter- *Pric.*

me procurante, &c. sequeretur] ι. tantum non omnibus et Edd. legas, *me procurrente.* Quod ιri potest bene construendo, ueretur, me procurrente,' sive rocurrebam. Sed tamen præ- *ocurrentem*, cum Wow. et seqq. rte exstat quoque in D'Orv. Pith. Fux. Guelf. At *me* idcirco contra illum ceterosque Codd. ex unico Pal. non excluderem, quod cum Wow. fecit Pric. Bas. typothe- tæ error inposuit Gulielmio. *Oud.* *Tamen tenaciter loro inhærebat, ut pro- currentem (me) aliquantisper tractu sui sequeretur*] Bene Oxon. *Tam tenaciter, &c.* Pro *tractu sui*, alii *tractus vi* ma- lunt. *Pric.*

Sed frustra fletibus cassum tumultum commovebat] Virgil. III. Æneid. 'Ta- lia fundebat lacrymans, longosque ciebat Incassum fletus:' ubi et Ser- vius: (satis commode ad aniculam istam) 'Et longos, et incassum: ut fœmineos affectus monstraret.' Glos- sarium: 'Frustra, nequicquam, cas- sum:' ubi malim *incassum* scribi. O- nomasticon vetus: 'Incassum, φρούδως.' *Idem.*

Quippe cum nullus afforet, qui suppe- tias ei ferre posset] In Pluto Aristo- phanis: Ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα, καὶ μάτην καλεῖς. vide Judic. XVIII. 28. *Id.*

Illa v. capticia] *Illa* deest Pith. *Capticia* vel *captitia* legi videtur in plerisque Mss. certe Edd. primis, aliisque, quod defendit Beroald. si- milibus derivatis a participio hac for- ma. Ac vide me ad Cæs. lib. IV. B. G. c. 2. 'Jumentis inportatitiis non utuntur:' et alibi, ac Schott. Obs. lib. I. cap. 10. Verum cum Auctor semper *captivam* vocat, malui parere auctoritati Cod. Flor. confirmatæ Mss. Oxon. Par. D'Orv. Guelf. et aliis, atque Edd. Bas. sec. Elmenh. Scriv. et Floridi. In D'Orvill. est *virgo illac.* Oud. *Capticia*] Dictio est eadem formula a 'capta' inclinata, qua ab 'empto' 'empticius,' a 'fac- to' 'facticius:' significat captam, sive captivam: sicut 'empticius' emptum, 'facticius' factum. M. Varro in III. de Re rustica: 'Hic aprum glans cum pascit empticia, fa- cit pinguem, illic gratuita exilem.' Lucian. et Græci αἰχμάλωτον dicunt capticiam. *Beroald.*

Vocis exitu procurrens] Posses explicare 'vocis finem,' ut Cæs. lib. IV. B. G. c. 8. 'Exitus orationis.' Supra lib. III. et lib. IV. *In et cum isto fine sermonis.* Nihilominus placet admodum doctorum virorum conjectura *excitu*, quam etiam probarunt Schegkius in Præm. c. 13. Soping. atque in textum recepere Elmenh. Scriv. Flor. ac firmant Pith. et Fux. ac nonnihil Oxon. *excita*. Guelferb. *exavi*, Palat. *exacu*, et sic ad marg. Ed. Vic. e Ms. quoque correxit vir doctus. Nam temere inde, ut videtur, Wow. et Pric. tacite ediderunt, *voce excita proc.* sine copula. Recte ita lib. VIII. p. 175. 'cantusque mulcentibus modulis excitus procurrit:' ubi vide. Nec inhibere te debet, lector, quod nusquam alibi hoc Substantivum *excitus* reperiatur. Quam plurima nomina quartæ declinationis, in *us* exeuntia, in Nostro et aliis occurrunt ἅπαξ λεγόμενα: ut et supra monui late ad lib. III. pag. 55. 'Eam in reformatu videam.' *Oud.* *Exitu*] Cum fine clamoris anilis. Malim legere *excitu*, ut significet excitatione vocis, et inclamatione virginem procurrisse. *Beroald.*

Non tauro, sed asino dependentem directe aniculam] F. *dierecta*, sed *Dircen* præsertim, ut jamdiu e Mss. legend. docuit Sciopp. *Brant.* Non capio istam Brant. conjecturam, nec magis ridiculam Schegkii in Præm. c. 13. lectionem *die recti* pro *ad diem erecti.* Ineptissimam quoque Pii lectionem *dierectam* ad Plaut. Mostell. I. 1. 8. et vulgarem esse scripturam *directe*, vel Ed. Vicent. *directæ*, certissimum est. Et quis dubitare possit de veritate vocis *Dircen*, quam ante omnes correctores jam nobis exhibuit Ed. Junt. post. ut bene monuit Schottus, et clarissime exaratur in Cod. Pith. et servarunt etiam Oxon. Inc. ac ferme etiam D'Orv. *dieten*, ac Pal. Guelf. *ducem.* Vide quoque Sciopp. in Corp. Epist. Burm. t. II. pag. 52. Quin ex hoc loco Cl. Gesner. in Luciani etiam Asino t. II. p. 591. ubi dicitur anus Lucium prehendisse ἐκ τῆς οὐρᾶς, et mox puella ἰδοῦσα γραῦν, δίκην κέρκου ἐξ ὄνου ἠρμένην τολμᾶν τόλμημα γενναῖον, conjecit itidem legendum δίκην Δίρκης. Nec admodum refragor. Monendus tamen est Lector, Veterum neminem dixisse, Dircen Tauri caudæ fuisse adligatam, sed crinibus ad ejus os vel collum. Vide Hygin. F. 8. Broukh. ad Propert. lib. III. 14. 38. Quare non videtur Lucian. ex sua fictione anum tam bene, quam Appuleius, Dircæ potuisse comparare. Ceterum pro *tauro* in D'Orvill. est *temeo*, mirifice. *Oud.*

Sumtaque constantia virili] Flor. *audacia*. Elmenh. Accedit D'Orv. et sic edidere Wow. et Pric. id probans; quum tamen ipse ad lib. X. pag. 615. moneat, *constantia* sæpissime a Nostro poni pro 'audacia,' et 'inpudentia,' ut ibi sumitur. Mihi certe hic loci e glossa irrepsisse videtur; quia altera magis convenire videbatur verbo 'sumere.' Sed sæpe *constantia* non est nisi virtus animi, timori non obnoxii, et intrepida fortitudo. Adi Davis. et me ad Cæs. lib. I. B. G. c. 40. 'Quantum haberet boni in se constantia:' et ad lib. III. c. 25. 'Constanter, et non timide.' Veget. lib. I. c. 2. 'Constantiam ac fiduciam non habere comminus pugnandi.' *Oud.* *Sumptaque audacia virili*] Est in nonnullis *constantia*: ego positam lectionem amplector. Justinus lib. XXVII. 'Puer, &c. virilem audaciam sumit.' Sallustius de Sempronia: 'Multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat.' Supra heic, de eadem ista: 'Capta supra sexum, &c. audacia.' *Pric.*

Facinus audet pulcherrimum] Γενναῖαν ἅμα καὶ συνετὴν βουλὴν βουλεύεται· ut VI. Anna Comnena locuta. Terent. II. 3. Heautont. 'Non fit sine periculo facinus magnum,' &c. *Idem.*

Placitis] Alii, *placidis*. Elmenh. Certe *placidis* est in Flor. Reg. Pith. Guelf.

Oxon. (qui a m. pr. habet *plagis*) D'Orv. et Edd. Vulc. sec. Wow. 'ric. placuitque magis Soping. aro invenias 'placidam vocem,' n f. hujus libri, 'placido ser- :' ubi eadem varietas, ut pas- quia sæpe utrumque adplicari ntiæ potest. Quia tamen faci- librarii crebriusque ex *placitus* e *placidus*; et hic optime 'pla- gannitus' exponemus, 'qui mihi ;ie placebant,' cum ceteris præ- *placitis*. Adi me ad lib. IX. pag. placita quiete recreabar.' Ac eponendum quoque in Cent. . Aus. e Ms. Leid. p. 513. 'pla- e etiam pugnabis amori:' uti in lib. IV. Æn. vs. 38. dudum cor- unt viri docti. Dein *naviter* f. *Oud.*

G. 128 *Sed et plagarum suasu, te sæpicule commonebant*] E con- lib. VII. 'Cæterum plagis non opere commovebar.' *Commove-* ieic (ut passim) Latine, et ve- ssime. Virgilius: 'Pendens in ra, telo Admonuit bijuges:' Plautum ille: 'Ego vos com- faciam monumentis bubulis:' *υθετεῖν κονδύλοις* in Vespis Aris- nes. In Cod. Theodos. de Curs. &c. 'Placet ut omnino nullus itando fuste utatur, sed aut vir- ut certe flagro, cujus in cuspide s brevis aculeus, pigrescentes innocuo titillo poterit admo- ' *Pric.*

Scalpendi dorsi mei simulatione] Ed. post. *scabendi*; quod e glossa a, et proverbiali locutione, 'mu- muli scabunt;' quo titulo fuit onis opus, a Nonio sæpe cita- ac vulgo in Aus. Techn. p. 176. Toll. 'mutuum muli scabunt;' Mss. duo Leidd. quorum unus errimus et venerandæ antiqui- habent *scalpant*, bene. Ac dixit m Horat. lib. I. S. x. 71. 'digito t scabere.' Sed alii maluerunt to caput scalpere,' ut Juven. S. IX. 133. Amm. Marcell. lib. XVII. c. 11. et Epigr. apud Schol. Luc. lib. VII. vs. 726. de quo vide illic, et Voss. lib. IV. Inst. Orat. p. 159. ac Scal. ad Aus. Epigr. 69. Supra p. 115. 'Ve- nus caputque quatiens, et adscalpens aurem dexteram.' Lib. X. p. 217. 'modo hanc, modo illam partem scal- pere capitis.' *Oud.*

Obligata cervice] *Obligata* non est, nisi sphalma typothetarum in Edd. Ber. et utraque Basil. Ita 'obli- quare oculos,' 'caput' Ovid. lib. VII. Metam. vs. 411. Luc. lib. IV. 726. Sed præter Fux. et Fulv. *obliquatus a cervice* ostentant quoque Reg. Palat. Oxon. D'Orv. Inc. quod eamdem præbens sententiam, sed construc- tionis magis elaboratæ, non ausim cum Pric. rejicere. Guelf. *obliquata arcevice*. 'A cervice' est ab ea parte, qua est cervix. Virgil. Æn. X. 270. 'cristisque a vertice flamma Fundi- tur.' Ovid. lib. IX. Met. 33. 'tenui- que a pectore varas In statione ma- nus.' In Flor. N. 16. 'Articulum a crure defregerim.' De Deo Socratis p. 676. 'Servius Tullius flamma col- luminetur a capite.' Plura vide apud Sueton. in Vesp. c. 5. 'a fru- tice:' et supra ad lib. IV. p. 78. 'A gloria non perivit.' *Idem.* *Obliquata cervice*] Oxon. et alius Ms. *obliquatus a cervice*: rectior sine dubio vulgata lectio. Infra lib. IX. 'Dum obli- quata cervice per quandam fenestru- lam, &c. prospicere gestio.' *Pric.*

Suspirans altius] Minus bene Mss. Oxon. D'Orvill. Pith. Fux. Guelf. cum Edd. Vic. Ber. Junt. Ald. Col. et Bas. exhibent *spirans*, quod est spi- ritus altiores sumens, elatior facta; minus obportuno hic sensu. 'Suspi- rare altius' sæpissime Noster cum aliis ait. *Oud.* *Suspirans altius*] Idem Oxon. et Vicentiæ editus *spirans*, mi- nus recte. De Axa Calebi filia Josue 15. 18. 'Suspiravitque, ut sedebat in asino:' qui locus valde similis isti. *Pric.*

Cœlumque sollic. nutu petens] Perperam mutarunt viri docti, quia *nutum* crediderunt semper dici de gestu prono et demisso; sed et dicitur de obliquo, qualem hic exprimit egregie inclinatum supplicis et pendulum quasi a cervice caput. Dixi plura ad Suet. Vesp. c. 8. 'nutu adspernatus.' Sic 'numen capitum' Lucretio l. II. 632. 'Petens cœlum' enim est 'orans Deos.' *Oud.*

Opem ferte] Secure retinuerunt hic posteriores Editores id, quod intrusum est a Vulc. Ed. sec. quodque si vel maxime unus et alter Ms. haberet, constare posset tamen, e glossa inrepsisse. At ita nullus Cod. nec prior Editio habet; sed constanter exaratur editurque, *opem facite*. Quod ex Græco fonte petitum et elegantissimum est: uti passim dicitur 'facere medelam' et 'medicinam alicui.' Consule Praschium ad Phædri F. VIII. 9. Plaut. Pseud. IV. 1. 129. 'Faciam dona tibi.' Terent. Heaut. IV. 6. 15. 'Faciam tibi boni aliquid.' Ms. Cæs. Lib. III. B. Civ. c. 36. 'Auxilium facere.' Immo Noster jam lib. V. p. 101. 'Quum primum illius morte salutem tibi feceris.' Sic et lib. X. p. 212. 'modo istud, modo illud caussæ faciens:' et lib. VIII. init. vulgo, 'Talem collegio suo nuncium fecit:' ubi vide tamen. Quare restitui τὸ *facite*. *Idem.*

Sævire desine] Lindenbr. Coll. nihil varietatis habet. Sed Oxon. Guelf. et Inc. præferunt *desiste*. Quod contra reliquos Mss. tamen præplacet cum Elmenh. Scriv. et Florid. Edd. quia *desisto* in se continet mutatæ mentis significationem; ut sæpe vidimus in Cæsare: ac sæpe confunditur cum altero *desino*. Vide Drak. ad Liv. lib. XXX. c. 3. Infinitivo autem jungitur aliquoties. Consule Broukh. ad Tibull. I. 9. 71. 'Desistas lacrimare.' Gron. ad Plaut. Cistell. II. 3. 39. 'Destiti instare.' *Idem.* *Vos Superi, tandem meis supremis periculis opem ferte, et tu Fortuna durior jam sævire desine: sat tibi miseris istis cruciatibus litatum est*] Infra lib. XI. 'Tu meis jam nunc extremis ærumnis subsiste: tu fortunam collapsam adfirma: tu sævis exantlatis casibus pausam pacemque tribue: sit satis laborum, sit satis periculorum,' ad quem locum plura. *Pric.* *Et tu Fortuna durior, jam sævire desine*] Ex illis Virgilii: 'Et tu Saturnia Juno, Jam melior, jam Diva precor.' Æn. XII. Donatus ad II. 1. Adelph. 'Jam, tarditatis incusatio est.' *Idem.*

Tuque præsidium meæ libertatis, meæque salutis, &c.] Justinus de Eumene: 'Nunc commilitones suos, nunc patronos appellans, &c. nunc refugia salutis suæ, et unica præsidia commemorans.' *Idem.*

Parentibusque, &c. reddideris] Donatus ad IV. 5. Eunuch. 'Redditur' (quis) 'cupientibus, ut Domino servus: restituitur cupiens, ut patriæ civis: redditur et restituitur, ut parenti filius.' *Idem.*

Jubam istam tuam probe pectinatam, &c.] De cervo Virgilius: 'Ornabat cornua sertis, Pectebatque ferum.' Æneid. VII. Pollux I. 11. ubi de ferramentis ad equorum curam pertinentibus: Τὸ δὲ διακτενίζον σιδήριον ὀδοντωμένον, πριονῶδες, ψήκτρα (καλεῖται). *Idem.*

Meis virginalibus monilibus adorn.] Wow. et Sciopp. obloquuntur Pric. et Burm. ad Ovidium loco mox producendo; quia multus *monilium* usus in equis adornandis. Esto. At istis numquam ornabatur juba, sed frons, collum, et pectus: ut videbimus statim, 'monilibusque bullisque multis aureis inoculatum.' Aptius enim *manus* conveniunt voci *virginales*, quam *monilia*, quibus non se privare, sed alia equis nobilibus aptari solita illi dare vult. Hic promittit puella, se ipsam suis, non equisonis alicujus, manibus, licet tenera esset virgo, ejus jubam pexuram et adornaturam;

iam ejus ornatricem fore. Qua sane summa consistebat *gratia*, honore conjuncta, quum adornaar monilia fieri posset puellæ per alios. Quapropter ego to- :cedo Mss. legentibus, *v. mani-* Vide et infra ad 'incuria lava- :t 'bullisque,' &c. *Oud. Meis, nilibus adornabo*] In uno Fulvii rat, *manibus a.* quod (impense uditis laudatum) nos nulli rei ıus. Claudianus de Honorii 'Luxurient tumido gemmata ia collo.' In de Deo Socratis r: 'Neque enim in emendis phaleras consideramus, &c. si ;ento, et auro, et gemmis moniriæ gazæ dependent,' &c. Bar- es de mulieribus Bactrorum, Eusebium) Μετὰ πολλῆς φαντα- φιττοι, κοσμοῦσαι πολλῷ χρυσῷ ois βαρυτίμοις τοὺς ἵππους. *Pric. dæque setas incuria congestas*] a *lavacri*, ab Elmenh. et Scriv. .m, damnarunt Pric. et J. Fr. lib. I. Obs. c. 13. ubi recte . Stew. vocem *congestas* vindi- Apolog. p. 6. Ed. Pric. 'Cahirtus et globosus et congestus, .s inenodabilis diutina incuria:' ie. Senec. Hipp. 1248. 'Artus e congestos.' Et uterque *incu-* et *curam* proprie circa capilta dici probat: quibus adde h. ad Propert. lib. III. El. 12. ad Phædr. lib. II. F. 2. Valer. lib. VIII. 238. 'ac sua flavis ta cura comis.' Horat. lib. I. 94. 'Si curatus inæquali tonapillos:' uti est etiam in Mss. ›r a me visis, non *curtatus*. Conentlei. Verum id non impedit, inus hæc *cura* in capillis pilismentorum peragatur ope lavajus defectu, sive quia non la- ır asinus, ejusque cauda, setæ : erant inpliciti horridique. *curare* verbum esse ad lavaertinens, docuit ipse Pric. ad p. 89. 'Corporis curatæ tibi:' ubi vide nos quoque. Præterea *incuria lavacri cong.* confirmant insuper Reg. Guelferb. Oxon. D'Orvill. Inc. Quare et ego admisi. Egregie huc facit locus, quo simul *manibus* corroboratur, Virg. lib. VII. Æn. 483. de cervo: 'Adsuetum imperiis soror omni Silvia cura Mollibus intexens ornabat cornua sertis Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.' Ac Sil. Ital. lib. XIII. 122. de cerva: 'Aurato matres assuetæ pectine mitem Comere, et humenti fluvio revocare colorem.' Quibus locis vide Comment. Alio sensu hæc junxit Ælian. lib. III. Anim. c. 2. Οὐ κόμας (τῶν ἵππων) κτενίζοντες, οὐ χαίτας ὑποπλέκοντες, οὐ λούοντες καμόντας. quo pertinet lib. IV. p. 66. 'Lassitudinem vice lavacri pulvereis volutatibus digerebam.' Nec tamen plane necesse est, vocem *lavacri* addi. Nam vel sic *incuria* de neglectione lavandi sumi potest, et explicari debet, ut lib. VIII. p. 157. 'Inedia misera, et incuria squalida, tenebris imis abscondita, cum luce transegerat.' Quibus illico opponuntur 'lavacrum et cibi.' Post *lavacri* inserit etiam Guelf. *monilibus*. Oud. *Setas incuria lavacri congestas, et horridas*] In Apologetico: 'Capillus hirtus et nodosus, prorsus inenodabilis diutina incuria:' ubi olim notata confer. Τὸ *lavacri*, ut in aliis exemplaribus, melius abfuturum puto. *Pric.*

Compta diligentia perpolibo] *Cuncta* invenias in Fux. et forsan in Bertin. et Oxon. ut maluere Beroald. et Colv. atque ediderunt Vulc. Ed. sec. Wow. Pric. Flor. *Prompta* conjecit Soping. ut supra, 'prompta velocitas.' Sed recte vulgatum defendit Grut. in Misc. Nov. Lips. vol. III. P. 3. p. 507. Neminem offendisset, si scripsisset Auctor, *accurata diligentia*, per metonymiam effecti pro efficienti; verum pro ea maluit *comtam*, sive quæ nitide comat, dicere; quia 'comere' verbum est, quo præcipue

capillorum cura et ornatus exprimitur: quod nemo, qui vel primis labris Latinam linguam delibavit, nescire potest. Dein nimis temere ex unico Flor. Elmenh. sequentibus de more Scriv. et Florido, exhibuit *pectinabo*. Cum jam præcedat 'juba pectinata;' nec asini cauda pectinari soleat. Bene *perpolibo*, antiquo futuro, quo in quarta conjugatione usus Auctor est sæpissime, uti in imperfecto *ibam*, exaratur in ceteris Mss. exceptis Guelf. et Pal. in quibus desideratur. Atque hoc etiam verbum ad muliebrem refertur ornatum. Terent. Heaut. II. 3. 48. 'Nulla mala re esse expolitam muliebri.' *Oud.* *Compta*] Culta, exornataque. Purior lectio est *Cuncta*, ut dicat se omni diligentia perpolituram setas asininæ caudæ globosas, et prorsus inenodabiles diutina incuria negligentiaque discriminandi atque expediendi. *Beroald.*

Bullisque te multis inoculatum, v. stellis, &c.] In Pal. est, quod omisit Wow. *munilibus bullerisque m. i.* In D'Orv. *monilibus mullisque te m. i.* Hinc nullus dubito, quin hinc exciderit, quod supra insertum est, *monilibus, bull.* Æque enim 'monilium' ac 'bullarum,' magnus usus in ornandis jumentis. Consule Burm. ad Ovid. lib. x. Metam. vs. 112. de cervo: 'Cornua fulgebant auro; demissaque in armos Pendebant tereti gemmata monilia collo. Bulla super frontem parvis argentea loris Vincta movebatur, parilesque ex ære nitebant Auribus in geminis circum cava tempora baccæ.' C. Barth. &c. ad Calpurn. Ecl. VI. 49. 'Alternat vitreas lateralis cingula bullas. Cornua subtiles, ramosaque tempora molles Implicuere rosæ, rutiloque monilia torque Extrema cervice natant: ubi pendulus apri Deus sedet, et nivea distinguit pectora luna.' Virg. Æn. VII. 278. de equis Latini: 'Aurea pectoribus demissa monilia pendent.' Προστερνίδια καὶ προμετωπίδια φάλαρα vocant Græci. Vide Ælian. lib. VI. An. cap. 10. Achill. Tat. p. 49. Xenoph. Athen. Grammat. Porro *te* exsulat a Pal. Edd. Ber. Bas. pr. Dein Pith. *inocculiatum*. Oxon. habet *inauratum*, Palat. Fux. Guelf. et D'Orv. quoque *inaulatum*: unde effingebat N. Heins. teste Burm. *inauriculatum*; sed 'bullæ' non pendebant ab auribus; nec eas solas ornare volebat puella. Adhæc e seq. comparatione, 'veluti stellis,' satis patet veritas scripturæ *inoculatum*. Plin. lib. II. cap. 5. 'stellarum collucentium oculos.' Et quoties 'oculos' amicarum 'stellis et sideribus,' non comparant amantes? Sicut et adscribuntur caudis pavonis, aliarumque rerum splendori. Vide Gron. lib. II. Obs. cap. 16. Immo ipsæ stellæ et sidera 'mundi oculi' vocantur. Adi Burm. ad Ovid. lib. IV. Metam. 228. 'mundi oculus.' Ac bene jam adseruerunt Wow. et Pricæus. *Oud.* *Bullisque te, &c. aureis inoculatum, veluti stellis sidereis relucentem, &c.*] Virgilius II. 'Illi stellatus iaspide fulva Ensis erat:' ubi Servius ex Caio Memmio: 'Syriaci calceoli gemmarum coloribus stellati:' et Æn. III. 'Armatumque auro circumspicit Oriona.' Servius: 'Quia et balteus ejus et gladius clarissimus fingitur stellis.' Oxon. *inauratum*: haud bene. Onomast. vetus: 'Inoculo, ἐνοφθαλμίζω.' *Pric.*

Et gaudiis popularium pomparum ovantem] Lib. XI. 'Comitare pompam sospitatricis Deæ inovanti gradu.' *Idem.*

Progestans nucleos, edulia mitiora] Ut Verus Imperator, quem forsan hac fabula carpere voluit Appuleius, ei æqualis, apud J. Capitol. cap. 6. 'Equo prasino passas uvas et nucleos in vicem hordei in præsepe ponebat,' &c. ubi vide his similia, ac de equo Caligulæ Suet. cap. 54. item Casaub. ad v. Cæs. cap. 81. In Pal-

)xon. *progestas.* Porro videri ınt ista *edulia mitiora*, esse glossa ıcleos. Certe adpositio non ele- est; ac Scriver. jam uncis in- t. Vulgaris tamen lectio maxi- avabitur, si inseras copulam *et*. . *et dulcia*. V. D. ad m. Ed. Colv.

Edulia mitiora] Eodem lib. XI. commonstrato cibo.' *Pric.*

&c. saginabo] Glossæ: 'Sagi- sinum, σάσσει ὄνον.' *Idem.*

depictam in tabula, &c.] Vide ad pag. 111. annotata. *Idem.*

regia] I. e. nobilis. Supra, matem ejus regionis' vocat. (lib. 79.) 'Filia regis' interpreta- lorid. Inepte. *Wass.*

o. 129 *Credemus etiam exemplo eritatis*] Fux. *tuæ ver.* et Ald. Neque aliter Mss. ceteri et O. præterquam Basil. utr. lant *tuo*: unde tacite Wow. re- ıit, *exemplo tuo veritati*, atque nrepsit in Pric. sed cujus Auc- ecte repudiavit. Constructio nequit esse, 'Credemus ve- ,' sed 'Credemus, Phryxum natasse arieti, &c, exemplo tuæ ıtis,' sive tuo vero exemplo, e ire poterimus, talia vere acci- De similibus vide Davis. in ad Cic. lib. v. Tusc. D. cap. 28. itatis erroribus.' Wopkens. in Nov. Obs. v. I. p. 81. ad Sep- le B. Tr. lib. II. cap. 25. 'Ex- ım admissi abhorrentem:' ut est riz. et jam edidit Artop. al. *ex-* Voss. *exempli causa adm.* Po- nim et hoc referri ad illa, in s Genitivus ponitur pro Adjec- de quibus vide ad Suet. Aug. 4. pag. 329. Infra lib. XI. pag. 'Cohors religionis:' ad Flor. . 'onus stercoris.' Solin. pag. Ald. et Salm. ediderunt: 'Pla- n de facie supinitatis sic voca- Sed in Mss. optimis est *supi-* vel *supinati*. Leg. puto *supina sic vocatam*. Ob syllabam *na* it *nau*. Porro in Pal. D'Orv. *etiam cred.* In Edd. Ber. Bas. pr. quæ *etiam* non agnoscit, est *credi- mus*. Pith. *Citemus et*. Oud. *Accedes antiquis et ipse miraculis: credemus etiam exemplo tuo veritati*] Cornutus apud Sosipatrum Charisium: 'Jam- que exemplo tuo etiam principes civitatium et Poëtæ incipient similia fingere,' &c. In ista autem, (quod in multis editionibus factum) *exemplo tuæ veritatis, &c.* excusum volui. *Pric.*

Phryxum arieti supern.] Diod. Sic. lib. IV. Palæphatus, Pausan. lib. I. et IX. Cælius Rhodig. Antiq. Lect. lib. XXX. cap. 34. *Elmenh.*

Arionem delphino gubernasse] Agell. lib. XVI. cap. 19. Cicero lib. II. Tus- cul. Quæst. Oppian. 'Αλ. lib. v. vs. 448. Dio Chrysost. fol. 455. *Elmenh.* *Delphinum* exaratur in D'Orv. Palat. Oxon. Inc. ut tacite primus edidit Wower. et hinc seqq. sed in ceteris Mss. ni fallant excerpta, et Edd. pri- oribus est *delphino*. Verum 'guber- nare alicui' vel 'aliquo,' quis dixit? Hinc vir Doct. ad marg. adlevit, *del- phino enatasse*. Frustra sane. Veri- similius et ingeniosius J. Merc. ad Non. v. 'nare' p. 353. conjecit, *del- phino supernasse:* ut observarit Auc- tor exacte distinctionem inter *nare*, quod est piscium et navium, uno ductu aquas secantium, et *natare*, quod est aliorum animalium. Et certe sic junxit, alia composita et derivata, ut p. 128. 'Gratias perhi- bebo,' 'honores habebo,' 'cibos ex- hibebo.' Lib. VII. pag. 138. 'Defe- runt et proferunt.' p. 140. 'me fu- gæ committo, et immitto me campis.' Salm. quasi e Pith. adscripsit, *suber- nasse*. Vide plura ad Flor. N. 3. Forsan tamen simplicius *delphino* cor- ruptum est ex Græca terminatione *delphina*, ut apud Ovid. Fast. II. 79. 114. 117. Hyg. lib. II. Astron. c. 17. et alios citatos ad lib. IV. p. 85. 'Au- riga delphini.' Nam et in Flor. N. 17. ait: 'Inter delphinas Arion,' ex Virg. Ecl. VIII. *Oud.*

Europam tauro supercubasse] Ovid. II. Metam. Herod. lib. I. Lactant-

lib. I. cap. 11. Mart. de Spectaculis Epigr. 16. Paus. lib. IX. Festus in 'Europam.' *Elmenh.*

Mugivit in bovem] Ms. D'Orvill. et Ed. Scriver. cum Meurs. in Exerc. Crit. P. III. c. 17. et Piccart. Peric. Cr. cap. 9. præferunt, *in bove*, i. e. sub forma bovis. Sic Ovid. lib. XV. Met. 670. 'In serpente Deus prænuncia sibila misit.' Senec. Octav. vs. 208. 'Aureus idem fluxit in imbri.' vs. 770. 'fulvo fluxit in auro.' Sil. Ital. lib. VIII. vs. 388. 'Sævitque in imagine virtus.' Adde Salm. ad Lamprid. Comm. cap. 11. 'pictam in Amazone:' et ad Solin. p. 29. Ac sic præfert Ill. Bouhier. ad Petron. de B. Civ. p. 106. lectionem Codicis Theodos. *vir nubit in femina*, alteri Justin. *in feminam*. Sed utrumque recte se habere vel patet ex Salm. et in Solino e Mss. lego, 'in Æthiopem, sive Æthiopis speciem avium regeneravit.' In optimo tamen Leid. ibi legas *degen.* unde forsan rectius foret, *in Æth. avum redegeneravit*. Adi J. Gothofredum ad Theod. Cod. lib. IX. tom. VII. N. 3. *In bovem* igitur servo, sive instar bovis, ut solet inprimis Noster. Confer notata ad lib. III. p. 50. 'In lapidem steti.' Egregie locus hic illustratur per Pollucis verba apud Philostr. lib. II. de v. Sophist. p. 593. Πρωτεὺς, &c. εἰς λέοντα θυμοῦται, &c. καὶ εἰς δράκοντα χωρεῖ, καὶ εἰς πάρδαλιν ἅττει. Sic Mss. Plin. lib. XII. cap. 17. 'glomerari in pulverem.' Vulgo, *pulvere*. Lib. XIII. cap. 15. 'mensis in venam crispis.' Ceterum ex antedictis patet, quantopere ineptiat Westerhov. ad Terent. Andr. I. 1. 50. ubi Ovid. l. III. Am. 8. 33. 'Sed postquam sapiens in munera venit adulter,' corrigens *in munere*, exponit, 'h. e. munus quasi manu ferens.' Immo ipse Jupiter venit in aureo munere, sive sub auri figura, et instar aurei muneris; ut ex litteris meis monuit Cl. Burm. Sec. ad Catal. Lat. lib. II. Ep. 119. vs. 88. de Jove: 'Dicitur in nitidum procubuisse bovem.' *Oud.*

Facies Deorum] 'Facies' gignendi casu, ut apud Cl. Quadrigarium Annal. lib. I. notatur Gell. Noct. Attic. lib. IX. cap. 14. *Colv.* Ita sumit etiam J. Gron. ad Gell. cap. 13. Vir doctus hic adscripsit *facie* pro 'faciei,' ut alibi 'die,' 'acie,' pro 'diei,' 'aciei.' Vide me ad Cæs. lib. II. B. G. cap. 23. III. 21. Inscr. apud Gor. tom. I. Etrusc. pag. 37. Ausonio etiam non infrequens: immo et Nostro de Dogm. Plat. pag. 573. 'Nulla specie significatione.' Sed tamen vide Comm. ad Gell. Quid si hic non Genitivus, sed Nominativus sit, ut *aliquid* valeat 'aliquantum,' 'aliqua,' ut apud Comicos crebro; vel ut significet 'aliud quid' propria vocis vi. Vide me ad Sueton. Tib. cap. 47. 'quæ ab aliquo ederentur.' Virg. Æn. II. 48. 'Aut aliquis latet error:' cum jam alios nominaverat. Hinc passim 'alius' et 'aliquis' confusa. Adi ad Æn. VI. 665. IX. 186. Et id malo. *Oud.*

Illos ad r. commeasse] *Illac* quidem exaratur in D'Orvill. Fux. Guelf. utroque, Oxon. Inc. ut nunc ex Wow. placito edi videas. Sed in Reg. Fux. aliis, et Edd. Vett. est *illa*, quod opinor esse verius, et Appul. magis conveniens. Ovid. Metam. IV. 360. 'Et nunc hac juvenem, nunc circumfunditur illa.' Solin. cap. 25. 'Hercule illa transeunte.' Sic recte Ed. Salm. cum Mss. meis plurimis. Vulgo *illac*. Plura vide ad Front. lib. II. 5. 21. 'Illa in tergum Romanorum effusus.' Cort. ad Plin. p. 164. 'Hac vel illa cadit.' Licet *illac* non penitus damnem. Consule Drakenb. ad Liv. lib. II. 19. 5. *Idem.*

Renitebar fortiter] Sciopp. acriter in Colv. invehitur in Susp. quod *retinebar* in contextu retinuerit; cum sit merum typothetarum σφάλμα in sola ipsius editione, ut sæpissime erratum est. Pal. quoque, Inc. et Oxon. præbent *firmiter*. Nec male, sive pervicaciter, obstinato firmo-

ıimo. Lib. v. p. 95. 'nisi longe
:r præcaves.' Lib. VIII. init.
ter nutriens amorem.' De Ha-
octr. Plat. p. 617. 'Contume-
atientia firmiter toleret.' Cre-
ıe vero 'firmus' in 'fortis' est
ratum. Adi me ad Cæs. lib. I.
c. 3. *Idem.* *Ad quoddam perve-
trivium, unde me arrepto capistro
'e dextrorsum magnopere gestie-
:. sed ego gnarus latrones illac ad
ıs commeasse prædas, renitebar*
·] Horatius ex persona equitis
'em alloquentis suum: 'Quo
? non mihi Cumas Est iter, aut
læva stomachosus habena Di-
ues: sed equi frænato est auris
:' ad quæ vetus Scholiastes:
tanquam ad equum loquitur se-
m consuetudinem vertentem:
equi ore frænato (inquit) auri-
st quæ locorum famam captat,
ut cognorit, iter dirigit:' quæ,
ıtia longinqua satis prolata, ap-
e tamen Appuleium illustrant.

*Unde me arrepto capistro diri-
extrorsum, &c.*] Vide Jacobi 3.
ad eum locum adnotata nobis.

d facis? &c. quid agis] Vide su-
l pag. 119. init. notata. *Idem.*

d meis pedibus facere contendis]
ıtissime: sic Philo de homine
residente: 'Εφιδρύμενος, ἄνευ
ων, μετὰ πολλῆς ἡσυχίας, ἑτέρου
ι καὶ ποσὶν τὸν δρόμον ἐξανύει.
osius de Christo: 'Vestigiis
s descendit ad mortis ærumnam,
s suis vestigiis revocaret ad cœ-
Idem. *Meis pedibus facere, &c.*]
animo alieno amare' Declam.
. apud Quintilianum. *Idem.*

ıersa tendentes] Lib. II. 'Popu-
stuat, diversa tendentes:' ubi
confer. *Idem.*

causa finali] In causa finium.

e erciscundæ] Vide Brisson. de
orum Signific. lib. v. in voce:
scundæ familiæ.' *Elmenh.* Mss.
et Edd. aliquot Vett. tam hic, quam
lib. IX. p. 196. 'Nec erciscundæ fa-
miliæ, sed communi dividundo formu-
la dimicabo:' addunt *h*, ut variant
ubique, aliis ab 'erctum,' aliis ab
'herctum,' derivantibus. Oxon. *hyr-
cisc.* Fux. *yrcisc.* Dein *deprendunt*
Guelf. pr. *Oud.* *Imo viæ erciscundæ*]
Allusio ad notissimam Juris formu-
lam, 'familiæ herciscundæ.' *Pric.*

Coram deprehendunt] Supra lib. III.
'Reum coram deprehensum:' et IX.
'Non quidem coram, &c. deprehen-
sum.' *Idem.*

*Et ad Lunæ splendorem jam inde lon-
gius cognitos, &c.*] Virgilius Æneid.
II. 'Addunt se socios Ripheus, et
maximus annis Iphitus, oblati per
Lunam:' ubi Servius: 'Ducti per
Lunæ splendorem.' Idem IX. 'Et
galea Euryalum sublustri noctis in
umbra Prodidit immemorem, radiis-
que adversa refulsit:' et X. 'Jam-
que dies cœlo concesserat, almaque
curru Noctivago Phœbe medium pul-
sabat Olympum:' et statim: 'At-
que illi medio in spatio chorus ecce
suarum Occurrit comitum, Nymphæ:'
ad quæ Servius: 'Lunæ non sine
causa commemoratio fit: nam aliter
videri Nymphæ non poterant.' Am-
mianus lib. XXVI. ubi de Procopio
saltubus et nemoribus delitescente:
'Cum a vespertino ortu Luna præ-
lucens in diem metum augeret, undi-
que facultate evadendi exempta,' &c.
Dio Cassius de M. Crasso: 'Επεχεί-
ρησε μὲν νυκτὸς ἀποδράναι, προδοθεὶς δὲ
ὑπὸ τῆς σελήνης, πανσελήνου οὔσης, οὐκ
ἔλαθε. Achilles Tatius lib. III. 'Ορῶ
δύο τινὰς ἐξ ἐναντίας (σεληναία δ' ἦν)
σπουδῇ θέοντας. Diodorus lib. XIII.
'Ανακρινόμενος πῶς νυκτὸς οὔσης ἐπεγί-
νωσκε τὰς ὄψεις, ἔφησε, πρὸς τὸ τῆς σε-
λήνης φῶς ἑωρακέναι. *Idem.* *Ad lunæ
splendorem*] Lucian. καὶ πόῤῥωθεν εὐθὺς
πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν τοὺς δυστυχεῖς
αἰχμαλώτους: 'Et procul statim ad
lunam cognovere infœlices captivos.'
Beroald.

Risu maligno salutant] Γέλωτι ὑβριστῇ, ut II. 6. apud Aristænetum. Supra hic: 'Latissimum cachinnum tollens, et qualem solent furenter irati:' vide quæ olim ad Apologiam p. 12. adnotata. In nonnullis male *risu magno s.* Pric.

Quorsum istam, &c. lucubratis viam] Glossæ: 'Εἰς ποῖον μέρος, quorsum.' 'Lucubrare viam' est quod lib. I. 'antelucio ire' vocat: sic infra IX. 'farinam lucubrare.' *Idem.*

Nec noctis int. manes Larvasque] Lucian. οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας; Valer. Flacc. lib. II. p. 40. (vs. 38.) 'Auxerat hora metus,' &c. Ovid. lib. I. Amorum Eleg. 16. 'At quondam noctem simulachraque vana timebam. Mirabar tenebris si quis amicus erit.' *Elmenhorst.* *Nec noctis intempestæ Manes larvasque formidatis*] Apud Afranium: 'Quis tu es ventoso in loco Soleatus, intempesta nocte sub dio?' &c. 'Noctem intempestam' non necesse est præcise accipere. Festus: 'Intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horæ intelligi possunt:' et Servius ad Æneid. XII. docet *intempestum* non tantum peculiarem noctis partem significare, sed et perpetuum noctis epitheton esse. *Pric.*

Intervisere properas] Lege cum Flor. et Fulv. libro: *p. t. furtim visere p.* Elmenh. Haud inepte sane. Luc. lib. IV. 707. 'rapit agmina furtim.' Et ceteri. 'Noctu præsertim.' Vide Serv. ad Virg. Æn. II. 18. 'Includunt furtim lateri.' At vulgarem lectionem defendit Pric. ex h. l. pag. 115. 'An potius maritum intervisere venisti.' Adde notata ad lib. I. in f. 'Quod intervisimus te.' Atque ita Plaut. Cic. et alii. Utrumque *furtim intervisere* admisere Elm. Scriv. et Florid. Nec refragor. *Oud.* *An tu probissima puella parentes tuos intervisere properas*] Amaro risu prolata: talia supra illa: 'Tandem dignata es socerum tuam salutare? an potius maritum, &c. intervisere venisti?' 'Probissima puella' moralissime dictum. Terent. III. 5. Andr. 'Ehodum bone vir:' ubi Donatus: 'Εἰρωνικῶς, cum omne genus contumeliæ leve in eum dicimus' (lege *ducimus*) 'in quem ferimur iracundia.' Malunt docti heic (ex duobus Mss.) *p. tuos furtim visere p.* et *furtim* quidem 'furto noctis' ex Tacito interpretari poterant: at nil mutandum apparet, cum ex Onomastici illis, 'Interviso, διασκέπτομαι;' tum præcipue ex collatione locorum parilem amaritudinem exprimentium, vocisque utroque loco unius et ejusdem adhibitione. *Pric.*

Præsidium præbebimus] Verbum illud *præstare* sæpe abiit in *præbere.* Vide notas ad Front. lib. I. cap. 5. § 23. estque etiam in Oxon. et Guelf. et Inc. Sed offendit *præstabimus, monstrabimus.* Quare ad aliorum Mss. ductum, et D'Orvill. scripturam *peribemus,* cum Ed. Scriv. multum malo, *perhibebimus.* Quod compositum in hac significatione est frequens. Cato apud Gell. lib. III. c. 7. 'operam reip. perhibuit.' Vide et lib. V. 13. XII. 5. Sed et sæpe in *præbere* corruptum. Adi Burm. ad Quinctil. lib. I. c. 1. p. 17. Gron. ad Plin. lib. XXXV. c. 10. 'honorem ei perhibuit:' uti exstat quoque in Leid. veterrimo; idque repone ex eodem, et alio Leid. lib. X. c. 21. 'Aliti tantum honoris perhibeat.' Vulgo *præbeat.* Sed vide Harduini Indicem. Noster inprimis illud amavit, ut paullo ante: 'Quas tibi gratias perhibebo,' &c. lib. II. p. 36. 'Testimonium perhibetote.' Lib. III. pag. 47. 'solatium perhibuit:' ubi vide. Eadem enim ibi confusio. Lib. VII. 150. 'Testimonium innocentiæ perhibere.' Lib. IX. p. 179. 'operas perhibendo:' uti legendum. Vulgo *præbendo.* Nec aliter turbatur lib. IX. p. 195. 'Auxilium meo perhibere domino.' *Oud.* *Solitudini tuæ præsidium, &c.*] Lib. X. 'Desolatam,

atumque præsidio viduatam.'

bum manu secutus] *Manu* ex-
Ed. Junt. post. forsan e lib.
. 'Quod dictum dominus se-
Verum ibi non *res*, sed rur-
a sequuntur, ut lib. I. p. 19.
am jurejurando secutus.' Lib.
. 'Quod dictum risu secutus.'
tur de re, verba secuta, in
uens est ex jure desumta for-
ijicere manum,' pro quo in-
dixit pag. 54. Quare cum
m et Reg. ac D'Orv. addant
t crebro sic loquantur poëtæ
rici, cum Elmenh. Scriv. et
inserui *injecta m.* Immo Nos-
issime ita loquitur. Lib. I.
njecta manu, ut adsurgat eni-
19. 'Injecta dextra me tra-
oritur.' Lib. II. p. 41. 'In-
anu nasum prehendo.' Lib.
9. 'Injecta manu me reniten-
raxit:' pag. 51. 'manu firmi-
cta me producit.' Adde lib.
issime, ut p. 198. 'Injecta
lementer manu deducit eum:'
p. 205. plane ut hic. 'Et in-
atim manu loro, quo me duce-
ptum, incipit trahere:' atque
Et sic Horat. lib. I. O. 17.
nificat 'verberare,' aliudve,
prehendere: 'male dispari
entes injiciat manus.' Pro
in Pal. Guelf. utroque est
ræced. repetitum. *Oud. Pren-*
retrorsum me circumtorquet]
, Jacob. 3. 3. ubi dicta vide.

ictibus temperat] In Edd.
ec. Elmenh. Scriver. Flor. le-
vis ictibus: quam lectionem
mnarem, si Mss. idoneis, ut
quo varietatis nihil ad Vulc.
avit Lindenbr. confirmaretur.
enim notata ad lib. I. p. 5.
sæviente.' Nunc revocavi
d Mss. et ceteræ Edd. *obfe-*
suetis, sive ejusmodi ictibus,
me latrones soliti erant ver-
berare: ut passim *suetus cum* compo-
sitis passive utitur Auctor. Vide me
ad Suet. Aug. c. 28. 'a suetis et a
peritis.' item inf. lib. IX. p. 200. item
Sil. lib. III. 544. XIV. 588. 'Namque
manus servat suetos dum languida
ductus.' *Oud.* *Nec baculi nodosi quem*
gerebat suetis ictibus temperat] In Cod.
Theodos. de cursu publ. 'Plerique
nodosis et validissimis fustibus inter
ipsa currendi primordia animalia
publica cogunt quicquid habent vi-
rium absumere:' supra lib. I. 'Dei
medici baculo, quem ramulis semiam-
putatis nodosum gerit.' Glossarium:
'Nodus, &c. ῥάβδου κονδύλωμα.' *Pric.*

PAG. 120 *Titubas ac vacillas*] Lib.
V. 'Titubante, ac sæpius vacillante
vestigio.' Glossarium: 'Σκάζω, ti-
tubo, vacillo.' *Idem.*

Et putres isti tui pedes fugere possunt,
ambulare nesciunt] Lib. VII. 'An
ipsum quidem sæpius incursare cal-
cibus potuisti, moriturum vero ala-
critate simili defendere nequivisti?'
In Bacchid. Plaut. 'Comesse panem
tres pedes latum potes? Fores pul-
tare nescis?' In Ejusdem Milite:
'Si quid faciendum est mulieri male
atque maliciose, Ea sibi immortali
memoria est meminisse, et sempiter-
na: Sin bene quid aut fideliter fa-
ciendum est, eo deveniunt, Obliviosæ
extemplo uti fiant, meminisse neque-
unt.' Salvianus lib. VI. 'Infirmi ad
ambulandum, robusti ad bibendum:
ad gressum nutabundi, ad saltandum
expediti.' *Idem.* *Isti tui pedes fugere*
possunt] Ammianus lib. XVI. 'Ad
solam fugam strenui.' *Idem.*

Pegasi vincebas celeritatem] Lucia-
nus p. 248. Ἵππου ὠκύτερος καὶ πτηνός.
Nonnus lib. XXVIII. Seneca Troade
vs. 384. *Elmenh.* *At paulo ante vince-*
bas pinnatam Pegasi celeritatem] In
Plautina Trinummo: 'Ubi usus nihil
erat dicto, Spondeo, Dicebat: nunc
hic cum opus est, non quit dicere.'
Gloss. 'Μικροῦ πρότερον, paulo ante.'
Pric.

Sic mecum fustem quatiens ben. jocatur] Fuit cum legerem, *sic me confustat totiens*. Confustat, ut 'Defustat, ξυλοκοπεῖ,' in Glossis. Sed jam vulgatam non repudio. *Elmenh.* Bene, quod ineptam conjecturam deseruerit Elmenh. Quis enim non videt jungenda sensu 'mecum jocatur?' pro quo vitiose in Ed. Vicent. et M. Bas. pr. *vocatur:* ut monuit Boroald. 'Quatere fustem' dicitur pro concutere et vibrare eum crebro verberando, ut passim 'quatere hastam,' 'tela,' 'faces,' 'flammam,' 'fulmen,' apud Poëtas. Virg. in Cul. vs. 218. 'Et flammas et sæva quatit mihi verbera pœnæ.' *Oud.* *Fustem quatiens*] Simul, ut vidimus, ejus de tarditate stomachans. Plautus Aulul. 'Si hodie hercle fustem accepero aut stimulum in manum, Testudineum istum ego tibi grandibo gradum.' *Pric.* *Vocatur*] Corrige, *jocatur*, nam per ironiam dicit, comitem illum talia secum jocatum esse. Lucianus ait, se adeo post hæc verba fustuario supplicio affectum esse, ut ulcerosus fieret. *Beroald.*

Domus eorum extremam loricam, &c.] Simile τὸ τῆς πόλεως κράσπεδον apud Themistium: de 'domus lorica' fuse hic Beroaldus. *Pric.*

Proceræ cupressus] Lib. v. 'Involavit proximam cupressum, deque ejus alto cacumine,' &c. *Idem.*

Cum suo sibi funiculo devinctam dedere præcipitem] Lib. vii. 'Ipsos partim constrictos uti fuerant, provolutosque in proximas rupinas, præcipites dedere.' Et nota, non sepultam hanc anum, sed præcipitem datam. Servius ad Æn. xii. 'Cautum fuerat in Pontificalibus libris ut, qui laqueo vitam finisset, insepultus abjiceretur.' Fabulam Græcanicam quidem narrat Appuleius noster, ita tamen ut Romanos mores ubique alludat. *Idem.*

Puellaque statim distenta vinculis] In Pal. est, *Et puella gestat st.* Oxon. Fux. Guelf. ambo, *Et puella quidem st.* D'Orvill. *p. quidem st.* Dein *destinata* e Colvii conjectura recepere Vulcan. Ed. sec. Elmenh. Scriv. Flor. sive colligata et vincta. Vide ad lib. i. p. 9. 'membris destinatis.' Ac varietatis nihil adnotatum est e Florent. Alioquin Mss. et Edd. priores cum Wower. et Pric. servant *distenta*, quod non ausim hoc loco damnare pro, seorsum abducta, et a cœtu separata, retentaque in vinculis. Vide ad p. 117. 'Distentis amatoribus.' Alterum tamen præfero. In Ms. Inc. *districta*. Fux. *distincta*. Oud.

Postrema diligentia] 'Postumam diligentiam' vel simpliciter vocat 'postremam,' vi primitiva vocis, vel quæ in adparanda cœna post mortem ejus usu venit. Talis fere est 'postuma spes' lib. iv. p. 106. Ed. Floridi, qui cum nonnullis ibi, ut hic Elmenh. male dedit *posthuma*. Est enim superlativum a *post*, ut 'extumus,' 'intumus,' &c. Vide Canter. lib. ii. N. Lect. c. 10. Periz. ad Sanct. Min. lib. i. c. 2. et quos laudat Duker. ad Flor. lib. i. c. 11. In nulla Ed. vidi *cœnas quas*, sed *cœnas quam*, e typographi vitio Vulcan. sec. *Idem.* *Cœnam, quam postrema diligentia præparaverat, &c.*] Ita 'sollicitæ cautionis diligentia præparare' lib. ii. apud Arnobium. Palat. et Oxon. Codd. *postuma diligentia:* quod nemo doctior et sagacior non vulgato prætulerit. *Pric.*

Ferinis invadunt animis] Seneca Epist. 104. 'In pascuum emissus, cibum meum invasi:' en quam emphatice, imo Latine ubique Appuleius noster! *Idem.*

Ferocitate] Quid si legas *voracitate:* ut significet, animis ferinis et voracitate inexplebili latrones cœnam invasisse? Lucianus simpliciter ait εἶτα ἐδείπνουν, καὶ πότος ἦν μακρός: id est, 'Postea cœnitarunt, et poti erat liberalis.' *Beroald.*

Secum considerare] I. e. inter se deliberare, alius alium consultare. Quod videndum, an ita alibi occurrat. Nam 'considerare secum' et 'cum animo suo,' apud Terent. Cic. &c. aliud quid significat, sive secum tacite perpendere. In D'Orvill. est *consultare;* quod si a pluribus Codd. confirmaretur, non displiceret. *Oud.* *Incipiunt de pœna nostra, &c. secum considerare*] In Senecæ Apocol. 'De genere pœnæ diu disputatum est, quid illum pati oporteret.' *Pric.*

Utpote in cœtu turbulento variæ sententiæ fuere] Ἄλλοι ἄλλο τι ἔκραζον, ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη. *Idem.*

Ut primus vivam censeret cremari puellam] Theophylactus ad I. Cor. 13. Χαλεπώτερον πάντων τὸ ζῶντά τινα κατακαῦσαι. infra lib. IX. 'Addebat, et tales oportere vivas exuri fœminas.' *Idem.*

Tormentis excarnif.] Tertullian. Apolog. 'Civilis, non tyrannica dominatio vestra est. Apud tyrannos enim etiam pro pœnis tormenta adhibentur: apud vos soli quæstioni temperantur.' *Colv.*

Certe calculo, &c.] Lib. X. 'Cum jam sententiæ pares cunctorum stilis ad unum sermonem congruentibus ex more perpetuo in urnam æream deberent conjici, quo semel conditis calculis jam cum rei fortuna transacto nihil postea commutari licebat.' Lib. VII. 'Calculis omnium ducatum latrones unanimes ei deferunt.' Lucian. in Amoribus pag. 176. Ovid. lib. XV. Metam. p. 589. *Elmenh.* Temere vocem *certe* uncinulis inclusere Elmenh. et Scriv. Est enim mere Appuleiana in conclusione. Quasi dicas, 'quidquid sit, hoc certe verum est, in summa:' sicut hinc e glossa τὰ *in summa* inrepserunt in Ms. D'Orvill. quia sunt usui calculi in rationum summa conficienda. Vide supra ad pag. 110. lib. VII. 159. 'Certe hoc mihi concedas, necesse est.' *Oud.*

Tunc unus, omnium sedato tumultu, &c.] Simile Act. 19. 35. vide. *Pric.*

Placido sermone sic orsus est] Virgil. 'Maximus Ilioneus placido sic pectore fatur.' *Idem.*

Ultra modum delictique sævire terminum] Lex enim pœnam commensurat delicto, ut Marcianus ait, Digest. de pœnis Leg. XI. Ammian. Marcell. lib. XXVIII. 'Delictis supplicia non sint grandiora.' *Elmenh.* *Ac ne meæ quidem modestiæ congruit, pati vos ultra modum, delictique sævire terminum*] Horatius: 'Adsit Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas. Nec scutica dignum horribili sectere flagello.' Juvenalis: 'Flagrantior æquo Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.' non 'ultra modum sævire' inquit. Cicero Offic. I. 'Est enim ulciscendi et puniendi modus:' hinc 'Judices immodice sævientes' in lib. II. Cod. de custod. reorum. Isidorus Pelusiota: Ἀντιμετρεῖν χρὴ τοῖς πλημμελήμασι τὰς τιμωρίας, οὐκ ὑπερβαίνειν. Julianus: Οὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα ἐπιτήδειοί τινές εἰσι πάσχειν κακῶς, καὶ κολάζεσθαι, τούτους ἐκ παντὸς ἀπολέσθαι χρεών. Leo Imper. Constit. 61. Τῆς κρίσεως ἀπαντώσης κατὰ λόγον τοῦ ἁμαρτήματος τοῖς ἐξημαρτηκόσι, δίκης ὡς ἀληθῶς ἐστι ψῆφος, καὶ δίκαιον τὸ τούτοις ἐπιτιθέμενον τίμημα· βαρυτέρας δὲ κολάσεως ἢ ἐφ' ὅσον ἔδει τὸ πταῖσμα κολασθῆναι προϊούσης, οὐκέτι δίκης ἔργον, ἀδικίας δὲ εἴη τὸ γιγνόμενον. *Pric.*

Arcessere] Seneca de Ira lib. II. c. 24. 'Pœna dilata potest exigi, sed exacta revocari non potest.' Cassiodorus Var. lib. VII. in Form. 1. Comiti Provin. 'Cunctatior esse debet, qui judicat de salute. Alia sententia potest corrigi. De vita transactum non patitur immutari.' *Elmenh.* *Ac ne mortis quidem maturatæ festinas tenebras accersere*] Sed diutinam pœnam aliquam cita morte graviorem. Claudianus de Ruffino: 'Cruciatus, vincla, tenebras, Dilato mucrone parat.' Ruffinus, versione Eusebianæ Historiæ, de Origene: 'Ut mille

mortibus vexatus sit, nec tamen una ei quam exoptabat accideret: persecutore summo studio id gerente, ut nec interitus præstaretur, nec pœna cessaret.' Philo de carnificibus Alexandrinos Judæos lacerantibus: Οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τὰ κυριώτατα μέρη τὰς πληγὰς φέροντες, ἵνα μὴ θᾶττον τελευτήσαντες, καὶ τὴν τῶν ὀδυνηρῶν ἀντίληψιν ἀποθῶνται. Et nota hic 'mortis tenebras.' Virgilius: 'Malum virus serpentibus addidit atris.' Servius: 'Noxiis: ad tenebras et mortem' (id est, ad mortis tenebras) 'mittentibus.' 'Mortis tenebras' dixit et Orig. lib. x. Isidorus. Hesychius: Σκότος, ὄλεθρος, θάνατος. Σκότος ὄσσε κάλυψε. θάνατος κατέσχεν. *Pric.*

Meis itaque consiliis auscultantes, &c.] Lib. VIII. in fine: 'Expergite, mi ausculta:' ubi dicta vide. *Idem.*

Vitam puellæ, sed quam meretur largimini] Nudam nempe per mediam asini alvum insuite: 'Ingrata miseræ vita ducenda est in hoc, Novis ut usque suppetat doloribus.' *Idem.*

Semper pigro quidem, sed manducone summo] Γαστὴρ ἀργὸς ergo, ut apud Paulum Epimenides locutus. *Idem.*

Virginalis fugæ sequestro] Sic IX. 'Anus stupri sequestra.' Interpres vetus Deuter. 5. 5. 'Ego sequester et medius fui.' Guntherus VI. 'Latores apicum, mandatorumque sequestri:' de Deo Tertullianus: 'Idoneus patientiæ sequester:' his adde a Beroaldo notata. *Idem.*

PAG. 131 *Totisque vacuefacto præcordiis*] Τὰ μὲν ἔγκατα πάντα ἔξω βάλωμεν Lucianus pag. 248. *Elmenh.*

Sola facie prominente] Refert Valerius Maxim. lib. IX. c. 11. in fine, 'Barbaros mactatarum pecudum intestinis visceribus egestis homines inserere, ita ut capitibus tantummodo emineant, atque ut diutius pœnæ sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare, donec intus putrefacti laniatui sint animalibus, quæ tabidis corporibus innasci solent.' *Brant.* *Per mediam alvum nudam virginem, &c. insuere, ut sola facie prominente, &c.*] Capitolinus de Macrino: 'Cum quidam milites ancillæ hospitis pudorem depravare suspecti essent, et per quendam frumentarium ille didicisset, adduci eos jussit, interrogavitque utrum esset factum: quod cum constitisset, duos boves miræ magnitudinis vivos subito aperiri jussit, atque his singulos milites inseri, capitibus, ut secum colloqui possent, exstantibus.' *Pric.*

Insititium et fartilem as.] Verum *insititius* est is, qui inseritur; [vid. VV. LL.] non is, cui alius inseritur. Quare licet Mss. et Edd. Vett. ante Vulcan. Ed. sec. dent *insiticium* vel *insititium*, præferenda videtur lectio *insutitium*, ut adscripsit vir d. ad oram Ed. Vic. Nam et sic Mss. Melæ lib. III. c. 7. 'Liberum femori Jovis insitum,' pro *insutum*, ex Ovid. l. III. Met. 313. 'Insuitur femori.' Scriv. enim *insuticum* nihil est, et *insitium* Beroaldi est ex typothetarum errore, ut patet e notis. Pith. *insitivum*, Guelf. pr. *insurcium*. Non repudio N. Heinsii conjecturam, *isicium* vel *insicium* vel *insiciatum*: ut posteriori *fartilem* priorem vocem explicuerit, ut fit millies, et sæpe a Nostro. Vide ad l. v. p. 98. 'scrupulose curioseque.' De isiciis adi ad l. II. p. 25. et Heins. ad Ovidii F. L. II. 578. 'Obsutum caput.' Dein *fortilem* D'Orvill. *fertilem* marg. Basil. pr. Ed. *Oud.* *Super aliquod saxum scruposum, &c. exponere*] Lib. IV. 'Montis in excelsi scopulo desiste puellam.' *Pric.* *Insutitium, &c.*] Ita Scaliger correxit: at Oxon. et alius Ms. *insiticium* legunt. *Idem.* *Insititium et fartilem*] Observa miram scriptoris in verbis elegantiam: nihil potuit inveniri significantius, quam asinum *insititium* dicere, *et fartilem*, in quo puella inserta sit et inclusa: de 'insititio' sat notum. *Beroald.*

Et Solis ardentis vaporibus tradere]

Hieronymus in vita Pauli: 'Perseverantem in fide Martyrem, &c. jussit melle perungi, et sub ardentissimo Sole, &c. resupinari.' Gellius VI. 4. de Carthaginiensibus: 'Uti erat Sol visus ardentissimus, repente' (e tenebris Regulum) 'educebant, et adversus Solis ictus oppositum continebant.' *Pric.*

Cum vermibus membra laniabuntur] Valer. Maximus IX. 2. 'Atque ut diutinus pœnæ sufficiant, cibo et potione infelicem spiritum prorogare, donec intus putrefacti laniatus sint animalibus, quæ tabidis corporibus innasci solent:' ubi nova et mira voce Pontanus *saniatui* substituit: ex isto autem Appuleii loco mutandum nil apertissimum est. *Idem.*

Cum canes et vultures intima protrahent viscera] Catullus: 'Lingua exsecta avido sit data vulturio: Effossos oculos voret atro gutture corvus, Intestina canes, cætera membra lupi.' Confer quæ olim dicta pag. 184. ad Apologiam. *Idem.*

Fame tabescet] 'Ignavissimo scilicet mortis genere.' Ammianus. *Elmenh.* *Inediæ diutinæ lethali fame tabescet*] Plinius II. 63. 'Ne, &c. diræ famis mors, &c. lenta nos tabe consumeret.' Quintilianus XII. Declam. de *Fame* loquens: 'Animi tormentum, corporis tabes,' &c. *Pric.*

Mortem sibi fabricare] Est Græcum. sic θάνατον τεύχειν Homerus: et supra hic lib. III. 'risum fabricare.' *Idem.*

Talibus dictis, non pedibus sed totis animis latrones in ejus vadunt sententiam] Infra l. VII. 'Talibus dictis universi omnes adsensere.' 'Orantem sequitur clamor, cunctique cruentas Porrexere manus, inventaque tristia laudant.' *Idem.* *Non pedibus, sed totis animus, &c.*] Lib. VII. 'Et, quod aiunt, pedibus in sententiam meam vado.' Apud Quintil. Declam. XII. 'Pedibus, manibus ivimus in sententiam necessitatis.' *Idem.*

Quam m. t. magnis auribus acc.] Festus: 'Auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum. Alias ab audiendi facultate.' *Elmenh.* *Quod meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud quam meum crastinum deflebam cadaver*] Infra lib. VIII. 'Hæc audiens, jam meas futuras novas cogitabam ærumnas.' *Pric.*

METAMORPH. LIB. VII.

Quod Lucianus uno tantum Volumine complexus est, id Appuleius membratim digessit: pluribusque voluminibus latissime evagatus explicavit: ne interpres alieni operis, sed conditor novæ historiæ videretur; et ut rerum varietate, quæ gratissima esse solet, lectores mulceret, caperet, oblectaret citra fastidium. Nunc itaque ut exequatur ordinem destinatum, summatim argumentum proponatur hujusce septimi voluminis. Sub diluculum matutinum unus latronum reliquis collegis renunciavit, quemadmodum illa quæ contigerant in domo Milonis Hypatini latrocinia et facinora infanda, imputabantur Lucio Appuleio; et quod nullus latronum super tanto scelere insimulabatur, sed solus Appuleius omnis facinoris auctor fuisse credebatur, quoniam nusquam comparebat: quæ audiens Appuleius in asinum transformatus, secum querebatur et me-

dullitus ingemebat, quod pro insonte sons, pro innocente nocentissimus haberetur, nec causam suam agere posset. Inseruntur narratiunculæ festivæ: agasonis improbitas, et fœmineæ fraudes graphice describuntur. *Beroald.*

PAG. 132 *Ut primum*] In Fux. non est distinctio. Pith. *explicit lib.* VII. *Metam. Incipit lib.* VIII. D'Orv. Ms. *at pr.* Ceterum prima hæc sex verba Achilles Stat. ad Catulli c. 62. vs. 40. 'album æthera,' citat quasi ex sexto Ann. Ennii, exhibens, *inalbabat dies;* uti etiam edidere Columna et Hessel. Sed 'inalbare' est activum. Vide ad l. X. p. 225. 'Cerei tenebras inalbabant.' *Oud. Ut primum tenebris abjectis dies inalbebat*] Initio II. 'Ut primum nocte discussa Sol novus diem fecit.' 'Abjectis,' tanquam onerosum amiculum a nocte luci circumjectum: hinc μελάμπεπλος et κυανόπεπλος νὺξ toties apud Græcos. 'Inalbebat,' ut apud C. Mattium: 'Albicassit Phœbus, et recentatur.' *Pric.*

Collustrabat] Πανόπτης enim Sol est. Unde Valer. Flaccus l. V. vs. 274. eum vocat 'omnituentem:' et Ovid. l. IV. Fab. 4. (vs. 228.) 'Mundi oculum.' Homerus Il. Γ. Ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς. Videndus Orpheus in Hymnis pag. 503. *Elmenh. Candidum Solis curriculum cuncta collustrabat*] Supra lib. I. 'Et jam jubaris exortu cuncta collustrantur:' ubi dicta vide. *Pric.*

Quidam, &c. pervenit] Vulc. marg. adlevit *supervenit,* et sic ediderunt Wow. Pric. et Florid. ut l. XI. p. 253. 'Superveniunt de patria, quos ibi reliqueram famulos:' ubi in Oxon. *veniunt:* Stewech. ad p. 334. conjecit *revenit.* At Mss. O. cum Edd. ceteris *perv.* retinent. *Oud.*

Sic enim mutuæ salutationis officium indicabat] Phædrus lib. I. Fab. 29. 'Ille indignans repudiat officium.' Optatus Afer l. IV. p. 122. 'Ut auferat etiam illud, quod inter omnes solet esse commune, salutationis videlicet officium.' Confer Lucianum. *Elmenh.* Abest *enim* a Palat. Male Soping. adscripsit libri sui oræ, *matutinæ.* Vide Pric. et l. IV. init. 'Primus aditus et oscula mutua.' L. V. p. 105. 'alternis amplexibus mutuæ salutationis expletis.' Apud Isid. quoque in Glossis, 'officia salutationis,' in v. 'Munia.' Sic enim legendum cum viris doctis, non *salvationis.* Dein *indicabat* omiserat prima manus librarii Oxon. *Oud. Quidam de numero latronum pervenit: sic enim mutuæ salutationis officium indicabat*] Simillimus hic locus initio quarti: 'Apud notos et familiares latronibus senes divertimus: sic enim primus aditus, et sermo prolixus, et oscula mutua,' (quæ hic *officium mutuæ salutationis* vocat,) 'quamvis asino, sentire præstabant.' 'Officium salutationis' (ut multa) a Suetonio accepit. 'Mutuæ' autem 'salutationis officium' heic, ut V. 'Alternis amplexibus mutuæ salutationis expletis:' et apud Gellium II. 2. 'Assurrexit placide Taurus, et post mutuam salutationem resedit.' *Pric.*

Ex anhelitu rec. spiritu] Plaut. Asin. Scena, 'ubi ego,' &c. 'Placide ergo unumquodque derogita, ut acquiescam: non vides Me ex cursura anhelitum etiam ducere?' Ovid. X. Metam. vs. 643. 'Aridus a lasso veniebat anhelitus ore.' Nonnus l. XXX. Dionys. vs. 64. Ἀλλὰ διὰ στομάτων βεβιημένον ἆσθμα τιταίνων. *Elmenh. Ex anhelitu recepto spiritu*] Terentius III. 2. Adelph. 'Animum recipe:' ubi Eugraphius: 'Spiritum resume:' et Donatus: 'Quia præ anhelitu verba continuare non possit.' Cicero I. de Officiis: 'Cum nimias suscipimus celeritates, anhelitus moventur.' Arnobius lib. I. 'Anhelum pectus spiritum ex ore jaciat.' Achilles Tatius lib. V. Εἰστρέχει τις τῶν θεραπόντων ἀσθμαίνων. Apollonius Rhodius:

Ἔτ' ἄσπετον ἐκ καμάτοιο Ἆσθμ' ἀναφυσιόων. Scholiastes ad Ejusdem 2. Ἄσθματι· τῷ ἐν τῷ δρόμῳ γενομένῳ φυσήματι. Heliodorus VIII. Ἐφίσταταί τις ἱππεὺς ὑπὸ συντόνου τῆς ἐλασίας ὡς ἐδόκει πνευστιῶν. Hesychius: Ἐπασθμαίνων· πνευστιῶν. 'Spiritum recipere' præter Nostrum et Terentium, dixit et Plautus Menæchmo. Servius ad Georg. I. 'Cum captos pisces super herbam exposuisset in litore, et illi recepto spiritu rursus mare petissent,' &c. Petronius: 'Apertis scilicet aliquatenus labris, quibus et spiritum recipere possitis, et cibum.' *Pric.*

Talem collegio suo nuncium fecit] In D'Orvill. Pith. Fux. Guelf. sec. est *tale*. An neutro genere *nuncium* substantive dicatur, disputant eruditi. Iis accedo, qui genus istud sine adjuncto substantivo non admittunt. Eadem confusio in pluribus l. VIII. p. 156. 'Quæ quidem percepit talem nuncium, qualem non audiet alium.' Vide Calph. ad Terent. Heaut. III. 1. 18. Drak. ad Liv. l. IV. c. 41. Broukh. ad Tib. lib. III. El. 4. 5. et Fabri Thes. *Fecit* potest explicari per *tulit*; ut vidimus ad l. VI. p. 128. 'opem facite.' Sed notabilis est hujus verbi omissio in membranis D'Orv. Nam videtur esse peculiaris idiotismus in voce 'nuncius;' ut verbum non adponatur, subintelligendum facillime e sensu. Confer Wopk. in Misc. Observ. vol. VIII. p. 76. Cort. ad Plinii l. V. Ep. 20. 'Donec de avunculo nuncius:' Tennul. et me ad Front. l. I. l. 10. 'Contendit falsum ad eos rumorem.' Vulgo addebatur *perlatum*. Hinc forsan corrigi posset Liv. l. XLV. c. 1. 'Consuli tabellarius, qui se ex Macedonia venire diceret, laureatas litteras dicitur:' ubi *reddidisse* addunt alii, alii *reddidit* emendant. Quid si tollas *dicitur*, ortum ex præc. *diceret*; et subintelligas *tulit*. Pariter in Martiano Capella l. II. p. 37. 'Et ecce subito Deorum pronuba nunciatur.' Sic enim recte in vetustissimo Leid. Scriv. a m. pr. Vulgo *advenire* interserunt. Sæpius vero *venit* subintellectum est. Vide Burm. ad Lucan. l. X. 385. et Virg. Æn. X. 244. quo loco malim tamen Servio accedere. *Oud.*

Immixtus ego turbulis popularium] Lib. IV. 'Populi, &c. turbulis immisceor.' Oxon. et Fuxens. *turbellis*. Pric.

Auctor manifestus facinoris postul.] Nimium auctoritatem Fulv. Cod. ejusque possessoris judicio tribuerunt viri eruditi, et inprimis Elmenh. Scriv. Florid. qui τὸ *manifesti* in textum admiserunt; quia sæpe, 'manifestum scelus,' 'furtum,' &c. occurrunt. Non agebatur hic, an crimen esset manifestum, nec ne. Hoc ipsa res et Milonis expilata domus probabat, sed disquirebatur de auctore. Is tandem argumentis, ut putabant, sufficientibus habebatur *manifestus* Lucius; ut elegantissime servant reliqui Mssti. Homo enim dicitur 'manifestus criminis,' de quo nemo dubitat, quin commissum sit; cujus crimen clarum est, licet ipse aufugerit, vel nondum confessus sit. Vide Wass. Ind. Sallust. et Cort. ad B. Catil. c. 52. 'De confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, supplicium sumendum.' Ovid. lib. III. Art. Am. 801. 'Tantum quum finges, ne sis manifesta, caveto.' *Auctor* deletum est in Guelf. sec. *Oud.*

Commendatitiis literis] Ἐπιστολαῖς συστατικαῖς 2 Cor. III. 2. Gloss. 'Commendatitiæ literæ, συστατικά.' *Pric.*

Virum commentitus bonum, &c.] Sirachides XI. 31. 'Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ dolosi.' Ὑποκρινόμενος ἑαυτὸν δίκαιον, ut Luc. XX. 20. Virgilius 'bonum simulare' dixit, et Lucilius: 'Blanditia certare, bonum simulare virum se, Insidias facere.' Cicero: 'Totius injustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui cum

maxime fallunt, id tamen agunt, ut viri boni esse videantur.' Minucius Octavio: 'Creduli circumveniuntur ab his quos bonos putaverunt.' In Mimo veteri: 'Malus bonum cum simulat, tunc est pessimus.' *Idem.*

PAG. 133 *Inter familiares intimos haberetur*] Lib. II. 'Inter cæteros familiares, &c. dehinc (te) numerabimus.' *Idem.*

Plusculisque ibidem diebus demoratus] Scribe *P. ibi d. d.* Infra lib. IX. 'Pauculis ibi diebus commorati,' &c. *Idem.*

Animum irrepens] Temere Colv. conjecturam contra Mss. O. in textum receperunt Vulcan. Ed. sec. Elmenh. Scriv. ac Florid. probavitque Drakenb. ad Sil. Ital. l. VIII. 104. Nam, licet sæpissime metaphora in amore deducatur a nodis, vinculis, catenis, et retibus; unde et l. II. p. 23. 'Spiritum amoris profundi pedicis alligat:' non minus recte se habet *inrepere*, sive clanculum se ejus animo insinuare. Sic apud Tibull. l. IV. 3. 21. 'Et quæcumque meo furtim subrepet amori.' Auctor vero suo more non addidit nomini præpositionem verbo adnexam; ut 'inrepit cubiculum' l. III. p. 58. VIII. p. 160. l. IV. p. 74. 'inrepsit caveam.' l. IX. 'inrepsit hospitium.' Sed *etiam* non displicet. *Oud.* *Falsis amoribus ancillæ Milonis animum irrepens*] Lib. XI. de hac eadem ancilla: 'Cum me Fotis malis incapistrasset erroribus.' *Pric.*

Procul ac procul, &c.] Suidas: Πορρωτέρω, καὶ πορρωτάτω· ἐπὶ συγκρίσεως καὶ ὑπερθέσεως, ἀντὶ τοῦ, πάνυ μακράν· καὶ ἁπλῶς, ἀντὶ τοῦ, πάνυ. Glossarium Isidori dictum: 'Procul, procul; longe longius.' Illa, *ac procul*, male omissa sunt in Cod. Oxoniensi. *Idem.*

Equum namque illum suum candidum vectorem futurum duxisse secum] Supra lib. VI. 'Quis enim viantium vectorem suum non libenter auferat secum?' *Idem.*

Indicere] Corrige *indicem*: ut dicat, servum Appuleii fuisse conjectum in carcerem, tanquam indicem demonstratoremque futurum scelerum ab hero Appuleio perpetratorum. *Ber.*

Ad ultimam mortem] Sive dirissimam, atque ultima miserrimæ mortis, ut l. VIII. p. 175. 'ad extremam confecerant mortem.' Mel. lib. III. c. 2. 'ab ultimis cædibus temperant.' L. X. p. 228. 'ultime verberare' ait. Sed et 'ultima,' 'suprema mors' passim occurrit de ultimo vitæ fine, quod sæpe perperam in *sors*, *nox*, *&c.* mutant eruditi, et in his Markland. Sed vide Bentlei. ad Horat. lib. II. Ep. II. 171. 'Nunc morte suprema:' ut est quoque in Mss. Leidd. Franek. D'Orvill. Vlaming. Drak. ad Sil. V. 416. 'Jam morte suprema.' Virg. Æn. II. 447. 'Extrema jam in morte parant.' Sat. l. III. Theb. 70. 'Extremam nihil exhorrentia mortem.' Prud. c. 4. περὶ στεφαν. 188. 'Obitum supremum persecutoris gladius negarit:' atque ita lego in Catal. Burm. t. I. p. 360. 'Suprema Erravit jam morte dolor:' ubi vide. Minuc. Fel. c. 36. 'usque ad extremam mortem voluntatem hominis sciscitatur.' Justin. l. VII. c. 2. 'Mortis postrema:' ubi prave Freinshem. conjecit *morientis*. Boëth. 'mortis finem' dixit l. I. Cons. Phil. pr. 4. in f. Adi etiam ad Lucan. l. VI. 723. ubi legendum puto: 'Ah miserum, extremæ cui mortis munus inique Eripitur, non posse mori!' Vulgo inepte, *miser*, *extremum*. Oud. *Tormentis vexatum pluribus, &c. nihil quidquam rerum talium esse confessum*] Lib. X. 'Nec rota, vel eculeus tormentis ejus apparata jam deerant: sed obfirmatus mira præsumptione, nullis verberibus, ac ne ipsi quidem succubuit igni.' *Pric.* *Pene ad ultimam mortem excarnificatus*] Sisenna in fragmentis: 'Vitam cum dolore et insigni cruciatu excarnificatus amisit.' *Idem.*

Missos p. p. L. illius multos numero] *Multos numero viros* edidit Scriv. Bene; quamquam verior videtur scriptura Oxon. Fux. Guelferb. pr. et D'Orv. *in patriam Lucii viros multos numero:* ac *multos* ab intempestiva Stewech. conjectura et explicatione τοῦ *numero*, recte defendit Colv. *Numero* per pleonasmum addi, fert Idiotismus Latinæ linguæ, de quo multi multa. Vide Burm. ad Ovid. lib. III. Art. 355. me ad Hirt. B. Afric. c. 23. Cort. ad Sall. B. Jug. c. 93. 'Numero quinque.' Ovid. Epist. I. 97. 'Tres sumus imbelles numero.' De Mundo pag. 709. 'Elementum numero quintum.' *Oud.*

Qui rerum] Emendo *reum:* ut dicat, missos esse in patriam Appuleii, qui reum, hoc est, nocentem Appuleium quærerent, deposcerentque ad pœnam. *Beroald.*

Veteris fortunæ, et illius beati Lucii, &c. et infelicis asini facta comparatione medullitus ingemebam] Lib. IX. 'Veterisque Lucii fortunam recordatus, &c. submisso capite mœrebam.' Quintilianus II. Declam. 'Natura redit in extremis præteritæ voluptatis recordatio.' Tibullus: 'Cura novatur, Cum memor anteactos semper dolor admonet annos.' Euripides: Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν. Maximianus: 'Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.' Synesius in Epistolis: Συνεπιτίθηται δέ μοι τῇ πικρᾷ τῶν παρόντων αἰσθήσει μνήμη τῶν παρελθόντων ἀγαθῶν, ἐξ οἵων ἄρα ἐν οἵοις γεγόναμεν. Vide Numer. XI. 5. Augustini Confess. X. 21. Et nota 'comparationis' vocem. Seneca Troade: 'Est miser nemo nisi comparatus.' 'Medullitus ingemebam,' ut apud Ammianum lib. XIV. 'Hæc medullitus multis gementibus agebantur:' et lib. XXV. 'Illud tamen ad medullas usque bonorum pervenit,' &c. i. e. ingemebant medullitus. Infra hic lib. X. 'Medullitus dolore commotus.' Festus: 'Medullitus; ex intimis medullis.' Onomasticon vetus: 'Medullitus, ἐκ μυελῶν.' *Pric.*

Subiit itaque me, &c.] 'Subibat me illa frequens cogitatio,' ut infra isto libro loquitur. *Idem.*

Cæcam et prorsus exoculatam] Pacuvius apud authorem Rhetor. ad Herenn. 'Fortuna cæca et insana.' Coint. Smyrn. lib. VII. vs. 77. Καὶ ἀνέρι πολλάκις ἐσθλῷ Ἀμφεχύθη μέγα πῆμα, λυγρῷ δ' ἐπὶ κάππεσεν ὄλβος Οὔτι ἑκών. Galenus in exhortat. ad artes erudite, quem vide f. 1. et seq. *Elmenh.* *Non de nihilo veteris priscæque doctrinæ viros finxisse ac pronunciasse, cæcam et prorsus exoculatam esse Fortunam, quæ semper suas opes ad malos et indignos conferat*] Pacuvius apud Auctorem ad Herennium lib. IV. 'Fortunam insanam esse, et cœcam, et brutam perhibent Philosophi:' et post: 'Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.' Plinius II. 7. 'A plerisque cæca est æstimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque fautrix.' Seneca Hippolito: 'Res humanas ordine nullo Fortuna regit, spargitque manu Munera cœca, pejora fovens.' Herodianus v. Τὰ μὲν τῆς Τύχης δῶρα καὶ ἀναξίοις περιπίπτει. Palladius in Anthologia: Οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε Τύχη, μερόπων δὲ τυραννεῖ, Τοῖς ἰδίοις ἀλόγοις ῥεύμασι συρομένη. Μᾶλλον τοῖς ἀδίκοισι ῥέπει, μισεῖ δὲ δικαίους, Ὡς ἐπιδεικνυμένη τὴν ἄλογον δύναμιν. Dionys. Halicarnass. Τύχη ἄδικος, δωρουμένη τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν τοῖς ἀνεπιτηδειοτάτοις. De Pluto apud Phædrum Hercules: 'Odi (inquit) illum quia malis amicus est.' Saturni sacerdos apud Lucianum de Jove conquerens: Ἀγαθοὺς ἀφιεὶς, καὶ πονηροῖς καὶ ἀνοήτοις ἀνδράσι περιχεῖ τὸν πλοῦτον. 'Cæcam et exoculatam' hic, ut IX. 'Nudis et intectis pedibus.' Vide ad Apologetici pag. 139. adnotata. *Pric.*

Judicio] Boxh. ad Spartiani Hadrian. t. III. Hist. Aug. p. 770. repo-

nit *in judicio;* quia sic a Veteribus locum hunc laudatum reperit: et passim Appul. aliique hanc præpositionem abunde adponunt: de quo alibi. Hic non admiserim. *Oud.* *Nec unquam judicio quenquam mortalium eligat*] Οὐ λόγον, οὐ νόμον οἶδε. ut supra in Palladii verbis. Ammianus Marcellinus lib. XXV. 'His ita cæco quodam judicio Fortunæ peractis,' &c. de eadem VIII. 11. Isidorus: 'Passim in quoslibet incurrens, sine ullo meritorum examine.' Menander apud Stobæum: Οὐδὲν κατὰ λόγον γίγνεθ' ὧν ποιεῖ Τύχη. In Tabula Cebetis: Οὐδὲν ποιεῖ μετὰ λογισμοῦ, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, πάντα. ibidem: Ἀφαιρεῖται ἃ δέδωκε, καὶ ἄλλοις δίδωσιν· εἰκῇ, καὶ ἀβεβαίως. Asclepius vetus Epigrammatarius: 'Injusto arbitrio tempora dividens, Quod dignis adimit, transit ad impios: Nec discrimen habet, rectave judicat.' *Pric.*

PAG. 134 *Noxiorum ore*] Meram Colv. ut et Grosl. conjecturam in contextum receperunt Vulcan. Ed. sec. et seqq. contra Msstos; eamque multis adstruere conatur Pric. Sed *noxiorum ore* non temere sollicitandum. Ex oppositione patet, Appul. mentem esse, bonum virum a noxiis passim traduci, et contra malum sæpe bona frui fama. Non ergo de *more noxiorum*, sed *ore* agitur, et *plectere* pro verbis incessere, ut hic, invenias apud Nepot. in Attico c. 11. 'Cavit, ne qua in re jure plecteretur.' Quare si quid mutandum esset, multo rectius Casaub. Salm. Lips. aliique ad marg. Ed. Colv. conjecerunt, nulla littera mutata, *noxio rumore.* Sic *rumoribus* abiit in *moribus* in Mss. multis apud Cæs. lib. IV. B. G. c. 4. Nisi si ipsa quorumdam Codd. ut D'Orv. et Edd. vetustissimarum Rom. et Venet. *noxio ore* magis arrideret. 'Noxium os' poëtice pro ore nocentium et reorum usurparit. Ita lib. V. pag. 96. 'Noxiis animis armatæ lamiæ.' *Oud.* *Quodque cunctis est extremius, varias opiniones imo contrarias nobis attribuit, ut malus boni fama glorietur, et innocentissimus contra noxiorum more plectatur*] Frequenter id fieri patet vel ex Ciceronis hisce: 'Quæro,' (inquit,) 'si duo sunt, quorum alter optimus vir, æquissimus, summa justitia singulari fide; alter insigni scelere et audacia; et, si in eo sit errore civitas, ut bonum illum virum, sceleratum, facinorosum, nefarium putet; contra autem, qui sit improbissimus, existimetur esse summa probitate ac fide,' &c. Andronicus Rhodius X. 10. de Anaxagora: Φησὶν οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ δόξειέ τις τοῖς πολλοῖς ἄτοπος εἶναι· δυνατὸν γὰρ, ἀγαθὸν καὶ εὐδαίμονα ὄντα, πονηρὸν καὶ ἄθλιον τοῖς πολλοῖς νομισθῆναι. Seneca Hippol. 'Tristis virtus perversa tulit Præmia recti: castos sequitur Mala paupertas, vitioque potens Regnat adulter.' Simplicius in cap. 1. Epicteti: Ἀσεβοῦντες πολλάκις περὶ τὸ θεῖον, αὐτοί τε εὐσεβεῖν ἑαυτοὺς ἡγοῦνται, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων τοιοῦτοι νομίζονται· καὶ, τὸ ἐναντίον, ἄλλοι σεμνοτέρας καὶ μεγαλειοτέρας ὑπολήψεις ἔχοντες περὶ τοῦ θείου, καὶ ἀνθρωπικὰ καὶ ἀτελῆ παραιτούμενοι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ἀσεβεῖς παρά τινων ὑπολαμβάνονται. *Pric.* *Ut malus boni viri fama glorietur*] Ecclesiastes VIII. 10. 'Vidi impios sepultos, qui cum etiam adhuc viverent, in sancto loco erant: et laudabantur in civitate quasi justorum operum.' Dio Cassius cum Caium Marium artibus malis instructissimum dixisset, adjungit, Ἐκ τῆς Τύχης tamen, ᾗ παράπαν τὰ πρῶτα ἀγαθῇ ἐχρήσατο, καὶ ἀρετῆς δόξαν ἐκτήσατο. *Idem.* *Et innocentissimus contra noxiorum more plectatur*] Casaubonus heic in margine libri sui correxerat *noxio rumore p.* opponit (inquit) viri boni famam rumore noxio: ingeniosam non possumus non laudare, nec tamen sequi conjecturam: non *rumore* enim, sed suppliciis innocentes plecti, sententia est Appuleii nostri: nec ille solus hoc dixit, sed et alii. Seneca: 'Invadit, &c. validissimos phthisis, innocentis-

pœna, secretissimos tumultus.' ubi supra: 'In eo est errore , vel potius orbis ipse totus, os et justos viros tanquam maimpios, persequatur, excruciet, t, occidat,' &c. Boëthius in solat. 'Premit insontes Debileri noxia pœnà: Latet obscuadita virtus Clara tenebris, que tulit Crimen iniqui.' Phius VI. 11. de Socrate et Pala: 'Ἀδικώτατα ἔπαθον, ὄντες δικαιό- quibus adde VIII. 14. Ecclesi. Jam vero et 'nocentissimoiore tractari' Tertullianus dixit le fuga in persecut. adeo ut de lectionis veritate nulla amlubitatio supersit. *Idem.*

estiam extremæ sortis quadrupe- Sic Phæd. lib. I. Fab. 21. asivocat 'naturæ dedecus;' et i. lib. IX. Metam. adulteram ebris sexus dedecus.' Lib. IV. decrepitam 'vitæ dedecus.' h. Optime monuere Roald. et p. in suis codicibus interseri im *et*. Emphasin enim summam Belg. *en dat wel.* Confirmatur e a Pal. Oxon. Guelf. Pith. D'Orvill. et Edd. Wower. Pric. i. Vide Acta Lips. A. 1716. Wopk. in Misc. Obs. vol. VIII. ad Vellei. lib. II. c. 60. 'Avunet Cæsari.' Catull. C. 17. la, et puella:' ubi male Voss. upra p. 126. 'Mors et hæc sæa.' Lib. X. p. 222. 'Canthaulso et multo contempera.' Ac iam καὶ apud Græcos. Vide s. Abresch. Lect. Aristæn. p. apud Herodian. lib. II. cap. 5. ῖλθος ἁρπαγάς τε καὶ βίας, ἘΝ ΤΕ ις καὶ κραιπάλαις· ubi nihil depinor. Plura vide ad lib. I. p. t recte.' Quidam etiam in Luib. V. 580. legunt: 'caussa est, ta timoris.' Cort. *ac*, quod eo nusquam inveni. Fux. Guelf. *adrip.* Oud. *Et extremæ sortis pedem*] Ovid. Amor. II. 'Auriiserandæ sortis asellus:' sic 'extremæ conditionis mancipia' Ep. XX. apud Senecam. Glossæ: 'Infima sors, ὕστερα τύχη.' *Pric.*

Cujusque casus etiam cuivis iniquissimo dolendus atque miserandus, &c.] Sophocles Œdip. Tyr. Θέαμα δ' εἰσόψει τάχα Τοιοῦτον, οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι. *Idem.* *Cuivis iniquissimo*] In Apologetico: 'Cuivis vel iniquissimo animum explesse,' &c. *Idem.*

Crimine latrocinii in hospitem mihi carissimum postulabar: quod crimen non modo latrocinium, verum etiam parricidium quisque rectius nominaverit] Petronius: 'Qui ignotos lædit, latro appellatur: qui amicos, paulo minus quam parricida.' Noster lib. V. 'Domus suas contendunt, dolum scelestum, imo vero parricidium struentes contra sororem insontem.' *Idem.*

Silentio consentire] Ambrosius Serm. 49. 'Taciturnitas pro consensu habetur. Videtur namque confirmare, quod objicitur, cum non vult respondere.' Rufinus invectiva I. in Hier. fol. 160. 'Compellor contra votum meum et propositum respondere, ne forte reticendo videar crimen agnoscere.' Greg. Magnus homil. 18. in Evangel. fol. 388. 'Quisquis conspicit, quod contumeliam accipis et taces, non putat, quia patientiam exhibes, sed crimen agnoscis.' Vide notata ad Arnob. lib. I. *Elmenh.* *Denique mala conscientia tam scelesto crimini præsens viderer silentio consentire, &c.*] Demosthenes περὶ παραπρεσβ. Τῷ μηδὲν αὑτῷ συνειδότι δεινὸν εἰσῄει, εἰ πονηρῶν καὶ δεινῶν ἔργων δόξῃ κοινωνεῖν, τῷ σιωπῆσαι. Donatus ad Adelph. 'Confessionis genus est adversarium tacuisse.' Cicero in pro Sextio: 'Me vero non movit illius oratio, sed eorum taciturnitas in quos illa tam improba oratio conferebatur: qui tum, quanquam ob alias causas tacebant, tamen hominibus omnia timentibus, tacendo loqui; non inficiando, confiteri videbantur.' Marius apud Sallustium: 'Cum omnibus locis me vosque maledictis lacerent, non pla-

cuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret.' D. Hieronymus in Epistolis: 'Respondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoscere.' Idem I. contra Ruffinum: 'Et hortamini ut respondeam criminanti, ne, si tacuerim, videar crimen agnoscere.' Cyprianus contra Demetrianum: 'Ultra tacere non oportet, ne jam, non verecundiæ sed diffidentiæ esse incipiat, quod tacemus: et dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere.' *Pric.* *Mala conscientia, &c.*] Gloss. 'Κακόνοια' mala conscientia:' infra heic: 'Conscientiæ malæ reatum sustinebo.' *Idem.*

Inpatientia productus] Quid est *impatientia productus?* Conjiciebat Pric. *perditus.* Lege leviori mutatione *perductus*, hoc est, *permotus.* Flor. Sic etiam Wass. *pro* et *per* millies confundi notum est; sed parum significans id compositum est hic loci, et forsan *productus* explicari possit, post longam moram eo inductus; quomodo *produci* scimus eos, qui dolo et insidiis iniciuntur. Verum neque hic sensus loci sententiæ videtur congruus. In Regio, Fux. simpliciter est *ductus:* quod et sæpe occurrit pro 'inducto,' 'permoto.' Vide tamen, num scripserit Appulei. *prolectus:* de quo adi Heinsium ad Ovid. lib. II. Art. 718. 'Sed sensim tarda proliçienda mora.' *Oud.*

Volui dicere, non feci] Quinctil. lib. III. c. 6. 'Longe fortissima tuendi se ratio est, si, quod objicitur, negari potest.' Ovid. de Amore III. 14. 48. 'Sit modo, Non feci, dicere lingua memor.' *Elmenh.* Vide Pric. *Oud.* *Impatientia productus, volui dicere, Non feci*] Phædrus: 'Difficulter continetur spiritus, Integritatis qui sinceræ conscius, A noxiorum premitur insolentiis.' 'Non feci,' idiotismus est suam aut alienam innocentiam testatam volentium. Cicero in pro Ligario: 'Causas Cæsar egi multas, &c. certe nunquam hoc modo: ignoscite Judices: erravit, lapsus est, non putavit, si unquam posthac: ad parentem sic agi solet; ad Judices, Non fecit, non cogitavit.' &c. Ovidius Amor. II. 'Felix qui quod amat defendere fortiter audet, Cui sua, Non feci, dicere amica potest.' Vide XIX. 18. Sirachid. Apud Quintilianum ille Declam. XI. 'Miser ego nec ad cadavera accessi, non in sepulchra majorum meis manibus intuli: nec licuit super ipsa cadavera proclamare, Non feci.' Ibidem Declam. CCLXXI. 'Non enim tibi proderit dixisse, Non feci: nunquam mens exitu æstimanda est:' e converso apud Juvenal. VI. 'Sed clamat Pontia, Feci.' Quid sit *productus* nescio: forsan *perditus* legendum: sic IV. 'fame perditus:' et V. 'vigiliis perdita.' *Pric.*

Sæpius ac immodice] Perperam pro *semel ac sæpius imm.* Sciopp. Wow. et Pric. ediderunt contra reliquorum Mss. consensum *sæpius ac imm.* invito Linguæ Latinæ genio, de quo alibi, et ad lib. I. p. 10. *ac* præponentes vocali, et elegantiam *semel ac sæpius* tollentes. Consule notam meam ad Auctorem B. Hisp. c. 42. 'Semel et sæpius manus adtulistis.' *Oud.*

Disserere] Colvii conjecturam secuti sunt Vulc. Ed. sec. (*edissere* enim operarum est lapsus, sicut et in Mss. Pith. Fux. *dissere.*) et Scriver. Nec refragarer, si vel unus idoneus Codex servasset. Nam creberrima est horum compositorum confusio, ubi alii *diss.* al. *ediss.* ostentant. Vide ad Cic. III. de Offic. c. 5. Liv. lib. XXVII. 7. Sic et apud Cic. lib. I. de N. Deorum c. 18. in vetustissimo Voss. est 'fretus intelligentia vestra edissero brevius.' Vulgo *dissero.* Ac restituendum e duobus Mss. Mart. Capellæ l. VIII. p. 287. 'Nunc planetarum orbes edisseram:' ut alibi sæpe. Virg. Æn. II. 149. 'Mihique hæc edissere.' Sil. Ital. l. X. 517. 'Nunc populo consul totas edissere Cannas.' Hinc 'multa edissertata' Solin. p. 10. ut bene Salm. e Mss. quibus con-

nt septem Leidd. In al. *edis*quod et restituendum erat Plin. c. 8. 'ad singula toto orbe edisnda properavi.' Sic enim est in missimis Leidd. non *edisserenda*. acile putaret quis ita reponenin Septimio de B. Troj. lib. II. 'Uti caussam tanti mali edisset:' pro *edissereet*, ut vulgo et in Sed illic e ceteris Mss. et Edd. corrigendum *ediceret;* quod et Wopk. in Misc. N. Obs. v. I. t. 85. quod etiam et Codd. et Ant. bene dant c. 35. 'Eorum reges re.' Nec non lib. IV. c. 18. ordati eorum, quæ Calchas edixeadem, cunctaque congruentia se animadvertunt.' Sic lege e Vulgo, *dixerat e. cuncta congruen*e *en*. Infra quoque l. XI. p. 239. i. disserendi tribuerit facultaplacebat Priceo *ediss*. De Deo t. pag. 686. 'Id Latine disser' Scriverius edidit *edissert*. Sed ra Mss. quibus satis exemplorum agatur, ne ubivis illud *e* ipsis retibus inseramus. Adi Burm. hædr. Prol. l. I. 'Ego plures dis' et Wopk. d. l. p. 3. ad Septim. . 3. 'Alia singuli disserebant:' ne in Mss. *Idem*.

l in prima voce remansi] 'Inceplamor frustratur hiantem:' vide ad illum locum notata. *Pric.*

anquam nimia rotunditate pendula sem labia] Lib. X. 'Contorta in m linguæ postrema labia.' 'Roe vibrare,' est ἐπιστρέφειν. unde latio formatur. Pollux II. 4. ingua: Τῇ ὑγρότητι τῆς ἔνδον ἐπιῆς τὰς φωνὰς τυποῦσα. id non efAsinus noster ob pendula et prontia labia. Eugraphius ad II. 3. chi: 'Scimus retortis ad bialabris, sed præeminentioribus, s facile sonos exprimi.' *Idem*.

quam] Legi posset, *quam:* ut inas, quam scilicet fortunam non it fecisse me conservum cum meo, et conjugem, id est, conjunctum copulatumque, et in eadem conditione conjugatum. M. Cato 'myrtum conjugulum' appellat, intelligi volens conjugalem, a conjugiis quibus præest Venus, cujus tutelæ myrtus dicata est: unde Venerem modo Myrteam, modo Murtiam vocant. *Beroald.*

Et identidem boavi: Non, Non] Oxon. *boavi*, *nixa:* quod quid sit nescio, nisi forte *enixe* legendum. *Pric.*

Quamquam nec istud puduit] Immo potius, *vel istud*. Colv. Ut scilicet *puduit* referatur ad Appuleium. Sed rectius ad ipsam fortunam pertinet, quam ne puduit quidem, Appuleium facere conservum famulo suo et vectori equo. Quare Beroaldo placuit, semel modo *quam* scribere, suffragante, si fides Pric. Oxon. sed in Gron. Coll. nihil variationis erat. Lips. cum alio viro docto rescripsere *quamque*. Pric. haud male conjecit, *quam quidem*, tacite receptum a Florido. Nam in his ob scripturæ compendia frequens est confusio. Dispice tamen, an admitti non possit, quod interea incidit, *quam nequam nec* sive *ne quidem*, ut alibi sæpe. *Nequam* pro nequissimam. Sic in feminino genere Colum. lib. III. c. 10. Extr. 'Nequam vitis.' In neutro Mattius apud Gellium l. XX. c. 9. 'Nequam scitamenta.' *Oud.* *Quanquam nec istud puduit, &c.*] Nullam scriptura ista sententiam præbet: non male dudum Beroaldus, *Quam nec i. p.* que et modo Oxon. legit: conjeceram ego quidem ex ingenio, *quam quidem* legendum. *Pric.*

Conjugem] Quidni ejusdem servitutis jugo, vel eidem sorti et conditioni alligatum et obnoxium? Nec enim compascuus cum equo cœtus huc usque illi sub dio contigerat. 'Conservus' puero asinus dicitur p. 151. Videtur quoque allusisse ad contubernales, una in cella habitantes: quamquam sic dicuntur potius servus servaque coitu mutuo utentes; ut l. VIII. p. 168. 'Villicus habens ex

eodem famulitio conservam conjugam.' Vide Fabr. Inscript. p. 307. &c. 314. 318. *Oud.* *Me cum meo famulo meoque vectore illo equo factum conservum atque conjugem*] Non memini illum equo suo ἑτεροζευχθέντα, unde putavi posse *congregem* scribi: infra hoc libro: 'Equinis armentis me congregem, &c. permiscuit.' *Pric.*

Cogitationibus fluctuantem] Mss. Reg. Oxon. Pal. Guelf. sec. Ed. Junt. post. *agitationibus*. Quod verum puto, sive cogitationum æstibus, metaphora desumta a mari, quod ventis æstuque vario 'agitatum fluctuat;' ut apud Ovid. Epist. VII. Her. 39. et alios poëtas. Ac sæpe hoc in *cogitat* e glossa abiit. Plura dixi ad l. I. p. 8. 'Si qui aliud agitarit.' Sic etiam e Ms. legendum videtur l. XI. p. 261. 'Mecum ipse cogitationes exercitius agitabam:' ubi sequitur 'cogitationis æstu fluctuantem.' Vulgo et illic, *exercit. cogitabam*. Oud.

Suspiciens meum] Quomodo asinus possit suspicere ventrem suum, non capio. Nec enim ille altior est capite. Nisi *suspicere* posuerit Auctor pro obliquum et a latere adspicere, ac fere respicere. Vide ad l. VI. p. 116. 'Imo gurgites despiciunt.' In Palat. Guelf. sec. est *meum susp.* In Ed. Junt. post. *meam*. Idem.

Falsam notoriam] Glossæ Veteres: 'Ex notoria. ἐκ τῆς ἀναφορίας.' Item 'Μήνυσις, Indicatio, Notoria, Indicium:' ubi etiam vulgatum *Notaria*. Sed *Notoria* et *Notaria* indifferenter. Adi Cujac. Observ. lib. I. et l. III. *Colv.* Symmachus et Paul. l. VI. ad SCtum Turp. *Grosl.* *Notariam* est in sola Ed. Basil. pr. ut aliquoties apud alios in Mss. Adi Salm. ad Trebell. Poll. v. Claudii II. cap. 17. 'Quam quod notoria tua intimasti:' et Theod. Marcil. ad Suet. Titum c. 3. Sed præter Fulv. etiam Palat. Fux. et Oxon. Codd. dant in plurali *falsa notoria*. Ac dicitur utrumque. Confer Pric. et Duk. de Latin. JCtorum p. 424. Sed vulgatum retineo. Gloss. Isid. 'Elogium, textum malorum dictorum, quod Notoriam dicunt.' *Oud.* *Qui commodum falsam de me notoriam pertulerat*] In l. III. § 4. ad leg. Cornel. de sicar. 'falsum indicium' vocatur. Vide Cujac. Observ. I. 3. Pancirollum Var. Lect. I. 27. et VII. 137. In Oxon. et alio Ms. *falsa notoria*. l. VII. Cod. de accus. 'Notoriis insimulatus.' *Pric.*

Expromptis mille aureis] Donatus ad Terentium: 'Exprompta, in medium prolata.' *Idem.*

Quos in sinu laciniæ contexerat] Pith. Fux. *in situ*. Vulc. Ed. sec. *insuta laciniæ;* sed *insutos laciniæ* exhibuere Elmenh. ac Flor. probante quoque Pric. uti et Burm. qui sic laudat ad Petron. c. 113. ubi itidem, ut hic, aurei erant insuti suturæ tunicæ. Verum elegantior, et a captu librariorum alienior, adeoque multo verisimilior lectio Cod. Florent. uti et Oxon. ac Guelf. *insutu laciniæ*, quæ et ceterorum Mss. et Edd. scripturæ *in sinu* vicinior est, quamque jam olim expresserunt Ed. Juntin. post. et dein Scriv. citatque Falsterus in Supplem. Ling. Lat. Sæpe monendum fuit, Auctorem passim uti nominibus quartæ declinationis, et inter hæc illis, quæ nunc rarissimo vel nusquam alibi reperias. Adi ad l. III. p. 55. 'Eam in reformatu videam.' Immo ne in Pal. quidem *insutos* legas, sed corrupte, *quos consutas insuta l.* sine verbo *contexerat*. Oud. *Quos in sinu laciniæ contexerat*] Bene Palat. Ms. *insutos laciniæ:* non zonis tantum, sed et vestibus nummos nonnunquam recondebant. Petronius: 'Scis frater ad nos rediisse thesaurum de quo querebaris? illa est tunicula adhuc, ut apparet, intactis aureis plena.' *Pric.*

Communi conferebat arcæ] Papinianus: 'Jure societatis per socium ære alieno socius non obligatur: nisi in communem arcam pecuniæ versæ

L. XXXII. pro socio. *Colv.* *ferebat.* Palat. *τὸ arcæ* male it. Papinian. l. LXXXII. Diges- i pro socio: 'Si pecuniæ in com- m arcam versæ sunt.' Inscrip- Grut. fol. 175. EROGENTVR. EX COLLEGII. *Elmenh.* Vide etiam F. ad Phædr. F. 69. Sic et lege Grævio in Cic. IV. Verr. c. 8. munis arcæ et privatæ rei so- n.' Collegiorum sc. propria est communis.' Alioquin *communi* antive per se non foret damnan- Vide ad Cæs. l. II. B. G. c. 5.

Communi conferebat arcæ] So- μιμητικῶς, itidem de improbo- cœtu: Τὸν σὸν κλῆρον βάλε ἐφ' κοινὸν δὲ βαλλαντίον κτησόμεθα ς' μαρσύππιον ἓν γεννηθήτω ἡμῖν.

petiisse] Fux. *opperisse.* Palat. f. sec. et Oxon. a m. pr. *aperisse.* v. *operisse.* Edd. Elmenh. Scriv. *oppetiisse.* Mss. plerique et ceteræ, *adoppetisse.* Sed Flor. ferb. pr. Oxon. a m. sec. et Ed. post. *oppetisse.* Bene, et sæpe rens pro 'mortem oppetere' occumbere.' Nusquam *adoppe-* occurrit, natum, ut puto, ex va- ectione *ad* et *op*, simul posita l lib. de Mundo p. 743. 'His positi sunt torrentium cursus:' lii *adp.* bene al. *opp.* Sic ex 'ad- ere' vel 'cognoscere' natum gnoscere.' Vide ad Suet. Aug. . *Oud.* *Fortissimum quemque, quidem, sed impigris casibus adop-* r] Ovidius: 'Cum pereant acie sima quæque:' III. 6. de Ponto. aus lib. v. 'Sed navibus exerci- eerat, fortissimis quibusque in populatione amissis.' De bello ides loquens: Ἐσθλῶν δὲ χαίρει ωι νεανίων. ubi ἐσθλοί, fortes, ignavi: contra in Sallustii Ju- ino: 'Videre fugientes capi occidi: fortissimum quemque imum:' et apud Suidam, ex Ve- terum nescio quo, in ἀποθνήσκοντας· Ἐν πολέμῳ ἀποθνήσκοντας ὁρῶ τοὺς περὶ πλείστου τὸ ζῆν ποιουμένους, καὶ ζῶντας ὅσοι τοῦ ζῆν ἀπεγνώκασαν. *Pric.* *Variis casibus adoppetisse*] Justin. l. XVII. 'Amissis antea variis casibus quindecim liberis.' *Idem.*

Pacatis itineribus] Colv. *pausatis i.* Inepte. *Elmenh.* Nec enim volebat ille sua intermitti itinera: quomodo enim tunc conquirere potuissent novos socios? sed agi suadebat itinera sine prœlio et ferro *pacata*, servatisque induciis. Auctor adhibet omnia verba in militari re usurpata. Guelf. pr. a m. pr. *paratis.* In Pal. Guelf. sec. pro *tantisper* est *tantisque.* Oud.

PAG. 135 *Inquisitioni*] Alii, *inquisitionibus.* Scal. *conquisitionibus.* Elmenh. Is cum Scriv. et Florido singularem hic numerum reposuit pro plurali, quem agnoscunt cum reliquis Edd. etiam Mss. præter Pal. Guelf. sec. et Oxon. Fux. Qui tantæ auctoritatis mihi non sunt, ut sine alia caussa hic pluralem spernerem; unde restitui. Sed et Pith. et forsan Flor. *inqsitioni.* Confer notata ad lib. VI. pag. 113. *Conquisitionibus* vero mallem, si addicerent Mss. quia 'inquisitio' magis propria est indagationi latronum, ad eos delendos, vel fugitivorum. Vide ad p. 132. 'Conquisitio' autem passim vocatur supplementorum adscriptio, in re militari; quique eam peragit, 'conquisitor,' sive, ut Front. dicitur, 'delector,' lib. IV. c. 1. § 3. ubi vide, et Drak. ad Liv. lib. XXIX. 35. 'Intentissima conquisitione ad XXX. M. peditum confecisset:' ubi al. *inquisitione.* Sed sine Mss. nihil muto. *insisteret* Fux. *Oud.*

Ad pristinæ manus numerum, &c. integraretur] 'Instauraretur:' ita ad Andr. III. 3. Donatus. Idem ibidem IV. 2. 'Integratur quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur.' Festus Pompeius: 'Instaura-

ri, ab instar dictum est, cum aliquid ad pristinam similitudinem, &c. reficitur.' *Pric.*

Nam et invitos terrore compelli] Lycurgus in Orat. contra Leocratem. Dio Histor. Rom. lib. XLI. Aristides Orat. de Rhetorica, Stobæus Serm. 43. *Elmenh.* *Nam et invitos terrore compelli, et volentes præmio provocari posse*] Hierocles: Οἱ τρόποι τῆς παραγωγῆς ἢ διὰ λόγων ἢ ἔργων γίγνονται· λόγῳ μὲν, θωπευόντων ἢ ἀπειλούντων· ἔργῳ δὲ, δωρεὰς ἢ τιμωρίας προτεινόντων. Tacitus: 'Dona in promptos, minas adversus abnuentes.' Sallustius Jugurth. 'Formidine, aut ostentando præmia affectare.' Ammianus lib. XXVI. 'Qui, &c. ad pacatiora jam vitæ discesserant, partim inviti, alii volentes adsciscebantur.' Themistius IX. Orat. de Spartaco et sociis ejus: Τοὺς μὲν ὁμοίους συμπείσαντες, τοὺς ἀμείνονας δὲ βιασάμενοι. *Pric.* *Invitos*] Ad latrocinium exercendum inviti metu compelluntur, volentes præmio invitantur: nec parum multi reperiuntur, qui malunt in collegio latronum tyrannica potestate dominari, quam in vita privata humiliter degere, atque serviliter. *Beroald.*

S. vitæ renunciantes, instar tyrrannicæ p. sectam suam conferre malle] Recte Mss. Flor. Bert. Oxon. Pal. Pith. Fux. Guelf. ambo, cum Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. præbent *ad instar*, ut passim loquitur Auctor. Vide ad lib. I. p. 19. 'ad instar solitudinis et scopuli.' Verum non intelligo quid sit, 'conferre sectam ad instar potestatis tyrannicæ.' Hoc nihil significare potest, nisi 'comparare eam potestati tyr.' Sed hinc non sequitur, eos quoque velle ea potestate uti: qui sensus Auctoris esse debet, eique etiam adfingitur a Beroaldo et Florido. Hunc ergo ut exprimamus, post vocem *renunciantes* addi quoque debet *se;* nisi velis recipere e Fulv. et Reg. Fux. *senectam.* At *juventus* potestati tyrannicæ exercendæ aptior est, quam *senectus.* Ac rarissime latrones fiunt senes, nec ea spe, rapinas suas exercent, ut in senectute iis vivant, instar militum veteranorum, de quibus hinc Cæsar apud Lucan. lib. I. 343. 'Conferet exsanguis quo se post bella senectus? Quæ sedes erit emeritis?' &c. Neque eam fuisse mentem Nostro, abunde e seqq. patet. Corruperant librarii *sectam*, quia videbant casum verbi *conferre* deesse. Optime vero cuncta procedunt: *Malle conferre se ad instar* sive imaginem *tyr. potestatis, sectam suam* per adpositionem. Latronum secta est instar tyrannidis. Sic de iisdem latronibus lib. IV. p. 80. 'Se ad sectæ sueta conferunt.' p. 79. 'Quos ad istam sectam paupertatis necessitas adegit.' Hoc lib. p. 130. 'Secta collegii.' Ita 'secta Deorum' de Deo Socratis pag. 683. 'Sectæ pastoriæ integritas' Flor. lib. III. c. 12. et passim. Atque ita e Cod. Sangerm. aliisque legendum certo in Colum. lib. II. c. 2. 'Secta agricolarum.' Vulgo, *facta* vel *scita.* Dein *tuam* est in Reg. Fux. *male* in Pal. Guelf. sec. *Oud.* *Instar tyrannicæ potestatis*] Melius, *Ad instar, &c.* Infra lib. X. 'Ad instar barbaricæ feritatis, vel tyrannicæ impotentiæ.' *Pric.*

Pro sua parte] Infra: 'pro virili parte.' *Elmenh.*

Statu procerum] Beroald. ait *statum* hic sumi pro *statura.* Nam alioquin 'status ad habitum refertur. Statura corpori adscribitur: sive status est σχῆμα. Statura longitudo corporis,' ut ait Donatus ad Terentii Eunuchum A. III. 5. 50. ac patet clare e Cic. lib. I. de Offic. c. 35. 'Decorum in corporis motu et statu cernitur.' Item Asconio ad lib. I. Verr. c. 21. 'Signorum figuram, statum.' Quare non miraberis *statura* e Cod. Palat. correctum a Wow. Elmenh. Pric. et Florido; ac suffragatur iis D'Orvillian.

Nil notatum e Guelf. Nihilominus Scriv. veterem lectionem, a plerisque Mss. confirmatam, retinuit. Et sane *statu* pro *statura* videtur quoque sumsisse Auctor lib. xi. p. 260. 'praeter indicium pedis cetero etiam statu atque habitu nocturnæ imagini congruentem:' ubi per *staturam* explicant vulgo. Quamvis ibi totus corporis modus et proportio possit intelligi. Nec aliter sumendum censeo Gellii locum lib. i. c. 1. 'Modulandaque status longitudinisque ejus præstantia.' Magis faveat loca Colum. lib. vii. 9. 2. 'Scrofæ probantur longissimi status:' item c. 12. § 9. 'status longior productiorque.' Lib. viii. c. 2. 9. 'In gallinaceis status altior quæritur.' Idem tamen dixit 'præcipuæ staturæ viros' lib. iii. c. 8. 2. et 'humilis staturæ Cenas' lib. vi. c. 24. Quare cum separatim *de mole* corporis sit locutus, dicens *corpore vastum*, præplacet mihi quoque *statura*. Oud. *Statura procerum, et ætate juvenem*] Pacuvius apud Gellium xiii. 28. 'Ætate integra, feroci ingenio, facie procera virum.' Glossæ: 'Statura, ἀνάστημα, μέγεθος σώματος, μῆκος ἡλικίας.' In quibusdam hic *statu procerum*. Gellius i. 1. 'In reperienda, &c. status longitudinisque Herculis præstantia.' *Pric. Et statu procerum*] Statura corporis et proceritate grandissimum. Proceritatem tyronum, inquit Vegetius, ad victoriam scio semper exactam: ita ut senos pedes, vel certe quinos et denas uncias habere probarentur. Verum non tam staturæ ratio habenda est, quam virium: quod et Homeri suadet auctoritas, qui Tydeum corpore quidem parvum, sed armis fortissimum fuisse significat. *Statum* autem pro statura dixit, sicut tonsum pro tonsura. Alias *status* consistitio dicitur, a stando videlicet: inde 'basilicus status' Plauto, pro regius magnificusque consistendi modus. Apud eundem illud proverbiale: 'In statu stat senex:' pro eo quod est, in procinctu est, et stat paratus. De statu oratorio, quæ res Græce dicitur στάσις, et alio nomine 'constitutio,' et de statu Reip. et privatæ nihil notius. Scio tibi familiarem esse, ex crebra lectione, libellum meum de Optimo statu. *Beroald.*

Et corpore vastum] Lib. ii. 'Vegetis et vastis corporibus:' ubi dicta confer: ad sententiam Hierocles: Πρὸς λῃστείαν ὑπὸ ῥώμης σώματος ἐκφερόμενοι. *Pric.*

Eique suasisse, ac denique persuasisse] In Apologia: 'Suasi, ac denique persuasi:' ad quem locum vide notata. *Idem.*

Ut manus hebetatas diutina pigritia tandem referret ad frugem meliorem, bonoque secundæ, dum posset, frueretur valetudinis] Theophylactus in Epistolis: Ἄπαγε δῆτα τῆς ἀργίας, ὦ βέλτιστε· τὰ τῆς φύσεως γὰρ δῶρα κατῄσχυνας, τὴν ἡλικαύτην ῥώμην καὶ εὐρωστίαν τοῦ σώματος ἀκόσμητον παριών. Menander apud Stobæum: Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τοῦ πυρέττοντος πολὺ Ἀθλιώτερος, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην. Palæologus vii. Orat. Οὔκουν γε λαμβάνειν ἁρμόττει τοῖς παρὰ σφίσιν αὐτοῖς τὰς χεῖρας κατέχουσι; τοῦτο λελωβημένοις ἀνθρώποις καὶ παρειμένοις προσήκειν ἔοικεν· οἷς δὲ καὶ ῥώμη σώματος, νεότης, καὶ ὑγίεια, &c. τούτους δὲ γενναίους ἄνδρας αὐτοὺς δεικνύναι, &c. Et nota hic, 'hebetatas manus.' Sallustius Catilinario: 'Scilicet ne per otium torpesceret manus, gratuito potius malus atque crudelis erat.' Oxon. *deferret ad frugem mel.* Idem.

Nec manum, &c. hauriendo p. exerceret auro] Suspicor germanum Apuleii esse, *exereret*. Quomodo etiam apud Sex. Jul. Frontinum nuper emendavi. Deinde, quod subditur, 'alios ad supplendum numerum vestigare statuunt,' geminatione, i. retractione unius syllabæ, quæ in extremo verbi præcedentis delituit, persanandum puto, *numerum investi-*

gare statuunt. Stewech. Bene ita legit Stewech. in Frontino lib. II. c. 1. § 3. cum aliis: ibi vide. Sed hic male, ut vel patet ex Lucan. lib. III. 691. 'Incertasque manus, ictu languente, per undas Exercent:' ubi plura, et quam sæpe viri docti frustra *exercere* in *exserere* conati sint mutare, perspice ad Suet. Tib. cap. 11. 'jus exercuit.' Mamert. in Genethl. c. 2. 'Virtutum motus et impetus vis divinitatis exercet.' Fux. *cum m. &c. porrigetur.* Pith. *ac m.* Oud. *Nec manum validam erogandæ stipi porrigeret*] Apud Claudianum: 'Tolerabis iniquam Pauperiem, cum tela geras?' 'Ad stipem manum porrigere' etiam Seneca dixit. Prudentius: 'Omnesque qui poscunt stipem.' Glossæ: 'Stipem, ἐλεημοσύνη.' Act. 3. 2. 'Ηρώτα ἐλεημοσύνην λαβεῖν. *Pric. Sed hauriendo potius exerceret auro*] At sanius multo Chrysostomi illud, Βέλτιον ἐπαιτεῖν ἢ ἁρπάζειν. Homil. 70. in Matth. *Idem.*

Universim omnes] Rom. et Flor. *universi o.* Elmenh. Nec soli illi, sed et reliqui Mss. et Edd. ante Vulc. Ed. sec. quam prave recentiores secuti sunt, exceptis tamen Pric. et Florido. Passim ita Plaut. Gell. aliique. Vide Pric. et de similibus Burm. ad Lucan. l. III. 587. Duker. ad Florum lib. II. c. 12. 'Semel in perpetuum:' et omnino me ad Cæs. l. III. B. Civ. cap. 61. Vulgo *vero universi:* probavitque merito Wasseus. *Oud. Universi omnes adsensere*] Male in recentioribus quibusdam, *universim:* nam et Gellius XIX. 12. 'omnes universos' dixit. *Pric.*

Illum adsciscí, et alios vestigare statuunt] *Ille* Pith. Dein *et* abest Fux. Prave Stewechium abripuit innovandi prurigo *investigare* præferentem, contra Nostri stylum. Confer scripta ad init. lib. VI. 'mariti vestigationibus.' Dein in Mss. Oxon. Fux. Guelf. utroque, et D'Orv. est *vestigari*, melius ex Pric. judicio, sicut et Wasseus i superscripsit. Errant viri docti. Non raro Activam Passivamque conjugationem in Infinitivis jungere amant auctores. Consule me rursus ad Cæs. lib. I. B. Civ. c. 32. 'Omnia permisceri, quam imperium dimittere mallent.' *Oud.*

Ulli pr. comparandum] Oxon. Guelf. pr. *nulli.* Iidem et Par. *comparandu.* Male. Minus bene Pric. per *præsentium* intelligit omnes, 'Qui tunc vivebant homines, atque ævum agitabant.' Immo vero cape *præsentes* ibi latrones, quos cunctos præstabat; qui cum illo comparandi non erant. Sic enim vice versa hæc verba, 'conferre,' 'comparare,' 'conpensare,' 'mutare' construuntur dupliciter. Lib. V. p. 92. 'nec Cupidini comparo.' Vide Cæs. lib. I. B. G. cap. 31. et ibi Davis. et Lamb. ad Horat. lib. I. O. XVI. quosque laudat Burm. ad Vell. lib. II. c. 12. et Ovid. Ep. III. vs. 51. Unde patet errare Delr. et Salm. ad Solin. c. 1. 'mutarent veteribus virides laureas:' quod est in Mss. O. bene. *Id. Perducit immanem quendam juvenem, &c. nescio an ulli præsentium comparandum*] *Immanem* hic intellige, 'Cui magni membrorum artus, magna ossa, lacerti.' *Præsentium* voce puto significari, 'Qui tunc vivebant homines, atque ævum agitabant:' qui vivunt sunt præsentes, mortui abesse videntur. *Pric.*

Toto vertice cunctos antepollebat] 'Ιδιωτισμός. *Elmenh.* Ovid. lib. III. Met. 182. 'colloque tenus supereminet omnes.' *Oud. Nam præter ceteram corporis molem, toto vertice cunctos antepollebat, et ei commodum lanugo malis inserpebat*] Ammianus lib. XIX. 'Primæ pubis adolescentem, &c. proceritate et decore corporis æqualibus antestantem:' quæ sumpsit ex istis Quadrigarii apud Gellium: 'Viribus, et magnitudine, et adolescentia, simulque virtute cæteris antestabat.' *Pric. Toto vertice cunctos antepollebat*] 1. Reg. x. 23. de Saul. 'Altior fuit

universo populo ab humero, et sursum.' *Idem.*

Centunculis, &c. male consarcinatis semiamictum] Firmicus VIII. 11. Mathes. 'Pannis male pendentibus nudus:' id est, semiamictus. Vide supra pag. 14. notata. 'Centunculus male consarcinatus,' est, quem πτυχικὸν καὶ πολυκόλλητον χιτῶνα Homil. in Christi Baptism. Gregorius Nyssenus vocat. *Idem.*

Inter quos pectus et venter crustata crassitie reluctabant] 'Pinguis aqualiculus, toto ut sibi sesquipede exstet.' Justinus de Physcone Ptolomæo: 'Sagina ventris non homini, sed belluæ similis: quam fœditatem nimia subtilitas et perlucida vestis' (scribe, *subtilitas pellucidæ vestis*) 'augebat:' quod ibi a pellucida veste, hic a pertusa factum. *Idem.*

Fortissimo Deo Marti, &c.] De Eodem v. 'Fortissimum bellatorem illum.' *Idem.*

Libentius vulnera excipientem, quam aurum manu suscipientem] Δι' ὅλου νενευρωμένον, &c. οὐδὲν πρὸς πληγὰς ἐνδόντα· ut alicubi Philo locutus. Chrysostomus de SS. Martyribus Homil. 40. ad Antiochenos: Ἐπὶ τὸ ξίφος, ὡς ἐπὶ διάδημα καὶ στέφανον, ἔτρεχον· καὶ πᾶν εἶδος τιμωρίας ἤλεγξαν, οὐ τῷ γενναίως φέρειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ μεθ' ἡδονῆς καὶ προθυμίας. Hesiodus Scuto Herculis: Λιλαιόμενοι πολέμοιο Φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φέρτερα θοίνης. ex quibus adumbrata puto hæc Marii apud Sallustium: 'Sudorem, pulverem, et alia talia nobis relinquant, quibus illa epulis jucundiora sunt.' *Idem. Aurum manu suscipientem*] Glossæ: 'Χρυσυποδέκτης, susceptor aurarius.' *Idem.*

Ipsaque morte m.] Oxon. *ipsamque mortem.* Inepte. 'Melior morte' est θανάτου κρείττων, ut bene post Casaub. ad Apologiam p. 163. Pric. et Florid. exponunt. Qui contemtor mortis illam quoque vincit, eaque est superior. Ut 'bonus,' 'melior,' 'optimus,' passim de strenuitate bellica occurrit. Nugatur hic Beroaldus. *Oud. Ipsaque morte, quam formidant alii, meliorem*] Egesippus II. 18. 'Formidabilem cunctis subjiciens sibi mortem.' Apud Lucanum ille: 'Pompeii vobis minor est causæque Senatus, Quam mihi mortis amor.' Curtius Alexandrum laudans: 'Clementia in devictos, &c. mortis, cujus metus cæteros exanimat, contemptio.' Ignatius de Petro et Apostolis: Θανάτου κατεφρόνησαν, ηὑρέθησαν ὑπὲρ θάνατον. 'Morte melior:' Græcum est. *Pric. Morte meliorem*] Mortem scriptores bonam appellant, quoniam finis est ærumnarum, et requies malorum: ut M. Cicero latissime explicat in Tusculanis quæstionibus. Inde a poëtis dicitur mors bona. Valerius Flaccus: 'miserere parentum Mors bona:' et, ut inquit Plinius noster, 'ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius tempestiva morte:' præterea 'mors bona' ex eo dici potest, quod neminem fallit, neminem præterit, nec huic magis quam illi gratificatur, sed æqua lance cunctos tollit. *Beroald.*

PAG. 136 *Nec me putetis egenum vel abjectum*] Sic 'vilis et abjectus homo' in lib. IV. Cod. de custod. reor. item 'abjectus et contemptus' apud Ciceronem in contra Rullum. *Pric.*

Neve de pannulis istis virtutes meas æstimetis] Lucianus in de Vita sua: Μὴ μυσαχθῇς τοῦ σώματος τὸ εὐτελὲς, μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. Cantic. I. 5. Μή βλέψατέ με ὅτι μελανομένη εἰμί. Sirachides XI. 2. Μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. Apud Virgilium: 'Neve hæc nostris spectentur ab annis Quæ ferimus.' Æneid. IX. Σκόπει με ἐξ ἐμαυτοῦ, Bionis est apud Laërtium. *Idem.*

Ego sum prædo famosus, Hæmus ille Thracius, cujus totæ Provinciæ nomen horrescunt] Servius ad Æneid. X. 'Prædones sunt qui populandum alienam invadunt Provinciam.' Fir-

micus Mathes. III. 5. 'Faciet bellorum Duces, &c. quorum adventum civitates semper aut Provinciæ maxime perhorrescant.' Sua autem Apuleius effinxit ex Virgilii hisce: 'Sum pius Æneas raptos qui ex hoste penates Classe veho mecum: fama super æthera notus.' In Glossis: 'Κατάφημος, famosus:' 'prædo famosus' autem, ut in l. III. § 1. ff. de Offic. Præf. vigil. et l. capitalium. ff. de pœnis, 'famosus latro:' et infra heic lib. IX. 'latro inclytus.' Bene 'prædoni' etiam 'Thraciam' patriam assignat: vide Advers. III. 16. Turnebum. *Idem.*

Patre Therone] Hoc nomen a Virgilio, Virgilius (teste Servio) a Pindaro sumpsit. *Idem.*

Humano sanguine nutritus, interque ipsos manipulos factionis educatus] Seneca de Hannibale (II. 5. de Ira.) 'Innatus sanguini, et ab infantia cædibus admotus:' apud Suetonium de Caio Cæsare: 'In castris natus, patriis nutritus in armis.' Themistius ad Valentinianum juniorem, Orat. XI. Ἔτι ἐν ἀγκάλαις περιφερόμενος συνστρατεύεις τῷ πατρὶ καὶ συνστρατηγεῖς· καὶ τρέφει σε οὐκ ἐν θαλάμοις κατακοιμίζων, &c. ἀλλ' ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ, καὶ τοῖς Σκυθικοῖς, &c. Justinus XII. 'Si veteranis patribus tirones filii succederent, militaturi in vallo in quo essent nati, constantioresque futuri, si non solum tirocinia, verum et incunabula in ipsis castris posuissent:' et post: 'Neque castra aliter quam patriam, &c. duxere.' *Idem.*

Hæres et æmulus virtutis paternæ] Ovidius: 'Vivit et in nobis facundi vena parentis, Et res hæredem repperit illa suum.' Justinus lib. XIX. de Hasdrubale et Hamilcare: 'Per vestigia paternæ virtutis decurrentes, sicuti generi, ita et magnitudini patris successerunt.' *Idem.*

Exiguo temporis, &c. spatio] Lib II. 'Exiguum vitæ spatium deprecamur:' et V. 'Modici temporis spatium,' &c. *Idem.*

Amissi] Lego *amisi*, hoc est, perdidi: ut verbum sit, non participium. *Beroald.*

Procuratorem principis ducenaria perfunctum] De procuratoribus Ducenariis scribit cum cura ad X. Cod. columen juris et humanioris doctrinæ omnis, J. Cujac. et vir item maximus B. Briss. in suo de verborum significatione commentario. Sed is ex hoc loco fortean arguatur non bene Leg. 1. c. Theod. de Offic. Magistr. Offic. censere, legi oportere *ducenam* pro *ducenariam*. Verum et de his notata quædam Jos. Scalig. lib. II. Manilii (vs. 553.) *Colv.* Vide Lips. de Militia Rom. et Colvii notas. *Elmenh.* Pith. *ducentaria.* Dicti procuratores *ducenarii*, qui ducenariam mercedem procurationis, sive ducena sestertia accipiebant in stipendium seu salarium. Adi me ad Suet. Claud. cap. 24. 'Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit.' Alii fuere 'ducenarii' in re militari, alii 'judices ducenarii,' apud Suet. Aug. c. 32. *Oud. Procuratorem Principis, ducenaria perfunctum, &c.*] De 'procuratoris ducenariis' vide Cujacium ad lib. X. Cod. Brissonium in de V. S. et (qui nuper Cyprianum edidit) doctissimum Rigaltzium. Beroaldus 'militum ducentorum præfecturam' intelligit: quo pertinent ista Servii: 'Illos centeni quemque secuti. Ex numero militum qui sequuntur, gradus dignitatis apparet.' *Pric.*

Prætereuntem coram fueram aggressus] *Prætereunte me Orato* dant Edd. primæ cum Mss. etiam Pith. Guelferb. D'Orv. Par. &c. *præterire me orato* Oxon. *prætereunte me coram* Edd. Ber. Junt. pr. Ald. Colin. *prætereuntem coram* cum Beroaldo præbet Ms. Reg. et Edd. Junt. post. Bas. &c. quod recte refellunt viri docti; uti et *Orato*, quod a Wow. et seqq. in hunc diem falso est retentum. Sunt viri

docti, qui conjecerint: *præeunte meo patre, prætereuntium incoram, prætereuntem in oratum*, vel *prætereuntem oram*, aut *prætereuntem inconsiderato;* Soping. *prætereuntem inopinato*. Non male. Sed placet maxime vel *oram*, (vide Misc. Obs. v. 1. p. 131.) vel potius Wass. *oria:* quod parvum navigii, litoris oras legentis, genus, 'oraria navicula' dicitur Plin. lib. x. Epist. 28. vel *horia, horiola* apud Plaut. et Fest. Vide Walch. Act. Jen. v. 4. p. 65. Vide et Gell. lib. x. c. 25. 'Oriæ, lenunculi.' Nonium de Genere Navium v. 'Horia' p. 553. 562. Ed. Merc. Fulg. de Expos. Serm. Ant. v. 'Oria.' Nam Plotina adpulerat mari, et tabernam litori proximam incubabat. Sed tamen obstant huic emendationi litteræ *e* et *to* in Mss. quarum ratio in hac emendatione nulla habetur. Dein mirum est, Hæmum hic dicere, se aggressum esse procuratorem prætereuntem, nec meminisse uxoris, quam tamen dein præcipue, et fere solam memorat. Hinc suspicor altius sedere ulcus. An exciderunt quædam? Unde conjici posset, *prætereuntem cum consorte tori*. Vir doct. ad marg. Ed. Colv. *præter viam de meo irato*. Aut aliud quid exsculpendum e litteris *eorato, inorato*. F. *fortuito*. Certe in alia eundum censeo. Pro *aggressus* in Florent. Guelf. pr. et sec. a m. sec. est *aggressos*. Oud. *Prætereunte me orato*] Castigatior lectio est, *prætereuntem coram:* ut dicat latro Hemus, se coram aggressum esse prætereuntem principis procuratorem, unde sibi prima mali labes extiterit. *Beroald.*

Ipsi etiam probe spectatus] Lib. IV. 'Spectata virtutis suæ fiducia.' *Elmenh. Ipsi etiam probe spectatus*] Supra lib. III. 'Apud meos probe spectatus.' Virgil. 'Et rebus spectata juventus.' Servius: 'Experimentis probata.' Piso ad Tiberium apud Tacitum III. Annal. 'Quondam D. Augusto parenti tuo probatus, et Tibi amicus.' In vett. Grammaticis: 'Spectatur, qui videtur, vel, qui probatur.' Symmachus: 'Ita me Dii Dominis' (Impp.) 'probabilem' (id est, *spectatum*) 'præstent.' Ovid. de Ponto II. 6. ad Græcinum suum: 'Quodque soles animo semper, quod voce precari, Omnia Cæsaribus sic tua facta probes.' *Pric.*

Hunc insimulatum quorundam astu projecit extorrem sæviens invidia] Ita 'multorum obtrectatio unius virtutem devicit;' ut loquitur in Hannibalis vita Æmil. Probus. Lucianus in de non temere credendo; Ἴδοις δ' ἂν τοιούτους (διαβόλους) μάλιστα ἔν τε βασιλέων αὐλαῖς, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀρχόντων καὶ δυναστευόντων φιλίας εὐδοκιμοῦντας· ἔνθα πολὺς μὲν φθόνος, μυρίαι δ' ἀπόνοιαι, πάμπολλοι δὲ, &c. διαβόλων διαθέσεις. 'Invidia' (inquit) 'projecit extorrem eum.' Tacitus Annal. III. 'Conspiratione inimicorum, et invidia falsi criminis oppressum.' Vide ad Matth. XXVII. 18. annotata. Virgilius: 'Pulsus ob invidiam:' ubi Servius: 'Ne merito expulsus esse videatur:' bene et *projecit*. Ammianus lib. XXII. 'Unde omnes hujusmodi, &c. projecit.' Glossæ: 'Projectus, ἐκβεβλημένος, ἐξεῤῥιμένος.' *Idem.*

Plotina quædam] Dele τὸ *quædam* ex Pal. *Elmenh.* Abest quoque ea vox ab Oxon. et uncis inclusa est per Scriv. et Pric. Sed perperam. Passim propriis nominibus additur hoc pronomen; cum persona, de qua agatur, vix aliunde nota sit, pluresque eo insigniti sunt nomine. Vide supra ad lib. II. p. 29. 'Cerdo quidam nomine:' et ad Sueton. Ner. c. 33. 'a quadam Locusta.' Cic. XIII. ad Att. Ep. 50. 'Mancipio dari servo suo pro parte Hetereio cuidam.' Quibus innumera addi possent. Nec secus 'aliquis' et 'quis,' nomini proprio junguntur. Adi Burm. ad Virg. Æn. II. 81. 'aliquod nomen Palamedis.' Dein in Guelferb. pr. legitur

ratæ fidei, cum gl. *firmæ*. Oud.

Raræ fidei, atque singularis pudicitiæ fœmina] In veteri Lapide: 'Fœminæ rarissimæ, singularis exempli, pudicitiæ,' &c. Apud Quintilianum in Declam. 'Exempli rarissimi uxor.' *Pric.*

Quæ decimo partus stipendio viri familiam fundaverat] Passim eruditionis Appuleianæ vestigia deprehendas: en tibi vel hoc ipso loco *fundaverat* quam Latine dixit. Statius Sylv. IV. 'Prole fundasti vacuos Penates.' Plautus Mostell. 'Parentes fabri liberum sunt, Et fundamentum substruunt liberorum:' hinc παῖδας, οἴκων στόλους Euripides Iphigenia vocat. Pollux III. 2. οἴκων στηρίγματα. et II. 10. 'columnis' Artemidorus assimilat. Plinius lib. IV. Epist. XXI. 'Cui nunc unus ex tribus liberis superest, domumque pluribus adminiculis paulo ante fundatam, desolatus fulcit ac sustinet:' nec alio vorsum vetus Panægyristes respiciens, 'Reipublicæ fundamenta' appellavit leges eas, quæ mulcta cælibes afficiebant, parentesque præmiis honorabant. *Idem.*

Sumptis atque contemtis] *Sumptis* est in Palat. Edd. pp. Junt. pr. Ald. Bas. Sed verissime *spretis* emendavit Beroald. quod confirmant reliqui Codd. Synonymiam amari ab Auctore, sæpe vidimus. Adi et ad lib. VIII. 158. Et sic l. hoc p. 151. 'contemnit ac despicit.' Jungit hæc etiam Terent. And. I. 5. 13. 'Quot modo contemtus, spretus?' Eun. I. 2. 90. 'Contemtus abs te spernor:' ubi tamen meliore locatur ordine. Plus enim est *spernere*, quam *contemnere*. Cic. ait 'spretis et pro nihilo putatis.' *Oud.* *Spretis atque contemptis, &c.*] Cyprianus in de Lapsis: 'Spretis his omnibus atque contemptis:' infra hic lib. X. 'Spretis illis suis luculentis vehiculis, et præterhabitis, &c. carpentis.' *Pric.* *Sumptis*] Corrigo *spretis:* sequitur enim, 'Atque contemptis.' *Beroald.*

Fugientis comes] Ovidius: 'Sola comes nostræ perstitit illa fugæ.' Augustinus in XIV. Joannis: 'Quam multi proscripti a castis uxoribus amplius dilecti sunt! probata sunt multa casta' (malim *cara*) 'conjugia calamitatibus maritorum: et, ne aliud amare conjuges quam maritos putarentur, non solum non deseruerunt, amplius, etiam secutæ sunt.' Tacitus Histor. I. 'Comitatæ liberos profugos matres, secutæ maritos in exilia conjuges:' et en exempla nonnulla. Idem XV. Annal. 'Novio Prisco, Glitio Gallo, atque Asinio Pollioni data exilia: Priscum Antonia Flaccilla conjux comitata est.' Plinius VII. Epist. XIX. de Fannia Helvidii uxore: 'Bis maritum secuta est in exilium: tertio ipsa propter maritum relegata.' Valerius Maximus de Hypsicratea uxore Mithridatis: 'Victum a Cn. Pompeio per efferatas gentes fugientem, animo pariter et corpore infatigabili secuta est.' *Pric.*

Infortuniis socia] Ita Theagena Agathoclis uxor apud Justin. lib. XXIII. dicit, se nubendo non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ cum viro iniisse societatem. *Elmenh.* Ms. Bertin. et Ed. Bas. pr. *infortuniis*, non adeo male. Nam *socius* sic Dativo jungitur æque ac Genitivo. Vide me et Burm. ad Luc. lib. II. 346. 'Non me lætorum sociam, rebusque secundis Accipis; in curas venio partemque laborum.' Sil. Ital. lib. VI. 372. 'ratique Inpositus mœstis socium me casibus addo.' Sive 'in omnes casus,' ut ait Solin. pag. 18. *Comes* autem et *socius* seu foris et domi passim junguntur. Vide ibid. et Horat. lib. I. 7. 26. Sil. XV. 345. Vavass. de vi et usu verborum. Manil. lib. II. 121. 'Et socios tenet et comites, atque hospitio una Fungitur.' Sic lego e Mss. in quibus *hospitis;* vulgo, *hospitium jungitur*. Bentleius audacter et perperam, *et consortes hospitiisque F.* Oud. *Et infor-*

tunii socia] Seneca ex uxoris bonæ maritum alloquentis persona: 'Non possumus una fælices esse, &c. una infælices erimus.' Controvers. I. 6. Ovidius v. 15. Trist. 'Esse bonam facile est, ubi quod vetet esse, remotum est, Et nihil officio nupta quod obstet habet: Cum Deus intonuit non se subducere nimbo, Id demum est pietas, id socialis amor.' *Pric.*

Tonso capillo, in masculinam faciem reformato habitu, &c.] Valer. Maximus ubi supra: 'Propter quem' (maritum) 'præcipuum formæ suæ decorem in habitum virilem convertere voluptatis loco habuit; tonsis enim capillis equo se et armis assuefecit, quo facilius laboribus et periculis ejus interesset.' *Reformato*, ut VIII. 'in Lemures reformati:' et XI. 'Non in alienam personam reformatus.' Glossæ: 'Μετατυπῶ, deformo, reformo.' *Idem.*

Auro monetali zonis refertis incincta] Olim peregrinantes pecuniam in zonis secum habebant. Adolescens jam jam profecturus, Plauti Mercatore: 'Zonam sustuli.' Unde lux etiam alii loco Persæ: 'cape Tunicam atque zonam et chlamydem afferto et causiam, Quam ille habeat, qui hanc lenoni huic vendat. SA. Heu prope. TO. Quasi sit peregrinus:' et Truculento: 'ST. Ubi est quod tu das? Solve zonas,' &c. Sic zona accipienda apud Ulpian. lib. VI. de bonis damnat. *Colv.* Adi Dempster. Paralip. ad Rosin. lib. II. cap. 9. *Oud.* *Pretiosissimis monilium, et auro monetali zonis refertis incincta*] Ex more iter molientium, de quo ad Luc. 15. 13. adnotavi: inprimis autem Appuleium illustrant Justini ista de Ætolorum uxoribus: 'Quasi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretiosissima quæque auferentes,' &c. 'Aurum monetale' vocat, quod in Jure 'signatum aurum.' Glossæ: 'Χρυσοῦν νόμισμα, aurum signatum.' *Pric.*

Custodientium militum] Milites custodiendis reis adhibitos sæpius legas apud nostros; ut lib. IV. § 1. D. si quis caution. Lib. X. ex quib. caus. major. et non semel, Tit. de Custodia reor. Alia, ni fallor, et plura decus illustre patriæ meæ J. Ræv. Conjectaneis suis necdum editis, quæ brevi lucem opera nostra videbunt, si nos adhuc eam. Sed et Lips. jam dudum etiam cum cura ad III. Annal. Taciti. *Colv.* J. Ræv. Conject. cap. IV. *Oud.* *Inter ipsas, &c. militum manus, et gladios nudos intrepida, &c.*] 'Nec insidias inter, nec militis ensem, Nec mare, nec ventos, barbariemve timens.' Statius Sylv. v. de Priscilla Abascantii: 'Quod si anceps metus ad majora vocasset, Illa vel armiferas pro conjuge læta catervas, Fulmineosque ignes, mediique pericula Ponti Exciperet.' Seneca cap. 16. Consol. ad Marciam: 'Clœliam, contempto hoste, et flumine, ob insignem audaciam tantum non in viros transcripsimus.' *Pric.* *Et gladios nudos intrepida*] 'Non illa pericli Telorumve memor... Nam fortem faciebat amor, nexusque mariti Fœderis.' De Amore apud Stobæum Aristarch. Οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἀσθενῆ σθένειν τίθησι, καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρον. Maximus Tyrius Dissert. IX. Οὐ θηρίον αὐτῷ δεινὸν, οὐ πῦρ, οὐ κρημνὸς, οὐ θάλαττα, οὐ ξίφος, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄπορα αὐτῷ εὐπορώτατα, καὶ τὰ δεινὰ εὐμαχώτατα, καὶ τὰ φοβερὰ εὐτελέστατα, καὶ τὰ χαλεπὰ εὐκολώτατα, &c. πανταχοῦ θάῤῥει, πάντων ὑπερορᾷ, πάντων κρατεῖ. *Idem.*

Cunctorum periculorum particeps] Philo de Abrahami uxore: Μυρία δείγματα τῆς φιλανδρίας ἐνεγκαμένη, τὴν σὺν αὐτῷ τῶν συγγενῶν ἀπόλειψιν, τὴν ἐκ τῆς οἰκίας ἀνενδοίαστον μετάστασιν, τὰς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς συνεχεῖς ἐπαλλήλους πλάνας, &c. ἀεὶ καὶ πανταχοῦ παρῆν, οὐδένα τρόπον ἢ κλῆρον ἀπολιποῦσα, κοινωνὸς ὄντως βίου, καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων, ἐξ ἴσου δικαιοῦσα μετέχειν ἀγαθῶν ὁμοῦ καὶ κακῶν.

Tacitus de Germanorum uxoribus: 'Ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonentur venire se laborum periculorumque socias: idem in pace, idem in prælio ausuras passurasque.' *Idem.*

Pro mariti salute pervigilem curam sustinens] Supra lib. v. 'Pervigili cura rebus excubamus tuis.' *Idem.*

Ingenio masculo sustinebat] Τὸν θῆλυν λογισμὸν θυμῷ ἄρσενι διεγείρασα· ut de septem filiorum matre II. 7. 21. scriptor Maccabaicorum locutus. Seneca ubi supra: 'Quis dixerit Naturam maligne cum muliebribus ingeniis egisse, et virtutes illarum in arctum retraxisse? par illis (mihi crede) vigor, par ad honesta, &c. facultas.' *Idem.*

Itineris difficultatibus, marisque t.] Bert. *itinerum.* Elmenh. Quod probari posset ex lib. IV. p. 83. 'Longis itineribus, atque latissimis maris meatibus.' Nisi potius correctoris sit, qui invenerat in Msto *itineribus* pro *itineris*, ut restat in D'Orv. Terrestre scilicet intelligit iter, obpositum maris meatibus. Atque ita Mss. Taciti, teste Gron. lib. XIII. Ann. cap. 53. 'Sublatisque itineris' (scilicet terrestris) 'difficultatibus, navigabilia inter se litora fierent:' ubi vulgo quoque *itinerum.* Confer notata ad lib. II. pag. 29. 'Et maris ac viæ confeceris iter.' A Pal. et Guelf. sec. absunt *diffic. marisque.* Oud. *Itineris difficultatibus*] Ita Tacitus (e quo Noster) Annal. XIII. *Pric.* *Marisque terroribus*] Germanicus in Aratæis: 'Et cum terrores auget nox atra marinos.' *Idem.*

Temporariam sedem] Sic infra XI. 'Temporarium larem:' contra l. VIII. 'Larem sedesque perpetuas.' *Idem.*

PAG. 137 *Grassabamur*] Flor. et Bertin. *grassabamus.* Elmenh. Sic etiam Reg. Fux. Pith. Guelferb. D'Orvill. Palat. Fux. et Edd. O. usque ad Basil. sec. vel *crassabamus.* Oxon. *classabamus.* Vide ergo, num et hoc verbo active *grassare*, non deponentialiter *grassari* usus sit Auctor, ut multis aliis, de quibus dixi ad lib. I. pag. 18. pag. 35. 'reluctabant.' Sed lib. II. in Imp. 'grassare naviter:' et de Habit. Doctr. Plat. p. 614. 'Grassari malitiam constat.' *Oud.*

Litus adpulisset] Fux. *applicuit.* Roald. Item Pal. Guelf. ambo, Oxon. Par. Ne muta. Nam 'adpellere locum,' pro 'loco' vel 'ad locum,' sæpissime occurrit. Lib. VI. p. 118. 'Cum primum jugi conterminos locos appulit.' Adi ad Front. lib. III. 9. 4. et de similibus Heins. ad Æn. XI. 261. *Oud.*

Tabernulam] Pith. *tavernulam.* Rursus hoc natum ex confusione τῶν *b* et *v.* Infra lib. IX. pag. 407. 'Hortulanus in ipsa tabernula derepit in quamdam cistulam.' Vide et Pric. In D'Orv. est *tabernula quadam proxima.* Ne audias. 'Incubare' cum Accusativo dixit Noster quoque lib. IV. p. 69. 'folles incubabat.' et p. 75. 'lucos, &c. incubare;' ac passim apud Plin. ut docet index Harduini, et pluries in Mss. optimis. Ac male carpit Solin. Salm. ad p. 112. 'Delubra, quibus succedit aut incubat,' ut recte in Mss. O. *Idem.* *Tabernulam quandam litori marique proximam, &c. incubabat*] Florent. male, *cavernulam:* sequitur enim jam statim de *cubiculo*, cui nullus in *caverna* locus: imo et *tabernulam* vocat, quam § 5. Instit. de rerum divis. Jurisconsultus *casam.* 'Littorum quoque' (inquit) 'usus publicus est, &c. ob id, cuilibet liberum est casam ibi ponere, in quam te recipias,' &c. *Pric.*

Invadimus, &c. omnia] Solent prædones maris littora insidere, ut casu aut consilio appellentes infestare possint: vide supra p. 96. annotata: et bene *invadimus.* Gloss. 'Ὑπεισέρχομαι βιαίως, invado:' supra lib. II. 'Id omne latrocinalis invasit manus.' *Idem.*

Clamoribus inquietis cuncta miscuit] Lucret. 'Magnis clamoribus omnia complent.' Infra hic VIII. 'Latratibus fervidis dissonisque miscent omnia.' Gellius de Polo histrione: 'Opplevit omnia, &c. lamentis veris et spirantibus.' *Idem.*

Suosque famulos nominatim, &c. suppetiatum convocans] Apud Theocritum Eidyll. XXVI. Δμῶας δὴ τότ' ἄϋσ' ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντας. 'nominatim convocans,' ut solent periculis improvisis circumventi. Æneid. XI. 'Nomine quemque vocans:' ubi Servius: 'Per hoc extrema necessitas indicatur.' *Pric.*

Quem sibi quisque metuentes delit.] *Quum* conjecit Grosl. et reposuit Wow. cum Elm. Scriv. Pric. Flor. Sed Vulc. Ed. sec. recepit alteram Colvii conjecturam *qui*, non solum confirmatam a Ms. Fulv. sed et Flor. Reg. Fux. Palat. Pith. Guelf. utroque, Oxon. D'Orvill. et Ed. Juntin. post. Verissime. Ita lib. VIII. pag. 156. 'Exciti quisque, familia mœsta, concurrimus.' Prave in Reg. Fux. et D'Orv. est *metuens*, ac *delitescebat* in Ed. Aldi. *Quique* etiam in Oxon. *Oud.* *Pavore cunctorum, cum sibi quisque metuentes delitescebant, effectum est ut impune discederemus*] Ammianus lib. XXV. 'Semet quisque reliquis omnibus anteponens, vitare, &c. terribilia festinabat.' Seneca III. 24. de Benef. 'In tanta confusione, &c. cum sibi quisque consuleret, omnes ab illa fugerunt.' Apud Achillem Tatium lib. III. Τὸ οἰκεῖον ἕκαστος σκοπῶν ἀσφαλὲς, τὸ πρὸς τοὺς ἑτέρους εὔγνωμον οὐκ ἐλογίζετο. supra lib. IV. 'Licet numerosa familia latis diversetur ædibus, tamen quisque magis suæ saluti quam Domini consulat opibus.' Oxoniensis heic, et alius Ms. *qui sibi, &c.* Pric.

Unicæ fidei fœmina] E converso lib. X. 'Malitiæ novercalis exemplar unicum.' *Idem.*

Bonis artibus gratiosa] A Tacito, qui 'bonis artibus gratos' Annali I. dixit. Idem Annali III. 'honestis artibus copiosum:' quas VI. 'sanctas artes' vocat: opponuntur supra hic II. 'malæ artes:' item in lib. I. § 5. de servo corrupto. *Idem.*

Aggressuræ] Est in lib. IV. famil. ercisc. sic 'aggressores' in lib. VII. ad leg. Pomp. de parricid. et 'aggressionis insidiæ' in Valentiniani edicto. *Idem.*

Plenam vindictam] Supra lib. IV. 'Vindictam tuæ parenti, sed plenam tribue:' ut apud Plin. lib. X. Epist. 66. 'Et plenam ei humanitatem tuam præstes,' &c. *Brant.*

Latronis collegium] An *L. collegii vestigium?* Passim enim latronum cœtum Auctor *collegium* vocat, ut init. hujus libri: 'talem collegio suo nuncium fecit:' et mox pag. 136. 'sportulam vestro collegio.' Cujus nullas reliquias vel signa superesse noluit Cæsar, sicuti sine ejus permissu *collegia* constituere erat vetitum, ut e Suetonio et Digestis notum. *Oud.* *Latronis collegium*] Alii, *vestigium*; i. noluit ut nemo maneret superstes. Vir d. ad marg. Ed. Vic. *Idem.*

Interiit] *Interiit* est a Ber. Priores Edd. dant *interibit*, ut exaratur in Ms. D'Orv. Pith. Scilicet e perpetua confusione pro *interivit*; quod servarunt Oxon. et Inc. Guelf. pr. et bene cum Brant. vindicavit Pric. Vide ad lib. IV. p. 78. 'perivit.' Fux. *interium.* Guelf. sec. *interitum*, quod et habet margo Guelferb. pr. in quo post *tantum* est lacuna vocis fere tetrasyllabæ. Ceterum interiisse latrones intelligit per ληστοδιώκτας et εἰρηνάρχας, de quibus vide Auson. Epist. IV. 20. 'An majora gerens, tota regione vagantes Persequeris fures?' Misc. Obs. tom. I. vol. V. pag. 26. &c. Talis videtur fuisse in Cilicia εἰρήνης προεστὼς Perilaus apud Xenoph. Ephes. lib. II. p. 36. Sed confer dictum l. Misc. *Idem.* *Denique noluit esse Cæsar Hæmi latronis*

collegium, et confestim interiit] Arrianus III. 13. in Epictetum: Ὁρᾶτε ὅτι εἰρήνην μεγάλην ὁ Καῖσαρ ἡμῖν δοκεῖ παρέχειν, (id est, παρέχει,) ὅτι οὐκ εἰσὶν οὐκέτι πόλεμοι, οὐδὲ μάχαι, οὐδὲ ληστήρια μεγάλα, οὐδὲ πειρατικά· ἀλλ' ἔξεστι πάσῃ ὥρᾳ ὁδεύειν, πλεῖν τε, &c. Hoc præcipuum subditorum beneficium a Regibus acceptum: et hinc ἤρεμος καὶ ἡσύχιος βίος ille, de quo ad I. 2. 2. Timoth. plena manu adnotavimus. Ad verba Appuleii autem illustranda faciunt unice Aristidis ista: Τῶν πάλαι τις αὐτοκρατόρων πεττεύει, ὡς λέγεται, καὶ μεταξὺ παρεφθέγξατο, μὴ βούλεσθαι Νασαμῶνας εἶναι, εἶτα οἱ Νασαμῶνες ἀπώλοντο. Orat. in Smyrn. Oxon. hic *interivit*, et infra statim *transabivi*: sic IV. 'A gloria non perivit.' *Pric.* *Interibit*] Lego *interiit*: significat enim, confestim interiisse et extinctum esse collegium latronum, ubi id jussit Cæsar: nam de principe illud Psalmographi dici potest: 'Ipse dixit, et facta sunt:' et ut scriptum legimus in libro Esdræ: 'Si rex dixerit: Exterminate, exterminant: plantate, plantant: et omnes Virtutes eum obaudiunt.' *Beroald.*

Tantum potest nutus etiam m. pr.] Oxon. *t. post nutus.* D'Orv. *t. potest esse nutus.* Vocem *etiam* uncinis circumduxerunt Wow. et Pric. qua facile carere possumus. Nunc explicanda per *vel*: sed malim præponere τῷ *nutus*: ne *etiam magni* jungi possint, quæ mens Auctoris non fuit. *Oud.* *Tantum potest nutus etiam magni Principis*] Virgilius Ecloga I. 'Sæpe malum hoc nobis (si mens non læva fuisset,) De cœlo tactas memini prædicere quercus:' ubi Servius: (quem ut opportune emendem adduco:) 'Significat motu Imperatoris posse agros eorum perire:' ita, qua nunc utor, editio Genevensis: scribendum *nutu Imperatoris.* Ovidius de Augusto: 'Noluit, at poterat minimo me perdere nutu.' Sidonius de Avito Imperatore: 'Solus facit omnia nutus.' *Pric.*

Militarium vexillationum indagatu] Latrones in provinciis per milites stationarios, mandato principis, a præsidibus proconsulibusve conquirebantur et vestigabantur. Tertull. Apologet. (c. 2.) 'Latronibus vestigandis per universas provincias militaris statio sortitur.' Huc non semel Jurisconsulti nostri spectant. Paulus lib. III. D. de Offic. præsid. 'Nam et in mandatis principum est, ut, cum is qui provinciæ præest, malis hominibus provinciam purgare.' Marc. lib. IV. ad Leg. Jul. pecul. 'Mandatis autem cavetur de sacrilegiis ut præsides sacrilegos, latrones conquirant.' Respiciunt forte etiam Impp. Arcad. et Honor. lib. X. c. de Episcop. et Constant. lib. I. c. de Custod. reor. *Colv.* De hac re et διωγμῷ vide Casaub. et Salm. ad J. Capitol. in V. Marci c. 21. Alii *vexillariorum.* Per 'vexillationes' hic intelligit sine dubio equestres turmas, sive manipulos equitum, ut vocat Auctor lib. IX. p. 182. quales erant auxiliarium in provinciis. Vide omnino Scheff. ad Mauricii Tactica p. 420. &c. Reines. Cl. VIII. 9. Alibi etiam 'vexillationes Legionum,' et præsertim in Britannia occurrunt VEXILLATIO LEG. VI. VICT. ut et XX. VICT. Quæ opus valli fecit per aliquot millenos passus. Confer Inscript. Grut. p. 2568. Fabr. Inscr. p. 758. Misc. Obs. Nov. t. IV. p. 320. easque vicissim corrige. Item vide Pasch. Caryoph. de Therm. Hercul. p. 20. *Oud.*

Concisa] Vide ad Hirt. lib. VIII. B. G. c. 31. 'Copias accisas.' Ceterum perperam in Fabri Thes. jungitur *factio mil. vexillationum.* Cum agat de factione latronum, deleta indagatu m. vexillationum. *Idem.* *Tota denique factione, &c. confecta atque concisa, ipse, &c. solus, &c. evasi*] Macrob. Saturnal. VII. 2. 'Vel, si quis tota pene classe, &c. occupata, seu ingenio seu viribus solus evasit.' *Concisa*, ut

apud Lucianum in Jove Tragœdo, *κακούργους ἐκκόπτειν*. *Vexillationis* vocem, ut complures alias, a Suetonio sumpsit. *Factionem* heic, 'latrocinalem' intellige. Lib. III. 'Globus latronum invadit omnia, et singula domus membra cingit armata factio.' Tertullianus Apologetico: 'Illis nomen factionis accommodandum est, qui in odium bonorum et proborum conspirant.' *Pric.*

Sumpta veste muliebri, &c.] Solertia non semel, nec de una causa usurpata. Plato in Critone: Καὶ ἴσως ἂν ἡδέως σου ἀκούοιεν ὡς γελοίως ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπεδίδρασκες, σκευήν τινα περιτιθέμενος, ἢ διφθέραν λαβὼν, ἢ ἄλλα οἷα δὴ εἰώθασιν ἐπισκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες, καὶ τὸ σχῆμα σαυτοῦ μεταλλάξας. Gellius VI. 10. de Euclide: 'Tunica longa muliebri indutus, et pallio versicolore amictus, et caput et ora velatus, e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat.' *Idem.*

In sinus floccidos abundante] Ald. *s. f. alium dante*. Male. *Elmenh.* Ab Junt. pr. est corrupta illa lectio, *s. f. alium dante*. In D'Orv. *sinu*. Vide ad lib. II. p. 23. 'In levem vibrantur umbram.' Perperam vero Mss, aliquot cum Edd. pp. Ber. Junt. pr. Ald. Bas. Lugd. Colv. Vulc. pr. Par. Elmenh. Scriv. dant *floccidos*, quasi a 'floccis' dictos, qui in pannis eminent. Tales enim non conveniunt muliebri vesti floridæ: neque a Substantivo 'floccus' tale Adjectivum formari, Analogia permittit. Optime *flaccidos*, sive laxos et fluxos, χαλαροὺς in Gl. ac rugis plicisque plenos, legas in Mss. aliis Beroaldi, Pith. Fux. Flor. Guelf. utroque, Palat. D'Orv. Inc. Edd. Junt. post. Wow. Pric. ac Flor. Sic 'aures, genæ flaccæ' et 'flaccidæ.' Oxon. vitiose *flavos*. Dein Beroald. legi vult *undante*, probante Pric. et Burm. ad Val. Flacc. lib. III. 525. 'Summo palla genu, tenui vagus innatat unda Crinis.' Quia scilicet fluxæ vestes passim 'undare' et 'fluere' dicuntur. Exempla plura vide apud J. F. Gron. lib. II. Obs. c. 17. Heins. ad Phædr. I. v. F. 1. Broukh. ad Tib. I. 7. 47. et Propert. lib. II. 22. 26. atque alios. Sed 'vestis abundans in sinus' nonne idem significat? *Oud.* *In sinus flaccidos abundante*] In multis *floccidos*: *flaccidos* antem (quod hæc editio præfert) si 'rugosos' interpretamur, sententia in perspicuo erit. In veteri Onomast. '*Flaccidus*, χαλαρός.' ita *flaccidos sinus* dixeris, quorum striæ rugas imitantur: unde nec improbe Beroaldus *undante*, non *abundante* substituit: supra lib. II. 'Capillo fluenter undante.' Oxon. *In sinus flavos*, quod frugis nihil bonæ continet. *Pric.* *Floccidos*] A floccis, qui eminent in panno, dicti 'Sinus floccidi.' Cornel. Celsus, inter signa ægroti mortifera esse dicit, si floccos colligit: et de floccis in hoc significatu crebra est mentio apud Plinium, et cæteros. Quidam corrigunt *flaccidos*, quasi languentes et fluxas atque laxas vestes intelligi voluerit; 'flaccere' enim est languere. Inde in Apologia scriptum est: 'Oratio rebus flaccet strepitu viget:' inde et cognomina Flaccorum, quorum scilicet aures essent flaccidæ. *Beroald.* *Abundante*] Quid si legas *Undante?* dicimus enim eleganter 'vestes undantes,' quæ instar undarum fluctuant et undantur. Alia nimirum intelligitur vestis illa quam Cymatilem ab undis et fluctibus dicunt, quæ κύματα nominantur: cujus meminit Plautus in Epidico. Namque Cymatilis vestis ex eo nomen accepit, quod fluctuum similis sit, et textura ipsa fluctus et undas imitetur: qualia hodieque vestimenta symbolata vulgo nominitant. De hac cymatili veste Ovidium intellexisse arbitror, cum ait: 'Hæc imitata, undas nomen quoque traxit ab undis.' Quidam intellectum carminis Ovidiani ad cæruleum vestimentum referunt, qui color est undarum. *Id.*

Mitellaque textili contecto c.] Pith. *texili*. Nescio quid sibi velit Barth. lib. xx. Advers. c. 15. legens *tectili*. Mitella sive parva mitra, muliebre capitis tegumentum intelligitur *texta*. Vide Thes. Fabri. Sic infra lib. xi. p. 224. 'Simiam pileo textili crocotisque Phrygiis.' Martian. Cap. lib. ii. p. 28. 'Calceos præterea ex papyro textili subligavit.' *Oud.*

Calceis femininis] At Ælian. Var. Hist. lib. vii. Ῥωμαίων δὲ αἱ πολλαὶ γυναῖκες, καὶ τὰ ὑποδήματα αὐτὰ φορεῖν τοῖς ἀνδράσιν, εἰθισμέναι εἰσιν. Addit Noster, *albis illis et tenuibus*. Notemus ergo hoc loco genus calceamenti feminei, diversi a virili, ut et apud Manil. lib. v. 'Femineæ vestes, nexæ sine tegmine plantæ, Et species, fictique placent ad mollia gressus.' Cic. lib. i. de Orat. 'Ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer; quamvis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles.' Hesych. Σικυώνια, γυναικεῖα ὑποδήματα. Parum caute igitur Ælianus videtur scripsisse, Romæ feminarum virorumque fuisse calceamenta eadem. Apuleius noster hic quidem Romæ non est; omnia ei tamen ubique ad mores ejus urbis in Græcanica hac fabella facta et ficta. Quod quivis in illa non hospes facile perspiciat, et nos non semel ostendimus. Et en tibi iterum in eo, quod sequitur. *Colv.* *Feminis* Pith. *Femininis* rarioris usus est, quam *femineis*; quod placet tamen ob consensum Codd. Flor. Bertin. Oxon. D'Orv. Reg. Fux. (nihil not. ex Guelf.) ut edidere Elmenh. Scriv. et Florid. Eadem confusio de Mundo p. 732. 'Mare et femineum secus.' Temere vero Colv. accusat erroris Æl. lib. vii. cap. 11. cum non loquatur Æl. de Rom. mulieribus πάσαις, sed πολλαῖς, ac plebeiis, ut bene explicat Balduinus de Calceo cap. 8. quamvis illic Nilantius etiam *omnes* seu *vulgo* intelligat, explicans de soleis domesticis, calceisque forensibus. *Oud.*

Albis illis] Flav. Vopiscus Aurel. (c. 49.) 'Calceos mulleos et cereos, et albos, et ederaceos viris omnibus tulit, mulieribus reliquit.' Pollux lib. vii. cap. 22. Ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα Περσικά. λευκὸν ὑπόδημα, μᾶλλον ἑταιρικόν. *Colv.* Vide Comm. ibid. et Pric. *Oud.* *Calceis fœmininis albis illis*] Clemens Pædag. ii. 11. Γυναιξὶ τὸ λευκὸν ὑπόδημα συγχωρητέον, πλὴν εἰ μὴ ὁδεύοιεν. Vide Colvii notas. *Pric.*

In sequiore in sexum incertus] Oxon. *intectus*, ut significaret hic idem, quod 'valde tectus.' D'Orvill. quoque Fux. Pith. Guelf. et Edd. O. ante Bas. sec. præbent *incertus*, ἄδηλος. Sed quid erit *in sexum intectus* aut *incertus?* Quare omnino et unice placet *insertus*, quod est in Reg. et Inc. ut legendum jam olim videre Beroald. et Cujac. Obs. i. cap. 3. ac cum Bas. receperunt Colv. et seqq. et recte etiam Pric. exponit 'insititium,' de quo vide et ad lib. vi. in f. ac Comm. ad Phædr. lib. iii. F. 4. 'insitivi liberi.' Suet. Aug. c. 42. 'Manumissos, insertosque civium numero.' Eadem simili modo aliisque confunduntur. Supra lib. iv. p. 81. 'Insertis mucronibus:' uti et illic legendum reor. Pro *sequiorem* in Ms. Inc. *segniorem*. Oud. *In sequiorem sexum insertus*] *Incertus* (ἄδηλος nempe) alii ex Mss. malunt: mihi *insertus* placet, ἐγκεντρισθεὶς: neque aliter enim quam 'insiticium' intelligo, metaphora non invenusta. Oxon. *intectus:* ut infra statim: 'Habitus alieni fallacia tectus.' *Pric.* *Incertus*] Qui ignorabar, delitescens sub habitu cultuque fœmineo. Purior lectio est, *Insertus:* nam qui induit vestimenta muliebria, quasi inseritur et transfiguratur in alterum sexum. Lex Judaica, ut in Deuteronomio scriptum legimus, præcipit, ne mulier induatur veste virili, nec vir utatur veste fœminea. Probrosum enim id est, nisi quis ea causa indueret, qua Euclides factitavit:

qui, ut scriptores annotavere, sub noctem, priusquam advesperasceret, tunica longa muliebri indutus, et pallio versicolore amictus, ad Socratem e domo sua clam contra decretum Atheniensium commeabat, ut sermonum doctrinæque Socraticæ fieret vel tantillo tempusculo particeps; rursusque sub lucem millia passuum paulo amplius viginti, eadem veste illa intectus, domum redibat. Sensus est: Indutus cultu vestituque fœmineo, et ita hoc astu ignotus evasi. Legimus apud historicos, Volusium a triumviris proscriptum, assumpto habitu sacerdotali per itinera viasque publicas stipem emendicantem, hac fallacia salutem quæsivisse. *Beroald.*

Per medias] Lego, *per medias acies.* Idem.

Transabii] Flor. *transivi.* Elmenh. Qui cum Florido istud recepit, invitis reliquis Mss. et Edd. ut Statio sæpe; et Virg. lib. IX. Æn. 432. 'viribus ensis adactus Transabiit costas:' ubi vide Burm. Boëth. lib. III. Cons. Phil. Met. 8. 'Stelliferum transabiit polum.' Immo Noster aliquoties, ut lib. VIII. p. 155. 'Aper calcata retiola transabiit.' p. 163. 'difficultates illas transabiremus.' Recte ergo Pal. Fux. Guelf. ambo, et Oxon. *transabivi*, ut supra *interivi*: immo hinc *u* adhæsit seq. voci *nam.* Oud. *Transabii*] Infra VIII. 'difficultates transabiremus illas.' Oxon. *transabivi*: ut et supra paulo non *interiit*, sed *interivit*: nec longinque hic Florent. Codex, qui *transivi* legit. *Pric.*

Mulierem, &c. asinariam] Gloss. 'Ὀνηλάτης, asinarius.' *Idem.*

Concedebant l. abitus] *Aditus* dant Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Guelferb. et Edd. ante Bas. quam lectionem prætulit Scriv. pro 'accessu ad se.' Illorum ego judicium sequi malim, qui rescripserunt *abitus*, præeunte jam Ber. hinc Bas. Colv. &c. licet inmixtus aliquoties fuerit militibus: unde sequitur 'semitrepidus juxta mucrones Martios constitutus.' In Pal. *et codebant.* Oud.

Quippe cum] Guelf. pr. *q. eam.* Oxon. *quippe enim*, probante omnino Pric. Sed non adtendit, tunc debere sequi Indicativum modum, ut solet cum phrasi *quippe cum.* Hic vero subditur *splendicarent;* uti τοῖς *quippe cum* subjunctivus subnectitur. Ac sic legendum forsan in Flor. N. 23. 'Quippe quum structor, &c. egomet, &c. lapides adferam:' ubi deest vulgo, *quum.* Nisi malis cum Mss. et Edd. Vett. ibi legere *quippe qui:* ut sæpius Noster. Iisque tam Subjunctivus quam Indicativus adponitur. Vide Drak. ad Liv. l. II. 27. et l. XXXVII. 7. Quod et restituendum est Septim. de B. Troj. lib. II. c. 28. 'Quippe qui cum per se amicus, tum præcipue, &c. nihil non mereri crederetur.' Sic enim Mss. et Ed. Artop. Vulgo deest *qui.* Ibid. cap. 29. 'Quippe qui, &c. tanti numinis Deum contemtui habuisset.' *Idem.* *Quippe cum mihi etiam tunc depiles genæ lævi pueritia splendicarent*] 'Nondum prima genas vestibat flore juventa:' et bene *splendicarent:* infra lib. IX. 'Puer, adhuc lubrico genarum splendore conspicuus.' Pollux II. 4. Καὶ ἀνθοῦσαι παρειαὶ, καὶ εὐανθεῖς, λάμπουσαι, στίλβουσαι, &c. Apud Aristoph. Thesmophor. Τί δ' ἐστιν ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν, Ἕως ἂν οὕτως τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχεις. Onomast. vetus: 'Depiles, ἄτριχες, ψιλοί.' Oxon. *Quippe enim mihi, &c.* quod ni vulgato prætulerim, parum Appuleium noverim. In Apologetico: 'Quippe etenim videbatur sibi peridoneum matri repperisse.' Cicero IV. de finibus: 'Quippe habes enim a Rhetoribus,' &c. et non semel Lucretius. Vide Merceri notas ad Nonnium Marcellum. *Pric.*

Nec ab illa tamen paterna gloria vel mea virtute descivi, quanquam, &c. juxta mucrones Martios constitutus] Lib. IV. 'Quanquam vitæ metas ultimas obiret, non tamen sui nostrique, vel

pristinæ virtutis oblitus.' *Idem.*

Habitus alieni fallacia tectus] Eodem lib. IV. nec dissimili argumento: 'Ad reliqua fallaciæ pergimus.' *Idem.*

PAG. 138 *Villas seu castella, &c.*] Glossæ: 'Κώμη, villa, castellum, vicus.' Isidorus XV. 2. Orig. 'Vici et castella et pagi, ii sunt, qui nulla dignitate civitatis ornantur, sed vulgari hominum conventu incoluntur, et propter parvitatem sui majoribus civitatibus attribuuntur.' Τὸ *seu* est *et*, ut supra ad lib. I. monui. *Idem.*

Solus aggrediens] 'En latronem succinctum, de civitate in civitatem exilientem:' ut XXXVI. 28. apud Sirachidem. *Idem.*

Diloricatis statim pannulis] Hegesippus I. 25. 'Amictu diloricato.' *Idem.*

En, inquit, istam sportulam, &c.] Moris olim, pro introitu alicujus collegii, curiæ, corporis, prioribus gratuitum quid præstari. Scævola l. CII. de Legat. lib. III. 'Quæsitum est, si Sempronius eam militiam sibi comparaverit; sed et id quod pro introitu erogari solet, ex caussa fideicommissi ab heredibus consequi posset.' Suet. Claudio: 'Postremo etiam HS octogies pro introitu novi sacerdotii coactus impendere.' *Colv.* Ex more antiquo, ubi ob introitum solebant elargiri collegio, curiæ aut corpori. Vide l. VII. Cod. procurat. s. scrin. et l. III. Digest. de Legat. Plin. libr. X. Epist. 40. *Elmenh.* *Vestro collegio*] 'Collegium' pauci nesciunt ἐκ τῶν μέσων esse: eam vocem iste tanquam ad legitimæ cujusdam militiæ socios aptavit. In Glossario: 'Τάξις στρατιωτική, collegium,' &c. *Pric.*

Meque vobis Ducem fidissimum, &c. offero] Catilina apud Sallustium: 'Vel Imperatore me vel milite utimini: neque animus neque corpus a vobis aberit.' *Idem.* *Si tamen non recusatis*] 'Si vestræ res est accommoda turbæ.' 'Nisi vobis nolentibus suadeo:' ut hic infra locutus. Plautus Trinummo: 'Bene volo ego illi facere, nisi tu nevis.' Plinius lib. III. Epist. 1. 'Liber legitur interdum, etiam præsentibus amicis, si tamen illi non gravantur.' *Idem.*

Brevi temporis spatio] Ita ex Flor. Bertin. D'Orv. Fux. Guelf. Oxon. cum Elmenh. Scriv. et Florido reposui, ut p. 136. 'exiguo temporis spatio.' Cæs. l. I. B. Civ. c. 24. 'longo temporis spatio.' In ceteris Mss. et Edd. est *brevis*. Auson. Vers. Pasch. 10. 'brevis ævi cursum.' Qualia passim variant.' *Oud.*

Lapideam d. f. auream] Sic August. apud Sueton. cap. 29. gloriatur, se urbem, quam lateritiam acceperat, marmoream relinquere. *Elmenh.* *Brevi temporis spatio lapideam istam domum vestram facturus auream*] Alexander apud Q. Curtium: 'Totum exercitum aspicite, qui paulo ante nihil præter arma habebant, nunc argenteis cubant lectis, mensas auro onerant.' Virgilius: 'Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.' Augustus apud Aurel. Victorem: 'Urbem lateritiam reperi, relinquo marmoream.' *Pric.*

Nec mora, nec contatio] Ex Virgilio, qui 'Nec mora, nec requies.' Æneid. V. *Idem.*

Deferunt] Ed. Vic. *deferre*. Non ineleganter per Enallagen seu Ellipsin, ut sæpe Noster cum aliis. Vide ad l. II. p. 33. 'obferre.' Nec obstat, quod sequatur *proferunt*. Nam ita non raro variant modos. Adi me ad Hirt. B. Afric. c. 7. et 25. 'Rursus se recipere; atque auxilia abduxit.' Infra l. X. p. 217. Duk. ad Flor. l. IV. c. 4. Et contra præcedente Indicativo, et seq. Infinitivo c. 20. 'frequentabat suas copias: Officinas ferrarias instruere:' ubi male Jurinius tentabat *frequentare*. Sept. de B. Tr. lib. I. c. 19. 'Lues invadit; atque, &c. milia fatigare et promiscue gras-

Lib. II. cap. 1. 'evolant naneque versis, atque in fuga (sic t Edd. Vett.) parcere, sed, &c. icare.' Ut hic, sic in Edd. l. x. p. 217. 'Verberonem cortrepidatio et in vicem h. c. lere pallor, perque membra suıanabat.' *Oud.* *Ducatum latro-. ei deferunt*] In Glossario: 'Duatronum, ἀρχὴ λῃστείας.' *Pric.* *eret abjecto centunculo divite. formatus*] Emendandum puto Forte sic: *Sumeret. Ac tectunculo divite, sic reform.* Colv. ıtis illa lautiuscula non potest ıri *centunculus.* Hinc Scriv. : *Sumeret, abjecto centunculo, di-* Scilicet non perceperunt viri quamvis jam monuerit Beroald. nculum divitem,' per Oxumoci pannosas ejus vestes et laquibus insutum erat aurum, e ideo recte *divites* vocantur: mens violentia' lib. III. p. 50. 101. 'pulsu lenientis palmulæ rari.' L. IX. p. 184. 'vagarer certo:' ubi vide Pric. Flor. 'stimulis refrenor.' Ita 'prohonor,' 'pravum decus,' et alia XIII. 30. XI. 34. 421. ubi vide audat Drakenb. et in Horat. dv. Cuningh. c. de Oxumoro. ero ita has vestes nunc vocatas latronibus, non verisimile est, uo potins cum Oxon. Cod. *su-* *Abjecto centunculo divite sic re-* Male vero in Pal. est *sumerent,* 'Orvill. *sumere.* De illa ellip-*t,* omnia sunt nota. *Centuculo ud. Vestemque lautiusculam pro-sumeret abjecto centunculo di-* ideantur quæ ad Luc. XV. 22. vimus. Oxon. hoc modo inter-: *Vestemque l. p. sumeret. Ab-ntunculo divite sic reformatus,* ontinuo, *et singulos exosculatus.* runt sumeret,' ut supra lib. II. ;it bibam:' male Colvius hic ı impendit. *Pric.* *Divite*] Reıtia sunt *centuculus* et *dives,* cum 'centuculus' proprie pannosorum sit, et sordidulorum. Sed nunc ex causa scitissime 'divitem centuculum' cognominat, quasi divitiis fartum: ex quo scilicet, diloricatis pannulis profuderat duo millia aureorum. *Beroald.*

In summo pulvinari] Id est, 'in summo toro,' ut lib. VI. locutus. *Pric.*

Cæna et poculis] Bert. Oxon. D'Orv. *cœne poculisque.* Palat. Pith. Fux. Ed. Junt. post. *cœna poculisque.* Flor. *cœnæ poculisque.* Guelf. sec. *cœnæ poculumque.* Edd. Elmenh. Scriv. Flor. *cœnaque poculisque.* Malim tum *cœnaque et poculis.* Vide ad lib. II. p. 31. 'sequensque et tertium.' Sed aliud quid latere videtur. Pro *magnis* in Pal. et Oxon. est *magis.* Oud.

Vinculis onusta] Ita 'vinculis onustum' I. 45. apud Hegesippum. Ammianus lib. XV. 'Onustum catenis' dixit: infra lib. IX. Noster, 'vinculis obrutam.' *Pric.*

Contorta et vituperanti nare] Non bene defendit vulgatum Elmenh. qui monere debuerat, per posterius vocabulum ab Appuleio, suo omniumque scriptorum more, explicari prius, ita ut *et* ac *καὶ* sæpe ponantur instar *id est.* Vide ad l. VI. p. 116. ipsum Stewech. l. x. p. 213. 'pompæ funebres, et sepultura filii:' ut leg. In Palat. *contexta.* Guelf. utroque *contemta.* D'Orv. *et cont. vitup.* Guelf. sec. *vituperata.* Oxon. a m. pr. *natura.* Guelferb. pr. *nature.* Oud. *Contorta et vituperanti nare*] Horat. Epist. I. 5. 'Corruget nares.' Scholiastes: 'Quoties horret aliquis, nares contractæ rugam faciunt.' Idem Epist. I. 19. 'Ad hæc ego naribus uti Formido.' Scholiastes: 'Caninis vituperantium naribus.' Suidas: 'Ἐπέμυξεν, ἐξεμυκτήρισεν· ἦχον διὰ τῶν ῥινῶν ἐποίησεν. Hesychius: 'Ἀποσιμοῦν ἀποστρέφειν, &c. 'Damnare simo vultu' Virgilius in Moreto dixit. *Pric.*

Malæ conscientiæ reatum intra me sustinebo, si quo l bonum mihi videtur dissimulavero] Silius Italicus: 'Animumque nefas temerare silendo.' Fulgentius Mytholog. II. 'Sicut livoris nota est silere quod noveram, ita crimen non est enarrare quod sentiam.' *Idem.*

Ego arbitror latrones quiqui eorum recte sapiunt, nihil anteferre lucro suo debere] Arrianus II. 26. in Epictetum: Τί κλέπτης θέλει; πρᾶξαι τὸ αὐτῷ συμφέρον. Theophylactus ad Marc. XI. Τὸ ληστρικὸν γένος περὶ τὸ κερδαίνειν ἐπτόηται. Heliodorus lib. I. Λησταῖς καὶ ψυχῶν αὐτῶν τὰ χρήματα προτιμότερα. Ibidem de Petosyride: Χρήματα πάμπολλα καὶ βοσκήματα τοῖς ζῶντα (Thyamin fratrem ejus) προκομίσασιν, εἰς τὰς κώμας τὰς ληστρικὰς διαπέμπων ἐπεκήρυξεν, ὑφ' ὧν ἁλόντες οἱ λησταὶ, καὶ μηδὲ παρὰ τὸ ζέον τῆς μάχης τῆς μνήμης τὸ κέρδος ἀποβαλόντες, &c. πολλῶν θανάτων ἐξώγρησαν. Τὸ *quiqui* bene hic a Colvio repositum. Glossarium: 'Οἵτινες ἂν, quiqui.' Ibidem: 'Ὅ,τι ἂν, quodquod:' et, 'Οἷς τισιν ἂν, &c. quibusquibus:' item, ''Αφ' ὧν τινων ἂν ποτε, a quibuisquibus:' iterum: 'Ἅς τινας ἂν, quasquas.' 'Ἅς τινας δήποτε, quasquas, quascunque:' et, 'Ἧς τινος ἂν, cujus, cujus.' 'Ἧι τινι δήποτε, cui, cui.' Sic 'quemquem' in Hecyræ fabula apud Terentium. *Idem.*

Sine ullo compendio indignationem vestram exercueritis] Sic apud Senecam II. 4. de Clementia: 'Non in compendium, sed occidendi causa occidere.' *Idem.*

Quin ego censeo, &c.] Apud Terent. v. 8. Eunucho: 'Militem ego rivalem recipiendum censeo:' ubi Donatus: 'Quod 'ego' addidit, eo dicto usus est quo uti solent, qui plus in negotio vident.' *Idem.*

Censeo deducendam eam ad quampiam civitatem, ibique venundandam] Horatius: 'Vendere cum possis captivam, occidere noli.' Hegesippus v. 47. 'Nec Romani, &c. abnuebant vitæ indulgentiam, et studio captiva mancipia vendendi promptiores erant ad salutem reservandam.' Judas Genes. 37. ad fratres, de Josepho: Τί χρήσιμον (quid compendii afferet nobis) ἐὰν ἀποκτείνωμεν τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν; δεῦτε, ἀποδώμεθα αὐτὸν τοῖς Ἰσμαηλίταις. *Idem.*

Nec enim levi pretio, &c.] Florid. III. 'Neque enim levi pretio emit qui rogat.' *Idem.*

Distrahi] Oxon. a m. pr. Guelf. pr. *distari.* Notandum vero καταχρηστικῶς, *distrahi* pro *vendi* dici de una re. Cum proprie venditione distrahantur variæ res, a diversis emtoribus comparatæ. Vide lib. IX. p. 199. Sed et sic 'fundus distrahi' dicitur a JCtis. Vide Briss. de verb. signif. *Oud.* *Distrahi poterit talis ætatula*] 'In fornicem' nempe 'processura,' ut continuo subjungit. Quintilianus Declam. CCCXL. de puerulo: 'Aut ob infelices contumeliæ annos venibit in lupanar aliquod.' *Pric.*

PAG. 139 *Poterit unus*] Sive tam dives est leno seu ὥρης ἔμπορος, ut eleganter in Anthol. l. I. p. 117. ut carissimo possit eam puellam emere, scilicet si quidem velit. Supponitur enim sub ista potestate voluntas. Quia tamen præcedit *poterit*, et certe requiritur ad emendum voluntas, forsan non inepte legas *optarit*, vel *optaverit* cum Marklando Ep. Crit. p. 49. *Oud.*

Magnis equidem talentis] D'Orv. *magnus.* Unde confici posset *magnarius equidem*, ut lib. I. pag. 4. Sed vulgatum præfero. Sive *magna* accipias, quia alia majora, alia minora sunt talenta, sive potius pro *multis*: quod pessime reponi hic voluit Soping. l. V. p. 89. 'magnis gazis.' p. 98. 'magnis pecuniis.' Adde Cic. pro L. Man. c. 7. Cæs. lib. III. B. Civ. c. 31. Auson. in Parent. Cogn. VII. 3. 'Magna cui et variæ quæsita pecunia sortis.' Et contra 'parvæ stipes' lib. XI. p. 29. X. p. 224. 'par-

væ pecuniæ' lib. IX. p. 182. Ita 'magna jugera,' 'magna milia,' 'magna juventus,' pro multis; quamvis, ne quid dissimulem, docti quidam viri tres postremas dictiones condemnent, et ibi reponant *multa*. Adi Broukh. ad Tibull. l. I. 1. 2. Burm. ad Valer. Flacc. l. V. vs. 274. Sed correxit se ille ad Luc. l. V. vs. 365. post editas sc. meas Observ. in Misc. A. 1733. p. 135. *Magna* pro *multa talenta*, etiam Mss. aliquot Virg. Æn. X. 531. Catal. lib. III. Ep. 217. 'Magnum continuo petis talentum.' Ita 'copiarum magnitudo' pro multitudine Hirtio B. Alex. cap. 26. 'magnus populus' Plin. lib. IX. Ep. 39. Immo nonne sic *tanta*, *quanta* passim pro *tot*, *quot* ponuntur? Et ipse Broukh. monuit ad Prop. II. 16. 7. et plurimi. Immo sic et infra l. VIII. p. 166. 'videbimus annos magnos.' Pro *equidem* in Pal. Guelf. utroque *quidem*. Sed adi ad l. I. p. 2. *Idem*.

Condigne natalibus suis] Infra heic: 'Suis monstruosis nuptiis condignam victimamus hostiam:' et X. 'Providentiæ divinæ condignum exitum accepit.' *Pric.*

In fornicem processuram] Præpositionem non agnoscunt Mss. D'Orvill. Fux. Pith. Guelf. ambo, Palat. Oxon. Edd. primæ, Beroald. et Bas. pr. Vide igitur, num *procedere* Auctor construxerit quoque cum Accusativo sine expressa præpositione, ut multa similia solet verba. Vel aliud quid latet. Nam *perpessuram* probare nequeo ob voces 'condigne natalibus suis;' quæ suadent ambigue sumendam vocem 'fornicem,' sive pro domo laqueata et in lacunar incurvata, qualis est potentium et divitum; sed et qualis est cella meretricia, seu lupanar fornicato opere structum. At ambiguitas tolleretur, si *perpossuram* substituas. Sed et seqq. in Mss. habentur corrupte. *Oud.* *In fornicem processuram*] Gloss. 'Fornix, πόρνη, καμάρα.' lege, πόρνης καμάρα. ibidem: 'Fornicaria, πόρνη, ἀπὸ καμάρας ἢ ἵσταντai. *Pric.*

Ex animo q. m. s. conducibilem pr.] Plautine dictum, *meo quidem animo*, id est, meo judicio utilem sententiam. Plaut. Aul. 'E meo quidem animo facias rectius.' Fulv. conjungit, *ex animo protuli*, ἀπὸ καρδίας. *Sciopp. in Symb.* Prius verum. *Oud.*

Nostrorum estis consiliorum, rerumque domini] Mea opinione concinnius sit: *vostrorum estis consiliorum, rerumque domini*. Pro me facit, quod idem, qui hæc loquitur, præmiserit in eadem sententia: 'Et non sum quidem tam brutus, vel certe temerarius, ut scitum vestrum inhibeam:' allusum autem ad Plebisciti formulam, quod Tribuno, id est, plebis magistratu rogante, plebs constituebat: itidem suadente quidem Hemo prædonum duce, reliquis latronibus consiliorum liberam existimationem, rerumque dijudicationem relictam sequentia hujus scriptoris clamitant. Usui porro fuere antiquis in suasionibus istiusmodi formulæ: 'at hic jam tua est existimatio,' quæ extat apud Apul. l. V. Plaut. Persa Scæ. 'Satin':' 'tua mera, tua judicatio est.' Cicero: 'sed hoc tui et consilii et judicii est,' l. XIII. Famil. Epist. 72. l. II. Epist. 2. Idem Bruto Ep. VI. Ep. VII. Ep. VIII. et Ep. IX. Itidem Cicero: 'tuum judicium est, idque liberum,' l. X. Famil. Epist. 3. et lib. XV. Epist. 13. Idem: 'Tuum consilium est,' lib. XVI. Ep. 3. Iterum: 'vestrum jam consilium est, non solum meum,' l. XIV. Epist. 14. et Epist. 18. Iterum alibi: 'sed hujus rei totum consilium tuum est,' l. XV. Ep. 14. Reperias earum formularum apud eundem M. Tullium synonyma non pauca, sed meo animo non ad superiorum elegantiam; quales sunt: 'jam id vos videte.' Item: 'hæc pro tuo ingenio considera.' Item: 'sed hæc ipse viderit.' A. Gellii locum pæne imprudens præterieram, qui libro primo Noctium

Attic. c. 18. 'In hac re,' inquit, 'de viro tam excellentis doctrinæ non meum judicium est.' Livio quoque non insolens ea formula: 'Utrum e rep. sit, nec ne, vestra existimatio est,' l. xxxiv. (c. 11.) *Stewech.* Possessivum æque pertinet ad *res*, quam ad *consilia.* Res certe Hæmi non erant, uti nec consilia, quæ jam sumserant latrones suo scito. Optime igitur emendavit Stewech. *vostrorum*, cui miror neminem suffragium dedisse; nisi quod *vestrorum* ediderint Elmenh. Scriv. et Florid. *Que* exsulat ab Oxon. *Oud.* *Hanc ex animo quidem meo conducibilem sententiam protuli, sed vos nostrorum estis consiliorum rerumque Domini*] Plinius lib. I. Epist. 20. 'Hæc est, &c. mea sententia, quam mutabo, si tu dissenseris.' Sallustius ad Cæsarem de Republ. ordin. 'Mihi quidem quæ mens suppetit eloqui non dubitabo: cæterum tui erit ingenii probare quæ vera' (id est, *justa*) 'atque utilia factu putes.' Cicero Famil. xvi. ad Tironem: 'Ita censeo, verum ut videbitur.' Apud Plutarchum in Sapientum Convivio: Ἐγὼ, &c. ταῦτα ἀποκρίνομαι, τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστος ἀποφαίνεσθαι δίκαιός ἐστι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. Chrysost. ad 1 Cor. viii. Ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ περὶ ἑαυτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων τὸν ἀκροατὴν, ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι (scribe ἀφεὶς) τῆς τῶν γενομένων αἱρέσεως κύριον. supra hic lib. v. ad Psychen sorores impiæ: 'Jam tua existimatio est, utrum sororibus pro tua cara salute sollicitis assentiri velis, &c. an sævissimæ bestiæ sepeliri visceribus.' *Pric.* *Conducibilem*] Gloss. 'Conducibilis, εὔχρηστος.' *Idem.*

Latronum fisci advocatus] Hujus meminit Marc. l. III. de his quæ in testam. Ulpian. l. VII. de Jure Fisci. *Colv.* Adde Beroald. Sed in Reg. Fux. est *fisci conciliator.* In Pal. Guelf. pr. *fisci consiliator.* Oxon. Par. *frugi consiliator.* An fors jungenda *fisci advocatus consiliator?* De ultima voce consule Vinetum ad Auson. Grat. Act. p. m. 721. et Gloss. nec non de verbo *consiliare* Drak. ad Livii Epit. 125. 'Eadem Fulvia consiliante.' *Oud.* *Ille latronum fisci advocatus*] Quia ne indignationem suam sine compendio exercerent consilium dederat. In Oxon. *Ille latronum frugi consiliator.* Pric. *Latronum fisci advocatus*] Allusio ad fisci principis advocatum. *Fiscus* autem, ut in commentariis Suetonii diligenter annotavimus, proprie ad principem pertinet, ærarium vero ad rempublicam. De jure fisci titulus est apud jurisconsultos, et apud eosdem de advocato fisci, scribit Ulpianus: 'Fiscus alicui status controversiam faciat, quod fisci advocatus adesse debet: quod si sine fisci advocato pronunciatum sit, Divus Marcus rescripsit, nihil esse actum.' Sicut ergo 'fiscus principis' et 'advocatus fisci' dicitur, ita nunc 'advocatum fisci latronum' festiviter nec inscienter appellat. Illud Satyrographi: 'Res fisci est ubicunque natat:' intelligendum plane est de fisco principali, tanquam ad principem pertineret captura piscis generosi. *Beroald.*

N. caussam pertulerat] Vide l. VII. c. de his qui accusantur. *Burm.* Sive totam ad finem sustinuerat egeratque. Male in Edd. Wow. et Pric. *protulerat.* Guelf. *prætul.* Adi ad l. IV. p. 84. 'Perlata fabula.' Hinc patet nihil mutandum in Lucano l. VII. 65. 'Cunctorum voces, &c. Pertulit.' *Oud.*

In diutina deliberatione cæteri cruciantes mora consilii mea præcordia, imo miserum spiritum, &c.] Festus: 'Cogitatio, &c. longa ejusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi.' Ammianus lib. XXVI. ex Appuleio nostro: 'Gradum sensim referentes, moris diuturnis excruciabant:' repono, ex Auctore nostro *m. diutinis e.* sic infra hic lib. VIII. 'Mora diutina commoti.' 'Cruciantes spiritum me-

um,' est quod Act. 21. Τὴν καρδίαν μου συνθρύπτοντες. *Pric.*

Vinculis exsolvunt] Vulgo, *a vinculis exs.* Elmenh. Certe præpositione *a* carent Flor. Reg. Fux. Pal. Guelf. pr. Pith. Oxon. ut apud Tacit. l. XII. Ann. c. 37. 'vinclis exsoluti.' Sed ibi in Mss. Flor. Bodlei. est *absoluti*: uti hic in D'Orv. *absolvunt*. Quod compositum in his amat Auctor. l. VII. p. 127. 'ubi me conspexit absolutum.' L. IX. p. 192. 'helcio tandem absolutus.' L. XI. p. 250. 'navis absoluta strophiis anchoralibus.' Alibi, 'absolutus nodo,' 'somno,' 'ærumnis,' &c. Nec tamen vulgatum damno. *Exsolvere* pro solvere crebro. Vide ad Liv. II. 32. Lucan. l. III. 262. Hirt. B. Alex. c. 49. *Virginem* desideratur in Reg. Fux. ut mox *juvenem* in Palat. *viderat simul* Guelferb. sec. *Oud.*

Risu lætissimo] Beroald. et Colv. *latiss.* quos hic non audio. *Elmenh.* Bene judicat Elmenh. Nam, præterquam quod bene educatas puellas non decet latum extollere cachinnum: unde ait Ovid. lib. III. Art. 281. 'Quis credat? discunt etiam ridere puellæ, Quæritur atque illis hac quoque parte decor. Sint modici rictus, sint parvæ utrimque lacunæ, Et summos dentes ima labella tegant,' &c. *Latus risus* hic sane non convenisset; nimisque latronibus suspectus fuisset, qui facile tam mirabilis mutationis, et auditi risus caussam interrogassent. Satis est, eam lætam fuisse, et vultus gestu ad risum compositi declarasse gaudium, quod diræ mortis pœna esset liberata. In Pal. Guelferb. sec. *gest. læt.* In Par. Guelf. pr. *gestiere.* Oud. *Risu lætissimo*] Lætitiam præferente: quia scilicet illum recognoverat non latronem esse, sed sponsum: quod si legas *latissimo*, expones pro cachinnabili et lato et spatioso risu, qualis interdum latissime effunditur. Physici dicunt, quod et Lactantius credit, lætitiæ affectum in splene esse, intemperantiamque ridendi constare ex lienis magnitudine: verum hæc viderit Democritus. 'Me,' ut inquit Cæsar apud M. Tull. 'non pudet nescire, quo pacto risus concitetur, ubi sit, quomodo existat: atque ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus: quæ ne ipsi quidem illi sciunt, qui scire se pollicentur.' *Beroald.*

Quin igitur (inquit) supplicatum Marti Comiti pergimus] De Thyami, etiam latronum Duce, lib. I. Heliodorus: Τὸν ὑπασπιστὴν ἱέρειον ἄγων (l. ἄγειν) προσέταττεν, ὡς ἂν θεοῖς ἐγχωρίοις ἐναγίσαντες, οὕτω τῆς μάχης ἄρχοιεν. *Pric.*

Potavi] Corrigo *potatui*, ut conveniat cum dictione illa sacrificatui: est enim sensus: vinum non habemus potatui, hoc est, ad potandum satis copiosum ac sufficiens, ideoque id quærendum est, assumptis comitibus. *Beroald.*

Aram cespite virente Marti Deo faciunt] Virgilius, ubi de Turno et Ænea: 'In medioque focos, et Dis communibus aras Gramineas:' ubi Servius: 'Gramineas, quia et de bello res agitur, et Marti sacrificatur, cui gramen est consecratum, quod, secundum Plinium in Natur. Historia, humano cruore procreatur.' 'Cespite virente aram' heic, ut apud Jul. Capitolinum 'aræ cespititiæ,' et in lib. XII. Cod. Theod. de Pagan. &c. 'erecta effossis ara cespitibus.' Oxoniensis, vulgatis melius, *Aramque, &c.* Pric.

PAG. 140 *Comminantes*] Minare idem quod agere. Paulus Festi epitomator: 'Agasones equos agentes, id est minantes.' Et paulo post: 'Agere modo significat ante se pellere, id est minare.' Supra lib. III. 'Nos duos asinos minantes, baculis exigunt.' Sic 'prominare' infra lib. IX. Utitur hac dictione Anianus ad Pauli libros sentent. et inferioris ævi

alii auctores. *Colv.* Adde Vinet. ad Auson. Epigr. LXVII. 'Ageret juvencas quum domum pastor suas, Suam relinquens, me minabat, ut suam.' *Oud.*

Unum prælectum] *Vinum* est in Bas. pr. quod me recte capere non fateor, licet hanc conjecturam margini adleverit etiam Gruterus. Unice verum est *unde* pro *ex quibus;* uti dant præterea D'Orv. Pith. Guelf. pr. Oxon. et Edd. O. a Wow. usque. Terent. Eun. I. 2. 35. 'E prædonibus, unde emerat:' et sæpe alibi. *Idem.*

Grandem hircum Marti] Pompon. Atellana apud Agellium lib. XVI. c. 6. 'Mars tibi voveo facturus bidente ariete.' *Elmenh.* Solitum autem est latronibus Marti sacra facere. Xenoph. Ephes. lib. II. p. 35. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον τὸν λῄστην, &c. τῇ δ' ἑξῆς περὶ τὴν θυσίαν ἐγίνοντο. Παρεσκευάζετο δὲ πάντα καὶ ἄγαλμα τὸ τοῦ Ἄρεως καὶ σκύλα καὶ στεφανώματα. ut legi debet locus ex emendatione egregii Hemsterhusii in Misc. Obs. *Oud.*

Marti secutori et Comiti] Custodem intelligit per *secutorem;* ut lib. IX. p. 188. 'Acerrimum uxori relinquens sequutorem.' Nisi significet idem fere quod *comes.* Vide Pric. in Add. ad lib. IV. pag. 72. 'Bonum sequutorem Lamacho dedimus;' aut translatum hoc sit a gladiatoribus. Vide Jos. Scalig. ad Manil. et Lips. Saturn. *Idem.* *Grandem hircum, annosum et horricomem Marti, &c. victimant*] Heliodorus II. Κριόν τινα τῶν ἡγουμένων καταθύσαντες. In Epistola Smyrnensis Ecclesiæ, de Polycarpo: Προσδεθεὶς ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἐκ μεγάλου ποιμνίου, εἰς προσφορὰν, &c. Bene autem post *hircum prægrandem,* dixit *victimant.* Glossarium: 'Victimæ, τὰ μεγάλα θύματα.' bene et *annosum.* Isidorus XII. 1. 'In victimis etiam ætas considerabatur:' commode et *Marti* additum. Servius ad Æneid. III. 'Ratio victimarum fit pro Numinum qualitate.' Idem ad IX. 'Singulis Numinibus certa sunt dona quæ offeruntur: unde est, Struerem ve suis altaria donis: id est, propriis.' *Horricomem,* φριξότριχα· ut in Glossario redditur. *Pric.*

Non modo, &c. expeditionum prædarumque, verum etiam voluptatum vestrarum Ducem me strenuum sentire debetis] Suidas de P. Æmilio: Ἔλεγε τῶν αὐτῶν ἀνδρῶν εἶναι, τῷ τε πολέμῳ κρατεῖν, καὶ ταῖς παρασκευαῖς τῶν συμποσίων ἐπιμελεῖς τε καὶ φιλοτίμους φαίνεσθαι. Proprie autem *voluptatum* dixit. Firmicus: 'Faciet popinarios, et qui alienarum voluptatum curam sollicitudinemque sustineant.' Galienus apud Trebellium Pollionem: 'Ecquid habemus in prandio, ecquæ voluptates paratæ sunt?' Gellius II. 1. de Socrate: 'Parcendique moderandique rationibus dicitur et a voluptatum labe cavisse, et salubritates corporis retinuisse:' sic XIX. 2. 'gustus voluptatem' dixit. Terentius III. 1. Eunuchi: 'Tum me convivam solum abducebat sibi:' ubi Donatus: 'Hoc supererat,' (ita enim, non *superat,* legendum) 'ut qui esset minister magnarum rerum, &c. voluptatum quoque Regis particeps esset.' In tribus (quorum unus est Oxoniensis) Mss. male *expositionum* legitur. Onomast. vetus: 'Expeditio, στρατεία.' Glossæ: 'Ἔξοδος εἰς πόλεμον, expeditio.' Item: 'Ἡ εἰς πόλεμον ἔξοδος, expeditio.' Instit. de milit. testam. § sed et si: 'In expeditione degens:' et ibid. § 1. 'Cum in expeditionibus occupati sunt.' *Idem.*

Gnaviter cuncta præministrat] Glossæ: 'Navus, ἔμπρακτος, εὐτραφὴς, εὐκίνητος.' Hesychius: Ἐλαφρίζων, παρασκευαζόμενος ῥαδίως. *Idem.*

Tuceta concinnat] D'Orv. *tacita.* Ed. Vic. *tucceta.* Edd. Junt. utraque, *tucetat.* Dein *concremat* exaratur quoque in Mss. D'Orv. Oxon. Fux. Guelf. utroque, Pal. Sed lib. II. 'concinnaticia mensa.' In Dig. 'vasa concinnatoria.' Vitruv. lib. VIII. c.

1. 'lucerna concinnata, oleique plena et accensa.' Sic Arnob. lib. II. p. 56. 'Paravit et concinnavit scientiolas artium:' ut lego. Vulgo, *parvas*. Oud. *Verrit, sternit, coquit, tuceta concinnat; apponit scitule*] Πῦρ ἅψας, καὶ ἐνθεὶς τῶν σκευῶν ὅσα πρὸς τοῦτο χρηστὰ, τὰ πρὸς τὴν δαῖτα ἄφθονα παρέχων, καὶ μάλα αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπιστέρχων, ut apud Philostratum in Iconibus ille: *Scitule* (quod et in Oxoniensi et aliis) Beroaldus ex conjectura reposuit: sic supra lib. II. 'scitule ministrare:' in Vicentina autem, et aliis editionibus veteribus *satule* excusum; unde *satulle* Colvius, cujus notas adi: ita 'satulle apponere,' erit quod in Philostrati verbis παρέχειν ἄφθονα. Pro *concinnat*, Oxon. et Ms. alius *concremat*: de quo ulterius dispiciendum. *Pric.* *Satule*] Abundanter et copiose, quasi a satis dictione deducta. Quid si legas *scitule?* quasi jucunda omnia, scitique saporis apposita esse significet. *Berould.*

Poculis crebris grandibusque singulos ingurgitat] Gellius XV. 2. 'Crebris et ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat:' sic 'pocula ingentia' apud Senecam III. 33. de Ira: quibus opposita apud Ciceronem in de Senectute, 'rorantia et minuta pocula.' *Pric.*

Interdum tamen, &c.] Id est, 'interdum autem,' ut passim in Appuleio. *Idem.*

In simulatione premendi] Minus bene vulgo jungebatur *insimul.* una voce. Sed pejus e solo Pal. Wow. Elmenh. Scriv. Flor. *in* ejecerunt. Afrorum et Græco more addidit præpositionem Appuleius pro 'per simulationem.' Vide ad lib. II. p. 21. et passim. Verum nequaquam displicet mihi Flor. et Fulv. scriptura *insinuatione*, sive callida monitione, quam faciebat latronibus, sibi hæc et illa petenda esse. 'Insinuare' enim sæpius significat, 'indicare,' 'docere.' Sept. B. Troj. lib. II. cap. 9. 'Is namque tum mœsto luctu' (sic leg. e Mss.) 'obsito Agamemnoni insinuans, quæ circa filiam ejus evenissent.' Lib. V. cap. 14. 'sua quippe opera insinuantibus id ablatum.' Frequens est in hoc verbo Arnobius, ut lib. I. p. 39. 'Cum enim de animarum periculis multa, multa de medelarum natura insinuaret magister atque auctor.' Sic enim Mss. ope, vel *multa medelarum contra*, legendum opinor eum locum. Vulgo, *mala de illarum contra insinuator*, sine sensu. Lib. II. pag. 56. 'Quid enim aliud se spondent vel insinuare posse, vel tradere.' Lib. V. p. 155. 'Pro veris, et velut quiddam mirabile insinuare.' 158. 'Ex intimis eruta quemadmodum ipse scribit, insinuatque, mysteriis.' Glossæ: 'Insinuat, δηλοῖ, φανεροῖ.' 'Insinuate, δηλώσατε.' 'Insinuatio, διδασκαλία, ἡ φανέρωσις.' 'Insinuavimus, ἐγνωρίσαμεν.' Sic etiam Tert. August. &c. Macrob. de quo et Solino breviter monuit Salm. ad illum p. 17. a. *Oud.*

Quæ poscebat usus] Arnobius I. 'Omnia quæ usus posceret.' *Pric.*

Commeabat adsidue] *Commetabat* repono ex Nonio. *Brant.* Nulla de caussa, nisi antiquata captandi amore, et novandi prurigine. *Commeare* eleganter de frequenti itu redituque, ut 'commeare ad mulierculam' Terent. Heaut. III. 1. 36. ubi Bentl. voluit etiam *cometare*. Consule omnino Burm. ad Suet. Claud. cap. 17. 'Commeare in urbem præsidibus permisit.' Cic. V. Verr. cap. 18. 'Quæ ad ea furta, quæ reliquisses, commearet.' *Oud.*

Partesque subreptas clanculo] In Oxon. Guelf. pr. et Par. *subjectas*, Guelf. sec. *subrectas*: unde facili emendatione fingas *sublectas*. Quod Pric. scribit esse in Oxon. et, si alius fidei idoneæ codex addiceret, non spernerem. Vide Serv. ad Ecl. Virg. IX. 21. 'Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.' In Pal. Guelferb.

sec. et Oxon. *clancule.* Idem. *Ad puellam commeabat assidue, partesque subreptas, &c. offerebat hilaris*] Esdræ IV. Λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ῥομφαίαν ἑαυτοῦ, καὶ ἐκπορεύεται εἰς ἐξόδειαν λῃστεύειν καὶ κλέπτειν ...καὶ ὅταν κλέψῃ καὶ ἁρπάσῃ καὶ λωποδυτήσῃ, τῇ ἐρωμένῃ ἀποφέρει. Petronius: 'Delectatus miles et forma mulieris, et secreto, quicquid boni per facultates poterat coëmebat, et prima statim nocte in monumentum deferebat.' Oxon. heic, *sublectas.* Pric. *Et prægustatus, &c. potiones*] Ex Seneca Hieronymus: 'Potionemque nullam nisi alternis tactam labris vir et uxor hauriebant.' *Idem.*

Promptis suaviolis adlubescebat] Lib. II. 'Patentis oris inhalatu cinnameo, et occursantis linguæ illisu nectareo prona lubidine adlubescenti.' *Idem.*

Hem! oblita es nuptiarum] 'Jamne flammatum geris Amore subito pectus, et Venere nova?' *Idem.*

Tuique mutui cupitoris] 'Qui voluntate mutua tibi mancipatus erat,' ut lib. II. loquitur. *Idem.*

Et illi nescio cui recenti marito quem tibi parentes junxerant, &c.] Catullus: 'Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est, Tertia pars patri data, pars data tertia matri: Tertia sola tua est.' Supra lib. IV. 'Parentum consensu maritus nuncupatus.' *Idem.*

Hunc advenam] Terent. Andr. 'Hanc peregrinam:' ubi Donatus: '"Hanc" cum contemptu dictum.' *Idem.*

Cruentumque percussorem] Infra hic, 'Abactorem indubitatum, cruentumque percussorem:' et IX. 'cruentus, et exercitatus percussor.' Glossæ: 'Percussor, σφάκτης,' sic legendum enim. *Idem.*

Nec te conscientia stimulat] Lib. VIII. 'perpetuæ conscientiæ stimulum.' *Idem.*

Quid? si quo modo, &c. parabis] Male Stewech. cum Groslotio, Salm. *quid* tentat. *Quæ* in Guelf. pr. Millies ita 'quid si.' Dein non melius ille, aliique cum Edd. Wow. sequentibus, sententia, ut putabant, postulante, reposuerunt *quoquo* contra O. Mss. ut in Suet. Claud. cap. 24. Sed 'si quo modo' valet 'si aliquo modo,' ut sexcenties 'si quis' omni in casu ponitur pro 'si aliquis.' Vide modo Pric. ad lib. IX. pag. 536. 'Si quo modo possem.' pag. 145. 'Si quo casu prolapsus.' Virg. Æn. I. 18. 'Si qua.' Vide Burm. Ab Ed. Vulc. sec. abest τὸ *si.* Oud.

Ludis de alieno corio] Q. Tertull. de Pallio: 'Hoc soli Chamæleonti datum, quod vulgo dictum est de corio suo ludere.' Non fidus ad hunc locum interpres Beroaldus. *Colv.* Infra p. 143. 'Panem sibi suisque de meo parabat corio.' *Oud.* *De alieno corio*] Proverbiale est, quod significat, quasi tu dicas, alieno, non tuo periculo ludis: ut corium meum, et cutis, propter ludum tuum lancinetur: ex libidine tua periclitabor, impudicitia tua mihi magno constabit. Metaphora sumpta ab his lusoribus, qui ludunt aliena pecunia, quorum alea fit cum aliena jactura. Potes hoc quoque referre ad nummos, qui olim ex corio fiebant: et Numa Pompilius, ut scriptores annotaverunt, in congiario dedit asses scorteos: sic enim nominantur nummi ex corio facti. Hinc illud Hieronymi: 'De thesauris tuis ne scorteum quidem nummum proferre possis.' Donatus quoque, in commentariis Virgilianis, pecuniam autumat ex corio bubulo priscis temporibus fuisse, et inde dictam pecuniam, quod ex pecore fieret. Placet simpliciter exponas, ut 'ludis de alieno corio' dictum sit propter asini pellem: sicut dicimus, ludis de alieno auro, quando quispiam non suam, sed alienam pecuniam ludit in foro aleatorio: ex quo fit, ut qui ludit, impune ludat, citra sollicitudinem, altero, cujus pecunia luditur, anxio et periclitante. Apud Plaut.

'Concidere corium' est, lacerare flagris tergum et pellem hominis vapulantis: et ita est exponendum: cui subscribit illud Senecæ, scribentis in Suasoriis: 'Quod filius M. Tullii flagra protinus et afferri jussit, et Ciceroni patri de corio Celestii satisfecit.' *Beroald.*

De verbis eorum quibusdam dubiis, sed non obscuris prudenti asino, cognosco, &c.] Oxon. et duo alii Mss. *sed non obscuris, prudens asinus cognosco, &c.* τὸ *prudens* heic epitheton temporale est: nec permittit enim nostri asini verecundia perpetuum intelligi: infra lib. IX. 'Ipse gratas gratias asino meo memini, quod meo suo celatum tegmine, variisque fortunis exercitatum, et si minus prudentem, multiscium certe reddidit.' *Pric.*

Lepolemum] Ms. Lips. lib. VIII. p. 92. Ed. Colv. *Thepolemus* dicitur, unde Colv. conjiciebat *Theopolemus.* Male. *Tepolemum* D'Orv. Fux. *Thepolemum,* Pith. *Alepolemum.* Infra, *Præpolemus.* *Tlepolemum* bene Flor. et Edd. Juntin. post. ac Vulc. sec. cum seqq. ut vidit Beroald. Homerus jam et Ovid. Epist. I. 19. *Tlepolemi* formarunt nomen. *Lepolemum* male in Edd. prioribus. *Tepolemum* Mss. plerique. *Oud.* Nihil hic invenio quod ad Tlepolemum pertinet: licet Beroaldum h. l. citet Oud. p. 468. *J. Bosscha.*

P. jam clarius contempta mea præsentia quievere mortui] *Carius* est in D'Orvill. Fux. Pith. et Edd. ante Beroaldum, qui correxit *clarius.* *Quievere mortui,* quæ voces sententiam turbant, non habent Mss. multi, neque Edd. præter primas, et Bas. Nam Beroaldus eas jam induci jussit. Cum tamen in Fux. Reg. et Flor. exaretur *quæsiere mortui,* in D'Orv. *quæsiero mortui,* videtur in illis aliquid latere, quo Appuleius monuerit, eas jam clarius et mutuo collocutos esse de inferenda latronibus morte, vel Chariten quæsivisse ex Tlepolemo, num jam mortui essent, vel certe morti proximi, aut vino obruti. Quia subditur: 'Bono animo esto: hostes statim captivos habebis.' Vel potius existimo eas e glossa natas, simulque corruptas, pertinere ad sequentem periodum: 'Cuncti denique,' &c. ubi vide, ac legendas, *quasi vere mortui:* ut conjecisse postea e notula Grosl. Mercerum didici, immo diserte exstare vidi in Cod. Pith. sed h. loco. *Oud.* *Jam carius*] Lege *clarius:* id est, clariore voce, et subaltiore. *Beroald.* *Contempta mea præsentia*] L. IX. 'Dum præsentiam meam parvi facientes, libere quæ volunt omnes et agunt et loquuntur.' *Pric.* *Quievere mortui*] Obelo expungendum hoc est, tanquam subdititium, et alieno loco inculcatum; nec enim convenit exponere, operantes Veneri jacuerunt quasi mortui, atque animam anhelantes: nec ad latrones referri congruenter potest, quod tanquam mortui quieverint, obruti vino, et crapula consepulti. *Beroald.*

PAG. 141 *Instantia validiore, &c.*] Gloss. 'Ἔπιξις, instantia,' &c. lege Ἔπειξις, ab ἐπείγω. Glossæ aliæ: 'Instantia, σπουδὴ, &c. ἔνστασις, ἔπειξις.' *Pric.*

Vinum jam immixtum, &c. sauciis illis, et crapula vinolentiaque madidis, ipse abstemius non cessat impingere] *Immixtum* est *merum,* ἄκρατον. Nicolaus Damascenus de Parsonda et Nanybri cauponibus: Οἶνον ἥδιστον πίνειν ὑπέχεον ἀκρατέστερον, ἐπίτηδες ὡς μεθυσθείη. 'Crapula vinolentiaque madidis,' est quod Luc. 21. 34. ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ βαρυνομένοις. 'Mero saucios' dixit et XXIV. Justinus: 'a vino fatigatos.' Interpres vetus Judith. XIII. 2. *Abstemius* male abest ab Oxoniensi Ms. Suidas: Κλεψιποτῶ· τὸ, φειδόμενος πίνω, καὶ τὸν συμπότην φενακίζω. Αὕτη γε μὲν κλεψιποτοῦσα, καὶ σωφρονοῦσα, &c. id est (ut hic Noster) 'ipsa abstemia.' Tibullus: 'Sæpe mero somnum peperi tibi, at

ipse bibebam Sobria supposita pocula victor aqua.' Vide Judith. cap. 12. in fine. *Idem.* *Non cessat*] Gloss. 'Οὐ διαλείπει, non cessat, &c.' *Idem.*

Mihi fecit] Variat Lucianus, quem inspice, si otium est, p. 248. *Elmenh.*

'*Cuncti denique, sed prorsus omnes vino sepulti jacebant omnes partim parati morti*] Magna huic periodo inest scabrities, Mstorum ope tollenda. Pricæus divinavit, *sed et prorsus omnes*, qui consuli potest de *cunctis* et *omnibus*. Sopingius conjecit audacius, *cum denique prorsus somno vinoque, &c.* vel *cunctum denique et universum somno vinoque.* Cum in Ed. quoque Junt. post. sit *cum*, rescribo cum Viro docto ad. mei exemplaris marginem: *Cum denique omnes, sed prorsus omnes, vino sepulti j.* locutione vere Appuleiana. Vide ad lib. x. p. 226. 'Totum me, sed prorsus totum, recepit.' Sic et repetit p. 234. 'diceres tu Cupidines, et Cupidines veros.' Similes repetitiones aliis quoque frequentes sunt, ut Cic. de Leg. lib. III. c. 14. 'Pauci enim atque admodum pauci.' Stat. lib. III. Theb. 62. 'Omnes Procubuere, omnes.' Adde Drakenb. ad Silium Ital. lib. XVI. 490. 'Primus, sed primus.' Cort. ad Plin. lib. VIII. Ep. 24. 'Ad homines, maxime homines, ad liberos, maxime liberos.' *Omnes* vero secundo loco significat, plane, omnino, toto animo et corpore ebrios fuisse. Vide Salm. ad Solin. p. 267. 'Villosæ omnes.' Male vulgo, *comis.* In Mss. aliquot *comas.* Aliis deest vox: unde potius et ex Isidoro lib. XII. 2. legendum: 'villosæ, mammis prominulis, ac profundis comis.' 'Sed prorsus omnes' plane ita junxit Cicero lib. IV. ad Fam. Ep. 10. Noster in Flor. n. 9. 'prorsus omnes virtutes:' 'cuncto prorsus' infra lib. x. p. 225. 'omnino totum' Cic. de Inv. lib. I. c. 48. Sequentia *omnes partim* sunt delenda. Nam primo *omnes* suo loco exciderat: dein *partim*, pro quo *passim* reposuere Wower. Pric. Flor. sive hic illic per antri conclave, non est in Flor. natum scil. ex *parti*; quod contra exsulat a Reg. Fux. Guelferbytanis, Pal. D'Orv. Oxon. et Ed. Junt. post. in quibus legitur, *partem mortui:* Guelf. sec. *parti*, in Pith. etiam *mortui*. Scilicet hæc pertinent superiora *quæsiere mortui:* ac scribendum puto: *vino sepulti jacebant, parati morti:* quibus glossa addita fuit, *quasi vere mortui*, quæ dein corrupte in textum alieno etiam loco irrepsit. Vide ad lib. II. p. 41. 'Vivus quidem, sed sopore mortuus.' Lib. IV. p. 66. 'jacens in mortuum.' Non ergo *partim* erant *parati morti*, sive ad mortem strati et occidendo faciles, ac neci ipsis inferendæ idonei, sed omnes; neque *passim jacebant.* Nam discurrisse eos, suis sedibus excitos, nusquam dixit Auctor, quippe soporifero vino erant ingurgitati, qui non ad furibundos clamores et gestus sunt inebriati, sed tacite sauciati suffocatique jacuerunt. Quare minus bene *passim* legit quoque Is. Toussaintius in Conjecturis ad Lactant. de Mort. Persec. c. 17. 'Morti sopitus.' Fuit cum legerem, *sepulti jacebant quasi vere mortui, partim parati morti;* ut quidam jacuerint ita quasi jam mortui, in quibus nullum patebat indicium vitæ superstitis, alii tamen viderentur vivere, nihilominus morti essent affines, facilesque. Semel autem in talibus sæpe *partim* omitti, vidimus ad lib. IV. p. 79. et hic etiam factum censet Stewechius ad lib. XI. p. 255. Sed alterum verius credo. Post *morti* minima distinctio est ponenda. Groslotius divinavit: *omnes pransi parati morti.* Oud. *Cuncti denique, sed prorsus omnes vino sepulti jacebant*] Scripserim, *sed et prorsus omnes, &c.* Servius in schedis Fuldens. 'Cicero sæpe ait, cuncti atque omnes: quia omnes non statim sunt cuncti, nisi iidem simul sint juncti.' Hinc *cuncti*, σύμπαντες, in vetere Onomastico. Claudianus; 'Hujus paci-

ficis debemus moribus omnes, Quod cuncti gens una sumus.' Apud Cassiodorum v. 16. 'Et ob id omnibus possunt esse gratissima, quia cunctis profutura noscuntur:' sic supra lib. XII. 'Et singulis et universis.' *Sepulti* heic, ut apud Senecam Epist. XII. 'Cum vino, &c. sepelisset se.' Virgilius: 'Custode sepulto.' Servius: 'Dormiente sine pulsu, sine motu.' *Jacebant* autem Latinissime dictum. Interpres vetus Judith. XIII. 4. 'Porro Holofernes jacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus.' Virgilius VI. Ecloga: 'Silenum pueri somno videre jacentem, Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho.' Idem Æneid. III. de Polyphemo: 'Vinoque sepultus, Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum:' ubi Servius: 'Verbum jacuit de Varrone mutuatus est, qui ait in lecto temulentos jacere, sobrios cubare consuescere.' *Pric. Vino sepulti, &c.*] Gloss. 'Sopor e vino, κάρος ἐξ οἴνου.' *Idem. Parati morti*] Ad omnes injurias expositi, ut et de ebrio illo lib. VIII. loquitur. ἔκδοτοι ὑπὸ τοῦ ὕπνου, ut VI. 14. Antiquit. apud Josephum. Claudianus: 'Largo sopita Lyæo Castra subit: pereunt alii dum membra cubili Tarda levant, alii letho junxere soporem.' *Paratos morti* heic, ut apud Tacitum Annal. XIV. 'incesto parata:' et Annal. XV. 'arguenti paratus:' ita enim cum Faërno legendum non ausim dubitare. Verba Taciti: 'Prior Natalis totius conjurationis magis gnarus, simul arguenti' (vel, si malueris, *urgenti* Neroni) 'paratior, de Pisone primum fatetur,' &c. In excusorum nullo non legitur, *arguendi peritior*. Id.

Tunc nullo negotio artissimis vinculis impeditis, &c. illis] Nimirum, 'Facilis victoria de madidis, et Blæsis, atque mero titubantibus.' *Nullo negotio*, est ἀπονητί, μετ' εὐκολίας, ὥσπερ ἐν αἰχμαλώτῳ λαβῶν ut Chrysostomus in de Juramento locutus. ἄνευ πολέμοιο, Nonnus in Dionysiacis dixit; cujus versus ob similitudinem argumenti merentur apponi: Καὶ σφίσι λοίγιος ὕπνος ἐπέχραεν, ἀκλινέες δὲ Ἔσχατα βακχευθέντες ἐπευνάζοντο βοείαις. Ἄλλοι δ' ἀστορέεσσι κατεκλίνοντο κατευναῖς, Νωθρὸν ἐπιτρέψαντες ἀκινήτῳ δέμας ὕπνῳ· Βάκχαις ἀδρανέεσσιν ἐλώρια καὶ Διονύσῳ. Τοὺς δὲ δίχα πτολέμοιο καὶ εὐθίκτοιο σιδήρου Δούλιον ἐς ζυγόδεσμον ἐλήσαντο γυναῖκες Βριθομένους μελέεσσι, καὶ ἀντιβίων ὑπὲρ ὤμων Ὡς νέκυες ζώοντες ἐλαφρίζοντο μαχηταί. Loquitur de Indis post potum medicatum fluvium a Baccho subjugatis. Sisenna apud Nonnium: 'Inermos armati, impeditos expediti, sine ullo suorum vulnere cunctos interficiunt.' *Idem.*

Quam simul accessimus, tota civitas ad votivum conspectum effunditur] Apud Athenæum Deipnos. v. Posidonius Apamæensis: Καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν ἐκδοχὴν αὐτῷ ἐξεκέχυτο. supra lib. III. 'Ac dum primum angiportum insistimus, statim civitas omnis effusa, mira densitate nos insequitur.' Theodoretus Prodromus: Ἡ γε μὲν πόλις, Ἐπεὶ τὸ ξυμβὰν καὶ τελούμενον μάθοι, Ἐξῆεσαν ξύγκλυδες ἐκ τῶν δωμάτων. Josephus bell. Jud. VII. 22. de nobilibus Romanis, Vespasiano e Judæa Romam adveniente: Οὐκέτ' ἀνεκτὸν ἦν ἀναμένειν, ἀλλὰ πορρωτάτω τῆς Ῥώμης αὐτῷ προσεντυχεῖν ἔσπευδον· οὐ μὴν, οὐδὲ τῶν ἄλλων τις ἠνείχετο τῆς εὐτεύξεως τὴν ἀναβολὴν, ἀλλ' οὕτως ἐξεχέοντο πάντες ἀθρόοι, καὶ πᾶσιν εὐπορώτερον καὶ ῥᾶον ἐδόκει τοῦ μένειν τὸ ἀπιέναι· ὡς καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν τότε πρῶτον ἐν ἑαυτῇ λαβεῖν ὀλιγανθρωπίας αἴσθησιν ἰδίαν· (malim ἰδίας) ἦσαν γὰρ ἐλάττους τῶν ἀπιόντων οἱ μένοντες. Chrysostomus Homil. de Babyla: Καὶ γάρ ποτε ἡνίκα ἀπὸ τῆς Δάφνης ἐπανῄει, πᾶσα μὲν ἡμῖν ἡ πόλις εἰς τὴν ὁδὸν ἐξεχύθη. *Idem.*

Læti, faciem gaudio delibuti] D'Orv. male *facie*. In Edd. primis, *læti faciem, gaudio delibuti*. Quod malim. Nam et *delibutus* sic occurrit lib. III. pag. 49. 'lætitia delibuti, meque re-

spectantes,' &c. Lib. x. pag. 221. 'Magno denique delibutus gaudio dominus.' *Oud.* *Procurrunt parentes, affines, clientes, alumni, famuli, læti, faciem gaudio delibuti*] Infra lib. xi. 'Confestim denique familiares ac vernulæ, quique mihi proximo nexu sanguinis cohærebant, &c. repentino lætati gaudio, &c. ad meum festinant illico diurnum reducemque ab Inferis conspectum:' quo loco 'vernulas' vocat, quos hic 'alumnos.' Glossæ: 'Alumnus, οἰκοτραφὴς,' &c. *Pric.*

Gaudio delibuti] Isidorus Orig. lib. x. 'Delibutus, de oleo unctus, &c. hinc et delibutum gaudio, id est, perfusum, vel plenum:' supra heic lib. iii. 'Lætitia delibuti.' *Idem.*

Pompam cerneres omnis sexus et omnis ætatis] Pollux Onomast. ix. 8. Οὐδεὶς οὕτω γέρων ἢ παῖς ὅστις αὐτὸν οἴκοι κατεῖχεν. Justinus lib. v. 'Non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus imbecillitas domi tenet.' Paulinus in Ambrosii funere: 'Erat exequiarum turba innumerabilis, totius dignitatis, totiusque sexus, omniumque pene ætatum.' Chrysostomus ubi supra: Κεναὶ μὲν ἀγοραὶ ἀνδρῶν, κεναὶ δὲ γυναικῶν ἦσαν αἱ οἰκίαι, ἔρημοι δὲ παρθένων οἱ θάλαμοι· οὕτω καὶ ἡλικία πᾶσα καὶ φύσις ἑκατέρα τῆς πόλεως ἐξεπήδησαν. Posidonius jam dicto loco: Συνέτρεχον ἐπὶ τὴν θέαν ταύτην, ἄνδρες, γυναῖκες, παῖδες. Theod. Prodromus: Ἀνδρῶν, γυναικῶν ὄχλος, ἡβῶντες νέοι, Γηρῶντες, οὐ γηρῶντες, εὐτυχὴς, πένης, Γραῶν ὅμιλος, παρθένων, οὐ παρθένων, &c. *Idem.*

Hercle memorandum spectamen] Lib. vi. 'Videt hercle memorandi spectaculi scænam:' et viii. 'Cerneres non tam hercle memorandum quam miserandum etiam spectaculum.' *Id.*

Virginem asino triumphantem] Sive *in asino:* quam præpositionem addit D'Orleans ad Tacit. lib. xiv. Ann. p. 724. Sed ita Ovidius lib. v. Fast. 52. 'Illa coronatis alta triumphat equis.' *Oud.*

Hilarior pro virili parte] Ovid. Trist. v. 12. 'Laudes Cæsar pro parte virili Carmina nostra tuas qualiacunque canunt.' *Pric.*

Proflatisque naribus] Glossæ: 'Ἐκφυσῶ, efflo, proflo.' Virgilius: 'Proflat de naribus ignem.' *Idem.*

Rudivi fortiter, imo tonante clamore personui] Lucianus Baccho: Ὁ τοῦ Σειληνοῦ ὄνος ἐνυάλιόν τι ὠγκήσατο. quod ὀγκᾶσθαι μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικὸν Idem in Piscatoribus vocat. Virgil. iv. 'Tercentum tonat ore Deos.' Servius: 'Aut quia, &c. aut, tonat, clara voce, et cum fiducia invocat.' *Idem.*

Colligatos adhuc vino magis quam vinculis, &c.] Chrysostomus Homil. de Ebrietate: Ἅπαν καταδεσμοῦντες τὸ σῶμα, ἀλύσεως σιδηρᾶς χαλεπωτέρῳ, τῷ τῆς μέθης, &c. *Idem.*

Colligatos vino] Sic μέθῃ συμποδίζειν τινὰ Plato vi. de Republ. *Idem.*

Erutisque rebus] Pal. Guelf. sec. *eruptis*, Oxon. Guelf. pr. *cunctisque.* Perperam Viri quidam docti probant *eruditis.* Mera est librariorum aberratio, qua lapsi sunt descriptores etiam vetustissimarum membranarum Leidd. utrarumque Prol. lib. xii. 'Terra edita, ut inde eruta dicantur.' Nec melius se habet *eruderatisque*, quod ad marginem hic adlevit vir doctus. Proprie enim terra, ager dicitur *eruderari*, e quo rudera, et lapidosa quæcumque bene sunt sublata; ut apud Varr. lib. xi. c. 2. R. Rust. Hinc metaphorice quamvis purgationem et defæcationem significat. Confer Savaronem ad Sidon. Apoll. l. v. Ep. 7. et 15. 'Volumen prophetarum sua cura manuque de supervacuis sententiis eruderatum.' Adeo ut si jam istud participium posset habere locum, antrum latronum vel spelunca dici deberet *eruderata*, non *res* et opes inde sublatæ. Bene *erutis* servant reliqui Mss. et Edd. Neque enim ea tantum erui dicuntur, quæ in terræ latent visceribus, sed et illa, quæ in

abdito sunt recondita. Sic de sanctiore ærario Lucan. l. III. 155. 'Tunc conditus imo Eruitur templo, multis non tactis ab annis Romani census populi.' Immo etiam de hominibus latentibus occurrit, si vulgaris lectio, a vetustissimis Codd. confirmata, est vera in Horatio lib. I. Sat. 4. vs. 26. 'Quemvis media erue turba.' Quod enim alii Codices, ut duo a me visi, *elige*, al. *eripe*, al. *arripe* dant, videntur interpretationes esse glossatorum. *Oud.*

In proximas ripas] *Rupes* conjecerat Lipsius, ut est in Ed. Junt. post. *Rapinas* Flor. et Oxon. Pith. Guelf. sec. ac margo Guelf. pr. Sed verissime *rupinas* præter alios Codd. præbent quoque Guelf. pr. D'Orvillianus, ut viri docti ex Wowerii monito, pro vulgari *ripas*, jam repositum iverunt. Vide ad lib. VI. pag. 126. In Ed. Junt. pr. *præcipitas*. Idem. *In proximas rupinas præcipites dedere*] Lib. IV. 'Per altissimum præceps in vallem proximam etiamnunc simul spirantem præcipitant.' *Pric.*

Suis sibi gladiis obtruncatos reliquere] Hegesippus IV. 32. de Vitellio: 'Peremitur in media urbe, vina et sanguinem fundens.' Petronius: 'Hic graves alios mero Obtruncat, et continuat in mortem ultimam Somnos.' De Sisara a Jaële occiso. Judic. IV. 14. 'Soporem morti consocians defecit.' Claudianus: 'tali letho junxere soporem.' *Idem.*

Tali vindicta læti, &c.] Infra hoc lib. 'Vindictæ, &c. gratulabar.' Virgilius: 'Et tandem læti sociorum ulciscimur umbras.' *Idem.*

Civitatem revenimus] D'Orv. *civitates*. Oxon. Guelf. sec. *revertimus*, ut in f. l. I. 'cubiculum reversus.' Sed l. IX. p. 194. 'Larem reveni meum.' In Apol. p. 499. 'Alexandria revenerit.' Atque Plautus, Cicero, aliique. In Septimio etiam de B. Troj. l. I. c. 7. 'Alexander cum supradictis comitibus revertitur,' in Mss. et Edd. Vett. *venit* pro *revenit*, ut l. II. c. 27. 'Legati ad exercitum revenerunt.' De præpositionis ellipsi vide ad l. I. p. 4. *Oud.*

PAG. 142 *Divitias publica custodela commisere*] Quidni *publicæ custodelæ?* Certe cum aliis Noster alibi (vide ad pag. 149. 'Meque fugæ committo.') Dativum huic verbo junxit. Anne aliud quid latet? Nam in D'Orv. est *publico*, quod probum foret, si legeretur *ad* vel *in custodelam*. Vide ad Liv. l. V. c. 50. 'Quum in publico deesset aurum.' *Idem. Publica custodela*] Quæ Tacito Annal. III. 'publica custodia.' Vide ad Act. 5. 18. notata. *Pric.*

Sospitatorem nuncupatum m. prolixe quæritabat] Male abest *prolixe* a Pal. Guelf. utroque, Oxon. et Par. Dein *qui curitabat* in Pith. *quæritabat* est in Edd. Vicent. Ber. et vulgaribus usque ad Ed. sec. Vulcanii, qui tunc recepit cum Elmenh. et Scriv. ac Westerh. ad Ter. Eun. V. 9. 53. conjecturam Colvii, *pr. quam curabat*, bonam quidem quod ad sensum, sed nimis a Mss. recedentem. Nam in D'Orv. quoque et Inc. Guelf. utroque, et Ed. Junt. post. est *quiritabat*, Oxon. Fux. *quiritabant*. Deleta voce *nuncupatum* Pricæo etiam placebat *quiritabat*. Sed perperam. Verbum enim hoc numquam adhibetur, nisi in querela, et auxilii inploratione, ut patet ex iis quæ protulit Stewechius; et ex notatis ad l. V. p. 107. 'Hæc quiritans.' Comm. ad Plin. l. VI. Ep. 20. 'Alioquin et prolixum ejurare dixit' l. VIII. p. 159. Quapropter ego cum Schikerado, Lipsio, Wower. Brantio, Pric. et Flor. Edd. quoque præfero *curitabat*, ut diserte est in Ms. Paræano, frequentative pro 'valde curabat.' Ut enim a 'clamo,' 'clamito,' 'dicto,' 'dictito,' &c. sic a 'curo,' 'curito.' Eamque formam enixe amat adhibere Appuleius. Egit ergo, quod promiserat puella l. VI. p. 128. 'sinu serico progestans nucleos

et edulia mitiora, te meum sospitatorem quotidie saginabo,' &c. uti et quæ hic sequuntur. *Prolixe* autem est rei culinariæ proprium, unde et 'lixæ,' et 'caro elixa;' neque enim a 'laxus,' sed a 'lix' derivatur. Vide Voss. in d. v. 'Curare' vero millies de cibaria re occurrit. Vide Broukh. ad Tib. I. 5. 33. *Oud.* *Enim me, sospitatorem suum nuncupatum, matrona prolixe curitabat*] Gloss. 'Prolixe, &c. αὐταρκῶς.' fortasse ἀρκετῶς legendum. Variant hoc loco et editi, et Mss. Oxoniensis, *matrona quiritabat:* quæ, si τὸ *nuncupatum* abesset, satis commoda lectio: quiritabat me sospitatorem suum, i. e. prædicabat, singulis instrepebat: hoc et olim Beroaldo placuit. *Pric.* *Curritabat*] Corrigendum est, *quæritabat:* ut sit sensus, Sponsa illa captitia me tunc maxime quærebat, utpote ipsius sospitatorem. Vel lege *quiritabat*, quod est clamabat, vocitabatque, et de me plurimum sermocinabatur: nam proprie 'quiritare' is dicitur, qui quiritum fidem clamans implorat: ut docet M. Varro. 'Quiritari,' inquit Donatus, 'Veteres dicebant, quirites conclamari.' In hanc sententiam Lucianus: πολὺν λόγον εἶχεν ἐμοῦ συναιχμαλώτου: id est, de me concaptivo multum fabulata est. *Beroald.*

Præsepium meum passim hordeo repleri jubet] Lib. IX. 'Cibariis abundanter præsepium instruxit.' Ovidius: 'Plenum ad præsepe juvenci.' Tibullus: 'Nunc ad præsepia debent Plena coronato stare boves capite.' Hinc πολυτελὴς καὶ φατνωματικὴ παρασκευὴ in Plutarchi Apophthegm: vide Suidam, verbo Ὄνος πρὸς ἄχυρα· et Hesych. in Στατὸς ἵππος, et Καπανικώτερα. *Pric.*

Camelo Bactrino] Oxon. Guelf. pr. *Batrino*, D'Orv. *Vactrino*, Pith. *Vactrinæ* pro more contusionis τῶν *b* et *v*. Edd. Junt. pr. Ald. Colin. *Bactriano;* ut passim quidem Latinis hoc adjectivum effertur. Sed et οἱ Βάκτριοι Græcis, 'Bactri,' Latine, in sing. 'Bactrus.' Hinc ergo 'Bactrinus,' ut ab, Augustus, Augustinus et Augustianus; a, Drusus, Drusinus et Drusianus. Vide ad Suet. Claud. c. 11. Verum præfero lectionem Ms. Florent. et Pith. et Edd. Rom. Vicent. Beroaldi, et Bas. pr. *Bactrinæ.* Non enim Græci tantum amant κάμηλον potius efferre genere feminino, sed et Latini; et inprimis Plinius. Consule Harduinum ad l. VIII. c. 18. § 26. 'Camelos inter armenta pascit Oriens; quarum duo genera, Bactriæ et Arabiæ: differunt quod illæ bina habent tubera in dorso, hæ singula, et sub pectore alterum, cui incumbant.' Sic etiam vetustissimæ membranæ Leidd. et aliæ. *Oud.* *Fænumque camelo Bactrino sufficiens*] Vide I. 10. § 8. Jul. Pollucem. *Pric.*

Diras devotiones imprecer] L. IX. 'Diras in eum devotiones deprecata.' Servius ad Æneid. IV. 'Jam utitur' (Dido) 'imprecationibus, i. e. devotionibus: unde devotor et devotrix dicitur, qui imprecatur.' *Idem.*

Inescatos] Nove pro 'saturatos.' 'Escandi gratia' Solinus. 'Esculentus,' i. e. edax, Sidonio c. 12. 'propter escam bibendi,' Valg. Etr. XII. 6. *Wass.* Sic 'recens' et 'vetus esca' pro omni cibo avibus ad saginandum dato, Colum. l. VIII. c. 7. ubi etiam pane obescant avem pro, saginant: sed in al. et Sang. Cod. *obesant.* Oud. *Largissimæ cœnæ reliquiis rapinisque canes omnes inescatos atque distentos*] Ambrosius Serm. XXXIII. 'Videas in nonnullorum domibus nitidos et crassos canes discurrere,' &c. Canis apud Phædrum: 'De mensa sua Dat ossa Dominus, frusta jactat familia, Et quod fastidit quisque pulmentarium.' 'Inescatos' hic, repletos: quia escis nempe solent corpora repleri: hinc infra IX. metaphorice, 'odore sulphuris inescatus.' *Pric.*

Promitterent honores habituri] *P. h. habituros.* Putean. Num ita legi vo-

luerit Putean. an vero exciderint literæ *B* vel *M*, ut notare voluerit, sic in Bembi vel Mangani vel utroque Codice exarari, nescio. Posterius tamen credo. Nam *habituros* inveni etiam in D'Orv. Fux. Sed mutatione non est opus. Adi Pricæum, et me ad Cæs. L. II. B. Civ. c. 86. 'id quod facturi confirmaverunt.' De hoc Græcismo consule et Jensium Lect. Luc. p. 70. et seqq. Isque ter reddendus est Apollodoro e Ms. D'Orv. l. III. p. 167. Ed. Gal. Εὔτεκνος δὲ οὖσα Νιόβη τῆς Λητοῦς εὐτεκνοτέρα εἶπεν ὑπάρχειν. Vulgo, εὐτεκνωτέραν. p. 212. εἶπεν, &c. μόνη γὰρ θεραπεῦσαι δύνασθαι. Vulgo, μόνην. p. 224. εὔξατο ἀφανὴς γενέσθαι; ut illic quoque habent Oxon. et Palat. non ἀφανή. *Oud.* *Quoad summos illi promitterent honores habituri mihi*] Pro, 'se habituros mihi' sic Taciti Ann. XV. 'Fossam depressuros promiserant.' Virgilius: 'Sensit medios delapsus in hostes:' ubi Servius Fuldens. 'Sensit in medios se hostes esse delapsum:' ut Horatius: 'Dignis ait esse paratus:' pro, 'ait se dignis paratum esse.' Catullus: 'Ait fuisse navium celerrimus.' *Pric.*

Consilium datur] Sic I. Cor. 12. 25. γνώμην δίδωμι. *Idem.*

Quo p. facto, d. remuneraror] Abest a Cod. D'Orv. τὸ *facto*. Ac malim *pacto* sive *modo*: ut passim. Ac Nostro sæpe 'nullo pacto' pro 'nullo modo.' L. X. p. 226. 'Quo pacto mulier tam grande genitale susciperet.' Sed et 'quo facto' l. IX. p. 178. Sunt autem hæ voces millies confusæ. Dein *remuneraret* Edd. Vic. Ber. Junt. utr. Ald. *Oud.*

Placuerat uni, domi me concl.] Mss. Reg. Fux. Guelf. ambo, Pal. Oxon. *pl. quidem dominiæ concl.* D'Orv. *pl. quidem dominæ me concl.* Verum si *dominæ* id placuisset consilium, reliqui non fuisse dissensuri videntur. Ad hæc sequitur *alius*, ut advertit Pricæus. Quare corrigendum puto, si alii addicant Codd. in τῷ *quidem*, *Placuerat cuidam, domi me concl.* Sed 'unus' et 'alius' l. VI. p. 126. ac crebro. *Idem.* *Placuerat uni, domi me conclusum*] Virgilius: 'Aut intus clausos satura ad præsepia servant.' In vetere Onomastico: 'Concludo, συγκατακλείω.' Oxon. et Palat. Ms. *Placuerat quidem Dominæ conclusum, &c.* cui ne possim lectioni acquiescere obstat sequens illud, 'Sed obtinuit alius,' &c. Antithesis vocum *uni* et *alius* vulgatam lectionem stabilit. *Pric.*

Hordeo, lecto, fabaque, &c.] Inepte, ex Colvii conjectura, *secto* edidere Vulcan. Ed. sec. Elmenh. Scriv. Flor. Fractum ac fractum, vel etiam tussum hordeum, datur in usus humanos, *sectum* nusquam. Et cui bono hoc asini dentibus, hordeum satis frangere valentis. Melior foret conjectura Stewechii *lente*. Sed Mss. et Edd. O. servant *lecto*. In Pal. *lecto hordeo*, bene, sive electo, puro, optimo, nec tantum recente, ut l. IV. p. 78. sed ex quo omnes furfures et lapilli erant secreti, quos contra queritur sibi adpositos p. 143. *Lecto* alii capiunt substantive pro cubili molliori. At eo non saginantur asini. Et certe tum præponi deberet. *Oud.* *Otiosum, &c. saginari*] Lib. VI. argumento simili: 'Inter cibos delicatos et otium profundum.' Horatius: 'Bovemque Disjunctum curas:' ubi vetus Scholiastes: 'Otiosum pascis.' Apud Phædrum lupus: 'Quanto est facilius mihi sub tecto vivere, Et otiosum largo satiari cibo!' *Pric.*

Rurestribus campis] Lib. VIII. 'arva rurestria' vocat. *Idem.*

Daturus Dominis inscensu generoso multas mulas alumnas] Philo II. de legg. special. Ὄνους ὑπερμεγέθεις, οὓς προσαγορεύουσι κήλωνας, ἀνατρέφουσιν, ἵνα ταῖς θηλείαις ἀναβαίνωσι πώλοις. *Id.*

Armentario equisione] *Equisone* Fux. *equisione* hic præbent Oxon. et Edd. Beroald. Junt. utr. Ald. Colin. Bas. Colv. Vulc. utraque, et aliæ. Quomodo sæpius ea vox exaratur, uti in

Glossis ἱπποκόμος nunc 'equilio,' nunc 'equisio,' nunc 'equiso' vertitur. Et hinc forsan corrigi posset Epigr. in Catal. lib. v. Ep. 130. p. 310. 'Ubi iste post Sabinus, ante equisio Bidente dicit adtondisse forcipe Comata colla.' Vide Comm. Burm. et Add. Hic tamen malim *equisone*. Vide ad VIII. init. *Armenta* D'Orv. *Oud.* *Evocato armentario, &c.*] 'Cui tradita cuncta Armenta, et late custodia credita campi.' Onomasticon vetus: 'Armentarius, ἀγελάρχης.' *Pric.*

Deducendus adsignor] Donatus ad II. 2. Eun. 'Ducitur quis ad sepulturam, deducitur ad lætitiam.' *Idem.*

Gaudens lætusque] Supra hoc libro, 'Læti et gaudentes.' *Idem.*

Sarcinis et ceteris] *Et ceteris oneribus*, vel *honoribus* habent Flor. D'Orv. Oxon. Pith. Guelf. cum Edd. Wow. Elm. et seqq. Absque quibus Mss. esset, facile descendissem in Stew. sententiam, inductus scriptæ lectionis in aliis Codd. variatione; et exsilio vocis *oneribus* in Edd. Vett. Quamvis, cum jam *clitellis* depravatum esset in *aliis*, *ceteris*, librarius quis temere addere potuerit *onerib.* Vide ad Phædri lib. I. F. 15. de asino: 'Clitellas dum portem meas.' At mirum est, nusquam Auctorem ea voce per totam hanc fabulam usum fuisse. *Oud.* *Sarcinis et cæteris oneribus jam nunc renunciaturus*] Post nempe insignem honorem salvam virginem reportandi: etiam hodie, camelus qui quotannis Mecham donaria Regis Turciæ portat, ex eo nunquam tempore ulla sarcina gravatur. Τὸ *oneribus* (quod et in Oxoniensi legitur) bene additum fuit ex Palatino Codice. *Pric.*

Nactaque libertate] Oxon. *naptaque*; unde quis refingere posset *adeptaque*. Quo participio optimi quique passive sunt usi. Passive tamen et Hyginus dixit F. VIII. 'Ea occasione nacta, fugæ se mandavit:' et alibi. Mallem tamen, si per Mss. liceret, *dataque* lib. Certe *data* et *nacta* sic in Mss. crebro permutantur. Vide Drak. ad Liv. Ep. 15. 'pax et libertas data est.' *Oud.*

Pratis herbentibus] *Herbantibus* sive herbascentibus reposui auctoritate Mss. tum Roaldi et Elmenh. tum Reg. Pith. Guelf. utriusque, Pal. Oxon. Bert. D'Orv. et Edd. Vett. usque ad Colv. et Lugd. nisi quod audacius a Scriverio sit repositum *vernantibus*, cum præcedat *veris*, adeoque minus eleganter dicatur 'veris initio vernare prata.' Quamvis aliter *vernare* per se sit egregium; et passim de agro, humo, aëre dicatur. Vide in Apol. p. 414. Plin. lib. VII. c. 2. Flor. lib. I. c. 16. Comm. ad Ovid. lib. X. Met. 166. *reperturas* Guelf. pr. *Idem.* *Veris initio pratis herbentibus rosas utique reperturus aliquas*] Infra lib. X. 'Plane tenui, ut potui, specula solabar clades ultimas, quod ver in ipso ortu jam gemmulis floridis cuncta depingeret, &c. et commodum dirupto spineo tegmine spirantes cinnameos odores promicarent rosæ.' Horatius: 'Mitte sectari rosa quo locorum Sera moretur:' ubi vetus Scholiastes: 'Vetat puerum rosas, quæ jam peracto vere inveniri non solent, studiose quærere.' *Pric.*

Subibat me tamen i. e. frequens cogit] *Tamen* hic locum non habet, sed legendum est vel cum Puteani libris, *cum illa*, scil. cogitatione, quod veris initio rosas aliquas reperirem, et sic ex Fotidis promisso lib. III. in hominem redirem, vel cum Oxon. *tum illa*. At prius malo. In Mss. vix distingui possunt hæ voculæ. Ad hæc cum Mss. O. et Edd. ante Colineum, in cujus editionem vox *frequens* librariorum errore videtur inrepsisse, rescripsi *sequens*. Non enim hoc frequenter cogitavit, sed ea quoque *subiit* cogitatio, se hominem factum, multo majoribus beneficiis honestatum iri. Miror, hunc locum tam negligenter ab viris eruditis esse prætermissum. *Oud.*

Subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio] Oxon. et duo alii Mss. *S. m. tum illa etiam sequens cogitatio.* Pric.

Asino meo] Male omnino Wow. et seqq. receperunt scripturam solius Cod. Fulviani, quam merito explosit Pricæus, et optime *meo*, ut dant ceteri libri et Edd. priores, vindicavit. Passim ita de se, ut asino, dicit 'asinum meum.' Vide Pric. lib. xi. p. 250. 'quo meus stabulaverat asinus.' Atque hinc in f. hujus libri, 'Meleager asinus interisset,' non *interissem*: et sic contra de se, ut homine, 'meum Lucium.' Quod corruperunt quoque lib. x. p. 232. 'promicarent rosæ, quæ me priori meo Lucio redderent:' ubi plura. Sic Arnobius ait lib. i. p. 41. 'hominem suum,' quem induerat Servator Christus, de quo dixerat. *Tribuitis* Guelf. pr. *Oud. Honoribusque plurimis asino modo tributis*] Non hanc damnaverim scripturam, prætulerim tamen *asino meo tributis*, quam et nonnulli editi et Codex Oxon. exhibent. Infra lib. ix. 'Ipse gratas gratias asino meo memini:' et xi. 'Ad illum locum pervenimus, in quo meus pridie stabulaverat asinus:' sic in eodem libro, 'Redde me meo Lucio:' et x. 'Rosæ, quæ me priori meo Lucio redderent.' *Pric.*

Multo tanta, pluribus] *Tanto* bene ex emendatione Stewechii Groslotiique tacitus invexit Colvius et seqq. cum Mss. præter Palat. Fux. Pith. Guelferb. utrumque, et D'Orv. in quo est *me*. Sic de Deo Socratis p. 681. 'Multo tanto subtiliora:' item lib. x. p. 225. Vide J. F. Gronov. ad Gell. lib. iv. c. 9. 'multo tanto laudatiora.' Aliaque, et similia supra ad lib. vi. init. 'nimio tanto cupidior.' *Oud.*

Pag. 143 *Molæ mach. sub jugum*] Olim jam Beroaldus monuit, junctim et una voce leg. *subjugum*, ὑποζύγιον, ut est in Mss. O. ac Glossis. Vide et Pricæum. Male Grut. lib. iii. Susp. c. 14. *subjugam*, et Vulcan. Ed. sec. *subjugem*. Sic 'conjugus,' 'disjugus,' 'sejugus,' &c. alibi. 'Trijugum caput' lib. vi. p. 121. Infra lib. ix. p. 186. 'subjungi machinæ asinum:' ubi in Mss. nonnullis quoque *subjugum*. Sed illic vide. Pro 'lora subjugia' Vitruv. lib. x. c. 8. Ms. Franek. *subjuga*. Sed aliter Catoni c. 135. *Idem. Molæ machinariæ subjugum me dedit*] Columella de hoc genus animalibus: 'Jam vero molarum et conficiendi frumenti pene solennis est hujus pecoris labor.' 'Subjugum me dedit,' (inquit) infra lib. ix. 'Subjungi machinæ novitium clamabat asinum.' In vetere Onomastico: 'Subjugalis, ὑποζύγιος.' Glossæ: 'Ὑποζύγιον, jumentum, subjugium:' scribe, *jumentum subjugum*. Hesychius: Ὑποζύγια κτήνη, τὰ ὑπὸ τὸν ζυγόν· καὶ τὰ ὑπόζωμα (fortasse καὶ τὰ ζῶα) πάντα τὰ ἐζευγμένα. *Pric. Subjugum*] Junctim et prima acuta lego, ut sit dictione unica *subjugus* eleganter dictus, qui sub jugum mittitur, qui Græce dicitur ὑποζύγιος. *Beroald.*

Vicinorum etiam frumenta, &c.] Oxon. *frugamenta*: quam vocem nondum alibi reperii. *Pric.*

Nec mihi misero statuta saltem cibaria pro tantis præstabantur laboribus] Infra lib. ix. 'Matutino lutum nimis frigidum, geluque præacuta frusta nudis invadens pedibus enitebar: ac ne suetis saltem cibariis meum ventrem replere poteram.' Jure autem hoc asinus conqueritur, cum, ut virga et onus portio ejus, ita et cibaria. Vide xxxiii. 25. Sirachidem. Δούλῳ μισθὸς τροφή, Aristoteles in Œconomicis dixit. Seneca lib. iii. de Benef. 'Est aliquid quod Dominus præstare servo debeat, ut cibaria,' &c. Theano de servis loquens: Δικαία χρῆσις, ἵνα μήτε διὰ τὸν κόπον κάμνωσι, μηδὲ ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν. Vide Proverb. 31. 15. Matth. 10. 10. Coloss. 4. 1. l. 22. et l. 50. ff. de oper. libert. *Idem.*

Hordeum meum frictum] *Ordea*

Guelf. sec. Oxon. *fractum*, D'Orv. *fractum;* quomodo etiam in aliquot suorum Codd. exstare monuit Beroaldus, sed male hoc loco. Duo describit Appuleius, quæ solebant fieri frumentis, humano esui præparatis. Ea enim prius 'siccabant' vel 'torrebant' seu 'frigebant.' (Græci dicunt φρύγειν et τηγανίζειν.) Tum fricta sub mola frangebant, sive conquassando comminuebant in farinam. Hinc passim illa conjungi solent ab Antiquis. Virgil. lib. I. Georg. 267. 'Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo:' et lib. I. Æn. 179. Plin. lib. XVIII. c. 7. 'Græci perfusum aqua hordeum siccant, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt:' quem locum obportune inter alia citat Ill. Heinsius ad Ovid. Medic. Faciei vers. 71. 'Nec tu pallentes dubita torrere lupinos, Et simul inflantes corpora frige fabas, &c. Utraque da nigris comminuenda molis.' Ex quo verbo abunde patet, male eundem virum pro *torrere* conjecisse *frendere*. Hoc enim demum est *comminuere*. Rectius idem divinavit lib. IX. p. 198. 'Alveo frumenta confresa purgari consuerant.' De *hordeis* ibidem præcesserat vers. 57. 'Hæc ubi ventosas fuerint siccata per auras, Lenta jube scabra frangat asella mola.' Male autem vulgo jungunt *hordeum meum frictum*, cum post *meum* distinctio quædam sit ponenda. Dicit Appuleius, hordeum suum, sive quod sibi designatum erat et debebatur, ipsi non fuisse adpositum, sed illud ab ista muliere frictum (vide Glossas) et a se per molam quassatum et fractum, vel ab ipsa consumi, vel, quod pejus erat, vicinis venditari. Sic rem esse considerandam patet ex Luciano, cujus omnia hic nostris sunt simillima in Asino t. II. p. 597. *καὶ τὰς μὲν κριθὰς, τοὐμὸν ἄριστον, φρύγουσα, κἀμοὶ, ὥστε ἀλεῖν ἐπιβάλλουσα.* ibidem præcesserat: *παρὰ τῶν ἄλλων, τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς ἀγροῖς ἄλευρα τὸν μισθὸν αἰτοῦσα, ἐξεμίσθου τοι ἐμὸν ἄθλιον τράχηλον* ac sequitur, *ἐμοὶ δὲ πίτυρα ἄριστον ἦν*, dum ipsa edebat *μάζας ὅλας*, de quibus vide omnino nostrum D'Orv. ad Charit. lib. IV. cap. 2. pag. 370. N. Act. Lips. A. 1751. pag. 110. *Oud.*

Hordeum frictum] Ex Luciano, qui ait: *καὶ τὰς μὲν κριθὰς τοὐμὸν ἄριστον φρύγουσα*, quod significat prandium fuisse hordeum frictum. *φρυγέω* enim est sicco, et frigo. Plautus dixit 'cicer frictum,' intelligi volens rem vilissimam. Quidam legunt *fractum*, referentes ad molam, qua cicer molitur, quassatur, infringitur: unde et 'faba fressa:' sequitur enim: 'Et sub eadem mola meis quassatum ambagibus.' Græci hordeum appellant κριθὴν, inde tuberculum oculorum a Græcis *crithe* nominatur, a similitudine videlicet hordei, cujus et Cor. Celsus meminit in VII. *Beroald.*

Lab. machinæ attento] De hoc Genitivo etiam verbis et adverbiis juncto agam latius ad lib. VIII. pag. 158. 'morum inprobatus.' Ac sic edidit, probavitque e lib. IX. p. 185. Pricæus. Verum contra Mss. ceteros nihil innovandum fuerat. Nam, præterquam quod sumi posset, ut 'attentus negotio,' et alia, de quibus vide ad lib. IV. p. 79. 'Huic operi attentum,' uti legunt, male tamen, viri docti; videtur potius hic Auctor eam vocem proprie adhibuisse, pro tenso ad machinam et adnexo, *ἐπιτεταμένῳ*, ut in Glossis. Sic proprie lib. II. p. 31. 'Arcum vigor attendit:' et magis ad hunc locum lib. VI. pag. 116. 'rupibusque attenditur,' sive adnectitur, et eo usque porrigitur: ubi vide. *Oud. Laboriosæ machinæ attrito*] Infra lib. IX. 'Pectora copulæ sparteæ tritura continua exulcerati:' exempla locutionis jam ab aliis adducta. *Pric.*

Furfures incretos] *Inertes* legas in Edd. Juntinis: quod significaret furfures non idoneos alimento præstando; quomodo 'iners arbor,' 'gleba,'

&c. quæ fructum non ferunt, redduntve, apud Poëtas. In D'Orv. Cod. est infectos. At recte in ceteris Mss. et Edd. *incretos*; quod pessime Floridus sumsit pro 'non cretos, haud cribratos,' contra verbi usum et Auctoris mentem. Nam si furfures nondum erant cribrati, tunc certe inmixta erat iis bona et esculenta farina. Verum eam subripiebat Lucio mulier, et postquam eam cribro separaverat a furfuribus, hos reliquos, ut erant sordibus et lapillis salebrosi, adponebat illi; ut optime exposuit Beroaldus, a Florido et aliis non intellectus. Unde etiam pessime Sciopp. lib. IV. pag. 116. conjiciebat *incretæ moli* pro inconditæ, indiscretæ. Adi me et illic loci. *Oud.* *Furfures apponebat*] Suum, non jumentorum pabulum. Plaut. Capteiv. 'Pistores scrophipasci, qui furfure alunt sues.' *Pric.* *Incretos*] Vide Beroaldum. *Id.* *Furfures incretos*] Accipe *incretos*, permixtos, non purgatos, neque excretos: sequitur enim, 'Sordidos:' sic Horat. in Sermon. 'Incretum puris circumposuisse catillis.' Ubi exponunt commentatores, 'incretum,' permixtum, vel 'incretos' expone pro cribratos, quæ scilicet elegantior scitiorque expositio est. 'Incernere' enim et 'succernere,' est cribris et excussoriis repurgare. M. Cato, 'cum semen serito, cribro tanquam linum, et eo terram, cribro incernito altam digitum transversum.' Plin. in XVIII. 'Farinario cribro succernunt:' inde 'incerniculum' cribri genus vocant, de quo Plin. in VIII. 'Ne frumentarii negociatores ab incerniculis arcerent:' item M. Cato jubet, in supellectile villatica habendum esse 'incerniculum' unum. 'Furfures' autem 'increti,' hoc est, cribrati, haud dubie deteriores vilioresque sunt, cum farina sequestrata sit ac separata. Lucianus, ἐμοὶ δὲ πίτυρα ἄριστον ἦν: id est, 'mihi furfur prandium erat.' Græci πίτυραν vocant furfurem, unde furfurei panes 'pityrii' dicti: quorum mentio fit a Galeno in I. de aliment. 'Rustici veteres' (auctore Gellio) 'apludam dixere furfurem frumenti, sicut floces vini fæcem.' Hinc illud, in esitantem furfureum panem, et vinum fœtidum potantem: 'Apludam edit, floces bibit.' Plin. vero tradit, purgamenta milii et panici 'apludam' nominari. Inter vitia corporis fœda sunt et furfures, quorum mentio apud Plin. frequens: 'canicas' appellant furfures de farre: a cibo canum. *Beroald.*

Fortuna sæva] Rursus *scæva* conjecit Sopingius, et ediderunt quoque Vulc. Ed. sec. Elmenh. ac Scriv. Sed vide Pricæum et me ad lib. V. p. 91. 'periculum tibi minatur Fortuna sævior.' *Sævis* Pith. et in D'Orv. Palat. Fux. Guelf. ordine inverso exaratur, *trad. cruciatib.* Oud. *Talibus ærumnis edomitum novis Fortuna sæva cruciatibus tradidit*] Infra hic: 'Fortuna meis casibus pervicax, &c. novas instruxit insidias.' Item: 'Fortuna meis cruciatibus insatiabilis, aliam denuo mihi pestem instruxit.' Apud Virgilium: 'Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur.' Apud Achillem Tatium ille lib. VI. Ἐμοὶ δὲ ἡ συνήθης Τύχη πάλιν ἐπιτίθεται, καὶ κατ' ἐμοῦ δρᾶμα καινὸν συντίθεται. In veteri Mimo: 'Fortuna obesse nulli contenta est semel:' apud Nonnium Ennius: 'Heu mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala!' 'Edomitum ærumnis,' ut apud Servium (Æn. II.) 'ærumnis victum.' Catonis hoc loco locum opportune corrigamus. 'Adversæ' (inquit) 'res se domant, et docent quid facto opus sit:' ita omnes Gellii editiones mihi visæ exhibent; legendum, *adversæ res edomant, &c.* habemus similem sententiam in his Livii lib. V. 'Adversæ res admonuerunt religionum:' et his Lucretii: 'Multoque in rebus acerbis Acrius advertunt animos ad religionem. Quo magis in dubiis homines

spectare periclis Convenit, adversisque in rebus noscere qui sint:' item his Aurelii Victoris: 'Constat sanctos prudentesque sensu mali prudentiores fieri: contraque expertes ærumnarum, dum opibus suis cunctos æstimant, minus consulere.' Idem alibi: 'Perditæ res subigunt recta consulere.' *Pric.* *Fortuna sæva*] Lib. v. 'En orba, et sæva, &c. Fortuna:' et alibi: 'Fortunæ sævitatem meæ.' *Idem.*

F. factis adoreæ plenæ gloriarer] In Mss. multis et Edd. Vett. tum hic, tum alibi est *adoriæ*. Vide Beroald. et lib. XII. p. 55. nec non in aliquot Codd. et Edd. Ber. Bas. pr. *plene*. Male. Non enim jungenda *facta adoreæ*; sed per Græcismum *adoreæ plenæ gloriarer*. scil. ἕνεκα, 'de' et 'ob adoream,' 'adoreæ ergo.' Vide quo te ablegavi, lector, supra ad voces 'machinæ adtento.' Groslot. conjecit, f. *plenus*. Oud. *Scilicet, ut, &c. domi forisque fortibus factis adoreæ plenæ gloriarer*] Seneca lib. cur bonis viris, &c. 'Fortuna fortissimos sibi pares quærit, quosdam fastidio transit.' *Pric.* *Fortibus fa. ado.*] Proverbiale est, de hominibus qui domi, foris, in urbe, extra urbem, forti animo et subnixo labores ærumnosos toleraverunt, qui fortibus factis adoriam laudemque consequuntur, qui gloriantur fortunæ cruciatibus sese haud quaquam succubuisse. *Adoriam* Veteres dicunt laudem, sive gloriam: quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret, quod 'ador' nominatur. Plin. in duodevigesimo: 'Gloriam denique ipsam a farris honore adoriam appellabant.' Horatiani vero interpretes exponentes illud Flacci: 'Qui primus alma risit adoria:' tradunt, *adoriam* dici laudem bellicam, ex eo quod adorandi sint qui laudem ex bello reportant. *Beroald.*

Eq. armentis me congregem] D'Orv. *congrege*. Oxon. *cum grege*. Prave. Vide Comm. ad Auson. Gryph. vers. 53. 'ut idem Congrege ter terno per ter tria dissolvatur:' ac Vinet. ad Epist. x. 21. 'congrege vulgo:' ac Bouhier. ad Pervig. Vener. p. 180. 'Congreges inter catervas.' Solin. p. 12. 'Congreges volitant.' Sic Mss. optimi, nihilque mutandum. *Oud.*

Serius auscultator] Pravo judicio Colvius et seqq. scripturam Cod. Pith. et primarum Edd. *serius* revocavit contra Beroaldi monitum, cui succinunt Mss. tantum non omnes, certe Flor. Pal. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. cum Edd. Junt. Ald. Colin. &c. et docent ita legendum voces 'aliquando,' 'tandem,' ut jam advertit quoque Pricæus, et *serus* tacite restituit Floridus. Qualis dicitur omnis, qui sero quid facit. *Idem.*

Armentis me permisit] Bertin. *permiscuit*. Quod probo. *Elmenh.* Præeunte Scioppio in Susp. d. l. et in textu exprimente Scriverio. Sed perperam. At Scioppius dein videtur hoc quoque inprobasse. Nam in Symb. de eo nil ait. *Permisit* significat plenam libertatem, qua asinus in greges equinos inmissus est. Hinc enim 'permissus' pro soluto, libero ponitur ab aliis. Vide Barthium et N. Heinsium ad Claudian. l. II. præf. in Rufinum: 'Permissis jam licet ire choris.' Adde Cort. ad Sall. B. Catil. c. 51. 'In exsilium permitti.' Et ut 'admittere,' 'inmittere equum,' dicitur hostili animo, sic et majore et solutiore inpetu 'permittere.' Hirt. lib. VIII. B. G. cap. 48. 'permisit se equo in eum.' Confer Drakenb. ad Liv. lib. III. c. 70. § 9. 'Qua permissus equitatus turbaverat ordines.' Et ita 'permittere quid' vel 'se alicui' dici de eo, qui plenam rei suive potestatem alteri tradit, et plus esse quam 'committere,' tum alii, tum ego sæpius monendum habui. Eleganter Martian. Cap. lib. IX. p. 302. 'Et cum dicto resupina paululum, reclinisque pone consistentis sese per-

misit amplexibus Voluptatis:' ut illic scribendum, rei natura, et Mss. 4. antiquissimis jubentibus. Vulgo *consistens*. In Guelf. utroque et Palatino est *promisit*. Oud. *Serius auscultator*] Serium auscultatorem nuncupamus, qui serio, diligenter, sedulo audit mandata domini, et ea naviter exequitur. Sed hic quidem malim legere *serus* quam *serius*, tanquam subindignanter dixerit *Serius*, hoc est, tardus, lentus, et cunctator: qui non statim mandatum dominicum peregit, sed sero et cunctanter id tandem impleverit. M. Cato duo hæc verba 'Audire' et 'Auscultare,' ita disparasse videtur atque disjunxisse, ut 'audire' sit negligentis, et ejus qui minime obsequi velit: 'auscultare' vero attendentis, et auditioni obtemperantis. Verba Catonis subscripsi, quæ sunt hæc: 'Ita est cupidus orationis, ut conducat qui auscultet: itaque auditis, non auscultatis tamquam pharmacopolam: nam ejus verba audiuntur, verum ei se nemo committat, si æger est.' *Beroald.* *Mandati dominici serius auscultator*] Ex vocibus 'aliquando' et 'tandem,' quæ sequuntur, legendum, quantum ego video, *serus auscultator:* imo et sic scriptum reperi in Cod. Oxoniensi. *Pric.*

At ego tandem liber asinus, &c.] Virgilius: 'Tandem liber equus, campoque potitus aperto.' *Idem.*

Tripudians, graduque molli gestiens] Georg. III. 'Altius ingreditur, ac mollia crura reponit:' ubi Servius: 'Cum exultatione quadam incedit.' Κυδρῷ σχήματι καὶ ὑγροῖν σκελοῖν γαυρώμενος φέρεσθαι, Xenophon in de re equestri dixit. *Idem.*

Equas opportunissimas jam mihi futuras concubinas deligebam] Apud Plautum Mil. glor. 'Ad equas fuisti scitus admissarius.' In his autem cum proxime præcedentibus, puto exprimi gestum illum quem τὸν εἰς τὰς θηλείας σχηματισμὸν I. 11. § 13. Julius Pollux vocat: cujus loci aut ego intellectu, aut Interpres Latinus falsus. 'Deligebam' est eligebam. In veteri Onomastico: 'Deligo, ἐπιλέγομαι.' *Idem.*

Sed hæc etiam spes hilarior in capitale processit exitium] Vide sub initium libri IX. adnotata. *Idem.*

Ob admissuram veterem partim satianter, &c.] Vix credo, *Veneream*, quod post Wow. exprimitur in Edd. Pric. et Flor. esse in Fulviano Cod. [Respicit Oudendorpius Notam Scioppii. Vide VV. LL.] sed *Venerem;* uti diserte in Mss. Bemb. Mang. Pal. D'Orv. Fux. Guelf. utroque, Oxon. exhibetur, nec opinor, Veterum quemquam umquam dixisse *admissuram Veneream*, sed vel simpliciter *admissuram*, vel *Venerem*, ut Colum. l. VI. c. 26. 'Saginandus, ut Veneri supersit.' Quare non cum Pricæo censeo vocem *Venerem* esse glossam, sed alteram *admissuram*, ut vulgatiorem et in jumentaria re ubivis obviam. Quæ mea suspicio confirmatur scriptura Cod. Regii, *ob admissuras Venerem.* Hinc liquet, alios *admissuram*, alios *admissuras* adposuisse, et alios in textum recepisse, ac tum tandem *Venerem* in *veterem*, quod videtur in Florent. exstare, ut in Edd. ceteris, depravatum esse. Sic de Asino p. 148. 'Cum alioquin exsectis genitalibus possit neque in Venerem ullo modo surgere.' Adi et Colum. l. VI. c. 24. 'lasciviunt in Venerem, quam si aut femina recusat.' Sic enim leg. e Ms. Sangerm. 27. § 4. et 10. 'Si admissarius iners in Venerem est, odore proritatur.' Sic Sang. C. 36. 'sed hebes in voluptate rar. sollicitatur ad Venerem. Hujusce sensum magistri lacessant admota g. c. femina.' Sic Ms. Sangerm. Aliter vulgo. Pallad. l. VIII. t. IV. 'vaccas post vernam pinguedinem gestientes Veneris amare lasciviam.' Et passim apud poëtas. Nisi quis præferret *admissariam*, vel *admissuræ Venerem.* Plin.

l. xx. c. 12. § 48. 'Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque, admissuræ tempore ingeritur.' Lipsius vero e conjectura adlevit, *ob admiss. uberem.* Neque melior est altera mutatio, *passim satiati.* Nullius enim usus hic est vox *passim*, quam miror potuisse placere Pricæo. Recte Vett. Edd. cum Mss. *pasti satianter.* Quod corruptum est, quia in multis, ut D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Guelf. pr. erat *pastim satianter.* Si quid mutandum, malim *pastu satiati.* Sed alterum efficacius: licet exemplum aliud nesciam. Sed formatur, ut 'amanter,' 'dignanter,' &c. In Ed. Vicent. *pasci satianter.* Oud. *Ob admissuram Veneream passim satiati ac diu saginati*] Columella VI. 27. 'Roborandus est largo cibo, et appropinquante vere hordeo ervoque saginandus, ut Veneri supersit,' &c. Varro II. 8. de Re Rust. 'Hos' (asinos) 'pascimus præcipue fæno atque hordeo: atque id ante admissuram largius facimus.' Onomasticon vetus: 'Admissura, ὀχεία.' Glossarium: 'Βίβασις· ἡ ὀχεία, admissura:' ibidem: 'Ὀχευτὴς, admissarius:' ita 'equus admissarius' Sirachidis XXXIII. 6. apud Latinum Interpretem: ut recte pro *emissarius* restituit æternum deflendus honorandusque Vir H. Grotius. Τὸ *Veneream* ex Fulvii Ms. Sciopp. et Wowerius deprompserunt: habebant veteres editiones, *admissuram veterem:* Oxon. Ms. *venerem:* quod merum præcedentis vocis interpretamentum est: ego omnia ista inducenda crediderim, legendumque *ob admissuram passim satiati, &c.* Pric.

Et utique quovis asino fortiores] Lib. IX. 'Canes rabidos et immanes, quibusvis lupis et ursis sæviores.' *Idem.*

Adulterio degemeri] Scribendum est *degeneri*: nam coitus asini cum equa invisus infestusque est equo generoso, tanquam degener et vilis: nec enim videtur esse decorum, quod asellus vilis et vulgaris velit inscendere equas præstantiores, quarum mariti sunt equi, et non asini: ipsæ quoque equæ dicuntur fastidire asellum subactorem et adulterum: idcirco, teste Plinio, præcipiunt equarum jubas tonderi, ut asinorum in coitu patiantur humilitatem; comantes enim gloria superbire. *Berould.*

Nec hospitalis Jovis servato fœdere] Lib. III. argumento parili: 'Sed, proh Jupiter hospitalis! &c. præclarus ille vector meus cum asino capita conferunt, &c. utque me præsepio videre proximantem, &c. infestis calcibus insequuntur.' *Pric.*

Ard. cap. et subl. vertice] Constant sibi Mss. et Edd. Nihilominus verissimam arbitror conjecturam Pricæi, *cervice.* Et dubito, an non ita intellexerit Beroaldus, ad hæc verba notans: 'Secundum Virgilianam descriptionem l. III. G. 79. 'illi ardua cervix, Argutumque caput.'' Infra p. 149. 'Arduaque cervice sublimiter elevata.' Nemes. Cyneg. vs. 245. 'Ardua frons, &c. Plurima se validos cervix resupinat in armos.' Apoll. III. 12. 60. ὀρθοῖσιν ὑπ' οὔασιν αὔχεν' ἄειρεν. Adde Burm. ad Ovid. l. VIII. Met. vs. 284. 'Riget ardua cervix.' Et sic passim 'alta cervix.' Vide Barth. ad Claud. I. in Ruf. vs. 53. 'a vertice' et 'cervice' sic confunduntur in Suet. Cæs. 45. Vitiose *arduis* Pith. Fux. *Oud.* *Arduus capite*] Virgil. de equo: 'Campo sese arduus infert.' *Pric.* *Arduus capite, et sublimis vertice*] Ita γαῦρον καὶ ὑψαύχενα ἵππον, Orat. I. Themistius: et ἐριαύχενας ἵππους Iliad. λ. Homerus. Pro *vertice* (quod omnes editos, imo, quod sciam, omnes Manuscriptos insedit) puto *cervice* reponendum. Silius Ital. de generoso pullo: 'Insignis multa cervice.' Virgilius XI. 'Arrectisque fremit cervicibus alte.' Infra hic de seipso: 'Arduaque cervice sublimiter elata, lorum, quo tenebar, abrumpo.' *Idem.*

Primoribus in me pugilatur ungulis] Lactantius de animalibus loquens: 'Alia eorum, &c. suffulta ungulis, vel instructa cornibus.' *Primoribus*, est, *prioribus*, ἐμπροσθίοις. sic ὁπλὰς ἐμπροσθίους μετεωρίζειν lib. III. apud Agathiam Scholiasticum: et, ὁπλὰς ἐμπροσθίους ἀνασείειν II. 8. 25. Maccabaicæ historiæ. Anacreon: Φύσις κέρατα ταύροις, Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις. Xenophon Παιδ. β. Ἐπίσταται ὁ βοῦς κέρατι παίειν, ὁ ἵππος ὁπλῇ, &c. *Idem.*

Hinnitu maligno, &c.] Hinnitu, quem infesta rabies, non propitia voluntas ciebat. κατὰ φύσιν enim *hinnitum* equis *hilarem* in Excerptis Floridorum tribuit. *Idem.*

PAG. 144 *Remissis auribus*] Recte Pricæus refellit eos, qui *demissis* legunt. Illi enim non conveniunt equis alacribus, et furentibus, ut vel patet ex notissimo illo versu: 'Demitto auriculas ut iniquæ sortis asellus.' Et Horat. lib. II. O. 13. 'carminibus stupens Demittit atras bellua centiceps Aures.' Virgil. de equo ægroto l. III. G. 500. 'demissæ aures.' Habent illi 'aures subrectas,' ut docet experientia, et Plinius, citante Beroaldo, quem, male Roaldus ait, agnoscere τὸ *dem.* ac Lucano l. IV. 753. et Æliano l. VI. An. c. 10. τὰ ὦτα ὀρθώσαν αὐτὸς καὶ τοὺς μυκτῆρας διέστησεν. Hinc Noster p. 141. 'porrectis auribus proflatisque naribus rudivi fortiter.' Et sic alacribus canibus l. II. p. 29. tribuit aures rigentes, nares hiantes, ora sævientia. Adde Comm. ad Nemes. Cyneg. vs. 245. &c. Nam l. III. p. 60. vidimus legendum esse: 'rejectis auribus jam furentes.' Neque etiam placet, quod est in nonnullis Beroaldi Codd. item Fux. Reg. D'Orv. Oxon. Inc. et Edd. posterioribus Colvio, qui erravit, scribens sic esse in Rom. Ed. *remissis*. Aures enim remissæ sunt resolutæ, flaccidæ, marcidæ: quæ etiam non conveniunt furentibus equis. Revocanda igitur restat Vett. Edd. uti et Mss. aliorum lectio, Pricæo etiam probata, *remulsis*, i. e. retro ac sursum reclinatis, ut exponit Beroaldus, sive reflexis et quasi supinatis, ex cujus corruptione *remusis* vel *remilsis* vel *remunssis*, quod dat Pithœanus, natum est *remissis*. Nec tamen huc quadrat citatus a Pricæo locus l. I. p. 2. 'Aures remulceo.' Ibi enim significat 'denuo permulceo;' quod est palpantis et curantis equum, καταψήχοντος, ut 'permulcere alicui colla,' 'malas,' &c. 'caput' Ovid. Ep. VI. 96. VII. Met. 320. Suet. Ner. c. 1. Sil. l. I. 104. Sed et 'mulcere' ac 'demulcere aures' ponitur pro demittere apud Nemes. Cyneg. vs. 258. quod non mutandum; Laet. l. III. Inst. c. 10. de Ira Dei c. 7. ubi vide Bunem. Quæ mulcendi actio semper fit a superiori ad inferius. Ut ergo 'demulcere' est 'demittere,' sic 'remulcere' est 'reflectere.' Quod jam vidit Turnebus lib. XXI. Advers. cap. 22. intelligi per Virgil. lib. XII. Æn. 812. 'caudamque remulcens.' Immo Noster eo sensu alibi hoc participio utitur, ut in Flor. N. 15. 'Crinibus a fronte parili separatu per malas remulsis.' Vide Salmas. ad Tertull. Pall. p. 259. et quæ dicemus ad Flor. N. 3. 'Crines remulsis antiis et promulsis capronæis:' ubi itidem *præmissis* et *promissis* substituerunt. Immo *remulsis* unice verum esse evincit Cassiodori locus per Pricæum citatus l. VII. Var. c. 15. inter fervoris equini signa ponentis 'aures remulsas.' *Oud.* *Remulsis auribus*] Quidam codices manuscripti habent *remissis*. Natura generosissimo cuique animalium notas animi peculiares tribuit: cauda leonum index est: in equis vero et omnium jumentorum genere indicia animi aures præferunt: fessis marcidæ, nutantes pavidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris. Ex hac Pliniana sententia 'aures remulsas' accipio, non tam resolutas et remissas, quam

subrectas, et quasi retro ac sursum reclinatas. Antiqui 'remissum' dicunt, quasi repandum. Quidam legunt *remissis*, sensu manifestario. *Beroald.* *Remissis auribus*] *Remulsis* Vicentina editio, et non unus Ms. Frustra fuerunt illi qui *remissis* maluerunt: supra lib. I. 'Aures' (equi) 'remulceo.' Cassiodorus VII. 15. de Equis: 'Crispatis naribus, ac rotundis et constrictis membris, auribusque remulsis:' de lupo Virgilius: 'Caudamque remulcens Subjecit pavitantem utero:' supra libro III. in re simili, 'dejectis auribus furere' vocavit Noster: nec tamen ad mentem Colvii hoc in loco *demissis* scribendum: quid sit 'demittere aures,' in promptu est ex notissimo illo: 'Demitto auriculas ut iniquæ sortis asellus:' quod quam huic loco alienum, quis ille qui nescire fatebitur? *Pric.*

Dentiumque candentium hastis] Par. *cistis*: an *serris, sicis, sarissis, spiculis*? Latet vera lectio. *Wass.* Sed vide Beroald. qui bene *candentium* correxit pro *cadentium*, quod erat in Edd. primis. Quæ vox hic etiam ad terrorem facit. Adi Burm. ad Nemes. Cyneg. vs. 171. 'niveis armantur dentibus.' Pal. Fux. Guelf. *astis*, Flor. Pith. et D'Orv. *asteis*. Non tamen sic exseruntur, vel porriguntur, nec tam acuti sunt dentes equini, quam *hastæ*. Quid, si legamus *saxis*? Quomodo 'dentes saxei' l. X. p. 226. et l. XI. p. 247. Ceterum vox *renudatis* docet nihil mutandum in Virg. G. III. 512. de equis furibundis: 'Discissos nudis laniabant dentibus artus.' Ob acumen sic dictos credit Barth. Adv. LVIII. 1. Apris 'gladios dentium' dat Pindarus Homericus vs. 604. Immo Plin. l. XVIII. c. 1. 'dentium sicas:' et in S. L. et Psalmo LVI. 4. ὀδόντες vocantur δόρατα καὶ βέλη, ut γλῶσσα μάχαιρα ὀξεῖα. *que* abest a Fux. et mox *me tot.* dat. *Oud.* *Cadentium*] Lego *candentium*, hoc est, albicantium dentium: nam decidui dentes, signum sunt senectutis et invalentiæ. Dentes in cæteris senecta rubescunt, equo tantum candidiores fiunt. Senectus in equis intelligitur dentium brochitate sive bruncitate: hoc est, præminentia: brochi enim dentes, sive brunci, dicuntur prominuli. Hoc transeunter dictum sit, ut intelligas dictiones, quibus Plinius, Varro, Lucilius, et cæteri utuntur. *Beroald.*

Qui miseros hospites ferinis equis suis, &c.] De Eodem Ovidius: 'Quique suis homines pabula fecit equis.' Vide præter alios Servium ad finem I. Æneid. 'Ferinis equis:' quia ut feræ hominum carnes vorabant. *Pric.*

Adeon' præpotens ille t.] Diomedis Thraciæ regis historiam attingit: qui, cum equos suos carne humana aliquamdiu aluisset, ab Hercule victus et equis suis in pabulum projectus est. Auctor Poëmatis in Ibin: 'Ut qui Threicii quondam præsepia regis Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.' Ovidius Libro nono Metamorph. 'Qui cum Threcis equos humano sanguine pingues.' *Stewech.* Innuit Diomedis tyrannidem, qui hospites advenas benigne domi suæ receptos vino somnoque sepeliebat, occisosque deinde equis suis in pastum offerebat. Hyginus Fab. 31. Albricius de Deorum Imaginibus. Ovid. in Ibin vs. 381. et alibi. *Elmenh.* Fuitne inter hospites eos aliquis *Candaules*? Certe illi se in hac historia comparat Lucius apud Lucianum t. II. p. 596. An potius respicit ille ad *Limonem*, quæ a patre Hippomene equo in stabulo discerpenda est relicta? Vide Comm. ad Ovid. Ibin vs. 337. 461. 'Solaque Limone pœnam ne senserit illam, Et tua dente fero viscera carpat equus.' Ceterum cum Scioppio et Modio facit Ed. Rom. Beroald. et Bas. pr. cum interrogatione *Adeon'* exprimentes, ut passim in Comicis, etiam seq. consonante. Sed non ita solet Auc-

tor. Nam l. VIII. in f. p. 175. 'Adeone, inquit, mente excidisti tua?' Ad haec simpliciter pergit narrare. Quare sequi malo ceterorum Codicum et Edd. etiam Vicentinæ, lectionem: *Adeo præpotens ille.* quæ jungenda sensu. In Reg. Fux. Pal. et Guelf. *Adeo ille præp.* Oud.

Rursus molares illos circuitus requirebam] Apud Horatium: 'Obsecro et obtestor, vitæ me redde priori.' De deliciis humanorum votorum Maximus Tyrius: Εἴ τις θεῶν, ὥσπερ ἐν δράματι ὑποκριτὰς, ἀποδύσας ἕκαστον τοῦ παρόντος βίου καὶ σχήματος, μεταμφιέσει τὰ τοῦ πλησίον, αὖθις οἱ αὐτοὶ ἐκεῖνοι ποθήσουσι μὲν τὰ πρότερα, ὀδυροῦνται δὲ τὰ παρόντα. Lactantius cap. 3. de Opific. Dei: 'Magnisque clamoribus conditionem pristinam flagitant.' Arrianus Epictetæorum III. 16. de eo qui e servitute in libertatem et divitias evaserat: Πεφίληκε παιδισκάριον, καὶ δυστυχῶν ἀνακλαίεται, καὶ τὴν (προτέραν) δουλείαν ποθεῖ. adeo vere Eubulus: Πολλοὶ φυγόντες δεσπότας, ἐλεύθεροι Ὄντες, πάλιν ζητοῦσι τὴν αὐτὴν φάτνην. *Pric.*

Fortuna meis cruciatibus insatiabilis] Heliodorus II. Ἐριννὺς τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἀκόρεστος. De eadem Theodorus Prodromus: Οὐ ταῦτα τὴν ἄπληστον αὐτῆς γαστέρα Ἔπλησεν, οὐκ ἔδωκε τῷ λιμῷ κόρον. *Idem.*

Deleger enim ligno monte devehundo] Lactantius de Ira Dei cap. 13. 'Utitur' (homo) 'terra ad percipiendam frugum varietatem: collibus ad conserenda vineta: montibus ad usum arborum atque lignorum.' Asinos his usibus deputatos Græci ἀγκαλιδαγωγοὺς vocant. Vide VII. 25. Pollucem. *Idem.*

Puerque mihi præfectus imponitur] 'Præfectum' lepide dixit. Terentius: 'Elephantis quem Indicis præfecerat:' ubi Donatus: 'Etiam hoc stulte, cum hoc ad dignitatem sumat, et sic pronunciet ut magna esse præfectura videatur.' Bene et *imponitur.* Quintilianus XIII. Declam. 'Et vacca, et armenta, et omne pecudum genus: sed illa impositus cohibet magister:' hinc in Glossario, 'Ἐπικτηνίτης, jumentarius,' &c. quo loci non inepte *superjumentarius* reponas: nec enim vim nullam illud ἐπὶ habet, nec altera vox illa apud Suetonium non extat. *Idem.*

Omnium ille q. p. deterrimus] In Edd. Rom. etiam et Beroaldi scribitur *omnibus*, notatque Beroaldus, figuram esse archaismon pro Genitivo. Neque aliter exhibent Mss. Florent. Palat. (errat enim Elmenh.) Bert. Fux. Pith. Guelf. ambo, D'Orvil. Par. et Oxon. teste Pricæo, qui hoc dixit de codice Appuleii, non Gellii, vel Macrobii, ut falso credidit J. Gronov. ad Gell. lib. II. c. 18. 'omnes omnimodis diis exosos.' Facillime vero potuit superlativum adhibuisse Auctor pro positivo, *deterrimus omnibus*, quod aliis exemplis cum Ablativo recte defendit Cl. Arntzen ad Aurel. Vict. de Cæs. c. 26. et aliquatenus magnus J. G. Vossius de Constr. c. 17. qui tamen cum ab Elmenhorstio deceptus crederet in Mss. esse *omnibus modis*, probavit Gulielmii conjecturam, a Vulcanio Ed. sec. et Elmenh. receptam, *omnimodis*. Nec intercedo, quominus *omnimodis* adverbialiter hic illic occurrat; quomodo etiam Pearcius ex vetustissimo Cod. legit in Cic. lib. I. de Orat. c. 20. 'omnimodis disputaret,' et Wopkens. in Misc. Nov. Obs. VI. t. II. p. 25. in Septim. de B. Tr. lib. II. c. 16. 'Agri referti jugi pace, deprædati omnibusque vexati.' Sed cum ibi Ms. addat *rebus*, et alius exhibeat *deprædationibusque*, malim *deprædationibus, ignibusque vexati.* Verum Noster vel *omnimodus* utitur Adjective, ut disces ex Indice Floridi, vel plene effert *omnibus modis*, uti est lib. X. p. 215. 'sisti modis omnibus oportere.' Lib. XI. p. 252. 'lucrum certum modis omnibus significari.' Et pas-

sim alii, ut *multis modis*. Atque hoc probavit Pricæus, immo in textum admisere Scriverius et Floridus, inducti quoque falso Elmenhorstii testimonio. Sed *omnimodis* adverbialiter non adhibuit. Nam, quod ita citent ex Flor. N. IV. falluntur viri docti. Ibi enim cum Ed. Junt. post. et Salm. Plin. Exerc. p. 84. et aliis legendum, *Omnis modi peritus modificator:* scil. musici. Quamquam et illic *omnibus modis* rescribi posse suo loco videbimus. Ceterum salvo quidem sensu et constructione, sed, ut videtur, interpolate, ediderunt Vicent. Junt. utraque, Colin. Colv. Vulc. pr. Merc. Wow. Pric. *omnium.* Quod an in Cod. Regio exaretur, non audeo pronunciare. Sed ad Ed. Colvii nihil ex illo erat notatum. *Ille* abest ab Oxon. Pal. Fux. Guelf. *Oud.*

Omnibus deterrimus] Attende loquutionem inusitatam, neque ex regula Grammatices, quæ præcipit superlativa jungi debere cum genitivo: ut dicatur, 'omnium deterrimus,' 'omnium pessimus.' Archaismos figura est: sic enim Veteres loquebantur, quibus mutatio casuum erat frequens, et quasi peculiaris. Illud Ciceronis non absimile videtur: 'Simillimum Deo judico:' quod tamen (ut docet Priscianus) significat valde simile: hoc autem totum transtulit ex Luciano, qui ait: εἰς τὸ ὄρος ἄνω ἐπεμπόμην, καὶ ξύλα τοῖς ὤμοις ἐκόμιζον: id est, 'in montem superiorem mittebar, ad ligna humeris deferenda.' De puero quoque quem deterrimum pessimumque mortalium Appuleius appellat, Lucianus Græce inquit: ὀνηλάτην παιδάριον ἀκάθαρτον: id est, 'Asinarium puerulum impurissimum.' *Beroald.*

Omnium ille quidem puer deterrimus] Gulielmius *omnimodis ille, &c.* at melius duo Mss. *omnibus modis:* infra lib. XI. 'Lucrum certum modis omnibus significari.' Gellius lib. II. cap. 18. 'Ex quibus latenter intelligas non omnes modo Diis exosos esse, qui in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur:' quo loco mihi perplaceret, *non omnibus modis Diis, &c.* reponi: est et *omnibus* in Oxon. Codice, τῷ *modis* negligenter omisso. *Pric.*

Nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat jugum] Cyprianus in de habitu virgin. 'quem laborem, cum conamur ascendere colles, et vertices montium!' at cum de *lignatione* heic agatur, apponamus congruum hunc Horatiani Scholiastis locum: 'Non facile itur in ea loca ad cædendum ligna, quæ sunt nimis alta atque abrupta.' De 'montium jugis arduis' supra ad lib. I. pag. 2. dixi. *Idem.*

Saxeas tantum sudes incursando conturbabam ung.] Palat. *saxæ incursando contribat.* Bert. *saxeas sudes incessando conterebam ungulas.* Wowerius. *Incessendo conterebam.* Sic Bertin. *Sci-opp. in Symb. Incursando conterebam.* Sic Aldus et Palat. Flor. *i. contribam.* Bert. *incessando conterebam.* Vulgo, *i. conturbabam.* Rom. *i. conturbam.* Male. *Elmenh.* B. M. *contribam ungulas.* Putean. *Saxeas sudes* ita [ut Floridus] exposuit quoque Beroaldus. Sed forsan melius explices arborum radices e saxis eminentes aut lignorum frusta saxis superjacentia. Lib. IX. p. 183. 'per iter arduum, scrupis et hujusmodi stirpibus infestum.' Florid. ult. de via molesta: 'Adde et lapidum globos et caudicum toros.' Verum *sudes* non agnoscunt Mss. Reg. Fux. Guelferbytani, Oxon. Par. D'Orv. Inc. et Palat. præbentes *saxosa.* Nec male. Adi Passer. ad Propert. IV. 5. 20. 'Saxosamque terat sedula culpa viam.' Quid, si fuerit olim *saxa sudesque*, aut simile? aut *saxeta;* quæ vox etiam restituenda est Colum. de Arbor. c. 23. 'loca aprica, calculosa, glareosa, interdum et saxeta amat.' Sic enim Mss. Medic. Sangerm. et Lips. Vulgo, *saxosa.* Dein Pith. *incrusando.* Ne mutes

incursando. Liv. lib. v. 31. 'Agros incursavere.' Plura de hoc verbo vide apud N. Heins. ad Phædr. lib. II. F. 7. Porro *conterebam* ex conjectura pro *conturbam* reposuit Beroaldus, eumque sequentes Juntæ, Aldus, Colin. Basil. ac dein e Ms. Bert. Wower. et recentiores, quod etiam divinarat Grut. Ac forsan eam lectionem firmant Reg. Fux. et alii. Sic lib. IV. p. 65. 'Ungulis extritis.' Lib. IX. p. 295. 'digitos adulteri ungula compressos, ad summam minutiem contero.' Sed in Vicent. Colv. Vulc. Merc. &c. *conturbabam.* Æque refingi potuisset *contundebam*, ut lib. IX. p. 182. 'Crebris offensaculis contusis cruribus meis.' Certe ungulæ non *conturbantur* ab inferiore parte. Scilicet ex Flor. Bemb. Mang. Fux. Pith. Guelf. utriusque, item D'Orv. scriptura *contribam*, Palat. *contributa*, collata cum *conturbabam*, existimo corrigendum esse *contribulabam*, eleganti metaphora desumpta a frumenti contusi extritique tribulatione. Similiter ait lib. IX. p. 185. 'pectora copulæ sparteæ tritura exulcerati.' Huc pertinet locus Judic. lib. I. c. 8. § 6. 'Ἀλοήσω τὰς σαρκὰς ὑμῶν ἐν ἀκάνθαις. et § 16. ἠλόησεν ἐν αὐταῖς τοὺς ἄνδρας. ubi καταξανῶ et κατέξανε, quod Mss. nonnulli ostentant, e glossa est natum. *Oud.* *Nec saxeas tantum sudes incursando conterebam ungulas*] 'Sudes saxeas,' ut potuit, exposuit Beroaldus: bene interim Oxoniensis Ms. *nec saxeas tantum incursando contribam ungulas.* Pric. *Saxeas sudes*] Ut sudes ligneæ ustulatæ vicem telorum implent, et perforant, sic et saxa acuta, quæ 'sudes saxeæ' dicuntur, ungulas asini comminuebant, conterebantque: et id facilius contingebat, propterea quod soleis ferreis minime erat calciatus. Lucianus: ἀνυπόδετος ὄρει ἐν λιθίνῳ: id est, 'in monte saxeo eram sine calciatu.' Jumentorum autem calciamenta sunt soleæ ferreæ. *Beroald.* *Conturbam*] Corrige *conterebam.* Idem.

Persæpe dedolabar] *Prosape* in Palat. *perclive* Pith. Edd. Vicent. Ven. Veram esse puto Bertinianam lectionem. Ad puerum enim referenda sunt, sicut seqq. 'ictus incutiens,' &c. sive puer me *procliviter*, i. e. prono ad verberandum animo manuque, ac facile, et levissima quaque de caussa dedolabat. Quamvis et passivum retineri possit. Eodem enim redit. *Dedolabor* D'Orv. *desolabor* Pith. Adjectiva neutra ab Auctore, passim adverbiorum in vicem esse posita, docebit notarum Index. Est vir doctus, qui conjecit *pro clivo* sive ante clivum; ut sit quasi παροιμία. 'Equus in clivo' Senec. Ep. 31. Petron. &c. Non persuadet. *Oud.* *Fustium quoque crebris ictibus persæpe dedolabar*] Glossæ: 'Ξυλοκόπος, ὁ τύπτων ξύλῳ, fustuarius:' et ibidem: 'Ξυλοκοπῶ, τύπτω ξύλῳ, defusto, fustigo.' *Dedolabar*, ut in alio Glossario: 'Dolat, πελεκᾷ, καὶ τύπτει.' *Pric.*

Ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor] Bert. *medullitus.* Elmenh. Quod placuit Scioppio in Susp. lib. IV. 10. *et usq.* Pith. D'Orv. *medullaris.* Singularem esse et hypallages similem locutionem pro 'usque medullas insideret mihi plagarum dolor,' Beroald. Priçæus, et Flor. aiunt. Nam male post *plagarum* in aliquot Edd. distinctio quædam ponitur. Sed perperam. Significat enim vel 'continuo semper perpetuo,' vel 'tantum non,' 'adeo vehementer,' 'et eo usque,' ut medullas penetraret dolor, uti apud Terent. Adelph. II. 2. 5. 'Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.' IV. 2. 19. 'Ctesipho me pugnis miserum usque occidit:' et alibi. Vide Plaut. Ind. Par. l. IX. p. 204. 'fines usque et usque proterminaveris.' *Oud.* *Ut usque plagarum mihi medullaris insideret dolor*] Hypallage, pro, 'Ut medullas usque plagarum dolor insideret mihi.' Virgilius: 'Altius ad vi-

vum persedit:' ubi Servius: ' Medullas, &c. penetravit.' Scriptor ad Hebræos 4. 12. Διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ, &c. ἁρμῶν καὶ μυελῶν. *Pric.*

Coxæque dextræ semper ictus incutiens, &c.] Apud Plautum Bacchid. ille: ' Stimulo cor foditur:' cui alter cavillans, ' Pol tibi multo æquius est coxendicem.' *Idem.*

Ulceris latissimi facto foramine] *Vulneris* (in Bert. *volneris*) edidere Wow. Scriv. et Pric. Male, si quid video. Vulnus perpetua incussione ulcerosum erat, sed præterea ulcus hoc rescissum iteratis plagis fiebat, adeoque *latissimum.* Virgil. lib. III. Georg. 464. ' ferro rescindere summum Ulceris os.' Grat. Cyneg. 355. ' lacerique per ulceris ora.' Estque ' foramen ulceris' Virgilio ' specus atri vulneris' lib. IX. Æn. 700. quod bene contra Pricæum *alti* reponentem vindicavit Drakenb. ad Sil. lib. VI. 68. ' atris Vulneribus qui ferret opem.' *Oud.* *Et vulneris latissimi facto foramine, imo vero fovea*] Libanius XIV. Declam. Ὀρωρυγμένους ὑπὸ τῶν μαστίγων. In martyrio Polycarpi: Μάστιξι μὲν καταξανθέντες, ὥστε μέχρι τῶν ἔσω φλεβῶν καὶ ἀρτεριῶν τὴν τῆς σαρκὸς οἰκονομίαν θεωρεῖσθαι. sic ' vulnerum foveas' Cassiodorus cap. 15. de Anima dixit: ' fossare telis corpora' apud Varronem Ennius: et ' tergum vulneribus defossum' Claudianus. Virgilius: ' Reddit specus atri vulneris undam Spumantem:' ubi Servius: ' Poëtica exaggeratione specum pro cavatione posuit.' Pro *atri*, *alti* autem quid nos prohibet legere? Prædictam sancti Viri passionem, cum Ignatii Epistolis ex Mss. nuper in lucem edidit celeberrimus sanctissimusque Præsul, Usserius, Armachanus Archiepiscopus: ' qui' (quod de Sophocle Val. Maximus,) ' certamen cum natura rerum gloriosum habet: tam ille benigne opera sua mirifica exhibendo, quam illa operibus tempora' (commodiora utinam) ' liberaliter subministrando.' *Pric.*

Vulnus sanguine delibutum] Edd. Ald. Junt. post. *sanguinem.* Ill. N. Heinsius ad Ovidii Epist. XI. vs. 12. legebat *sanie:* quod facile admitterem, si addicerent Mssti, ob præcedens *ulceris.* Gell. lib. V. c. 14. ' Conceptamque saniem vulnere intimo expressi.' Verum lib. VIII. p. 158. ' Vulnera illa, quorum sanguinem lacrymæ tuæ proluerunt.' At illic quoque *saniem* reponere conatur. Lib. IX. pag. 205. ' prioris plagæ vulnere prolapsum capite sanguinem detergens.' *Oud.*

Lignorum vero tanto me premebat pondere, ut, &c.] ' Molem immensam humeris, et non tractabile pondus imponens.' Seneca cap. 5. de Tranquill. ' Necesse est opprimant onera quæ ferente majora sunt:' nec solum *pondere* eum, sed et *verberibus* multat: hæc sors, hoc genus animalium: ' Ῥάβδος καὶ φορτία ὄνῳ apud Sirachidem est: bene et *premebat.* Lucilius: ' Mantica cantheri costas gravitate premebat.' *Pric.*

Ut sarcinæ molem, &c.] Festus: ' Moles pro magnitudine fere poni solet.' *Idem.*

Quoties in alterum latus præponderans declinaret sarcina] Hoc volunt Hesychii ista: ' Ῥέπει· κλίνει, βαρεῖ, καθέλκει. *Idem.*

Vel certe in alterum latus translatis peræquare] Hoc illud est quod ὑποζύγια ἀφ' ἑκατέρας πλευρᾶς εἰς τὸ ἰσόῤῥοπον βαρύνειν Philo in Flaccum vocat. Pollux IV. 24. Ἀνασηκωθῆναι δὲ λέγοιτ' ἄν, τὸ προσθεῖναι τῷ ἀναφερομένῳ πρὸς τὸ βαρύνον ἰσοῤῥοπίαν. *Idem.*

Iniquitati p. medebatur] Pal. et Bert. *inæquitati.* Flor. *iniquitate.* Elmenh. Immo in Pal. Fux. et Guelferb. utroque est *inequitate. inequitati* Pith. Scriverius *iniquitate* edidit. Sed vere D'Orv. et Oxon. habent *inequitatem*, seu *iniquitatem*, vel *inæquitatem.* Nam *mederi* etiam cum Accusativo construi probant Grammatici ex Terentii Phormione, v. 4.

3. 'Quas mederi possis.' Serv. ad Virg. Georg. I. 193. *Oud.*

Sarcinæ pondere] Glossarium: 'Βάρος, sarcina, pondus, gravamen.' *Pric.*

PAG. 145 *Pedibus s. consulens*] Flor. *peronibus.* Recte. *Elmenh.* Verissime sic edidit Scriverius; *Perones* enim sunt rusticorum inprimis calceamenta. Atque in eadem hac re ait Lucianus, cujus hic omnia Nostris sunt simillima, tom. II. p. 590. καὶ ποταμὸς ἦν ἀέναος ἐν τῇ ὁδῷ. ὁ δὲ τῶν ὑποδημάτων φειδόμενος, ὀπίσω τῶν ξύλων ἐπ' ἐμοὶ καθίζων, ἐπέρα τὸν ποταμόν. De *peronibus* præter alios consule omnino Balduin. de Calc. cap. 17. et ejus Comm. Du Cangium in Gloss. Latino. Græcæ Gloss. 'ἐμβάς. pero. soccus.' *Oud.* *Madore*] Onomast. vetus: 'Mador, διέσις, ὑγρασία.' utitur et I. libro. *Pric.*

Superpondium] In eodem Onomast. 'Superpondium, ὑπέρμετρον.' *Idem.*

Limo cœnoso ripæ supercilio lubricante] Vel Ablativorum nimius hac in periodo concursus persuadere interpretibus, editoribusque debuerat, vitii aliquid hic latere; præter syntaxeos rationem, qua verbum 'lubricare' numquam non est Activum, sive lubricum facere. Gloss. 'Lubrico, γλοιόω.' unde et lib. II. p. 25. 'sua membra leniter inlubricans.' Prudent. περὶ στεφ. c. 12. 33. 'Namque supercilio saxi liquor ortus excitavit Frondem perennem chrismatis feracem. Hinc pretiosa ruit per marmora, lubricatque clivum.' Sic enim lego non *nunc*: ibique etiam in Oxon. *clivo.* Utrobique vitium natum ex pronunciatione vel scriptura syllabæ *om*: nisi quis malit hic *supercilia*, Gr. ὀφρύας. Adi Serv. ad Virg. Georg. I. 108. Pric. ad lib. V. p. 107. 'juxta supercilium amnis.' Rittersh. ad Oppiani 'Αλιευτ. lib. II. 34. Davis. ad Hirt. B. Afr. c. 58. Liv. l. XXVII. 18. XXXIV. 29. Mel. lib. III. cap. 3. Vitruv. lib. V. cap. 7. 'sedes præcidantur, et qua præcisio fuerit, ibi constituantur itinerum supercilia.' Ita hic locus e Mss. et Edd. Vett. constituendus est. Solin. c. 24. 'Minutis orarum superciliis sponte fluctus ingrui resistuntur.' Uti et illa e Mss. sunt legenda; nisi quod *minutis* e conjectura emendarim pro vulgari *intimis* et Salmasiano *in extimis.* Si quis *resistunt* ex aliis Codd. et Edd. Vett. præferat, pro *subsistunt, stant,* per me licet. *Oud.* *Ripæ supercilio*] Vide supra p. 232. dicta. *Pric.*

Capistro suspendere, cauda sublevare] Scilicet me, ut Luciano tom. II. p. 599. ubi lego: οὐ γὰρ ἦν, καταβάς τε χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι, κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν. Vulgo οὖ et τοῦ χ. Adi Comm. Sed elegantissime hic exaratur in Codice D'Orv. *capistro os suspendere,* probante eximio ejus possessore in Miscell. Observ. v. I. p. 150. Et vere, si modo pro *cauda* tum legas *cauda me.* Quo faciunt egregie Oxon. et Par. Codd. in quibus *caudam.* Oud. *Cauda sublevare*] Lib. IV. 'Non fustibus, non stimulis, ac ne cauda quidem, &c. cruribusque undique versum sublevatis, tentabat exsurgere.' Vide Exod. 23. 5. de asino sub onere deficiente: ubi Latinus: 'Sublevabis eum eo.' Ita 'plaustrum conversum sublevare,' in lib. LII. ff. ad leg. Aquil. In vet. Onomast. 'Sublevo, ὑποαίρομαι.' *Pric.*

Certam partem tanti ponderis] Flor. *certe tanti operis partem.* Bene. *Elmenh.* Accedunt D'Orv. Oxon. ut jam edidere Wow. Elm. Scriv. Pric. Flor. et centies occurrit in Nostro. p. præc. 'vel certe in alterum latus transferre.' Mutaverunt forsan, quia sequitur, 'quoad resurgerem saltem detrahere.' Sed jungenda ibi *resurgerem saltem.* Ceterum cum Scriverio non solum ordinem mutavi, *t. pond. partem,* e Florent. sed ex eodem, Fux. Reg. D'Orv. Pith. Guelf. ambobus, Oxon. Par. rescripsi *oneris,* φορτίον in Luciano. *Surgerem* Pith. *Oud.* *Certe partem tanti ponderis quoad*

resurgerem saltem detrahere] Panægyristes ad Constantinum: 'Nimia mole depressi, levato onere consurgimus.' *Pric.*

Defesso mihi] Pricæus malebat *defecto;* sed vide ad lib. VI. init. p. 110. 'defectum laboribus.' In Ms. D'Orv. mox est *mi* pro *mihi*. Adi ad lib. II. p. 24. 'mi salutare.' Quod non solum vetustioribus, ut Æditno apud Gell. lib. XIX. cap. 9. Ennio apud Cicer. I. de Off. cap. 12. Catullo cap. 5. Lucretio, Varroni, &c. sed et ipsi Ovidio fuit in usu lib. IX. Met. 191. 'Nec mihi Centauri potuere resistere, nec mi Arcadiæ vastator aper:' ac Virgilio Æn. VI. 104. 'nova mi facies inopinave surgit:' ubi errat Servius synæresin tantum adhiberi dicens, cum incipiat esse blandientis adverbium. Vide Burm. et vs. 123. *Oud.* *Nullum quidem defesso mihi ferebat auxilium*] Hæc est vulgaris lectio, et satis commoda: crederem commodiorem tamen *defecto*. Lib. VIII. 'Meisque defectis lateribus consulas:' et libri VI. initio, 'defectus gradus:' et post, eodem libro: 'Lassa, saluteque defecta.' Glossæ: 'Defectus, ἐξατονήσας.' *Pric.*

Compilabat] Fulvius et Lipsius *concipilabat*. Male. Libr. IX. 'Me membratim compilassent.' Vide Indicem. *Elmenh.* Sed eo loco p. 178. Ed. Pric. Lipsius lib. II. Ep. 22. legit *concipilassent*. At perperam. Recte Ascon. Ped. et Festus docent 'compilare' proprie esse ita 'pervellere,' ut ne pilos relinquas, et hinc pro 'involare' et 'spoliare' poni: ut bene Beroald. et Flor. cum Elmenh. monuere. In Apol. p. 552. 'Invasisse me domum Pudentillæ, et compilare bona ejus.' In D'Orv. *compilebat*. Male. Vide tamen Misc. Obs. V. I. p. 150. *Oud.* *Compilabat*] Pilos pervellebat: signat enim ita se fustuario cæsum, ut nec pilus in toto corpore relinqueretur. Namque 'compilare' (ut auctor est Asconius Pedianus) est ita pervellere et furari, ut ne pilos quidem in corpore 'compilatores' relinquant. Ex eodem fonte illa quoque verba sunt 'suppilare' et 'expilare:' hinc 'compilare' dicitur scriptor, qui aliena furatur, et in unum quasi corpus redigit: 'compilare' enim, auctore Festo, est cogere. Ambrosius dictus est a Hieronymo 'compilasse' hexameron Origenis: quoniam videlicet, quæ ab Origene dicta fuerant Græca lingua, hic furtim in librum suum transtulit, Latine compositum; et quod ille fusius tradiderat, et uberius, hic succinctius retulit, et astrictius. Virgilius 'compilator' Homeri dictus est ab æmulis, quoniam versus Homericos ad verbum pene transferebat, et alienisque racemis vindemiam sibi faciebat: quod ille respondit magnarum esse virium, clavam Herculis extorquere de manu. Auctores veteris bibliothecæ mutuo se 'compilaverunt,' ut inquit Macrobius. Lucianus in hanc sententiam: ἀλλὰ ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὤτων ἀρξάμενος συνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρουσί με αἱ πληγαί: id est, 'superne incipiens a capite et auribus, fuste me concidebat, eo usque dum me plagæ ipsæ excitarent.' *Beroald.*

Cædens fuste gravissimo] Ob horum hominum insolentem inhumanitatem prohibitum fuit Cod. Theodos. de cursu publ. angariis et parangariis, ne aliquis in agitando fuste uteretur. Verba adscribam: 'Quoniam plerique nodosis et validissimis fustibus inter ipsa currendi primordia animalia publica cogunt, quidquid virium habent, absumere, placet ut omnino nullus in agitando fuste utatur, sed aut virga aut certe flagro, cujus in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus innocuo titillo poterit admonere, non ut exigat tantum, quantum vires valere non possunt.' Loci hujus indicium mihi faciebat

ss. Juvenis Joann. Loccenius
itas, qui Curtii historiam emen-
n et illustratam nobis brevi da-
Elmenh. Istud *cidit* non est in
Coll. sed *cædit* dant Edd. ante
ild. item Junt. post. *adit* Pith.
ex Flor. et Pith. recepi. Vide
. p. 66. 'non fusti tantum, sed
chæra perfossus:' et in Variis
ad Auct. B. Hisp. cap. 17.
i percussit.' Ceterum male
Wowerium et contra Mss. O.
m erat *grav.* pro *grandissimo.*
x. 'auribus grandissimis.' Lib.
222. 'grandissimum calicem:'
Varro, Plinius, alii. *Oud.* *Ce-*
Purior lectio est *cædens*: hoc
riens ac pércutiens. *Beroald.*

. *vice me plagæ*] Pro *vice*, quod
se habet, malebat *vicem* Stew.
. 378. Ed. Lugd. sive lib. x.
. Sed adi me ad lib. I. p. 9.
Calypsonis.' Vocem *ipsæ* ante
nh. e Codice Pal. jam addidit
ut ille e Florent. et alii inse-
m ex aliis Codd. monuerunt,
s accedunt Reg. Fux. Guelf.
. D'Orv. Inc. Pro *me* in Ed.
it. est *meæ*. Oud. *Donec fomenti*
sæ me plagæ suscitarent] Petro-
'Osculis, tanquam fomentis
ssus est.' De eo, qui plagis vel-
nentis quibusdam ad coitum in-
solebat, vide Cælium Rhodigi-
Pric.

nas acerrimas] Ad Ovidii lib.
Met. vs. 265. 'Succos incoquit
.' N. Heinsius legi vult, *sp. as-*
ras, sine necessitate. *Acre* enim
n pro sævo, aspero ponitur.
Wopkens. Misc. Obs. vol. VIII.
llei. lib. II. cap. 6. 'Majora et
a repetens.' *Acre* et *acutum*
iquos et vice versa passim usur-
r. Deest ea vox Fux. *Oud.*

iosas] Plerique quidem Mss. et
viriosas exhibent. Nihilominus
li eum Palat. Oxon. Guelf. sec.
. Junt. Ald. Vulc. sec. Wow.
Flor. *virosas*; quia sic scriben-
dum esse docent poëtæ. Eadem con-
fusio infra, sed alio sensu, lib. IX. p.
186. 'Scæva, sæva, virosa, ebriosa.'
In Pith. et Ed. Scriv. perperam *vi-*
tiosas. Idem.

Infeste] Præfero omnino scripturam
Edd. Vicent. Junt. utriusque, et Aldi,
infestæ. Passim Adjectiva præ Ad-
verbiis amat Noster, et quidem plu-
ra junctim. Lib. I. p. 14. 'Lenis fluvius
ignavus ibat.' Lib. II. p. 26. 39. VII.
p. 145. VIII. p. 159. X. p. 234. et aliis
locis innumeris. *Idem.* *Spinas acerri-*
mas, et punctu venenato virosas, &c.
caudæ meæ pensilem deligavit crucia-
tum: ut incessu meo commotæ incitatæ-
que funestis aculeis infeste me convul-
nerarent] Glossa ordinaria ad Matth.
23. 5. 'Faciebant grandes fimbrias,
et in iis ligabant acutas spinas, ut
eundo vel sedendo interdum punge-
rentur, et sic quasi commoniti, ad
Dei officia retraherentur.' In veteri
Onomast. 'Aculeus, κέντρον.' *Pric.*

Si dolori parcens, &c.] Opportune
heic stabiliendam censeo vulgatam
in Jure lectionem, quam e doctorum
numero non unus (Gothofr. Schar-
dius) immutatam voluit. In lib. I. §
7. ff. si quadrupes pauper. fecerit:
'Si equus dolore concitatus calce pe-
tierit, cessare actionem istam:' ex
lib. LII. § 1. sequentis tituli *dolone*
substituunt: quos vel hic locus Appu-
leianus erroris manifestos facit: at
cum supra etiam libro IV. 'dolorem
plagarum' legam: apud Curtium III.
Darii equos 'dolore efferatos:' et Se-
necam, (de animalibus sessorem re-
cusantibus,) 'Compescimus ea, ut do-
lor contumaciam vincat.' (lib. In sap.
non cad. injur.) Cum hæc legam (in-
quam) et apud Ciceronem (quem imi-
tatus Jurisconsultus videtur) Orat.
pro Scauro apud Priscianum; 'do-
lore concitatum:' non ipse tantum
persuadeor, sed et aliis me persuasu-
rum crediderim, in tam concinna
lectione nil quidquam novandum. *Id.*

Nec quidquam videbatur aliud exco-

gitare puer ille nequissimus, quam ut, &c.] Suidas: Ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κακόν· ἐπὶ τῶν κακούντων, καὶ ἀεί τι κακὸν νεώτερον ἐξευρισκόντων. Josephus VIII. 3. de Jeroboamo: Οὕτως ἐξύβρισεν εἰς τὸ θεῖον, καὶ παρηνόμησεν, ὡς οὐδὲν ἄλλο καθ' ἡμέραν ζητεῖν, ἢ τι καινὸν καὶ μιαρώτερον τῶν ἤδη τετολμημένων ἐργάζεσθαι. *Idem.*

Idque jurans et nonnunquam] Pro *idque* in Palat. non ineleganter est *id quod.* Ut sæpe vidimus in Cæsare Hirtioque. Et sic Ed. Ven. A. 1471. Lib. III. B. Civ. c. 86. 'Id quod facturi confirmaverunt:' ubi vide, ac Drakenb. ad Liv. lib. XXIII. c. 5. § 9. 'Id quod ante Cannensem certe cladem maximum fuit.' *Oud.* *Idque jurans etiam nonnunquam, comminabatur assidue*] Infra lib. IX. 'Carcerem, et perpetua vincula, mortem denique, &c. comminatus, &c. idque dejerans etiam confirmat per omnia divina Numina.' Philo in de legg. special. Εἰσὶ γὰρ οἳ ὀμνύουσιν, ἐὰν τύχῃ, τραύματα καὶ σφαγάς. Chrysostomus Homil. 15. in Epist. ad Ephes. Εἰσὶ δέ τινες αἳ καὶ ὅρκους προστιθέασιν, (nempe iræ suæ litaturas se,) οὐδὲν δὲ αἰσχρότερον τῆς οὕτω θυμουμένης. Supra hic lib. V. 'Nec sum mulier, nec omnino spirem, nisi eam de tantis opibus pessum dejecero.' *Pric.*

Et plane fuit quod ejus detestabilem malitiam ad pejores casus stimularet] Philo de Flacco loquens: Προσεπέῤῥωσεν δ' αὐτοῦ τὴν ἐκ μαθήσεως τὸ πλέον ἢ φύσεως ἐπιτετηδευμένην ἀπόνοιαν καὶ συντυχία τις τοιαύτη, &c. *Idem.*

Nimia ejus insolentia expugnata patientia mea] Ovidius: 'Vitiis patientia victa est.' *Idem.*

Calces validos extuleram] Ut rescripsere Elm. Scriv. Flor. extat *c. in eum* in Reg. Guelf. utroque, Oxon. D'Orv. Inc. ac Ed. Junt. post. Ordinem Mang. Cod. dederant Wow. Pric. A ceteris exsulant τὰ *in eum.* Dein *validas*, ut est in Fux. et Fulv. præbent Reg. quoque Guelf. sec. et Palat. Contra lib. VI. p. 127. in vulgatis erat *calce unica*, in aliis *unico.* Infra p. 147. 'calcis, quam inefficacem fuisse doleo;' in uno *quem.* Scilicet utrumque genus in usu fuit. Consule Heins. et Drakenb. ad Sil. Ital. lib. VII. 696. 'Calce ferrata.' Canneg. ad Aviani F. XXVIII. 10. In Oxon. Guelf. sec. etiam *etuleram.* Oud.

Denique tale facinus in me comminiscitur] Infra lib. X. 'Tale denique comminiscitur facinus.' *Pric.*

Propereque funiculis constrictum] Wow. ordinem, quem ait esse in Fulviano, in contextu expressit, et hinc Pricæi Ed. Sed ex Scioppii notulis videtur patere, *propere* ei codici abesse, sicut et exsulat ab Mss. Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Pal. exhibentibus *funiculisque*, (e Guelf. nil notatum,) nisi quod in ultimo vitiose, *funiculumque.* Bene advertit Stew. hic festinationi non esse locum. Quare cum illo, item Salmasio et Pricæo, malim quoque *probeque*, vel *funiculisque constrictum probe, prod.* Nam in Pith. est *propeque.* Frequens est hujus vocis usus nostro Auctori. Vide Indicem, et lib. III. p. 87. 'Utres probe constrictos.' Lib. XI. p. 248. 'me probe muniveram:' ubi alius *proprie.* *Perducit* male in D'Orv. *Via* Fux. *Oud.*

Stuppæ sarcina me satis onustum, funiculisque constrictum, propere producit in viam] In aliis, *onustum, propereque funiculis constrictum, producit, &c.* quod propius veræ lectioni: quam putamus *probeque funiculis constrictum.* lib. III. de caprinis utribus: 'Quos cum probe constrictos, &c. cernerem.' *Pric.*

PAG. 146 *Fomento tenus*] Plauti *tenus* e Bacchid. Act. IV. 6. 23. huc nihil pertinet. Vide illic Comm. et Salmas. ad Tertull. Pall. p. m. 164. Si *fomento tenus* propugnare quis velit, fingat ille, carbunculum istum fuisse quidem igne spirantem, sed non totum perustum ita, ut stuppam statim accendere potuerit; sed tum demum, cum carbo ad stuppam usque

perat ignem, eam quoque incen- et surrexisse in flammam. Ni- inus ego quoque prætuli *tenui* *Wow*. Mercero, Sciopp. lib. IV. L. Ep. 12. ac ceteris; con- ntibus Mss. Flor. Pith. Guelf. Pal. D'Orv. Oxon. Inc. &c. ut it. post. *Coalescens* vero est in ncerto, non *calescens*, forte *con- ns*. Sæpe enim hæ voces sunt ıæ. Vide ad Jul. Obs. c. 103. ad Vell. l. II c. 48. Quintil. lib. it. c. 13. 'Convaluit flamma.' p. 11. 'anguem ad inmensam ferunt convalescere,' i. ado- e, augeri. Vide Delr. et Salm. Mss. Leid. plurimi. Male *ere* Edd. Vett. et Struchtmeier. Crit. p. 128. Sic et c. 26. 'ne n in perniciem convalescat.' C. receptis in se aliquot amnibus lescit:' ubi rursus vide Salm.

Fomento tenui calescens et enu- ignis surgebat in flammas] Vide cobi 3. 5. notata. *Pric.*

tis extremæ] Ustrinæ, incendii. lius: 'Quid pestem evadere luvit?' ubi Servius: 'Pestem, lium significat: ut, Toto de- it corpore pestis: cum de na- incensis loqueretur.' *Idem.*

rina talis] D'Orvill. *usterna*, ut in Glossis, 'καῦσις νεκρῶν, bus- im, usterna:' ubi in Mss. San- in. monente Cangio, est *ustrena*. ius legit *ustrina*, solito more. lmenh. ad Arnob. lib. VII. p. Fabr. Inscript. pag. 176. 230. *iam* Fux. *Tali* Oxon. *Oud. Us-* Gloss. 'Καῦσις νεκρῶν, bustua- usterna:' an non melius *ustrina* ? in veteri Onomast. 'Ustrina, ρηρεῖα.' *Pric.*

ram non sustinet, sed meliora con- rævertitur] Primo rescripsi *mo-* ctoritate Flor. Fux. Pith. Guelf. v. Pal. Oxon. et Ed. Junt. post. ıpe in plurali apud poëtas, sed . VIII. p. 158. 'Inter moras.' N. 21. 'Habet necessaria fes- tinatio honestas moras:' et alibi. Re- stituendum hoc etiam Martiano Ca- pellæ lib. IX. p. 301. auctoribus Mss. tantum non omnibus: 'Quippe scru- posis: fateor, lassata duellis Insuetis lædor testificata moris.' *Duellis* re- scripsi e conjectura pro *puellis*. Vide Vulcan. Grot. Heins. ad Valer. Flac. lib. II. 518. Dein in Mss. Reg. Fux. Guelf. Pith. D'Orv. Oxon. Palat. exaratur *sustinens ad mel.* Florent. ut notavit Lindenbrogius, *sustinens at mel.* Wow. emendationem pro *sustinet, sed* secuti sunt reliqui. Latet aliquid, quod eruere nunc ingenii obtusior acies non permittit. An *maturiora c.?* Tan- dem *pervertitur* perverse est in D'Or- vill. Adi ad lib. IV. p. 66. 'Tam bellum consilium meum prævertit sors deterrima.' *Oud.* *Ustrina talis moram non sustinens meliora consilia prævertitur*] 'Moras extrema recu- sant.' Infra lib. X. 'Perturbatus, excussusque toto consilio, et ob an- gustiam temporis spatio cogitandi privatus:' et IX. 'Præcipitante con- silium periculi præsentia:' ad quem locum fusius dicemus.' *Pric.*

Affulsit Fortunæ nutus hilarior, ne- scio an futuris periculis me reservans] Infra heic: 'Mediis Orci manibus extractus, sed extremæ pœnæ reser- vatus:' supra lib. I. 'Recordabar bonam Meroën non misericordia ju- gulo meo pepercisse, sed sævitia me cruci reservasse:' ad quem locum pag. 12. adnotata inspice. *Idem.*

Conceptaculum] Cel. Drakenb. citat *receptaculum* ad Silium lib. IX. 614. ubi ardens elephans idem nostro Lu- cio agit: 'Huc atque huc jactas accendit belua flammas. Donec vi- cini tandem se fluminis undis Præci- pitem dedit,' &c. Sed memoria vel festinatio fefellit. Recte *concept.* in Mss. et Edd. O. ut apud alios et ip- sum Nostrum lib. VI. p. 118. 'Undæ proximæ conceptaculo vallis inclusæ Stygias irrigant paludes.' Vide Pric. Simile huic est muli factum in flumine

ner, et admodum puer.' Lucilius: 'Tener ipse etiam, atque puellus.' Ovidius XIII. Metamorphos. 'Nam tener, et lactens, pueroque simillimus ævo est.' Juvenalis: 'Quo tener Hedymeles operas dedit.' Scholiastes: 'Tener ad ætatem retulit:' hinc 'primæ teneritudinis pueros' Suetonius in Tiberii vita. *Idem.*

Etiam ipsis stramentis] A Pith. abest *etiam*. D'Orvill. *ipsis etiam st.* Oxon. *instrumentis*. Vulc. conjecit *sagmentis*, seu saginis, procul dubio suspicans, *stramenta* pro *stratis* parum Latina esse. Sed adi infra lib. VIII. p. 174. 'Me stramentis renudatum;' et quæ congessi ad Cæs. lib. VII. B. G. c. 45. 'Eque iis stramenta detrahi.' *Oud.* *Stramentis abjectis*] Gloss. 'Stramenta, χορτόστρωτοι στιβάδες.' *Pric.*

Sese, &c. furens incurrit] Scio, sæpe *incurrere* dici cum Accusativo de eo, qui violenter aliquem inpetit, ut passim dicitur, 'incurrere hostem.' Vide Wass. Ind. Sallust. et Cort. ad Jug. cap. 101. et ita poni pro avide et cæco inpetu coitum alicujus adpetere, ut lib. x. p. 270. 'Ne nescius nesciam sororem incurreret.' Adde laudata a Pric. Sed in omnibus illis dicitur *incurrere alium*, vel *aliam*, vi præpositionis verbo adhærentis, non vero *incurrere sese*; neque *furens sese* possunt jungi; neque anacolutho hic locus est. Certo certius locus est corruptus. Cum Gulielm. Stew. ad lib. x. 190. conjecit *ecce* pro *sese*. Sed cum supra verbum *sit*, a nonnullis scriptis absit, sicut hic *sese* a Pal. D'Orv. Fux. Guelf. ambobus, putem hoc loco *sit* collocandum, vel *siet* antique. Nisi quis existimare malit *incurrit* e glossa inrepsisse pro *inruit*. Hoc enim est, cum furore feminam inire. Vide Donatum ad Terent. Eun. IV. 7. 18. *Ruere* atque *inruere* in re Venerea crebro adhibuerunt. Plaut. Cas. v. 2. 15. 'magis jam lubet in Casinam inruere.' Seneca in Hipp. vs. 705. 'Etiam in amplexus ruit.' Lamprid. in Comm. cap. 5. 'Nec inruentium in se juvenum carebat infamia.' Ac præcipue, ut hic, de animalibus, Liv. lib. III. 47. 'Placet pecudum ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere.' Virg. lib. III. Georg. 244. 'In furias ignemque ruunt: Amor omnibus idem:' ubi vide La Cerdam. Horat. lib. II. Od. v. 3. 'Nec tauri ruentis In Venerem tolerare pondus.' Auson. de bucula Myronis Ep. 68. 'Inruet in me Taurus amans.' Manil. l. III. 655. 'Tunc pecudum volucrumque genus per pabula læta In Venerem partumque ruit:' ubi male Bentleius supposuit *pastumque*, ei loco alienum. *Partum* addit poëta, ut doceat æque feminas ac mares tunc coitum adpetere. Catal. Petron. pag. 689. 'Non ergo, ut pecudes libidinosæ, cæci protinus irruamus illuc.' Ut autem 'ruere se,' 'proruere se,' cum aliis dixit aliquoties Noster, sic etiam 'inruere se' est apud Terent. Adelph. IV. 2. 11. 'Vide, ne ille hic prorsus se inruat.' *Oud.* *Furens incurrit*] Juvenalis, ubi de salaci matrona: 'Si nihil est, servis incurritur.' Infra hic l. x. 'Verebatur ne quo casu juvenilis caloris impetu lapsus, nescius nesciam sororem incurreret.' Tertullianus in de Pudicitia: 'Nec enim interest, alienam nuptam an viduam quis incurset, dum non suam fœminam.' Salvianus de Gubern. VII. 'In quamcunque eos primam fœminam ardens impudicitiæ furor traxerit, irruunt:' utitur et Declam. III. hoc sensu Quintilianus. Minucius Octavio: 'Dum domi natos alienæ misericordiæ frequenter exponitis, necesse est in vestros recurrere,' (scribendum *incurrere*,) 'in filios inerrare.' *Pric.*

PAG. 147 *Amator talis*] 'Trux' nempe, 'et insuavis amator,' ut hic infra vocatur; sic IX. 'Talis illa mulier,' &c. detestanter prolatum. *Idem.*

Prostratis illis inhians] Tertullia-

nus: 'Libidine fera humanis membris inhiant.' Supra v. de Psyche: 'Prona in eum' (Cupidinem) 'efflictim inhians.' *Idem.*

Et ferinas voluptates aversam Venerem invitat ad nuptias] Qui *aversam Venerem* hic nobis fabricaverunt, sine dubio *et ferinas voluptates* junxere præcedenti verbo *tentat*, ut clare in Colv. Vulc. &c. Edd. obscuriorem sentientes esse locutionem, *invitare voluptates ad nuptias*: quod possit exponi, irritare et accendere voluptuosum impetum, et ferinum ardorem ad humanas nuptias, ut passim *invitare* cum rei substantivis construitur. Adi omnino Burm. ad Vellei. l. II. c. 67. 'Invitamentumque sceleris.' Cic. lib. v. de Fin. c. 6. 'Ut ipsum per se invitaret et adliceret adpetitum animi.' Sic l. VIII. p. 153. 'parentum invitaret judicium:' ubi plura. Ovidio, 'invitare amores, culpam.' Sic sæpe 'somnos invitare,' de quo vide Markl. ad Stat. l. I. Silv. 3. 41. et ita Mss. duo meliores Solini cap. 30. p. 41. 'objiciunt gramina medicata, quantum potest ad invitandum soporem.' Verum tunc deest copula, vel *invitans* legendum, ut vidit Pric. Sed *aversam Venerem* est in solo Bert. *adversam Venerem* Oxon. *aversa Venere* Flor. Reg. Fux. Pith. Barth. quod Beroald. Wow. Elmenh. Scriv. expressere, capientes de averso et præpostero coitu, plurimarum bestiarum more. Sed optime, ut statim videbimus, cum aliis et Ed. Pric. *adversa Venere* præbent D'Orv. Pal. Guelf. ambo, et Par. et pro *ferinas voluptates*, exaratur in Par. *feminas voluntatas*; Oxon. *feminas volutatas*, egregie, sive humi prostratas. Quam scripturam merito amplexus in notis est Pric. Docet Lucianus: Πάντων ὑβριζομένων, πάντων ἀνατρεπομένων, δάκνει ἐν φιλήματος σχήματι, καὶ πλησιάζειν βιάζεται. Confer et cum illo quæ sequuntur. Suet. Cal. c. 41. 'Invitans in libidinem juvenes senesque:' ubi vide. *Volutatas* abierat e frequenti scriptura in *voluptatas*, ut vidimus ad l. IV. p. 66. et patebit latius l. IX. p. 180. l. X. p. 219. Hinc quasi emendarunt *voluptates*; et *feminas* in *ferinas*. Sic contra *feminæ* pro *feris*, corruptum in Cæs. de B. Civ. l. I. c. 84. 'Nunc vero, pæne ut feminas circum munitos:' ubi vide, et Sil. l. I. 569. 'Saucia dum castris clausa est fera.' Inepte in Cæsare Th. Bentlei. mavult; *circumcinctos*, *circumclusos*, quæ glossæ sunt. Ceterum hinc jam apparet, *Venerem* hic loci non sumendam pro coitu, sed ipsa Dea, invita, et tam propudiosis ac monstrosis commixtionibus adversante, iisque inimica; ut bene jam olim vidit Barthius lib. XXXII. Advers. cap. 15. Quamquam ille minus bene cum aliis *aversa* legebat. *Aversi* sunt Dii, qui antea amici juverunt, sed mutata sententia se averterunt, nec amplius favent, etiam cum destitutione hominum locorumque; *adversi* sunt simpliciter inimici, iniqui, noxii. Vide omnino Burm. ad Ovid. Ep. VII. 4. 'Adverso movimus arma Deo:' et hinc nunc cum Cortio malim retinere in Lucan. l. VI. 314. 'Deserit adverso possessam numine sedem.' Illic me vide. Hinc, licet 'aversari aliquem' sit frequentius, de quo vide ad Suet. Tiber. c. 27. tamen cum Mss. et Augustino malim de Deo Socratis pag. 683. Ed. Flor. 'Osores et amatores quorumdam hominum Deos fingere; hos evehere et secundare, illos contra adversari et adfligere.' Nam diserte *secundare*, vulgo contra Mss. *prosperare*, et *adversari* sibi opponuntur; ut *evehere* et *adfligere*. Sic pag. 691. 'Secunda regere, adversa corrigere.' Ac passim Deus *aversatur*, quando non amplius juvat, *adversatur*, quando etiam nocet et adfligit. Accusativus vero Nostri more regitur a præpositione, verbo adhærente. *Oud.*

Aversa Venere] Concubitum puerilem, et obscœnum atque præ-

posterum, eleganter *aversam Venerem* appellat. Julius Capitolinus in vita Albini imperatoris: 'Mulierarius,' inquit, 'fuit inter primos amatores, aversæ Veneris semper ignarus.' M. Cato in hominem muliebria patientem: 'Adversus,' inquit, 'et aversus impudicus es.' Præpostera quoque et postica libido nuncupatur *aversa Venus*, de qua dixit Plinius severiter et sancte: 'In hominum genere maribus diverticula Veneris excogitata, omnia scelera naturæ, fœminis vero abortus: quantum in hac parte multo nocentiores quam feræ sumus?' Quicunque horoscopum habuerit in quarta parte Capricorni præposteris libidinum amoribus mulieres persequetur, ut hoc Maternus in septimo: item ille cum uxore sua impuro coitu miscetur, in cujus horoscopo Jupiter et Mercurius positi fuerint in occasu, et eos Saturnus diametra raditione percutiat. Coitum aversum esse elephantis, camelis, tigribus, leoni, cuniculis tradunt, quibus aversa sunt genitalia. *Beroald.*

Ore improbo compulsat] Gloss. 'Συνωθῶ, contrudo, compulso.' Onomast. vetus: 'Compulso, συναράττω.' *Pric.*

Pariet] Oxon. *parient.* Idem.

Festivus hic amasio] Prudentius, περὶ στεφανῶν· 'Nubent puellæ, sæpe luditur dolis, Amasionum comprimuntur fraudibus.' *Brant.*

Mulierem incoram omnium gestiebat inscendere] Florid. II. 'Ibidem, in loco celebri, luce clarissima accubuit.' Nicetas Choniates ad milites quosdam, de nescio quo libidinoso sene: Ἀποφλαυρίσας τὰς ὑμῶν ἐντολὰς, ταῖς παρθενικαῖς, ἐπὶ μάρτυσι πολλοῖς, ὀνηδὸν ἐπιβριμώμενος, οὐχὶ δέδιε. *Pric.*

Ploratu questuque fœmineo] Pollux lib. VI. Θρηνῶδες γυναικεῖον γένος. Virgilius: 'Lamentis, gemituque, et fœmineo ululatu.' Idem: 'Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt.' Tacitus Annal. III. 'fœminarum ululatum' dixit. Horatius: 'Et illa non virilis ejulatio.' Scholiastes: 'Planctus, &c. magis fœminis conveniens.' Seneca Troade: 'Nos flebilis clamor movet, Furorque cassus fœminæ?' Seneca alter cap. 3. ad Helviam: 'Lamentationes, et ululatus, et alia, per quæ fere muliebris tumultuatur dolor.' *Pric.*

Compavita] *Compavida* est in Ms. D'Orvil. Fux. Inc. Edd. Ber. Junt. Bas. et aliis; sed recte jam Beroaldus vidit *compavita* legendum, sive conculcata. Contra Colv. tamen ubivis *a* pro *u* in compositis reponentem adi Salm. ad Solin. p. 41. 'parcius depavita:' quod etiam legitur in Leid. pr. sive calcata, (male enim explicat Salmas.) et Dacerium ad Fest. in 'Depuvire:' ubi e Mss. Leidd. supplendum ἀπὸ τοῦ παίειν. *Compavitaque* Guelf. sec. *Oud.* *Compavita*] Ita et Oxon. vide Colvium. *Pric.*

Dirupta] Sic infra x. 'Dirupta nobili fœmina:' et IX. 'Nates illas candidas diruptus.' *Idem.*

Talibus mendaciis admiscendo sermones alios, &c.] Ψεύδεα πολλὰ λέγων, ἐτύμοισιν ὁμοῖα. *Idem.*

Animos pastorum in meam perniciem, &c. suscitavit] Lib. IX. 'Magisque in suam perniciem advertit efferari.' *Idem.*

Denique unus ex illis, &c.] Lib. VIII. 'Inter hæc unus ex illis,' &c. Terent. Eunuch. 'Illi invidere misere, verum unus tamen Impense.' Donatus: 'Proprie unus: nam unus ex multis dicitur.' *Idem.*

Imo communem omnium adulterum] Seneca III. 28. de Benef. 'Libidinis et gulæ servus: et adulteræ, imo adulterarum commune mancipium.' *Idem.*

Hemus tu] Lego, *Heus tu*, ut vox sit vocantis, inclamantisque puerum. *Beroald.*

Obtruncato protinus eo, &c.] 'Obtruncare' (vox qua plures quam qui intelligunt utuntur) est, a collo caput dividere. Servius ad Æneid. III.

'Obtruncare, est proprie capite cædere.' In vetere Onomastico: 'Obtrunco, ἀποδειροτομέω.' Hesychius: 'Ἀποδειροτομήσω· ἀποτεμῶ τοὺς τραχήλους. Lucianus hoc loco, laxius, ἀποσφάξατε. *Pric.*

Canibus jacta] Pricæus ait, insolentius hoc esse pro *jace*; et ne ita solus videretur locutus Appuleius, corrigit Glossas, timide tamen, ''Ἀκοντίζω, jactum jacio,' in *jacto*, *jacio*. Sed non opus est, eo recurrere. Nam et sic Phædrus in eadem re lib. III. F. 7. de cane: 'frusta jactat familia:' ac Petron. c. 44. 'Cani jactans candidum panem.' *Oud.*

Ceteram v. carnem omnem] Dele τὸ *omnem* ex Palat. *Elmenh.* Accedunt Fux. et Oxon. sed omnino male et contra Appuleii genium, qui solet ejusdem fere significationis voces geminare, et præsertim hasce. Lib. II. p. 23. 'Ceteros omnes decedere.' Lib. VIII. p. 153. 'Ceteris omnibus id genus viris antistaret.' Lib. X. p. 220. 'possumus omnia quidem cetera fratres manere.' De Deo Socrat. p. 698. 'In omnibus ceteris membris.' Vide et ad lib. III. p. 54. Immo sic Græcis ἄλλοι πάντες junguntur, ut Herodiano lib. V. c. 8. et Latini 'alios omnes' frequenter aiunt. Hoc ipsum et Cicero initio lib. I. ad Fam. 'ceteris satisfacio omnibus.' Tibull. lib. I. 2. 57. 'cetera cernet Omnia.' Gellius lib. II. c. 24. 'ceteris aliis diebus omnibus.' Arnobius, alii. Restituendum quoque e Mss. et Edd. Vett. Vegetio lib. II. c. 10. 'Cetera omnia aut in hac arte consistere.' Item Mamert. Geneth. c. 8. 'ut absque paucissimis ceteri omnes fortasse crediderint.' Vulgo *homines*, quod rectum in eo cap. 9. In Guelf. pr. *ceterum*. Oud.

Operariorum cœnæ] De carnis asininæ cibo consule Th. Reinesium lib. II. Var. Lect. pag. 293. *Idem. Intestina quidem canibus nostris jacta, ceteram vero carnem, &c.*] Catullus: 'Intestina canes, cætera membra lupi.' *Jactare* pro *jacere* insolentius, nec fortasse tamen solus dixit. Glossarium: ''Ἀκοντίζω. jactum jacio, jaculor:' quod facile dicat prolatum quis, ut 'cœnare cœnam:' 'pugnare pugnam,' &c. neque timeo proponere tamen an *jacto*, *jacio*, *&c.* legendum. *Pric.*

Corium affirmatum cineris inspersum] Istud Aldi *offernatum* profluxit e conjectura Beroaldi, quam expresserunt quoque bis Juntæ. *Offirmatum* e conjectura etiam doctorum edidere Wow. Elmenh. Pric. sed *adfirmatu* Fux. et *adfirmatum* hic servant Mss. ceteri, uti et plerique in f. hujus libri, 'stabuli fores adfirmari solebant.' Vide Sciopp. ibi et in Susp. Lect. IV. 12. Sed lib. X. p. 217. 'Obfirmatus mira præsumtione.' Recte illic; hic nihil mutandum fuerat. Ceterum *inspersu cineris* præponunt eædem Edd. et *inspersum* est in Pal. Pith. Edd. primis Ber. Bas. pr. Perperam. Lib. X. pag. 198. 'Comæ sordentes inspersu cineris.' De Ablativo quartæ declinationis per Nostrum amato vide supra sæpius. Corium minuto cinere inspersum, in Sole siccari et obfirmari solitum, patet ex lib. IV. 73. *Oud.*

Affirmatum cineris inspersum] Sic emendo, *offernatum cineris inspersu*, ut sit sensus, Dominis reportabimus asini corium offernatum, hoc est, purgatum, induratum, concinnatum, inspersum inspergine cinerulenta. *Beroald.*

Ejusque mortem de lupo facile mentiemur] Genes. 37. 20. 'Occidamus eum, et mittamus in cisternam, &c. dicemusque: fera pessima devoravit eum.' *Facile* hic non tam εὐχερῶς aut ῥᾳδίως, quam πιθανῶς signat. *Pric.*

Sublata contatione] Lib. IX. 'Jamque omni sublata contatione,' &c. supra hoc lib. 'Nec mora, nec contatio.' *Idem.*

Meis insultans malis] Servius ad Æneid. II. 'Insultare, est in alienum dolorem exultare;' et ad X. 'Insul-

tare, est inimicis per cavillationem illudere.' Glossæ: 'Insultat, ἐπιγαυριᾷ, ἐπιχαίρει,' &c. sic τῇ τύχῃ (ἀλλοτρίᾳ) ἐπεμβαίνειν, Vetus quis apud Suidam: et ταῖς συμφοραῖς ἐπεμβαίνειν III. 17. apud Pollucem. *Idem.*

Calcisque illius admonitus, &c.] Æneid. VI. 'Et nimium meminisse necesse est:' ubi Servius ex Cicerone: 'Cui placet, obliviscitur, cui dolet, meminit.' *Idem.*

PAG. 148 *Gladium cotis adtritu parabat*] Conjecit Pricæus legendum, *exasperabat*, ut lib. V. p. 101. 'Novaculam adpulsu palmulæ lenientis exasperatam.' Sil. lib. IV. 19. 'saxoque exasperat ensem.' Lucan. lib. VII. 139. 'cantibus asper Exarsit mucro.' Verum passim in hac re dicitur 'parare arma,' ut eidem lib. VIII. 520. 'Hoc ferrum, quod fata jubent proferre, paravi Non tibi, sed victo.' In Ms. D'Orv. est *præparabat*, ut pag. seq. 'Ferramentis huic curæ præparatis.' *Oud.* *Gladium cotis attritu parabat*] 'Destinatæ lanienæ cultros acuebat:' ut infra lib. VIII. loquitur. *Parabat*, in re tali significanter dixit. Donatus ad IV. 2. Andr. 'Apparari ad horrorem et timorem refertur:' ne quid dissimulem tamen, fortassis *exasperabat* scribendum: supra lib. V. 'Novacula, &c. lenientis palmulæ appulsu exasperata.' *Pric.*

Nefas (ait) tam bellum asinum sic enecare] Lib. IV. de urso ille: 'O grande (inquam) et extremum flagitium! vere pretiosam perdimus bestiam.' *Idem.*

Propter luxuriem lasciviamque amatoriam culpatum, &c.] Lib. V. 'Mater autem tu, &c. filii tui lusus explorabis curiose? et in eo luxuriem culpabis, et amores revinces?' *Idem.*

Servitioque tam necessario, &c.] Plinius Panægyr. de Ægypto: 'Sciat se esse Pop. Rom. necessariam, et tamen serviat.' *Idem.*

Exsectis genitalibus, &c.] Animalia quibus natura adempta, languidioris plerumque fiunt petulantiæ. Porphyrius de Abstinent. ab Animalib. lib. II. fol. 40. εὐνουχιζόμενα μαλακίζεται. οἱ μέν τε ἀλεκτρυόνες οὐδὲ ᾄδουσιν ἔτι, ἀλλὰ τὴν φωνὴν ἐπὶ τὸ θῆλυ μεταβάλλουσιν ὥσπερ ἄνθρωποι. Quod de gallis dicit Porphyrius, id non omnino verum. Nam ego sæpius vidi capum, qui non solum ut gallus, cui testes integri, cantabat, sed gallinam quoque inscendebat et adulterabat. Vide notas ad Arnobium. *Elmenh.*

Neque in V. ullo modo] Mss. Reg. Fux. Guelf. Oxon. Pal. carent τοῦ *ullo modo*, quæ uncinis inclusa vides in Edd. Elm. et Scriv. In Pith. et primis Edd. ante Beroaldum est *nullo modo*: ut duæ negationes hic quoque vehementius negent. Vide ad lib. V. p. 93. 'Nec nullo pacto temerat.' *Oud.* *Nullo modo*] Legendum est, *ullo modo*: aut duæ negativæ particulæ unius significantiam habebunt, ex ritu scilicet, et consuetudine priscæ loquutionis. M. Varro: 'Non modo ignorasse me clamat, sed omnino omnis heroas negat nescisse.' *Beroald.*

Crassior atque corpulentior effici] Plaut. Epidico: 'Corpulentior videre atque habitior.' Oxon. *fieri.* Pric.

Asinos inertes] Lib. IX. 'Iners asellus iste.' *Idem.*

Nimio libidinis calore lab.] Nemo nescit libidinem passim igni et flammæ comparari. Nihilominus etiam Reg. Fux. Pal. Oxon. Guelf. et alii hic carent τῷ *calore*, quod uncis circumscripsit Wow. ut *nimium* sit pro nimietate. Sed vereor potius, ne ob vicinitatem τοῦ *laborantes* exciderit *calore*. Oud. *Nimio libidinis calore laborantes*] Abest, (ut male, vereor) *calore* ab Oxon. et Florent. Mss. supra lib. VI. 'Cujus effrenæ juventutis caloratos' (id est, libidinosos) 'impetus,' &c. ubi dicta pag. 124. vide. *Pric.*

Mansuetos ac mansues] Quia inlepida et ingrata hæc videtur vocum ejusdem sensus, aut potius unius varia

terminatione geminatio, non inmerito viri docti locum suspectum habuerunt, quamvis Mss. ad unum omnes utrumque vocabulum agnoscant. Ac Scriverius edidit simpliciter, *mansue exinde factos* per tmesin pro *mansuefactos exinde*. Pricæus quidem pro *mansues* conjecit infeliciter *mites*. Rectius saltem e Luciano ἥμερος καὶ πίων, *pingues* supposuisset. At G. Vossius, Sopingius, et Piccart. Peric. Crit. c. 9. censuerunt *mansuetos ac* esse delenda, utpote nata e glossa *al. mansuetos*. In D'Orv. Pith. est *atque*. Namque vox *mansues* non adeo nota fuit librariis, adhibita tamen ab Attio, Catone, Varrone, aliisque. Adi Gron. ad Gell. lib. v. c. 14. 'Mitis et mansues accessit:' ac Festum. Piccartus vero legebat *mansuetes* ex Plauti Asinar. I. 2. 19. 'Reddam ego te ex fera fame mansuetem:' ut citat Nonius p. 483. Ed. Merc. sed Mss. ibi dant *mansuetam*, et ipse Nonius ex Varrone citat accusativum *mansuem*. Quare illic saltem pro *mansuete et mansues* legendum est *mansuetem et mansuem*: quod patet e seqq. 'pro mansuetum, ut sit nominativus mansues.' Sed et Noster ipse *mansuem*, non *mansuetem* declinavit lib. XI. pag. 244. 'Vidi et ursam mansuem.' Ne tamen aliquid temere deleam, facit similis locus lib. IV. p. 69. 'solus ac solitarius.' *Oud.* *Adhibita detestatione mansuetos ac mansues, &c. factos*] Ælianus in Epistolis: Τοῦτο (de castratione agit) τὰ ζῶα ἀναπείθει ἡσυχίαν τε ἔχειν, καὶ σωφρονεῖν. *Mansuetos ac mansues* habent editi omnes, habet et Oxon. Ms. Ego qui tam clare non video ut discrimen harum dictionum cernam, vitandæ illepidæ geminationis ergo *mansuetos ac mites* reposuerim. Gellius V. 14. 'Mitis ac mansuetus accessit.' Gloss. 'Πρᾶος, lenis, mitis, mansuetus.' Ibidem: 'Καταπραΰνω, mitigo, mansuefacio,' &c. *Pric.* *Detestatione*] Quidam corrigunt *desecatione*, pro exsectione genitalium, amputationeque virilitatis. Mihi oppido quam placet ut legas *Detestatione*, quod vocabulum novum mire congruit novatori opificique verborum Appuleio. Itaque eleganter *detestatio* significatur testium abscisio, emasculatioque, a testibus videlicet, hoc est, testiculis formata dictione. Aliis *detestatio* dicitur denunciatio, facta contestatione, ut docet Ulpianus. Alias ponitur pro execratione. 'Apocopi' eleganti vocabulo dicuntur a Julio Materno, castrati: quasi abscissi, amputata virilitate. Castratorum quoque illa nomina sunt, 'eunuchi,' 'spadones,' 'thlibiæ' et 'thlasiæ:' priora vocabula omnibus nota: posteriora pluribus ignota, a me explicantur in commentariis Tranquilli, et corriguntur in libris jurisconsultorum. *Beroald.*

Et oneri ferundo non inhabiles] 'Neque enim quid de fortitudine jumenti castratione detrahitur.' lib. XXXVIII. § 6. ff. de ædilit. edicto. *Pric.*

Nisi volentibus] Per anastrophen expone: id est, si vobis volentibus persuadeo. *Beroald.*

Mercatum proximum, &c.] Glossæ: 'Mercatus, &c. πανήγυρις.' *Pric.*

Ferramentis] Arnobius III. 'Aut ruris ferramenta procudat.' Cato apud Servium in Virgilium: 'Vir bonus, cujus ferramenta splendent.' Glossæ: 'Σιδηρεῖα ἐργαλεῖα, ferramenta:' at heic speciatim intellige quæ 'castratoria ferramenta' Palladius vocat. *Idem.*

Trucemque amatorem istum, &c.] In Apologia, de vulgaria Venere: 'Immodico trucique perculsorum animalium serva corpora complexu vincientem.' *Idem.*

Atque insuarem] Græcissat, ut et IX. 'Insuavis, &c. mariti.' *Idem.*

Dissitis femoribus] Colvianam conjecturam [vid. VV. LL.] temere in contextum receperunt Vulc. Elm. Scriv. Flor. Castrantes dissecabant virilia et exsecabant genitalia, non

dissecabant femora. Hinc patet, non admittendam quoque esse conjecturam N. Heinsii ad Ovid. Fast. I. 408. *dissutis:* quod Indicere dictum foret pro *dissectis:* multo minus Pricæi suspiciones *desectis,* vel *destinatis:* quod certe nimium a vulgari scriptura abit. In Ms. Oxon. *discisis,* Guelf. pr. *disitis,* Ed. Ber. *discitis.* Optime Beroaldus *dissitis* exponit, 'disclusis, diductis, divaricatis,' sive disjunctis et a se invicem remotis: ac bene monet Pricæus, eam vocem sibi satisfacere e lib. VI. p. 116. 'distributis dissitisque generibus.' Quo adi. *Oud.* *Dissitis femorib.*] Disclusis, divaricatis, diductis. *Dissitum* media correpta dicimus, distans, remotum, disclusum. E contrario *adsitum,* adjunctum ac propinquum. *Dissitum,* quasi procul situm: *adsitum,* juxta situm. In Floridis hæc duo veluti inter se contraria opposuit atque disparavit, sic scribens: 'Homines neque longule dissita, neque proxime adsita possumus cernere.' Agretius Grammaticus *adsitum* dixit esse, cui aliquid ut sustineat adjungitur, citatque Horatii testimonium ex Epistolis: 'qua populis adsita certis Limitibus:' tanquam populus arbor ab Horatio adsita nuncupetur, quia vitibus maritatur. Ego vero ab Agretio dissentiens, ita interpretor, ut 'populus adsita' dicatur ab Horatio, arbor sita positaque juxta certos limites, ad jurgia inter conterminos dirimenda: quales hodieque in limitibus agrorum conspiciuntur: et ita *Adsita* simpliciter accipietur pro opposita ad limites agrorum, et fines, sive maritata sit vitibus, sive cælebs: immo fere semper in collimitio agrorum sunt arbores incultæ, minimeque frugiferæ. Qui sumpserit in manum novissimam Horatii epistolam, eamque accurate perlegerit, is haud dubie cognoscet, interpretamentum hoc nostrum cum Horatiana sententia ad amussim convenire; illud autem Agretii affectatum esse nimis et præstigiosum. Igitur ut ad rem redeamus, femora discluduntur, disseparantur, disjunguntur, et (ut dixit Apuleius) dissita fiunt in asino, quem ferramentis castratoriis velis excastrare, et abscindere virilitatem. *Beroald.* *Dissitis femoribus emasculare*] Onomasticon vetus ornatissimum: 'Emasculo, εὐνουχίζω.' 'Salacem ferro caudam demetere,' Horatius dixit. Colvius *dissectis f.* Oxon. cod. *discisis:* τὸ *dissitis* nobis satisfacit: lib. VI. 'Distributis dissitisque generibus:' nisi forsan, cum de castratione agatur, *desectis* vel *destinatis* scribendum: supra lib. I. 'Vel, membris ejus destinatis, virilia desecamus?' In vetere Onomastico: 'Deseco, ἀποτέμνω.' *Pric.*

Quovis vervece mit.] Hinc Plautus Mercatore in senem exoletum: 'Itane vero vervex intro eas?' Et Casina: 'ne qua ignavissimis Liberi loci potestas sit vetulis vervecibus.' Similiter Arnobius lib. V. 'Quam cum vervecens Jupiter bene validam, floridam, et succi esse conspiceret plenioris.' Non aliter legendum Pœnulo, quam, *ain' vero verveceum caput?* ex sententia politissimi Lipsii. *Colv.* *Vervece mitiorem efficere*] Proverbiale est: sic VIII. 'Vervecem, non asinum vides:' ad quem locum fusius dicemus. Oxon. male, *viliorem.* Pric.

Mediis Orci manibus extractus] Achilles Tatius lib. VI. ἐκ μέσων τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν ἀναγαγεῖν dixit. infra lib. IX. 'Mediis lanii manibus ereptus.' *Idem.*

Sed extunc pœnæ reservatus mœrebam] *Extremæ pœnæ r.* in quibusdam legi Codicibus, jam monuit Beroald. quibus consentiunt omnes, qui nunc sunt cogniti: atque sic bene jam reposuerat Ed. Junt. post. uti dein Colv. &c. Ante typis circumferebatur *extunc,* ἔκτοτε. Sed uti illud Græce minus bene dicitur, ut docent Grammatici, ita *extunc* Latinum nego. Satis

acute hinc conjecerat Sopingius *extumæ.* Verum observandum est, Appuleio *extumum*, semper significari *de buitenste*, extremum, vel ultimum, vel maximum ac pessimum, *de elendigste*, ut hic. Nec enim de morte agitur, sed quod morte erat pejus, castrationis supplicio. Verum tamen aliud quid latet forsan. Nam *pœnæ* non est in Lips. Palat. Guelf. sec. qui pro *sed* habent *si*. Immo in Flor. legas *extrema vitæ*, quæ explicari possent per vitam miserrimam, luctuosissimam; cum esset nobilissima corporis parte, ut ait, privatus. Quod si admittamus, quæstio manet, unde *reservatus*, et *despiciens* in Mss. exaretur. Vide igitur, num *rimatus* dederit Appuleius, et ejus glossa fuerit *de* vel *dispiciens*. Certe ab eo frequentari hoc verbum, sæpius vidimus; et inprimis lib. v. p. 89. 'prolectante studio visionis rimatur singula.' Timide tamen hanc conjecturam propono: cum vulgatæ lectioni idoneus inest sensus, et bona Latinitas. *Oud.* *Extremæ pœnæ reservatus*] Ovidius: 'Pœnæ crucianda reservor.' *Pric.* *Extunc*] Ex illa hora, et temporis momento: sicut *exnunc* dicitur, pro ex hoc tempore et hora. Quidam codices habent *Extremæ*, extrema autem pœna mortis est: et, ut inquit Celsus jurisconsultus, 'ultimum supplicium solam mortem interpretamur.' *Beroald.*

In novissima parte c.] *Jam nov.* D'Orv. 'Novissimam partem,' vulgo exponunt ultimam, extremam, respectu corporis asinini, et dependentem. Frigide et male. Nam novissima pars corporis asinini est cauda. Legendum omnino est *nobilissima*. Ut egregie cum Barthio lib. xxi. Advers. c. 1. correxit N. Heinsius ad Ovidii Fast. lib. i. 408. Adde Burm. ad Petron. c. 129. 'funerata est illa pars corporis, qua quondam Achilles eram.' Contra ait Ovid. lib. iii. Am. 7. 'pars pessima nostri.' Ut Prudentius Cathem. H. ii. 81. 'nutabat inguen saucium, Quæ corporis pars vilior.' Error ortus ex confusione τῶν *b* et *v*: unde hæ voces variant etiam in Mss. lib. viii. p. 167. item Melæ lib. iii. c. 10. 'Africæ se fatigantis novissimus angulus:' ubi in Leid. male *nobilissimus*. Solin. c. 45. 'Infra nobilitatem sati.' in duobus Leid. male *novitatem*. Oud.

Periturum] Lego *periturum*: hoc est, moriturum. *Beroald.* *Et in novissima parte corporis totum me periturum deflebam*] Tale illud, 'Exstinctæ corpus non utile dextræ.' *Pric.*

Præcipiti ruina memet ipse quærebam extinguere] Ex θανατιώντων consuetudine, de qua fuse ad Matth. 27. 5. pag. 250. dixi. 'Præcipiti ruina,' ut apud Ennium: 'Præcipiti sese traxere ruina:' et Maximum Taurinensem: 'Etiam Magum illum Simonem orationibus suis' (Petrus) 'de aëris vacuo præcipiti ruina prostraverat.' *Idem.*

Dumque in ista necis meæ decontor electione, &c.] Hegesippus i. 45. 'De genere necis tractat.' Ovidius: 'In necis electu parva futura mora est:' supra lib. i. 'De genere mortis tumultuario deliberabam mecum:' ubi notata p. 50. vide. *Idem.*

Vestigium] Si Mss. addicerent, facile paterer emendationem *fastigium*, quæ est in Ed. Ven. Sed nunc nihil muto. 'Suetum montis vestigium,' non est pes montis, sed via, qua inerant vestigia asini, quamque adsidue consueverat ire. Lucret. lib. i. vs. 407. 'Institerant vestigia certa viai.' *Oud.* *Montis suetum vestigium*] xi. 'Sueto lavacro traditum:' pro *vestigium* cur non *fastigium* legimus? supra in hac ipsa narratione: 'Nec me montis excelsi tantum arduum fatigabat jugum,' &c. *Pric.*

Securi lignum quod deveheret] Jerem. 46. 22. 'Cum securibus venient, quasi cædentes ligna.' Ovidius: 'Et,

cæsa securibus, urar.' *Deveheret*, de monte veheret, nec enim illud *de* vacat. *Idem.*

De proximo specu] D'Orv. Pith. *proxima*. Nec male. Omnis enim generis est *specus*. Ac femininum in multis nominibus videtur amasse Auctor: ut in 'calx,' 'cinis,' 'margo,' 'pulvis,' &c. de quibus vide suo loco, in Notarum Indice citato. In fine hujus libri *fimus* gen. femin. si tamen vulgaris lectio sit sana. *Oud.* *Vastum attollens caput*] Seneca Œdipo: 'Altum taurus attollens caput.' Idem Hippol. 'Alto vertice attollens caput:' infra heic lib. XI. 'Caput attollens arduum:' et VIII. 'deformem attollens faciem.' *Pric.*

PAG. 149 *Quam simul conspexi*] In membranis D'Orvill. a m. pr. est *prospexi*. Optime, utpote ex alto, et eminus. Lib. VIII. p. 166. 'de summo colle prospectat.' Lib. VI. p. 112. 'Inter subditæ vallis sublucidum lucum prospicit fanum.' Et sexcenties. *Oud.* *Quam simul aspexi,' &c.*] Catullus: 'Simul te Lesbia aspexi,' &c. *Pric.*

Repentina facie conterritus] Lib. IX. 'Mobili, ac trepida facie percitus.' *Idem.*

Recello] Oxon. *recellero*. D'Orv. *retollo*. Lib. X. p. 226. 'nates recellebam:' ubi eadem varietas. Optime Festus: 'Recellere est reclinare, et excellere in altum extollere.' Egit de hoc verbo J. F. Gron. Obs. lib. I. cap. 7. et ad Liv. lib. XXIV. cap. 34. 'Gravi libramento plumbi recellente ad solum:' quem locum corrupte citat Beroaldus hic inspiciendus. *Oud.* *Totum corporis pondus in postremos poplites recello*] Phædrus: 'Feroque viso retulit retro pedem.' *Pric.* *Recedere*] Ut inquit Festus, est reclinare: 'excellere' vero, in altum tollere. Livius in XXIV. 'Ferrea manus cum injecta proræ esset, gravique libramento plumbi recelleret ad Solem suspensa, prora navim in puppi statuebat.' Sensus Appuleii est: Visa, inquit, ursa vasta et formidanda, omnibus viribus nervisque contendi effugere imminens periculum: ita poplites pedum posteriorum cœpi retrahere, reclinare, retroducere, ut ita rupto loro quo alligabar, saluti fuga consulerem: ab hoc verbo 'Recello,' Plautina dictione, epitheto meretricario 'recelliclunia' nominantur meretrices, quod scilicet in concubitu recellant clunes et nates torqueant, ut concinnior fiat venereus coitus. Sed in omnibus fere Plauti codicibus leges, non *recelliclunias*, sed *reliquias alicarias*, in Pœnulo. 'Relicinus' vero 'coma' significatur, vidnatus coma, capillitioque depopulatus: a relinquo dictus, non a recello. Itidem 'frons relicina,' aperta capillis dimotis, a relinquendo deducta dictione. Nescio an satis decenter dici possit *relicina coma*: sed 'homo relicinus coma,' quasi relictus a capillis: et 'frons relicina,' quæ capillitio velata non sit, recte et eleganter dicitur. Frontem in Alexandro Magno 'relicinam' fuisse, laudat Appuleius in Floridis: quæ scilicet lata, aperta, spectabilis, et a capillorum tegumento libera viseretur. *Ber.*

Meque pr. p. fuga concitato] Quod Colvius e Lipsii codice reposuit [vid. VV. LL.] et secuti sunt reliqui editores, præter Elmenh. Scriv. et Flor. vix sensum aut constructionem habet idoneam. Nam, si hic Ablativus adhibitus esset pro Nominativo, specie temporis, 'meque concito, inmitte me,' durissime sane, nec ferri æque facilis, ac lib. XI. p. 257. ut est in nonnullis: 'coronato me et constituto errabam.' Nihilominus confirmatur Mss. Pal. Oxon. Guelf. Pith. retinentibus tamen *fugæ*. Opinor τὸ *concitato* librariorum culpa scriptum pro *concito*, prima persona verbi 'concitare.' Quod inrepsit nasutuli

pro aliorum Codd. et Edd. 'a *committo:* quia sequitur *in-* Sed Appuleium solere jun- mposita ejusdem verbi, vidi- n lib. VI. p. 129. *Committo* ic dicit lib. II. p. 33. 'Cœnæ ımitto.' *Oud.* *Meque protinus fuga concitato, &c.*] Maximus Dissert. 32. Τῷ τῶν ἵππων γέ- κλήρωται πρὸς σωτηρίαν δρόμος. on in de re equestri: Ἐκφυ- ὁ ἵππος βάδην πορεύεται. In itt. melius, *pernici fugæ com-* 'ric.

e prona non tantum pedibus, iam toto projecto corpore, propere s, &c.] Theophylactus ad illa . III. ταῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτει- Τοῦτ' ἔστι, πρὶν φθάσαι, λαβεῖν ν καὶ τοὺς πόδας, καί τοι τρέ- τῷ λοιπῷ σώματι προλαμβάνειν , τὸ ἐπικλίνειν ἑαυτὸν εἰς τὰ ν, ὅπερ ἀπὸ πολλῆς προθυμίας . Virgilius: 'Mox sese ad li- æceps Cum fletu precibusque ubi Servius: 'Præceps, sine n salutis: scilicet postquam ım graviora pericula cogitas- : post: 'Quo eat non cogitat, comparatione quæ fugit:' et *devolutus.* Aristoph. Acharn. χολὴν ἔχεις κατελθεῖν, ἐγκεκλή- choliastes: Συστράφηθι. *Idem.*

ito me campis subpatentibus] Lu- in de Domo: Ἵππος ἥδιον ἂν ιάμοι κατὰ πρανοῦς πεδίον καὶ , προσηνῶς τὴν βάσιν δεχομέ- ἠρέμα ὑπείκοντος τῷ ποδί, καὶ τυποῦντος τῇ ὁπλῇ· ἅπαντι γοῦν δρόμῳ χρῆται, καὶ ὅλον ἐπιδοὺς ῷ τάχει, ἁμιλλᾶται καὶ πρὸς τὸ τοῦ πεδίου. *Idem.*

o studio] Wowerius non ad- lo præpositionem *ex*, vel co- *et*, secutus est auctoritatem Lips. et Pal. quibus accedit nti et margo Bas. sec. et Edd. 'ulc. pr. Merc. &c. Ac certe sic locutus est Auctor. Lib. . 153. 'summo studio petitio- nis ejus munus obierat.' Lib. IX. p. 187. 'in maritum eximio studio com- mentus est.' Lib. XI. p. 259. 'sum- mo studio percontabar singulos:' ubi nulla necessitate motus Pricæus ma- lebat quoque, *ex studio.* Variant eti- am libri lib. VIII. p. 155. Hic vero *et* agnoscunt Bert. D'Orvill. Pith. Fux. aliique, cum Edd. ante Col- vium; immo *ex* diserte exhibent tum pag. 155. tum hic Florentinæ mem- branæ. Quare admisi cum Edd. Vulc. sec. Elmenh. Scriv. Flor. Vide Pricæum hic, et notata ad lib. II. p. 42. 'Ex summis viribus.' Adde lib. IX. pag. 187. 'Faciem videre cu- piebam ex summo studio.' Lib. XI. pag. 262. 'largitus ex studio pietatis.' Adde lib. IX. p. 190. 'ex magnis suis laboribus:' ut videtur legendum; item Gronov. ad Gell. lib. VII. c. 3. 'Ex summa ope nititur:' nec non Comm. et Ind. ad Flori lib. I. cap. 9. 'Ex summo studio adnisus est.' *Oud.* *Summo studio fugiens immanem ursam*] Melius, *Ex summo studio, &c.* Lib. VIII. contraria sententia: 'Ex sum- mo studio bestiam insequentes.' Lib. III. 'Ex summis viribus irruentes:' et sæpe alibi. *Pric.*

Tunc quidam viator solitarium va- gumque me respiciens, invadit, &c.] Factu res haud ardua. Isidorus Orig. XII. 1. de hoc genus quadru- pedi: 'Animal tardum, et nulla ra- tione renitens, statim ut voluit, sibi homo substravit.' *Idem.*

Baculo, quem gerebat, obverberans] *Baculum* Guelf. pr. In Palat. *q. ger.* unde quis conficiat *quod*, ut vulgo lib. I. p. 3. ubi contra in aliis *quem.* Istud *obumbrans*, quod dant Edd. ante Beroald. et Mss. Oxon. Guelf. pr. inpense placet Pric. qui interdicto *unde vi* suo loco restituendum cense- bat. Idque, ut puto, significaret, 'vibrans baculum ita ut continuo mi- hi umbram faceret.' Nimis sane quam acute, et contra reliquos Mss. quo- rum auctoritas roboratur maxime lib.

IX. p. 196. 'Ferula nates ejus obverberans.' Sic ergo bene emendavit Beroaldus. *Oud.* *Baculo quem gerebat obverberans*] Commentus est Beroaldus lectionem istam, quam miror cæteros editores ita facile secutos. Oxon. codex, primique omnium Romæ et Vicentiæ cusi, elegantissime *obumbrans* legunt : quod ego interdicto *Unde vi* suo loco restituendum censeo. *Pric.* *Obumbrans*] Lego, *obverberans:* hoc est, verberibus et fustibus cædens. *Berold.*

Per obliquam gravemque m. d. viam] In Oxon. est *gnaramque.* Palat. Guelf. sec. *gravamque.* Lips. *graremque,* ex quo perperam et male de Appuleio merens Colv. id tacite intrusit, quod miror a nemine deprehensum. Nam cum Mss. plerisque, in his D'Orv. Pith. Fux. priores Edd. O. habent *ignaramque;* ut vere jam Elmenh. et Scriv. restituerant. Adi quoque Serv. ad Virg. Æn. x. 707. 'ignarum Laurens habet ora Mimanta.' Merc. ad Septim. de B. Tr. lib. II. cap. 37. 'Avidus ignara cognoscendi.' Comm. ad Sall. B. Jug. c. 21. 'ignara lingua :' ad Ovid. lib. I. Met. 137. VII. 672. 'Ignara ex arbore :' ad Plin. Paneg. cap. 54. 'locus ignarus :' ad Lucan. lib. VII. in f. 'nuda atque ignara jaceres.' Eadem confusio in Mss. auctoris ad Herennium lib. III. cap. 6. pro *ignotos* et *ignoti,* vidi *ignaros* et *ignari* in antiquissimo Voss. et varia lectione Leid. Cod. Vide et Gronov. Contra *gnarus* pro cognito in Flor. N. 16. 'Cunctis prioribus gnaris.' Sic et *nescius, inscius* pro ignoto. Lib. v. p. 96. 'sarcinæ nescia rudimenta :' et 'inscio tramite' lib. VI. Ex adverso *ignotus* pro ignaro, *incautus* pro inproviso, et alia ponuntur. Confer, quæ laudantur ad Virg. Ecl. VI. 40. Lucan. lib. IV. 719. ad Catonis Dist. I. 40. 'Carus amicus.' In Oxon. est *me deducebat.* Mox *ego* abest a Palat. *Oud.* *Per obliquam gravemque me ducebat viam*] Reponendum ex Cod. Florent. *obliquam ignaramque:* quod et (prima tantum literula omissa) est in libro Oxoniensis Bibliothecæ. Servius ad Æneid. x. 'Ignarum: id est, ignoratum : qui nesciretur.' Isidorus lib. x. Orig. 'Ignarus duo significat : vel, qui ignorat, vel, qui ignoratur :' quæ sumpsit ex his Gellii IX. 12. 'Ignarus utroqueversum dicitur, non tantum qui ignorat, sed et qui ignoratur.' Ita *ignarum* pro *ignoto.* Tacitus Histor. III. et Annal. XV. Ab eadem ultro citro communicatæ significationis forma, supra etiam lib. v. 'tramitem inscium' dixit: contra in Floridis : 'Prioribus gnaris, sequentia exspectare :' id est, notis : et in Apologia : 'Alta illa, &c. Platonica, rarissimo cuique piorum gnara.' *Pric.*

Cursui me accommodabam] Reg. *cursu,* antique ; ut sæpissime. Vide ad lib. I. p. 4. Idem et Fux. caret τῷ *me.* Tum *accommodabam* est in Edd. ante Colv. Sed id Nostro potius significat admovere, et sic adjuvare. Cum sensus Auctoris sit, se haud invitum pedes suos aptasse ad celerrime currendum, quod ipsi, ut asino, non erat solitum, ac se commodum facilemque cursui præbuisse. Quare Mss. Flor. Lips. Pal. Oxon. D'Orvill. retinui *commodabam.* Vide ad l. III. p. 54. 'locum artibus suis commodatum :' ad lib. VI. p. 112. 'Nutum meum precibus tuis commodare.' De nihilo tamen non est lectio Fux. et Reg. Codd. Pricæo arridens, *commendabam,* seu committebam, ut præcedit, sive pro 'mandabam me fugæ:' quod non est infrequens. *Oud.* *Lanienam*] Ms. Pith. *lanie.* *Nam.* Mss. D'Orvill. Lips. Fux. Guelf. Oxon. a m. pr. et Coll. Voss. *laniem.* *Nam c.* Quasi *lanies* pro *laniatione* diceretur, cum alioquin *laniena* plerumque significet lanii tabernam. Vide ad Liv. l. XLIV. 16. Sed pro ipsa laniandi actione usurpavit, præter Prudentium,

xicis jam citatum, Noster ipse p. 41. 'Vicariam pro me laniesusceptavit.' Lib. IV. p. 80. incerto salutis, et carnificinæ ia.' Lib. IX. p. 176. 'Lanieinminentem fuga vitare.' *Idem.*

nvitus ego cursui me commodabam, uens atrocissimam virilitatis meæ am] Lib. VIII. 'Nec me pondus æ, quanquam enormis urgebat, e gaudiali fuga detestabilem torem virilitatis meæ relinquen- 'Virilitatis' voce utitur et IX. Gellius. Jurisconsultus in lib. ad leg. Cornel. de sicar. Quinti- Declam. CCCXL. et VII. de Civ. D. Augustinus: eodem etiam Græci ἀνδρείαν ponunt. Arte-us I. 47. Τοῦ ἰσχύος, καὶ τῆς ματος ἀνδρείας αἰδοῖον αἴτιόν ἐστι· δρεία πρός τινων καλεῖται. Fux- non male, *Cursui me commenda-* sic I. 'fugæ mandes' (id est, *ndes*) 'præsidium.' *Pric.*

erum plagis non magnopere com- ur] Hinc ὄνος ἀήττητος Arriano in Epictetum. Plaut. Pseudolo: ne ego homines magis asinos m vidi, ita plagis costæ cal- *Idem.*

suetus ex fortuna concidi fustibus] *ma* exaratur in Lips. Pith. Oxar. Pal. Guelf. *Ex fortuna* omecuti sunt post Colv. et bene at Pric. ἀπὸ τύχης, et sorte asi- Sicut et notaverat Sopingius, em delegans ad notata in Jamm. De variatione 'formæ' et næ' vide ad p. 1. Verum cum tur illico *Fortuna*, ac satis esse tur *consuetus*, optimique Codd. uibus et D'Orv. ac Fux.) non cant has voces *ex for.* uncis per ah. et Scriv. inclusas, putem eas s abesse, e glossa inlapsas.

Quippe consuetus ex fortuna con- ustibus] 'Ex fortuna,' est, ex hoc genus animalium. 'Ράβδος ρία ὄνῳ Sirachidem jam dicen- udivimus. Ovid. Amor. II. 7. 'Aspice ut auritus miserandæ sortis asellus, Assiduo domitus verbere tardus eat.' Apud Arrianum III. 7. παροιμιακῶς, 'Ὡς ὄνον ξυλοκοπῆσαι. Non commovebar plagis (inquit,) quippe fustibus cædi consuetus. Ovidius III. 7. de Ponto: 'Ductus ab armento taurus detrectat aratrum, Subtrahit et duro colla novella jugo. Nos quibus assuevit Fatum crudeliter uti, Ad mala jampridem non sumus ulla rudes.' Virgil. IX. 'Assuevi longo,' &c. ubi Servius: 'Docet usum in omnibus rebus plurimum posse.' Plinius VI. Epist. 2. 'Mihi, &c. leviora incommoda, quod assuevi.' Apud Senecam Agamemnone: 'Exilia mihi haud sunt nova, assuevi malis.' Sallust. Jugurthino: 'Quæ quanquam gravia sunt, tamen consuetudine jam pro nihilo habentur.' *Pric.*

Fortuna meis casibus pervicax] Libentius *pertinax* legerem. Seneca Epist. CIV. de Catone: 'Cum quo infestius Fortuna, et pertinacius egit.' *Idem.*

Opportunum latibulum m. celeritate præversa] Palat. *opportune.* D'Orv. *latibuli m. c. perversum.* Lips. Fux. *patibulum m. c. perversa.* Edd. Juntin. et Ald. *perverse.* Prave. Fortuna præversa est, sive prævenit latibulum celeritate misera seu infelici. Vide ad l. IV. p. 66. 'Tam bellum consilium prævertit sors deterrima.' *Oud.*

Perditam sibi requirentes vacculam, variasque regiones peragrantes] Vide I. Samuel. 9. 4. *Pric.*

Me, cognito capistro, prehensum] *Me* abest a Pith. *Cognito* est in Pal. Lips. Guelferb. sec. et forsan Flor. ut cum Colv. rescripsere ceteri, præter Elmenh. et Scriver. qui ceterorum Codd. et Edd. scripturam *cognitum* restituerunt. Non vero jungenda *cognitum capistro*, ut vulgo fit, et Floridus exponit, 'capistro quod agnoverant.' Tunc rectius legas *cognito*, sed, ut vere distinxit Scriv. *me cognitum*, ex notis, quæ ipsi inerant, *capis-*

tro prehensum. De participiis sine copula junctis vide ad p. 45. l. III. Hinc cave ne addas copulam cum aliis in Lactant. de M. Pers. c. 57. 'Valeria provincias pervagata, p. a. Thessalonicam cognita, comprehensa pœnas dedit:' uti et monuit Cl. Abresch. in Lect. Aristæn. pag. 208. *Reprehensum* Ed. Bas. pr. *Oud.* *Domini*] Lego *Deum* pro *Deorum*: est enim exclamatio usitatissima, 'Proh Deum atque hominum fidem:' de qua M. Tullius in Oratore: 'Nam proh Deum atque hominum fidem, pro Deorum aiunt:' hic *fides* accipitur pro auxilio, ut apud comicos frequenter. *Beroald.*

Raptatis violenter] Non agnoscunt adverbium Pal. Pith. sed ceteri omnes; uti passim eo utitur Auctor, et adposite huic loco l. IV. p. 82. 'De toro violenter extracta.' Lib. VIII. in f. 'Nodum violenter invadens.' L. X. p. 230. 'elisus violenter medicus.' *Oud.* *Quid me raptatis violenter? quid invaditis*] In Menechmo Plautina: 'Quid hoc est negotii? quid illic homines ad me currunt obsecro? Quid vultis vos? quid quæritatis? quid me circumsistitis?' Τὸ *violenter* ejiciunt, ego non moveri malim. Lib. VIII. 'Funestum nodum manibus ambabus violenter invadens:' et X. 'Sic elisus violenter spectatissimus medicus.' *Pric.*

An te nos tractamus inciviliter] *Ain'* habent Pith. Edd. Beroaldi, et Bas. pr. Atque sæpe istud abiit in *an*. Vide ad lib. I. p. 6. 'Ain' tandem?' Male vero post *nos* in Cod. D'Orv. inseritur *inquit*. Certissimo indicio, quoties hoc verbum inepti librarii inculcarint. *Te* abest a Pal. Guelf. sec. in quis *tractemus*. Nimis temere vero Scriv. in Ed. recepit τὸ *incongrue*; quod, licet aliquoties usurparit Auctor, hic mihi glossam sapit. Utrumque, *violenter et inciviliter*, junxit Suet. in Tito cap. 6. 'Egit aliquanto incivilius et violentius.' Immo contra l. IX. p. 205. 'precatur, civilius atque mansuetius versari commilitonem.' *Oud.* *Quin potius efferis ubi puerum ejusdem agasonem, necatum scilicet occultaris*] Vibulenus apud Tacitum Annal. I. 'Responde Blæse, ubi cadaver abjeceris.' *Pric.*

Calcibus contusus] Idem Ms. *concursus*, al. *contrusus*. Num *concisus*? Colv. Sic etiam Fux. At Oxon. *est tusus*: et Guelf. pr. *attusus*. Male vero conjecit Colv. *concisus*. Recte quidem sæpe, et paullo ante occurrit, 'concidi fustibus,' &c. Sed hoc improprie admodum diceretur de incussione calcium, quæ non cædunt, sed tundunt. *Concursus* vitiose scriptum erat pro *concussus*, in quod sæpe mutatum est *contusus*. Vide ad Lucan. l. II. 335. 'contusaque pectus Verberibus crebris.' *Oud.*

Ductorem] Mutandi prurigine laborabat Pricæus, cum hic *rectorem* malebat. Præcedit 'per obliquam me ducebat viam:' et lib. IX. de hortulano asinum insedente occurrit p. 205. 'Ubi ducis asinum istum?' *Idem.* *Infit dejerans, nullum semet vidisse ductorem*] Lib. X. 'Dejerant utrique nullam se prorsus fraudem, &c. factitasse.' *Pric.* *Nullum semet vidisse ductorem, sed plane, &c. solutum et solitarium, &c.*] Non moveo illud *ductorem*, nam et IX. 'Ubi ducis asinum istum?' magis placeret tamen *rectorem*. Ammianus Marcellinus: (et fortasse hæc Appuleii respiciens:) 'Jumentum solum, solutum, sine rectore.' Virgilius: 'Curruque hæret resupinus inani.' Servius: 'Inani: sine rectore.' 'Solutum et solitarium' hic, ut IV. 'solum et solitarium.' *Idem.*

Concinnatum] *Concinatum* est in Ms. Pal. Guelf. et Edd. Ber. Basil. pr. In Edd. ceteris vett. *concinnatum*. At *concitatum* placuit etiam Stew. ad pag. 146. 'querelas concinnat:' eique ac Wow. &c. adsensum præbuere seqq. Editores. At in Flor. Pith. et D'Orvill. est *continuatum*. Hinc Salm.

ad Non. p. 93. et N. Heinsius d. l. XIV. Met. vs. 239. legunt *itum*, sive continuo secutum, ne accurrentem. Quo pertinonnihil præcedentia, 'solitagumque me respiciens.' Et continuari' hoc sensu sæpius ctorem, et alibi pro eo 'conscriptum, vidimus tum alibi, I. p. 17. 'Me egredientem iatur.' Immo et voces 'conis' et 'continuatus,' inter se is esse, patebit pag. seq. Quia *concitatum* firmatur etiam a ionnullis, istud retinui, sive iti et concito gradu currenro quo et *citatum* dicit. Adi VI. pag. 119. 'Urnulam Veneta retulit.' *Oud.*

adicinæ præmium] Quod 'gradicii' Minucius in Octavio Vide Exod. 23. 5. Julium em VI. 41. *Pric.*

. 150 *Vidissem*] Notandum pro *vellem*, per ellipsin τοῦ *utinam*, *voῦ* repetiti. *Oud.* *Quem nunrofecto vidissem, &c.*] Eustathius neri Odyss. XVIII. Ἔθος τοῖς ἴνοις μέμφεσθαι καὶ τὸ ἤδη γεγοὶ ἐπαρᾶσθαι, μὴ ἂν γενέσθαι, &c.

m quiret humanam dare] Eam Lipsii, ut opinor, [vide Colvii in VV. LL.] conjecturam in tu exprimi curavit Vulc. Ed. Sed perperam omnino; quia bus adversatur, et 'dare vo- Latine sat dicitur pro 'vocem ' Sic 'dare dicta,' 'sermo- 'sonum,' 'verba' denique, pro Consule Doctiss. H. Cannеum Dissert. ad Avianum c. 20. 7. 'Insertis verba dedisse so- Immo Ovidius, vel quisquis sit Epist. XXI. Her. vs. 141. 'Sed edimus præter sine pectore voA Pal. abest *vocem*. In Florent. *rem*. Guelf. pr. *queret*. Oud.

is omnis injuriæ, &c.] *Omnis* a Vio abest, et ab Oxon. Ms. *Pric.*

Sic adseverans nihil quidquam promovebat, nam collo constrictum, &c.] Lib. IX. 'Has, et similes affanias frustra obblaterantes eos retrorsum pagani abducunt: statimque vinctos in Tullianum compingunt.' Curtius lib. VI. de Philota jam ad necem ducendo: 'Gentium jura, Deos patrios, nequicquam apud surdas aures invocabat.' *Id.*

Pastores molesti] Pricæus hanc vocem, in omnibus Codd. sic scriptam moleste fert. Nec minus ego. Dedisse Auctorem per solitam sibi ironiam opinor *modesti*, ut l. VI. p. 126. 'latrones vocat mitissimos homines et benignos comites:' ubi vide: item ad l. III. p. 60. 'Illi gratissimo famulo:' ad l. V. p. 107. 'bonus ille filius.' L. VIII. p. 158. 'Nec cœpti nefarii bonum piguit amicum.' Et passim ironice: 'egregius maritus,' 'egregia soror,' 'uxor.' Item: 'bona,' 'pudicissima uxor,' de inpudica. *Oud.* *Pastores molesti*] Fero moleste vocem istam, nec moveo tamen: est enim in omnibus libris, nec saltem in scriptura variatur. *Pric.* *Lignum egerere*] Ligna exportare, educere. *Beroald.*

Reperitur ille] Item in D'Orv. Pal. Fux. Oxon. Guelf. *operitur*. Florent. Pith. *aperitur*. Anne idem hoc, quod *adparet; hy word ontdekt*. Quomodo terram recens inventam vel intratam 'aperire' dicimus. Confunduntur vero *aperire* et *apparere*. Adi Drakenb. &c. ad Liv. l. III. c. 15. 'Lux deinde aperuit bellum.' In Edd. Ber. Bas. pr. *illo*. Oud.

Conspicitur] Oxon. *Conspicantur*. l. II. 'Conspicor in medio foro,' &c. *Pric.*

Seræ vindictæ gratulabar] Idem Codex, et ille quo Colvius usus, *Feræ*: id est, *ursæ*: sic VIII. de apro: 'feræ quidem pepercit.' *Idem.*

Ægreque concinnatum] Fulviano suffragatur D'Orv. in *continuatum*. Quod explicari posset ita, ut membra membris fuerint conjuncta, et corpus factum continuum sive totum. Præfero tamen hic *concinnatum*, sive, ut bene

interpretantur, *coaptatum*. Oud. *Et cadaver quidem disjectis partibus tandem totum repertum, ægreque concinnatum, ibidem terræ dedere*] Lucanus de Pompeium tumulante: ‘Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ Exigua trepidus posuit scrobe.’ Seneca Hippol. ‘Errant per agros funebres famulæ manus, Per illa qua distractus Hippolitus loca, Longum cruenta tramitem signat nota. Mœstæque Domini membra vestigant canes, Nec dum dolentum potuit sedulus labor Explere corpus.’ Et nota, *ægre concinnatum*. Euripides de discerpto Penthei cadavere, Οὐ ῥᾴδιον ζήτημα. *Pric.* *Terræ dedere*] ‘Solatium est vivorum humare defunctos.’ Servius ad Æneid. x. *Idem.* *Terræ dedere*] Lactantius vi. 12. ‘Non patiamur Dei figuram jacere feris in prædam: sed reddamus id terræ.’ Cicero ii. de legibus: ‘Terræ corpus redditur.’ *Idem.*

Ad magistratum] Omnes secuti sunt Colvium, et *magistratum* videtur etiam legi in Florent. et Guelf. pr. In ceteris et Edd. Vett. est *magistratus;* uti Auctor noster cum optimis scriptoribus semper in plurali dicit de toto judicum vel regentium remp. corpore; at de uno ex iis *magistratum*. Adi modo Indicem. Nec enim hic potest intelligi præses provinciæ, vel aliquis ejus vicarius aut adsessor. Non ausim tamen negare, aliquando *magistratum* dici de toto corpore. Nep. in Themist. cap. 7. § 4. ‘Ad magistratum, senatumque Lacedæmoniorum adiit:’ ubi olim margini adscripsi *magistratus*, ut supra ibidem, et Justin. lib. xviii. c. 4. ‘Rem ad magistratus defert.’ Cæs. lib. vi. B. G. c. 20. ‘Ut ad magistratum deferat.’ Sed illic potest unus denotari. Sequitur enim, ‘magistratus consulunt.’ *Oud.* *Ad casas interim vinctum suas perducunt, quoad renascenti die sequenti deductus ad Magistratum, &c.*] Ammianus lib. xxvi. de Procopio: ‘A comitibus suis arctius vinctus, relato jam die, &c. Imperatori offertur.’ Supra hic lib. iii. ‘Priusquam iste clandestinis itineribus elaberetur, mane præstolatus, ad gravissimum Judicii vestri sacramentum curavi produci:’ ubi dicta pag. 45. vide. *Pric.* *Ad casas suas*] Glossæ: ‘Σκηνὴ ἀγροίκων, casa, tugurium:’ aliud Glossarium: ‘Καλύβη, casa, tuguriolum,’ &c. Isidorus xv. 12. Orig. ‘Casa est agreste habitaculum virgultis arundinibusque contextum.’ *Idem.*

Pœnæ redderetur] Seneca Hippol. (589.) ‘Quis me dolori reddit.’ *Wass.* Melius huc quadrat locus Octaviæ vs. 809. ‘Populi nisi iræ conjugem reddat novam:’ et vs. 829. ‘Suspecta conjux et soror semper mihi Tandem dolori spiritum reddat meo, Iramque nostram sanguine extinguat suo.’ Ac passim *reddere* pro ‘dare,’ ‘dedere’ occurrit, præsertim in iis, quæ aliquam in se naturalis juris vel legis quasi ex debito continent obligationem. Quare non opus puto, ut cum Heinsio refingas *dederetur* ad Ovidii lib. xiii. Metam. vs. 664. ‘pectora pœnæ Dedit.’ *Oud.*

Puerum plangoribus quærebant] Prave sic [sc. *quærebant*] reposuit Colvius, quem tamen omnes rursus secuti sunt, aliquot forsan Codd. ut Palat. Guelf. sec. Pith. auctoritate decepti. Sed recte Fux. Reg. D'Orvill. Oxon. Guelf. pr. cum Edd. prioribus dant *querebantur*. Non jam quærebant puerum, utpote qui inventus erat. Indagationi illi parum conduxissent plangores et ululatus. Rectius dixisset *cum plang.* vel *plangentes, &c.* Sed *querebantur*, et lugebant eum mortuum non modo, sed et tam fœde dilaceratum. Error ortus, quod prima syllaba sæpe per *æ* sit scripta et edita, ut et supra vidimus, atque ultima in Mss. per notam indicata creberrime omittatur. *Queri* cum Accusativo haud raro construi, docere potest vel nota Burm. ad Ovid. lib.

:P.9.95. et Lamb. ad Horat. I. ae sexcenties. Ceterum intermda sic sunt seqq. *dum parenterum querebantur, et adveniens us sectionem meam flagitabat* vel *t non est, inquit, in his unus.* enim in vulgatis multis post *flamajor* adponitur distinctio. Nin Flor. D'Orv. Fux. et Edd. ec. Elmenh. Scriv. Flor. deleaet post *querebantur;* sed tunc *st, &c.* nimis abrupte subjungi tur; ac frequentissime ait Auc'.Et ecce.' Soping. placebat *ibant*, vel *curabant*, melius certe, *quærebant.* Idem. *Dum puerum parentes sui plangoribus fletibusærebant, &c.*] Luc. 2. 48. 'Ο πανω κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.

tinatam sectionem meam flagitat] lib. IV. 'Misellam Psychen ad atam pœnam efflagitabat.' *Idem.* *nere*] Verissime, simul et eler conjecit N. Heinsius *demetere* vidii lib. v. Metam. vs. 104. etit ense caput.' Consule quouos ibidem laudat Burm. et nb. ad Sil. lib. x. 147. Arnob. . p. 159. nec non, quæ adferunt ruditi ad Suet. Calig. c. 33. bona cervix simul ac jussero tur;' videbisque, quæ sit difia inter τὰ 'demere' et 'demeeput.' Ἀποκείρεσθαι γονίμην φλέith. lib. I. p. 70. Minuc. Fel. c. Cui obscœna testa sunt demesPassim ita Græcis ἀμᾷν, cum ositis. *Oud.*

t. ministerium deerit. Hoc sic ef. e.] *Hoc* pro *istorum*, substituit et seqq. ut exaratur sane in Reg. Fux. D'Orvill. Oxon. erb. Pith. Pal. *deerit hoc. Sic ss.* qui agnoscunt *istorum*, carent , quod rectius abesse vidit Priet Elmenh. ac Scriv. uncinis nclusere, et induxit Floridus, ato τῷ *istorum.* Forsan dederat r, *horumce. Sic eff.* Male vero fingit Floridus, hæc accidisse, dum aberant famuli ad quærendum puerum. Sciebant enim jam puerum esse dilaceratum ab fera, nec jacturam ejus ab asini libidine ortam, sed a fuga, ut p. seq. Ipsosque illos intelligit locutor, qui pueri membra terræ dederant, et se ex iis unum. Pro *sic* in Oxon. Lips. Pal. Guelf. sec. *sed.* Idem. *Hoc sic effectum est*] Τὸ *hoc* ex duorum Mss. auctoritate delere possis. *Pric.*

Gratias agebam bono puero, quod, &c. unam carnificinæ meæ dieculam donasset] 'Diecula una' solet tempus brevissimum denotari: sic supra VI. 'Ad unam saltem dieculam sufficiens.' Cicero: 'Huic latroni unius diei usuram non dedissem.' Et in mortis (ut hic) lucratione, apud Achillem Tatium lib. v. Οὕτως ἐξεφύγομεν τὴν ἐπιβουλὴν, ἐκερδήσαμεν δὲ οὐδὲν ἢ μίαν ἡμέραν. Apud Lucianum mortuorum cymbæ Dives imponendus: Μίαν ὦ Μοῖρα ἐασόν με τὴν ἡμέραν μεῖναι. Heliodorus lib. IX. Οἱ ἀπεγνωκότες ἑαυτῶν ἄνθρωποι, καὶ τὴν ἀεὶ παροῦσαν ὥραν κέρδος εἰς ὑπέρθεσιν θανάτου νομίζουσιν. *Idem.*

PAG. 151 *Mater pueri mortem deplorans acerbam filii*] Τὸ τέκνον ἑαυτῆς κλαίουσα Matth. 2. 18. ubi dicta vide. *Idem.*

Fleta et lacrimosa] Catull. in Pelei nupt. ex Scalig. correct. Sic alibi in Apuleio, *flebilis* pro lacrymante et flente. *Groslot.* Ἀρχαϊσμός. *Elmenh.* *Fleta*] Pro 'flens:' sic apud Virgilium 'Tunsæ pectora palmis:' nomen pro participio: fortasse et Græcissat. Philo in de Mosis vita: Δεδακρυμένοι τὸν παῖδα ἐκτιθέασιν, &c. et post: Καὶ δεδακρυμένον ὁρῶσαν, ἐλεεῖν. item: Συνδραμόντες εἰς τὰ βασιλήϊα δεδακρυμένοι. *Pric.*

Fuscaque veste contecta] Ut solent luctu indulgentes: vide supra pag. 86. dicta. *Idem.*

Ambabus manibus trahens cinerosam canitiem] Mos antiquus in luctu, cri-

nes cinere fœdare. Catull. (Carm. LXIII. 224.) 'Canitiem terra atque infuso pulvere fœdans.' Ovid. lib. VIII. Metamorph. Fab. IX. 'Plangunt ora simul matres Calydonides, eheu! Pulvere canitiem genitor, vultusque seniles Fœdat humi fusos.' Et sæpe in Bibliis hæc occurrunt. *Elmenh.* *Ambabus manibus trahens cinerosam canitiem*] Scholiastes ad Pacem Aristoph. *Τίλλειν ἑαυτὸν, λέγεται, τὸ τῶν ἑαυτοῦ τριχῶν ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ τὰς κόμας σπαράττειν.* infra lib. X. 'Trahens cinere sordentem canitiem:' supra lib. II. 'Deprecantis, suamque canitiem distrahentis.' Vide II. 10. Fabri Semestrium. *Pric.*

Exinde proclamans] Flor. exponit 'eminus.' Sed Nostro et aliis hæc vox usurpatur pro 'ex eo tempore;' nisi forsan capi possit pro 'identidem,' 'usque inde.' Juvat aliquantum locus l. VIII. p. 157. 'Sed exinde odiosus emtor aliud de alio non desiit quærere.' Pricæo placet vel *de limine* vel *jam inde*, ab ostio scilicet, ut alibi loquitur Auctor. In Fux. est *deinde*. Oud. *Et exinde proclamans*] Fortasse melius, *Et de limine proclamans:* infra lib. VIII. 'De primo limine proclamat:' aut ita, *Et jam inde* (id est, a limine, vel foribus) *proclamans:* supra lib. V. 'Jam inde a foribus, &c. boans.' *Pric.*

Tunsisque, &c. uberibus] Lib. IV. 'Quid ubera sancta tunditis?' et VIII. 'Nec non interdum manus Charites a pulsandis uberibus amovere:' item IX. 'Et interdum pugnis obtundens ubera.' *Idem.*

Incipit] Magis Appuleium saperet, *infit*. Idem.

Et nunc iste securus] Bertin. *Et metus iste securus*. Sciopp. in Symb. Idem id prætulerat in Susp. Lect. IV. 12. Ut *metus* sit casu secundo a *securus* recto: quomodo sæpe occurrit. Vide Heins. ad Ovid. Met. VII. 435. 'suis securus.' Et ne alia citem, Nostro ipsi in Floridis N. 16. 'Auditorii securus.' Verum multo est elegantius *et nunc* post tam scelestum facinus, et efficaciores habet veneres, quam languens illud *metus*. Vide Pricæum. In Edd. Junt. Aldi male *et tunc ipse*. Oud. *Et nunc iste, &c.*] Ex his Virgilii: 'Et nunc iste Paris cum semiviro comitatu.' *Pric.* *Securus incumbens præsepio*] 'Securus' hic est quod Varroni in Menippæis, 'Habens ante positam alimoniam, Neque ante prospiciens, neque post respiciens:' quod in Epistola Judæ *ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνειν*. Ignatius de hoc genus animalibus: *Μηδὲν τοῦ μέλλοντος φροντίζοντες, μόνον τοῦ φαγεῖν ὀρεκτικοί εἰσιν.* Epist. ad Tarsenses. Infra hic lib. X. 'Nec tantillum commotus ego, securus esitabam.' 'Incumbens,' *κύψας*. 'demersus circa præsepium caput' lib. IX. dixit. Aristophanes de Cleone: *Οἷον δὲ κύψας ὁ κατάρατος ἐσθίει!* ad quæ Suidas: *Διὰ τοῦ σχήματος τὴν ἀδηφαγίαν αὐτοῦ δηλοῖ· καὶ γὰρ ἀνθρώπων καὶ θρεμμάτων οἱ τοῖς ἐδέσμασι μάλιστα ἐγκεκυφότες καὶ προσκείμενοι δοκοῦσιν ἀπλήστως καὶ περισπουδάστως ἐσθίειν.* *Idem.*

Voracitati suæ deservit] 'Furit ardor edendi, Perque avidas fauces immensaque viscera regnat.' 'Deservit,' ut Rom. XVI. 18. *Τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ δουλεύειν. Τῇ γαστρὶ λειτουργίας λειτουργεῖν* Chrysostomus Homil. 15. ad Antiochenos dixit. *Idem.*

Miseriæ] Purior sensus est, si verbum sit *Miseret*. Beroald.

Detestabilem casum, &c.] Glossæ: 'Detestabilis, *οἰκτρὸς, ἐλεεινὸς*,' &c. *Pric.*

Defuncti magistri] Sic infra VIII. 'Equorum magister.' Quintilianus Declam. XIII. 'Et vacca, et armenta, et omne pecudum genus: sed illa impositus cohibet magister.' Servius ad Æneid. XII. 'Proprie magistri sunt militum, pastores pecorum: sed reciprocæ sunt istæ translationes, nam et ductor militum pastor vocatur, et magistros pecorum dicimus:'

sic 1 Maccab. VI. 37. Latinus, 'Magister bestiæ:' vide et Senecam II. 19. de Beneficiis. *Idem.*

Senectam infirmitatem meam] Colvio antiquata captanti, quia in Lips. cod. erat *infirmitatem meamque*, obsecuti sunt Vulc. Merc. Wow. Adi et Gruter. l. III. Susp. c. 11. et Septim. lib. III. de B. Troj. c. 21. 'Quin contemtui sit adolescentiæ senecta ætas:' ubi tamen in Ms. est *senectæ*. Sed que hic bene servant Mss. et ceteræ Edd. ac rite vindicavit in notis Pric. In Guelf. primo tamen non est *que*, sed inter *senectam* et *inf.* lacuna et litura vocabuli fere dissyllabi quasi *atque*. In D'Orv. *senectum*. Oud. *Senectam infirmitatem meam contemnit ac despicit*] Tacitus Annal. VI. 'Senectutem Tiberii ut inermem despiciens.' Idem I. Historiarum: 'Ipsa ætas Galbæ irrisui et fastidio erat.' Dio Cassius de Nerva: Διὰ τὸ γῆρας καταφρονούμενος. Hesiodus: Αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας. Maximianus, ubi de senectutis incommodis: 'Jurgia, contemptus, violentaque damna sequuntur.' Cicero in Catone M. de Salinatore et Albino: 'Deplorare solebant' (senectutem) 'cum quod voluptatibus carent, tum quod spernerentur ab iis a quibus coli soliti erant:' ibidem de senibus: 'Contemni se putant, despici, illudi.' 'Senectam infirmitatem' exponere quoquomodo Colvius conatur: at veteres editiones sincerius, *senectam, infirmitatemque meam;* et hanc germanam scripturam esse probat sequens illud: 'Senties efficiam misero dolori naturales vires adesse:' id est, quamvis infirma sim, dolori tamen vires suppetere: accedat Taciti locus ex prædicto Historiarum libro: ubi *senectæ* et *infirmitatis* contemptum videbimus conjungi. 'Superior' (Germaniæ) 'exercitus Hordeonium Flaccum spernebat, senecta ac debilitate pedum invalidum.' De juventute contempta ad 1 Tim. IV. 12. dicemus.' *Pric.*

At utcumque] Soping. mallet, *et utcumque*, ut l. VIII. in f. 'Et utcumque metuens.' Rectius et vere, ut puto, Edd. Wow. et Pric. *atque utcumque.* Nec placet enim Pricæi commentum, *et utique.* Sensus est: Quidquid sit, certe se quoque innocentem præsumit. Vide ad lib. IV. pag. 69. 'Sed illum utcumque nimia virtus premit.' Fux. *utrumque.* Oud. *Atque utcunque se præsumit innocentem*] Malim, *Et utique præsumit innocentem:* lib. V. 'Sed utique præsumis nugo, et corruptor,' &c. *Pric.*

Est enim congruens pessimis conatibus contra noxiam conscientiam sperare securitatem] 'Contra noxiam conscientiam,' exponas, 'contra morem noxiæ conscientiæ:' quæ plerumque adeo parum secura est, ut quod meretur assidue exspectet. Non longe ab his (saltem verborum conceptione) discedunt Symmachi ista: 'Moribus scævis familiare atque cognatum est armare spiritus impunitatis exemplo:' et forsan *securitatem* Noster pro *impunitate* dixit: ita sensus Symmachiano quadrabit. *Idem.* *Circa n.*] Legi potest, *contra noxiam.* Beroald.

Quadrupes nequissime] Gloss. 'Nequissime, ἄθλιε.' *Pric.*

Licet pr. v. us. sumeres] *Sumens,* quod vulgo ante Wow. editur, invenitur in Guelf. sec. pro *sumas* sive *sis sumens,* idque videntur voluisse Wower. et Pric. in quorum editionibus est vitiose *sumes.* Sed in Pith. *funeris,* in Mss. O. et Edd. Junt. post. Elmenh. Scriv. Flor. *sumeres.* Cui tempori tamen aptius respondere videtur *posses,* quam *possis.* Dein Fux. *ineptissime.* Oud.

Culpa carere] Vulg. *vacare.* Colv. *Vacare.* Vulgo, *carere.* Elmenh. Alterum hic alterius verbi glossam esse, liquido adparet. Quare, licet Lips. Cod. faveant Reg. D'Orv. Oxon. Par. cum Edd. Vulc. Wower. Pric. tamen adsentior Elmenh. Scriv. et Flor. qui

restituerunt vetustam lectionem *vacare*, quia id retinent vetustissimi, Flor. Fux. aliique, et *carere* magis sapit glossam, quam *vacare*. Eadem in his verbis est confusio apud Ovid. lib. III. Am. El. IV. 23. l. II. Met. 422. item in Mamert. Geneth. c. 13. 'Ut omnino vacent aditu suorum.' Quod non mutandum. *Oud.*

Arcere morsibus m. puero] Si hæc sana sunt, quæ scabra admodum mihi videntur, ut ut intellectu facilia, subintelligendum erit, 'latronem,' 'homicidam,' quem a puero arcere debuerat *morsibus*, sive per suos morsus; neque enim opus *mordicibus* hic reponi: de qua voce alibi plura dixi. Forsan hic legendum erat *cavere:* pro quo supra male irrepsit *carere*. Idem.

Certe dorso receptum auferres protinus] Theodoretus περὶ προνοίας v. de Equo loquens: Οὗτος καὶ θηρῶντι συνθηρεύει, καὶ πολεμοῦντι συναγωνίζεται, καὶ κατὰ τῶν ἀντιπάλων μετὰ ῥύμης χωρεῖ· κἂν φεύγειν ἐθελήσῃς, δειλιῶν μεταβάλλει τὸ θράσος, καὶ σὺν τάχει φερόμενος τῶν διωκόντων ἐλευθεροῖ. Vide quæ de elephanto Pori Q. Curtius, et de Bucephalo Alexandri A. Gellius. *Pric.*

Deserto dejectoque, &c.] Si excipias Codd. Bert. et Pith. Mss. omnes præbent Lips. Cod. lectionem *dejectoque*, a Colvio et seqq. receptam. Ut sensus sit; Asinum debuisse potius puerum istum dorso recipere, quam eum dejicere et deserere. Et sic *rejectus* forsan abiit in *derelictus*, apud Cæsar. lib. v. B. G. c. 13. 'Ab æstu derelictæ naves.' Verum tum potius *dejecto* præcedere debuisset, ut vitaretur ὕστερον πρότερον. Adhæc mulier ista satis innuere videtur, filium suum, (quem etiam 'asini ductorem' adpellat Auctor pag. 149. ubi vide,) non insedisse asino, cum a latrone, ut credebat, invaderetur: Quare ait ipsum debuisse, 'auferre eum dorso receptum.' Amari vero a Nostro synonyma innumeris locis patet. Et sic 'deserens' ac 'relictus' junguntur a Virg. l. II. Æn. 28. 'Desertosque videre locos litusque relictum:' ac decompositum hoc optimis quibusque in usu fuit. Consule Cl. Drakenb. ad Liv. lib. XXXIX. c. 30. 'Quæ derelicta inter nocturnam trepidationem erant.' Immo Nostro ipsi in Apolog. p. 524. Ed. Flor. 'Eam a quodam honestissimo juvene, cui prius pacta fuerat, post satietatem derelictam.' Quocirca in *derelicto* magis inclino. *Oud.*

Q. contra bonos mores, &c.] Formula JCtis usitatissima, ut Beroaldus observat. Sic 'contra legem fecit,' qui facit, quod lex prohibet. Brisson. de Verb. significat. l. III. *Elmenh.* *An ignoras eos etiam qui morituris auxilium salutare denegarunt, quod contra bonos mores id ipsum fecerint, solere puniri*] Seneca I. 14. de Ira: 'Cogitet quam multa contra quam bonum morem faciat.' Propert. 'O nimium nostro felicem tempore Romam, Si contra mores una puella facit:' ex Jure formula desumpta est, ut notavit Beroaldus: 'Morituris intellige perituris.' Lactantius VI. 11. 'Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit.' De furtis (Homil. π. διδαχῆς) non aliena Chrysostomus: Οὐχ οἱ κλέπτοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κύριοι ὄντες κωλῦσαι, μὴ ποιοῦντες δὲ, τὴν αὐτὴν ἐκείνοις δίδουσι δίκην. *Pric.*

Sed non diutius meis cladibus lætaberis] Vide supra pag. 84. adnotata. *Idem.*

Senties, efficiam, misero dolori naturales vires adesse] Dolori, etsi fœminæ, etsi aniculæ. Apud Senecam Andromache: 'Dabit ira vires.' Ovidius de Hecuba: 'Facit ira valentem.' Idem I. Amorum: 'Quamlibet infirmas adjuvat ira manus.' Servius ad Georg. III. 'Languentia corpora in vires quandoque furor excitat.' Esaiæ. LXIII. 5. 'Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.' Philo

in de Josepho: *'Ρώμῃ κραταιοτέρᾳ τοῦ πάθους ἰσχὺν ἐπιδιδόντος, ὃ καὶ τοὺς ἀσθενεστέρους νευροῦν εἴωθε. Idem.*

Subsertis manibus] *Assertis*, quod est in omnibus Vett. Edd. Beroald. exponit, 'liberatis, exertis, expeditis.' Verum nulla re impeditæ fuerant, neque adeo exserendæ manus sunt ei, quæ sibi fasciam vult solvere. Neque ullus Ms. ei lectioni favet. Colvii conjecturam *substrictis* exponere posses sursum adductis, et sic fasciæ admotis manibus. Lib. XI. p. 248. 'Compressis in artum feminibus et superstrictis accurate manibus:' ubi male Pric. voluit *superstructis*. Huc faciunt Gloss. Isidori: 'Unca manu, stricta.' Adi P. Burm. ad Nemes. Ecl. III. 32. 'Digitis aures substringit acutas.' At neque huc nos ducunt Codd. Multo minus eo, quod audacissime conjecit Pric. *sub suris*, deleta voce *manibus*, intelligens fasciam cruralem ex Petronio c. 20. 'Duas institas ancilla protulit de sinu: alteraque pedes meos alligavit, altera manus.' Sed ibi legendum est *de sinu*, ut viri docti, ipsumque verbum *protulit* ibi probant. Præterea quis credat, mulieri rusticæ servæ tantas fuisse crurales fascias, ut earum una potuerit singulos asini pedes illigare, eosque sic constringere? Mihi potius nudis pedibus fuisse videtur. Certe cum Beroaldo et Florido non ambigas, velim, quæ fuerit fascia: sive pectorale strophium, seu crurales fasciæ, seu vitta crinalis. Nam ultimam sane non habuit, 'quæ fleta et lacrimosa, fuscaque veste contecta ambabus manibus trahebat cinerosam canitiem;' ut supra describitur. Intelligenda est unice zona, qua erat 'succincta sub papillas,' ut Fotis ancilla lib. II. p. 25. In Fux. *subseptis*, Guelf. pr. *subscertis*. In D'Orv. Cod. ut in marg. Lips. est *susceptis*. Unde aliquando existimavi scribendum *subjectis*. Scilicet ut manus supposuerit solvendæ faciæ, non concinne constrictæ, sed rustice laciniis in sinu involutis atque inplicitis sic satis ligatæ, ut se potuerit continere. Quomodo, ni fallor, alibi dicitur 'manum sinu subjicere:' et adposite Ovidius, quando a Nymphis Dianam vestibus exui canit, lib. III. Metam. vs. 167. 'Altera depositæ subjecit brachia pallæ, Vincla duæ pedibus demunt.' Verum adtentius loco considerato, unice retineo *subsertis*, eodem sensu. Ut subinseruerit manus pectori, ad fasciam expediendam, non vero vi detrahendam, ut ait Floridus. Sic enim diserte exaratur in Flor. Reg. Pal. Oxon. aliisque, eoque tendunt ceteræ lectiones. 'Manum in sinum meretrici inserere,' Terent. Heaut. III. 3. 3. 'Insinuare manus,' ait Auctor lib. IX. pag. 180. *Oud.*

Pedesque m. sigillatim alligans] Primo rescribendum omnino ex optimis membranis *singulatim*, vel saltem *singillatim:* uti est quoque in iisdem membranis ac Pith. et Ed. Vic. in Flor. N. 9. ac Mss. O. de Deo Socr. sæpius. Vide ad Suet. Aug. cap. 9. Restituendum id quoque e Mss. Mart. Capell. lib. VI. p. 228. 'Singulatimque potest, nisi rebus incidat.' Prave ibidem in Edd. *accidat*. Sept. de B. Troj. lib. I. c. 14. 'nomina singulatim exponere.' Sic Voss. In alio *singill.* Vulgo, *sigill.* Dein *alligans*, cum Lips. Cod. et Edd. Colv. Vulcan. Merc. Wow. ac Pric. habet Oxon. ut lib. II. p. 25. 'Amoris profundi pedicis æternis alligat.' Nihilominus cum reliquis Mss. et Edd. præferendum tam illic quam hic *illigans*. Eadem fascia utrosque pedes singulatim illigavit, atque involvit et inpedivit, ac sic fasciæ extremitatibus eos artissime constrinxit et alligavit, ut pedes movere aut calcitrare non potuerit. Rectius igitur *illigans* legas. Eadem confusio apud Cæs. lib. IV. B. G. c. 17. 'tigna fibulis inligata artius tenerentur.' Cæs. lib. V. B. G. c. 45. Liv.

lib. xxxv. c. 46. Val. Max. vi. 8. 4. Liv. l. v. c. 27. 'Manibus post tergum inligatis:' ubi non opus esse *alligatis* vel *relegatis*, quod viri docti substituere tentant, ex Cel. Drakenborchii nota patebit. *Idem.* *Subsertis manibus, exsolvit suam sibi fasciam, pedesque meos sigillatim alligans, &c.*] Non alibi major varietas quam in primæ vocis scriptura: in Oxon. Ms. *subsertis:* in alio *subseptis:* in tertio *obseptis:* et in editis quibusdam, *assertis:* et nemo quidvis horum explicavit nobis: delendum forsan τὸ *manibus*, et pro *subsertis*, *sub suris* scribendum. Sub suris exsolvit suam sibi fasciam, &c. Petronius: 'Duas institas' (Appuleius *fascias* diceret) 'ancilla de suris protulit, alteraque pedes meos alligavit, altera manus.' *Pric.*

Pag. 152 *Et pertica, &c. arrepta, &c.*] 'Non oblita animorum, annorum oblita suorum.' *Idem.* *Affirmari*] Melius *offirmari:* pro eo quod est occludi, obturari, obserari: indicat perticam illam vicem implevisse claustrorum et repagulorum. *Beroald.*

Non prius me desiit obtundere, quam victis fessisque viribus, &c.] Josephus Antiquit. xiii. 21. Τραπέντας (Ἰουδαίους) ἅπαντας ἐδίωκον οἱ φονεύοντες, ἕως οὗ καὶ ὁ σίδηρος αὐτοῖς ἠμβλύνθη, &c. καὶ αἱ χεῖρες παρείθησαν. *Pric.*

Manibus degravatis] Sic Passerat. ad Propertium lib. iii. El. 7. f. 448. In Mss. et vulgatis est, *m. degravatus.* Male. *Elmenh.* Immo in Mss. et vulgatis est *degravatus, m.* uti debet; et pessime ineptam Passeratii conjecturam receperunt Elmenh. ac Florid. Tunc enim non *suopte*, sed *ejus*, fustis pondere debuerat dixisse, si manus gravatas intellexisset Auctor. Non vero manus, quæ languerunt fessis viribus, sed fustis suo pondere degravatus, elapsus est manibus lassatæ verberando feminæ. Plin. lib. ii. Epist. 1. 'Liber, quem forte acceperat grandiorem, et seni et stanti ipso pondere elapsus est.' Plura similia vide apud Pric. Oxon. Fux. *gravatus.* Oud. *Quam, &c. suopte pondere degravatus, manibus ejus fustis esset elapsus*] Virgilius xii. 'Vi victus, et ipso Pondere defecit, prædamque ex unguibus ales Projecit.' Plinius lib. ii. Epist. 1. 'Liber, quem forte acceperat grandiorem, et seni, et stanti, ipso pondere elapsus est.' Petronius: 'Fracta est putris sella, quæ staturæ altitudinem adjecerat: anumque suo pondere dejectam super foculum mittit.' Nota et argumento tali τὸ *elapsus.* De Poro Q. Curtius: 'Multoque sanguine profuso, languidis manibus magis elapsa quam excussa tela mitteret.' *Pric.*

Tunc de brachiorum suorum cita fatigatione conquesta, &c.] Propertius iv. 9. 'Atque ubi jam nostris lassavit brachia plagis.' Terent. Adelph. 'Ego vapulando, ille verberando ambo defessi sumus.' Vide i. Samuel. 14. 31. *Idem.*

Ardentem titionem] Infra lib. x. 'Atque cuncta fingentem, titione candenti inter media femora detruso, crudelissime necat.' *Colv.* *Procurrit ad focum, ardentemque titionem gerens, &c.*] Virgilius: 'Ambusta torrem Corinæus ab ara Corripit.' Sic 'ignes ex proximo raptos' inter subitaria tela Quintilianus Decl. xix. numerat. 'Titio' autem muliebris vindictæ non infrequens adjumentum. Lib. x. de altera illa: 'Velut mentitam, atque cuncta fingentem, titione candenti inter media femina detruso, crudelissime necavit.' Ælianus Var. xiii. 2. de Macarei uxore: Χίζαν ἁρπάσασα, &c. ἡλίκαντον, ταύτῃ τὸν παῖδα ἀπέκτεινεν. "Ardentem' licentiosius ait: 'titionem' enim extractum foco torrem semiustum et exstinctum vulgus appellat:' sunt verba iv. 14. Lactantii. *Pric.*

Præsidio nisus] *Præsidio nisus* est in Flor. Guelf. sec. Pal. *præs. visus* Guelf. pr. *nisus præsidio* D'Orvill.

Fux. Pith. *in præs. nisus* Bertin. In Edd. Colvio prioribus, *innixus præsidio.* Quis *enixus* dederit, vel conjecerit, nescio. Sed vide Burm. ad Phædr. lib. IV. F. 8. 'Nixa celsis cornibus.' Præsidium considerari hic potest quasi fulcrum aliquod, quo innitebatur. *Nisus* tamen cum optimis Codd. præfero. *Oud.*

Liquidissimo stercoris strictim egesto] Corruptam et glossemate interpolatam Bert. Cod. scripturam temere arripuit Sciopp. latius de ea agens in Susp. lib. IV. 12. et hinc *liquidissimo stercore st. egesto,* edidit Scriv. et *liquido stercore* Florid. Sic vara vibiam sequitur. Mss. reliqui constanter cum Edd. ceteris habent, *liquida fimo egesta,* nisi quod in Palat. Guelf. utroque, et Oxon. sit *egressa.* 'Fimus' enim est stercus, unde Phædr. lib. IV. F. 17. 'Fimoque turpi maximam explerent famem; Dum naribus scrutantur escam in stercore.' Solin. cap. 41. 'Proluvie citi ventris sinum egerit per longas adspergines,' ut leg. est. Et alii. Sed quia ceteri *fimum,* masc. vel neutro genere (vide Burm. ad Ser. Samm. vs. 72. ut ibi quoque in Voss. Cod.) extulerunt, forte melius e Bert. *liquido fimo egesto* reponemus. Immo ipse Auctor eo genere extulit lib. IV. p. 104. 'Fimo fistulatim excusso.' Dein Edd. Juntin. pr. Ald. *strictum.* Pith. *strictis. Idem. Donec solo quod restabat præsidio nisus, liquida fimo strictim egesta, &c.*] Solinus cap. 43. de Bonaso: 'Quicquid præsidii monstro illi frons negat, alvus sufficit: nam cum in fugam vertitur, proluvie citi ventris fimum egerit, per longitudinem trium jugerum: cujus ardor quicquid attigerit, adurit.' *Pric. Liquida fimo strictim egesta, &c.*] Nonnius: 'Foria, stercora liquidiora.' Glossarium: 'Ἐσφιγμένως, strictim.' *Idem.*

Qua cæcitate atque fætore tandem fugata est a me pernicies] Cicero de bestiis agens: 'Multæ etiam insectantes odoris intolerabili fœditate depellunt.' II. de Nat. Deor. Solinus ubi supra: 'Ita egerie noxia summovet insequentes.' Cassiodorus X. 30. de Elephanto: 'Quod si aliquis' (circumstantium) 'præbere contempserit postulata,' (id est, stipem,) 'vesicæ collectaculo patefacto, tantam dicitur alluvionem egerere, ut in ejus penatibus quidam fluvius videatur intrasse, contemptum vindicans de fætore.' *Idem.*

Ceterum titione delirantis Altheæ Meleager asinus interisset] Errant viri eruditi. [sc. Wass. et Floridus.] *Interisset* scripsit Appuleius, non *interissem.* Eodem enim modo sæpe ait, 'meus asinus' pro ego Asinus, et 'meus Lucius' pro ego Lucius. Vide ad hujus lib. p. 142. *Ceterum* pro *alioquin* recte correxit, Mss. id confirmantibus, Beroaldus. Male Edd. priores, uti et Bas. dant *certum.* Lib. V. p. 91. 'Ceterum tibi summum creabis exitium.' Liv. lib. III. c. 40. 'Ceterum neminem, majore cura occupatis animis, verum esse, præjudicium rei tantæ adferre.' Vide quos ibi laudat Klockius, et Piccartum Peric. Crit. c. 9. In reliquis etiam turbant quidam libri. Nam *titionem* habet Reg. *delibrantis* Pith. Pro *Meleager* Par. Guelf. pr. et Oxon. *me legaliter,* et in ultimi marg. *Meleagri taliter.* A Reg. Fux. abest *asinus.* In Edd. Basil. *interiisset.* Ceterum non possum, quin hac occasione emendem insignem Ovidii locum Ep. IX. Her. vs. 156. de Meleagro: 'Alter fatali vivus in igne fuit.' Cum tamen perierit, 'flammis absentibus ardens;' ut passim Ovidius et alii canunt, notumque est. Hinc alii alia tentarunt; et Clar. Withov. in Orat. de Allegandi Abusu pag. 29. 'Alterius fatum stipes in igne fuit.' Mihi scripsisse videtur poëta: *Alter fatali stipes in igne fluit.* Porro in Reg. Fux. Cod. hic demum explicit lib. VI. et incipit VII. *Oud.* *Certum*] Legendum est *Cæterum.* Beroald.

METAMORPH. LIB. VIII.

Hoc volumine nex mariti Charites miseranda, exoculatio amatoris Thrasylli facta per Charitem, ultronea puellæ mors explicantur. Mutatio domini, enarratio sacerdotum Deæ Syriæ luculenta, et illorum spurcissimæ libidines, flagra, dissectionesque membrorum, fraudes ac decipula detecta continentur. *Beroald.*

Proxima civitate] In mea Bertin. Cod. collatione æque desideratur *ex*, ac reliquis Mss. O. et Edd. præter Wower. Pric. Flor. Necessaria si existimetur præpositio, malim credere *e* vel *ex* excidisse post *proxima*. Recte vero Floridus contra Sciopp. Elmenh. Pric. et Scriv. qui *villula* recepit, vulgatum *civitate* defendit e lib. VII. p. 217. Nam si famulus Charites fuit, venit e civitate, in qua illa habitabat. Infra pag. 238. 'Civitas cuncta vacuatur studio visionis, in eadem historia.' *Oud.* *Venit quidam juvenis ex proxima civitate*] Rectius in Cod. Bertin. *ex proxima villula.* lib. VII. 'De proxima villula spirantem carbunculum furatus,' &c. et lib. I. 'Utrique comites ad proximas villulas lævorsum abiere.' *Pric.*

Unus ex famulis] *Ex* ante Colv. quem ceteri secuti sunt, jam exhibuit Ed. Junt. post. et agnoscitur a Mss. plurimis; quia illa præpositio supra forsan elapsa hic sedem occupavit, extrusa *de*. Quæ æque proba est, et comparet in Pith. D'Orv. &c. ut satis docuerunt viri docti. Adi Burm. ad Suet. Domit. c. 11. Drak. ad Liv. lib. XXXV. 29. 'Unum de auxiliaribus.' Sil. lib. XIII. 80. 'tot de milibus unum.' Justin. lib. XXIV. c. 5. 'Unus de principibus.' Hygin. Astron. II. 23. 'De duobus asellis dicitur unum deprehendisse eorum, et ita eam' (paludem) 'esse transvectus.' Sic Cod. Voss. Sed et Appuleio ipsi non infrequens est. Lib. II. p. 38. 'Unus de optimatibus.' Lib. III. p. 62. 'Unoque de sociis relicto.' Lib. VI. p. 114. 'Una de famulatione Veneris.' Lib. IX. p. 20. 'Una de cetera cohorte gallina.' Lib. XI. pag. 260. 'De pastophoris unus.' Et sic in Mss. nonnullis lib. I. p. 5. 'Unam de duabus laciniis.' Variatur quoque in Mss. Virg. Æn. III. 602. Aus. Grat. Act. p. 725. Restitui igitur *de*, licet p. 166. 'unus e nostris:' et lib. IX. in f. 'unus e commilitonibus.' Lib. XI. p. 246. 'Unus e ministerio.' p. 248. 'e cohorte unus:' et passim aliis. In D'Orvill. *de famulis unus Charitis.* Palat. semper *Carithes.* Oxon. Guelferb. pr. *Charice*, vel *Carice.* Oud.

Par. ær. exantlaverat] Guelf. pr. *exanglaverat.* Reg. Fux. *anhelaverat.* Sed *exantlare*, pro quo Pal. Guelf. sec. Edd. Vett. de more dant *exanclare*. Noster passim hac in re utitur. Vide ad lib. I. p. 12. 'Qui mecum tot ærumnas exantlasti.' In D'Orv. Pith. *exantl. par. ær.* Idem.

Mira, &c. ignem propter assidens, inter conservorum frequentiam sic annunciabat] Apud Athenæum Xenophon Colophonius: Πὰρ πυρὶ χρὴ τοιαῦτα λέγειν, χειμῶνος ἐν ὥρᾳ. Lucianus in de Peregrini morte: Σὺ μὲν πόῤῥω ταῦτα καὶ μακρῷ ἀσφαλέστερον· ἐγὼ δὲ παρὰ τὸ πῦρ αὐτὸ, καὶ ἔτι πρότερον ἐν πολλῷ πλήθει τῶν ἀκροατῶν εἶπον αὐτά. Bene autem frequentiam conservorum propter ignem posuit. Martialis: 'Cingunt serenum lactei focum vernæ.' *Pric.*

Equisiones, opilionesque, et bubsequæ,

fuit, &c.] *Equisitiones*, in sola est Bas. pr. corrupte. *Equisiones* in plerisque Edd. Vett. ut *equitio* in multis Edd. et Mss. etiam Flor. de Deo Socratis p. 672. Sed *equisones* hic recte exhibent Flor. Pal. Pith. Fux. Guelf. Oxon. D'Orv. Edd. Rom. Vic. Bert. ut jam Sciopp. monuit. Adi ad lib. VII. pag. 142. 'Armentario equisone:' et Priceum. Contra male *opilonesque* in Vic. et Ber. Al. *upil.* Vide ad Virg. Ecl. x. 19. *Oud.* *Et bubsequæ f.*] *Etiam* pro *et* editur in Edd. Ber. Junt. utr. Aldi. In Ed. Vicent. *omnes boni æqui.* In marg. Bas. pr. *et bovis equi.* In Fux. Pith. Ed. Junt. pr. *busequæ.* Sed, ut in Lipsiano, sic in Palat. Oxon. D'Orv. Guelf. utroque, exaratur, *op. omnesque p. f.* vel *omnisque:* in Par. *o. et omnesque f.* In Incert. *o. omnes quæ profuit.* Latere quid videtur, quod, quale sit, nescio. *Fuit* certe non mutandum, ut obvium in descriptione mortis. Neque etiam cum N. Heinsio addi placet, *subulcique*, ad Ovid. Ep. Her. XVII. 192. Quod adtexi voluit, quia cur eos omitteret, caussam non videbat vir acutus. Contra ego nullam caussam video, cur eos Mss. invitis addamus. In Flor. N. III. 'Virgilianus opilio seu bubsequa.' Junt. *bus.* In Apol. p. 416. Ed. Flor. 'Virgilianos opiliones et bubsequas.' De Deo Socratis p. 672. 'Velut pastor, vel equiso, vel bubsequa.' Junt. rursus *bus.* Mss. multi *boseq.* Elm. *bobs.* Sed in Ind. *bubsequa*, ut apud alios et in Glossis. *Idem.* *Equisones, opilionesque, et bubsequæ*] Vide olim ad Apologiæ p. 23. notata. *Pric.*

PAG. 153 *Fuit c. nobis quam misella*] Gruterus sic distinguit, *fuit Ch. n. quoniam misella.* Elmenh. Scilicet post *nobis* distinguit Grut. lib. I. Susp. c. 14. Quam nollem perdidisset conjecturam; aut excidisset N. Heinsio substituere τὸ *inquam*, loco Ovidii citato. Præcedit 'sic annunciabat.' Idem 'quam misella,' quod miserrima. Intendit enim significationem vox *quam* positivo juncta æque ac superlativo apud Nostrum aliosque sæpissime. Adi ad lib. III. p. 46. In Pith. *que.* Oud.

Nec vero incomitata Manes adivit] Æneid. IV. 'Comitemne sororem Sprevisti moriens?' et XII. 'Et misero fratri comes ire per umbras.' Titinnius statim interfecturus se, ad Cassium jacentem: 'Accipe me fati tui comitem.' Ovid. in Eleg. ad Liviam, de mortui Neronis Drusi comitibus: 'Quorum aliquis mœstus tendens sua brachia, dixit, Cur sine me? cur sic incomitatus abis?' Statius ad Priscillæ Manes de Abascanto: 'Rupisset tempora vitæ, Ne tu Tartareum Chaos incomitata subires.' Clotho in ludo Senecæ de morte Claudii: 'Hos tres uno anno, exiguis intervallis temporum divisos mori jubebo: nec illum' (Claudium) 'incomitatum dimittam.' Frequentius hæc et hujusmodi notamus, ut eximia nostri Auctoris eruditio, servatæque diligentius proprietates legentibus elucescant. *Pric.*

A capite] Aristoph. Pluto Act. III. Sce. 5. τὰ πράγματα Ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ. *Elmenh.*

Quibus stylum F.] Mss. quidem longe plurimi cum Edd. Junt. post. Colv. Vulc. Wow. Pric. exhibent *stilos.* Guelf. pr. *stilo.* Sed cum Bertino Florentini, Pith. et Edd. priores, ut Elmenh. ostentant *stilum.* Quod metuebant forsan librarii ne Latinum esset ob pluralem *quibus.* Verum multo elegantius est. *Singulis* enim *unus* sufficit. Adi me ad lib. II. pag. 26. 'Cœrulos columbarum colli flosculos.' Burm. ad Virg. G. I. 267. 'fruges nunc frangite saxo.' Cave vero, ne pro *Fortuna* rescribas *natura*, quia hæ voces creberrime confunduntur, ex Lampridii Heliog. c. 35. 'Te vero, Auguste venerabilis, multis paginis, iisque disertioribus illi prosequentur, quibus id feliciter Natura detulerit.' Hic enim loquitur servus, cujus *Fortuna* non patiebatur histo-

riam scribere, quod est *ingenuorum*, vel eorum saltem, quibus plus otii et facultatum *Fortuna* concesserit. *Oud.*

In Historias speciem] Temere Colv. cum M. Bas. sec. Vulc. Wow. Pric. ejecerunt præpositionem *in*, exsulantem forsan quoque a Palat. Tam contortis adpositionibus uti non solet Auctor; et alterum 'in modum,' 'faciem,' 'similitudinem,' &c. similia crebro adhibet. Quare cum Florido auctoritate ceterorum Mstorum et Edd. restitui τὸ *in*. Idem. *Quæque possent merito doctiores, quibus stilos Fortuna subministrat, in historiæ specimen chartis involvere*] Pacatus fine Panægyrici: 'Ad me longinquæ convenient civitates, a me gestarum ordinem rerum omnis stilus accipiet, &c. compensabo Tibi istam (Imperator) injuriam, si cum de Te nihil ipse dixerim quod legendum sit, instruam quæ legantur.' Ausonius Panægyrico: 'Qui dicturi estis laudes Principis nostri, habetis velut seminarium, unde orationum vestrarum jugera compleatis.' Vopiscus in Probo: 'Illud tantum contestatum volo, me et rem scripsisse, quam, si quis voluerit, honestius eloquio celsiore demonstret.' Idem in Carino extremo: 'Habe mi amice meum munus: quod ego, &c. non eloquentiæ causa, sed curiositatis, in lumen edidi: id præcipue agens, ut si quis eloquens vellet facta Principum reserare, materiam non requireret, habiturus libellos meos ministros eloquii.' Cicero de Cæsare: 'Dum voluit alios habere unde sumerent, qui' (melius *si qui*) 'vellent historiam scribere.' *Pric.* *Quibus stilos Fortuna subministrat*] Lampridius in Heliogabalo: 'Te vero Auguste venerabilis multis paginis, iisdemque disertioribus illi prosequentur, quibus id feliciter Natura detulerit.' A. Gellius VI. 8. 'Sed hanc utramque declamatiunculam, &c. celebraverint quibus abunde et ingenii, et otii, et verborum est.' *Id.* *Charitis*] Emendo, *chartis*: ut sit sensus, se cuncta velle referre, ut historici possint chartis et libris ista conscribere. Occulte denotat semetipsum, a quo hæc chartis involvuntur, et historico stylo conscripta posteris produntur. *Beroald.*

Equo clarus] 'Equo clarus' hic significare equestris ordinis virum, et equo publico honoratum, tunc credam viris doctis, quum probarunt, *equum* simpliciter ita umquam usurpatum esse, sine adjuncta quadam dignoscendi nota. Neque etiam, quod sciam, in ullo reperitur Codice, ut male scribit Colvius. Beroaldi est correctio; cum ille in Mss. quibusdam, ut ait, invenerat *loco*, quod posset exponi, 'domi suæ et in patria civitate;' vel de ordine, munere, dignitate et magistratu potius sumi, quo fungens effulgebat, utpote natalibus prænobilis. Sic passim 'locum capere,' 'tenere in rep.' Liv. lib. IV. c. 57. 'primoribus patrum splendore gratiaque ad petendum præparatis, omnia loca obtinuere.' Vide Gron. c. 16. Comm. ad Sueton. Aug. c. 54. 'Contradicerem tibi, si locum haberem;' ut et Burm. ad Quinct. lib. VI. Inst. Orat. c. 3. p. 547. 'Tu enim non times, ne locum perdas.' Et huc facit adjectivum *clarus*, quod senatoribus et magistratibus loci conditione splendidis tribuunt Romani epitheton. Quare ego τὸ *loco* amplexus sum, donec certius quid e Mss. producatur. Sed vox *locuples* videtur eam extrusisse. Seq. τῷ *loco* favent etiam Mss. Flor. et Ed. Vicent. *quo*, in Ed. Rom. *eoque*, quod placuit N. Heinsio ad Ovid. lib. XIV. Met. vs. 208. Sic certe *eorum* in *equorum* abiit apud Frontin. lib. II. c. 5. § 31. At in Mss. Fux. Pal. Oxon. Guelf. Reg. Lips. et D'Orv. est *qui*: unde Lipsius margini adlevit *æque*. Mallem hinc formare *loci*; ut *clarus* Genitivo junxerit, sicut passim alia Adjectiva, et

statim 'pecuniæ locuples.' Vide Ind. Not. Pro *clarus* in Reg. etiam *chartis*. Oud.

Et pecuniæ simul satis locuples] Flor. *pecuniæ simul fuit satis l.* Elmenh. Errat Elmenhorst. In Flor. et Pith. est, *eo p. fuit satis loc.* sicut et in Ed. Vicent. excusum *eo:* quasi voluisset Auctor illum eo loco et munere satis pecuniæ habuisse, sicut natalibus, genere, et possessionibus propriis erat locuples. Alioquin enim notum est e Nonio pag. 42. et Comm. ad Quinct. lib. v. Inst. 10. p. 412. 'pecuniosum' et 'locupletem' differre. Utrumque delebat Heinsius d. l. Dein *simul*, quod primus pro *fuit* restituit Colvius, dant ceteri Mss. præter Fux. Flor. Oxon. et Pal. in quo *fuit valde loc.* In Guelf. sec. Edd. Vett. *fuit satis l.* Sed neutrum nec *fuit* nec *simul* comparet in Guelf. pr. Edd. Col. et Bas. pr. unde illa nota. Posset hic refingi, *Eoque pecuniæ simul fuit satis loc.* *Locuplex* etiam in D'Orv. Pith. Fux. et Ed. Junt. pr. ut passim. Vide Voss. de Anal. lib. I. 42. *Oud.* *Juvenis natalibus prænobilis, &c. pecuniæ satis locuples, sed luxuriæ popinalis, &c.*] Gracchus apud Gellium VII. 11. de adolescente Lucano quodam: 'Apprime summo genere natus, sed luxuria et nequitia pecuniam magnam consumpserat.' In versu Græco: Πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς εἰσὶν κακοί. De Clodio Plutarchus: Γένει εὐπατρίδης· πλούτῳ καὶ λόγῳ λαμπρός· ὕβρει δὲ καὶ θρασύτητι τῶν ἐπὶ βδελυρίᾳ περιβοήτων οὐδενὸς δεύτερος. *Pric.* *Equo clarus, et pecuniæ simul satis locuples*] Oxon. *Quo clarus, et pecuniæ fuit satis locuples:* quo accedit Vicentina editio: 'Pecuniæ satis locuples,' est, εὖ χρημάτων ἔχων, οὐ μέν τοι ὑπερπλουτῶν, ut lib. LIX. Dio Cassius locutus. *Id.* *Equo clarus*] Equitem, equestrique claritudine nobilem fuisse significat. Quidam codices habent, *loco clarus:* ut loci conditione splendidum fuisse demonstret. *Beroald.* *Luxuriæ popinalis*] Nonnius Marcellus: 'Popinones, quos nunc dicimus tabernarios: vel luxuriosos qui se popinis dedunt.' *Pric.*

Et diurnis pot. exercitatus] Nobil. Heinsius d. Ovidii loco conjecit *diutinis*. Sicut hæ tres voces perpetuo in Mss. confunduntur, et sæpissime Appuleio. Vide Ind. Not. Verum tamen non temere mutem vulgatum. 'Diurnæ potationes' capi possunt pro tempestivis, quæ vel de medio die fiunt, vel in diem usque protrahuntur. Vide Curt. lib. VI. c. 2. Huc pertinet lib. IX. p. 186. 'Matutino mero, et continuo stupro corpus manciparat.' Alibi, 'mero et prandio matutino saucia.' Quidquid sit, multo minus mihi probatur ejusdem Heinsii ingeniosa quamvis conjectura *exesitatus*, sive opibus contritis exhaustus. Quo putat apertiorem reddi caussam, cur se latrociniis addixerit, nempe quia iis rebus bona abligurrierat, et ad inopiam redactus erat. Verum *ob id* facile intelligas pertinere ad ingenium ejus, ob quod talibus se adjungebat hominibus, cum quibus scortari et potare poterat, licet satis locuples et privatis opibus et munere publico maneret, et ideo etiam 'eximia munera parentibus' Charites mittere possit, ut sequitur. *Exercitatus* autem dicitur homo quacumque re, quam frequenter agit, etiam pessima. Vide hic Pric. et ad lib. IX. p. 203. 'multis flagitiis exercitatus.' Sallust. B. Catil. cap. 6. 'Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, &c. grata fuere. Ibique juventutem suam exercebat.' Cic. XI. Catil. cap. 5. 'scelerum et stuprorum exercitatione adsuefactus.' Herodian. lib. II. c. 2. ἁρπαγαῖς τε καὶ βίαις ἐγγεγυμνασμένους. Atque ita passim Græci. *Exerc. pot.* Pith. *Oud.* *Scortisque et diurnis potationibus exercitatus*] Apud Suidam v. ἐφῄδοιτο, de nescio quo Ælianus: 'Ρᾴθυμον καὶ λαγνὸν βίον, τὸν εἰς ἑταίρας καὶ πότους

προηρημένῳ. In Apologia: 'Puer hoc sævi inter scorta et pocula,' &c. Plutarchus de Themistocle: Ἐν πότοις καὶ γυναιξὶν ἐκυλινδεῖτο. sic, 'scortari et potare,' Terentius Adelph. junxit: et bene, 'exercitatus scortis.' Plautus Bacchid. 'Saliendo se exercebant magis quam scorto:' sic, 'exercere scortum,' Idem in Amphitryone. Terent. Phorm. III. 1. 'A sua palæstra exit foras:' ubi Donatus: 'Bene palæstram ejus dixit lenonis domum, in qua est exercitus' (melius *exercitatus* legas) 'amator assidue.' Suetonius de Tiberio: 'Infantiam pueritiamque habuit luxuriosam et exercitatam.' *Pric.*

Manus infectus] Duriusculum hoc eidem Heinsio videbatur: quare reponi malebat *manum*. Id si scriptum legeretur, certe non mutarem. Sed absque hoc retineo *manus*. Alia enim est pronunciato et sonus Accusativi pluralis in *us*, alia nominativi singularis: quod ex syllabæ quantitate patet. Ovid. lib. III. Am. 8. 22. 'Forsitan et quoties hominem jugulaverit, iste Indicet. Hoc fassas tangas avare manus?' Adde Pric. *Infectas* Pith. Fux. *Oud.* *Nec non manus infectas humano cruore*] Lib. I. 'Cruore humano aspersum atque impiatum.' Firmicus VI. 31. 'Latronem, et humano semper cruore perfusum.' Salvianus de sui temporis moribus: 'Quis est aut humano sanguine non cruentus, aut cœnosa impuritate non sordidus?' Et bene in hujusmodi argumento *infectas*. Tertullianus in de Baptismo: 'Quisquis se homicidio infecerat,' &c. Propertius: 'Infectas sanguine habuisse manus:' pro quo apud Senecam Tragicum, 'Hominum cruenta cæde pollutas manus:' vide et Festum in 'Impias.' *Pric.*

Idque sic erat, et fama dicebat] Communem lectionem, nec eam ineptam, ut ipse fatetur Pricæus, putant tamen in meliorem mutari posse refingendo: *Isque sic erat, et fama dicebatur*. Heinsius vel glossema esse, vel rescribendum, ibidem opinabatur: *isque hic erat, ut et fama dicebatur*. Alius vir doctus conjecit: *Idque sic erat, ut fama dicebat*. Non male *isque* reponas. Sive, *et is ita vivebat*, *sic vita ejus erat*. Ut apud Plaut. et Terent. sæpius 'sic sum,' 'sic est.' Nisi malis: *Idque, sicut erat, et* pro *etiam*, *fama dicebat*. Certe *et fama dicebat*, sive testabatur, nequaquam est mutandum. Ait Auctor, eum tali vita fuisse, nec tacite vel clam, sed et istius vitam turpem civibus innotuisse, fama *dicente*. De qua locutione vide tum alios, tum me ad Sueton. Cæs. cap. 33. 'fama distulit.' Ita passim 'fama loquitur.' *Oud.* *Idque sic erat, et Fama dicebat*] Hæc est communis lectio, nec inepta ea: quam tamen sæpius putavi in meliorem sic mutari posse: *Isque sic erat, et fama dicebatur*. Ovid. Metam. VII. 'Felix dicebar, eramque.' Suidas: Ἡ μὲν κλέος, ἠδὲ καὶ ἦσθα· Ἐπὶ τῶν ὁμοίων τῇ περὶ αὐτῶν φήμῃ. Themistius IV. Orat. Σοφισταὶ ὁμῶς, καὶ ᾔσθην καὶ ἐλεγέσθην. Simplicius de Diogene et Heraclito: Ἄξιοι θεῖοι ἦσαν, καὶ ἐλέγοντο. Eunapius in Ædesii vita, de Sapore Rege: Τυραννικὸς καὶ ἄγριος, &c. ἦν τε ἀληθῶς, καὶ ἐξηγγέλλετο. Horatius: 'Si curas esse quod audis:' ubi Scholiastes: 'Si talis es qualem te Fama testatur.' In Excerptis e lib. V. Pachymerii: 'Quædam de aliquo dicuntur, et sunt: quædam nec sunt, nec dicuntur: quædam dicuntur, sed non sunt: quædam contra sunt, sed non dicuntur.' *Pric.*

Cum primum Charite nubendo maturuisset] Cum esset 'Jam matura viro, jam plenis nubilis annis:' infra lib. X. 'Ubi flos ætatis nuptialem virgini diem flagitabat.' Plato in Critone: Ἤδη εἰς ἀνδρὸς ὥραν τῆς κόρης ἡκούσης. Hesychius: Ὥρᾳ γάμων· ἐν ἀκμῇ γάμων. Idem: Ἐπιτελής· ὡραία γημᾶσθαι. *Idem.*

Is genere] Ineptam hanc lectionem, quam primus intrusit Colvius, confirmatam a Pál. Oxon. Reg. Fux. D'Orvill. (in quibus esse videtur *is genere juris*) Guelf. in quorum primo *hiis*, miror a seqq. Editoribus temere esse receptam, neque priorem elegantissimam *id genus*, quam merito probavit et explicuit bene Beroaldus, ab ullo hic esse vindicatam: nisi quod Sopingius in Colv. Ed. margine id præstiterit. Reservata scilicet erat hujus loci vindicatio egregio N. Heinsio ad d. Ovidii locum, et Claudiani finem. *Id genus*, quod Pithœanus Codex servat quoque, plane Appuleianum esse, docebo pluribus ad lib. XI. p. 244. 'Alio genere facium lumine.' Male hanc elegantiam quidam tollunt e Minucio Fel. c. 19. 'Hoc genus cetera, rerum vocabula esse, non hominum.' Corrigendus etiam est Ausonius Epig. 140. 'Et si genera qua civium sunt id genus.' Sic citavi, ne lex Pedia laboret. Gronovii nota, credo, ibi vitio operarum vel Tollii fœdata. Secundus iambi pes non potest esse dactylus. In marg. Bas. sec. *id genere. Oud.* *Id genus*] Ejus generis, scilicet procorum: vetus et perquam elegans locutio, 'id genus,' 'hoc genus,' pro hujus generis, et illius generis: hac locutione scatent volumina eruditorum. *Beroald.*

Parentes invitaret: judicio morum t. improbatus] Lipsiani codicis lectioni, quam post Colvium admiserunt omnes, adstipulantur D'Orv. Pal. Oxon. Fux. Inc. Guelf. Reg. probatque Pricæus vel ob Tit. Codicis, 'de repud. et judicio morum sublato.' Sed vero omnibus modis efficacius, elegantius, magisque Appuleianum est, quod servant alii, in quibus Florent. Pith. et Bert. cum Edd. prioribus, *parentum invitaret judicium, morum t. inprobatus.* Quod merito revocari jussit N. Heinsius ibidem. Nisi malis poëtice *judicia* cum Pithœano, ut adlevit Salmasius. 'Invitare parentum judicium' est muneribus eos adlicere, ut secundum se de filia pronunciarent. De verbo 'invitare' hoc sensu, etiam cum rei substantivis constructo, vide ad lib. VII. p. 147. 'voluptates invitat,' ut vulgo male legitur, et Drakenb. ad Liv. lib. II. c. 42. 'largitiones temeritatisque invitamenta.' Tum *morum inprobatus* pro morum caussa, ob mores, ἕνεκα, unice verum est. Passim tales Genitivos, non solum cum meris adjectivis, sed et verbis ac participiis, jungere amat Auctor. Adi me ad lib. IV. p. 78. 'viæ fatigati:' ad lib. V. p. 89. 'corporis curatæ:' ad lib. VII. p. 143. 'Adoreæ gloriarer:' item Heins. et Drakenb. ad Sil. lib. XVI. vs. 166. 'Animique probarat.' Immo lib. X. p. 216. 'Ætatis adprobatus.' *Oud.* *Eximiisque muneribus parentes invitaret, judicio morum tamen improbatus, repulsa contumeliæ fuerat aspersus*] 'Apud Veteres' enim 'in eligendis maritis non genus et pulchritudo tantum, sed et virtus spectabatur.' Cicero II. de Offic. Achilles Tatius de Callisthene: Προσελθὼν τῷ Σωστράτῳ (Leucippes patri) ᾐτεῖτο τὴν κόρην· ὁ δὲ βδελυττόμενος αὐτοῦ τοῦ βίου ἀκολασίαν, ἠρνήσατο. Roman. Vicent. et Aldina editt. *parentum invitaret judicium, morum tamen improbatus, &c.* quod vix probo tamen, vel ob Tit. Codicis: 'De repud. et judicio morum sublato.' *Pric.* *Repulsæ contumelia*] Phædrus: 'A quo repulsus' [*repulsæ?* J. B.] 'tristem sustinuit notam.' *Idem.*

In manum venerat] Fulvius mavult, *conven.* Sicut inf. pag. 129. 'Modo ne in Thrasilli manum sacrilegam convenias.' *Sciopp. in Symb.* Atque ita [sc. ut Fulv.] tacite ediderunt Wower. Pric. et Florid. quasi ex formula, quæ etiam bis apud Nostrum occurrit. Adi hic Beroald. et Pricæum ad lib. VI. p. 125. 'Rite Psyche in manum Cupidinis convenerat.'

Cic. in Top. c. 3. 'Una matrum familias earum' (Ms. Voss. *hæ sunt*, indicium glossæ) 'quæ in manum convenerunt, altera earum, quæ tantummodo uxores habentur.' Mart. Cap. p. 15. 'Nupturam Deo convenire non posse.' Contra O. tamen Mss. id in textum intrusum nolim. Hi enim cum ceteris Edd. dant simplex *venerat*. Sic alibi 'venire in complexum.' Ovid. lib. II. Art. 579. 'veniunt ad fœdus amantes.' Apud Gell. lib. XVIII. c. 6. 'In matrimonium venisse.' Quin etiam 'in manum' et 'manus venire' dicuntur illi, qui in potestatem alterius concedunt, uti 'in manum convenientes sponsæ.' Confer, quæ congessit Drak. ad Liv. lib. II. c. 46. 'pugna in manus venerat.' *Oud.* *In manum venerat*] Id est, denupserat Lepolemo, ejusque uxor facta erat. Quod autem ait, 'in manum convenerat,' usus est verbo nuptiali, ex ritu scilicet consuetudineque priscorum: et ut id quod dicitur planius fiat, scito duobus modis uxorem haberi solitam, usu et coëmptione. Nam confarreatio, de qua suo loco dicetur, solis pontificibus conveniebat: quæ in manum per coëmptionem convenerant, eæ matresfamilias vocabantur: quæ autem usu, nequaquam. Coëmptio certis solennitatibus peragebatur, et sese in coëmendo invicem interrogabant, vir ita: An mulier sibi materfamilias esse vellet? illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, utrum vir paterfamilias esse vellet? ille respondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, et vocabantur hæ nuptiæ per coëmptionem, et erat mulier materfamilias viro loco filiæ: auctor Ulpianus, et post Ulpianum Boëtius in commentariis Topicorum: qui alio quoque loco tradit, quod bona mulieris post ejus mortem vir adipiscatur, quæ in viri manum convenerit: efficitur enim per in manus conventionem, ut quæcunque sunt mulieris, viri fiant dotis nomine. Hanc solennitatem nuptiarum signavit A. Gellius, cum ait: 'Matremfamilias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manum mancipiumque venisset.' Hoc idem denotat Servius Maronianus interpres, scribens in XI. commentario: 'Matremfamilias dici, quæ in matrimonio convenit per coëmptionem, per quandam juris solennitatem.' Triviales magistri et minuti Grammatistæ, quorum Deus est Servius, legentes hæc Serviana annotamenta, hallucinantur atque cæcutiunt: apud quos commentator commentatore, interpres eget interprete: qui nostra quoque interdum vellicant, quia scripta non sunt verbis vulgariis, et stylo rubiginoso. De hac coëmptione conjugali, qua uxor in mariti manum conveniebat, intellexit poëta illo versu: 'Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.' Hic autem ritus sic peragi solebat. Nubentes asses tris ad maritum venientes ferre solebant, atque unum quem manu tenerent, tanquam emendi causa, marito dare; alium, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium ponere; tertium, quem in marsupio condidissent, compito vicinali resonare. *Beroald.*

Permiscens] Planior lectio est, *reminiscens*. Idem. *Denegati thalami permiscens indignationem*] 'Manet alta mente repostum Judicium *morum*, spretæque injuria *vitæ*.' Pric.

Cruento facinori quærebat accessum] Ἐζήτει εὐκαιρίαν ut Matth. 26. 16. Luc. 22. 6. *Idem.*

Nactus d. præsentiæ suæ tempestivam occ.] In Oxon. et utroque Guelferb. Codd. est *tempestillam*; non vero in illis *pestilam*, ut ait vir doctus in Miscell. Obs. vol. II. p. 394. refingens inde *persubtilem*. Sed vide ad lib. IV. p. 65. 'subtilem occasionem nactus.' Huc referri forsan possit 'sollertia somni' lib. XI. p. 253. Sed nec hoc, multo minus *pestibilem*,

quæ vox in Cod. etiam occurrit, placet. Vel ipsa Codicum lectio sequenda, vel nihil novandum potius. In Pal. Guelf. sec. et Coll. Voss. *nactusque*, item in Pal. Guelf. sec. *præsentia sua*. In Guelf. pr. *nam cunctus d. s. t. o. præsentiæ*. Oxon. *naptus d. t. o. præsentiæ*, sine τῷ *suæ*. Haud male. *Oud.* *Nactus denique, &c. tempestivam occasionem*] L. x. 'Nacta solitudinis damnosam occasionem:' et IV. 'Subtilem occasionem nactus:' infra hic: 'Nactus fraudium opportunum decipulum.' *Pric.*

Sceleri, &c. accingitur] Donatus ad v. 8. Eunuchi: '"Accingor" dicimus in rebus magnis suscipiendis.' Servius ad Æn. I. 'Accingunt se: studiose parant:' infra hic lib. IX. 'Ad expugnandum tenacem domus disciplinam totis viribus accingitur.' *Idem.*

Infestis mucronibus] Vide supra pag. 3. adnotata. *Idem.*

Turbæ gratulantium, &c. permiscuit sese] Donatus ad v. 8. Eunuchi: 'Multi se fingunt gratulari, cum invideant; gaudere, cum dolent.' In excerptis vet. Glossarii: 'Turba lætantium, χορός.' *Idem.*

Salutique præsentia f. s. n. m. gaudibundus] Recte puto Scriv. ac Florid. recepisse Lipsianam emendationem, quæ et Groslotio in mentem venit, *præsenti ac fut.* pro qua conjunctione Salmas. Wow. et Pric. non debuerant supponere *et*. In ceteris Edd. et Mss. O. sine sensu est, *salutique præsentia fuit*. In Inc. *salutarique pr. f.* Nec, quid sit 'salutaris præsentia,' intelligo. Gratulabatur eis 'præsentem salutem,' quod manu latronum erepta esset, et vovebat, 'futuram subolem' novis maritis. Notandum vero, *gaudibundus* jungi dativo casui, pro quo lib. I. in fine habet genitivum, 'voti gaudeo:' al. *gaudebundus* in Fab. Thes. quod significabit 'cum gaudio adplaudens saluti.' *Oud.* *Gaudibundus*] In aliquo vetusto auctore id videtur reperisse Appuleius, ut 'lætabundus,' 'ludibundus,' et alia, de quibus consule Gellium lib. XI. cap. 25. *Idem.* *Salutique præsentia*] Videtur legendum, *salutarique præsentia*. Beroald. *Gaudibundus*] Scribendum *gratulabundus* puto. *Pric.*

Ad honorem splendidæ prosapiæ] Vulgo hæc verba jungunt τῷ *receptus*, et exponunt, 'ut prosapia atque dignitas Thrasylli postulabat;' dubitat tamen Pricæus, an hæc eo sensu Latina sint. Nequaquam ego adfirmare ausim. Nec enim hæc ad 'receptus' pertinent, verum ad 'soboli gaudibundus,' quamvis voveat Thrasyllus 'in honorem generis Tlepolemi et Charites;' uti eorum splendida prosapia ex nova subole crescat et augeatur honore. *ac h.* Fux. *Oud.* *Ad honorem splendidæ prosapiæ inter præcipuos hospites, &c. receptus*] Si vera ista scriptura, quæ mihi parum Latina videtur, 'Ad honorem splendidæ prosapiæ,' valet, 'Ut prosapia atque dignitas ejus postulabat:' ut infra lib. X. loquitur. *Ejus*, intellige Thrasylli, non Tlepolemi. *Pric.*

Occultato consilio sceleris, amici fidelissimi personam mentiebatur] 'Tuta frequensque via est per amici fallere nomen.' Vide sub initium libri VII. notata, ad ea: 'Virum bonum commentitus.' 'Occultato' (inquit) 'consilio sceleris.' Augustinus in Psalm. 119. de doloso homine: 'Obtento velo probitatis et mansuetudinis, sæpe virus occultat.' *Idem.*

PAG. 154 *Cœna poculoque communi carior cariorque factus*] Theophylactus ex persona Christi. Luc. 22. Ἐξ ἑνὸς ἄρτου ἐφάγετε, καὶ ἐξ ἑνὸς ποτηρίου ἐπίετε· φίλους ὑμᾶς καὶ ἑνωμένους ἡ μία τράπεζα ποιεῖ. Homerus: Ἐπεί οἱ ἑταῖρος ἔην φίλος εἰλαπιναστής. 'Communis cœna' heic, ut apud Euripidem κοινὴ τράπεζα. et Chrysologum Serm. 171. 'mensa, ac convivium commune.' *Idem.* *Carior cariorque*] Vide Scaligerum ad ea Tibulli pag. 167. 'candidior candidiorque.' *Idem.*

In profundam ruinam Cupidinis sese præcipitaverat] *Rimam* divinavit Groslot. Barth. lib. XXXIII. Adv. c. 12. ex veteri, ut ait, codice, reponebat *rogmam* seu ῥωγμὴν, i. e. voraginem. Sed ego nullos Mss. aut editos vidi, in quibus non legeretur *Romam*, vel *ruinam:* quod præter Bemb. et Fulv. Codd. exstat etiam in Oxon. D'Orv. Pith. Guelf. pr. et Par. Audacius proposuit etiam Pricæus legendum, *in profundum Cupidinis*, ut lib. v. pag. 100. 'in profundum calamitatis se præcipitare.' Verum e similibus Appuleii locis de vera hujus lectione disputandum non est. Eamdem hanc sententiam ejusque adfines variavit sæpissime. Lib. II. p. 23. 'Amoris profundi pedicis æternis alligat.' pag. 29. 'Et prorsus me in ipsum barathrum saltu concito præcipitare.' pag. 37. 'Cum me somnus profundus in imum barathrum repente demergit.' Catull. c. LXVII. 107. 'tanto te absorbens vertice Amoris Æstus in abruptum detulerat barathrum.' Adde Pricæum. *Foveam* cum Ber. et Ald. ediderunt etiam Junt. et Colin. *Ærumnam* edidit Vulcan. Ed. sec. quod et adscripsit Vir d. Ed. Vicent. Sed mihi præ omnibus placet lectio Ms. *ruinam*, quam jam amplexi sunt in contextu Wow. Elm. Scriv. et Flor. Huc trahi possunt et *libidinis labes* vel *casus*, de quibus vide ad lib. VI. p. 124. ac 'fidei præcipitium' lib. IX. p. 187. et 'ruina mentis' apud Ovid. Ep. XII. 33. 'Præcipitare se in ruinam' est fere idem ac ruina, sive lapsu præcipiti demergere se, vel opprimi casu, de quo egi ad Hirt. B. Alex. c. 31. et Sueton. Calig. c. 57. 'proripiens se ruina.' Sopingius per *forinam*, ni fallor, intellexit canalem seu tubum instar eorum, quibus sordes deluuntur. Quo trahunt Inscript. Grut. p. IX. n. 5. 'Genio forinarum.' Nam male eo adtulit locum Apollin. Sidonii lib. I. Ep. 5. Illic bene editur *formas*, sive aquæ canales forma structili; quod multis exemplis confirmarúnt J. Savaro, Sirmondus, et maxime Polenus ad Frontin. de Aquæduct. pag. 143. 'Formas rivorum perforant.' Pith. *Cupidis*. Oud. *In profundam ruinam cupidinis sese paulatim nescius præcipitaverat*] Magis placeret mihi, *In profundum cupidinis*, extrita intermedia vocula: sic v. 'in calamitatis profundum præcipitare se:' apud Valer. Maximum IX. 1. 'in profundum turpitudinis cadere:' et apud Eundem II. 10. 'in profundum miseriarum abjici:' at cum *ruinam* Oxoniensis Ms. habeat, eorum qui *rotam, ærumnam, rimam*, &c. voluerunt, præterhabitis conjecturis, τὸ *ruinam* (quod et Scaliger, vel potius Faber reponendum existimaverunt) haud invitus amplector. *Ruinam* vocat, quod argumentis similibus alii 'barathrum,' 'abyssum,' 'charybdin.' Catullus: 'Tanto te absorbens vertice amoris Æstus, in abruptum detulerat barathrum.' Clemens Alexandrinus in Protreptico: Ἤδει γαργαλίζει ἡ συνήθεια, ἀλλ' εἰς τὸ βάραθρον ὠθεῖ. sic, εἰς λαγνείας ἄβυσσον ἐμβάλλειν ἑαυτὸν, v. 29. Isidorus Pelusiota: et, εἰς τὸ Σοδόμων βάραθρον καταποντίζειν τινὰ apud Suidam (v. σπάδων) Cyrillus Alexandrinus: sic, 'stupri barathrum,' Hieronymus in Epistolis. Anaxilaus de scorto Phryne: Τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω ποιεῖ, Τόν τε ναύκληρον λαβοῦσα καταπέπωκ' αὐτῷ σκάφει. Horatius: 'Ah miser, Quanta laboras in Charybdi!' quibus congruum, in re non dissimili, apud Sirachidem IX. 13. τῷ πνεύματι εἰς ἀπώλειαν ὀλισθαίνειν. quo tamen loco *αἵματι* Latinus legit. *Pric.* *Romam*] Dictio hoc in loco futilis, et nihil valens, ac intempestiva: pro qua substituito vel *rotam*, vel *foveam*: utrumque enim amori congruit. De rota Cupidinis auctorem habes Plautum, sic scribentem in Cistellaria: 'Jactor, crucior, agitor, stimulor: versor in amoris rota miser.' Foveam

autem et pedicas et casses dici, quis ignorat? translatione decentissima a feris facta, quæ foveis et cassibus capiuntur, irretiunturque. Itidem amantes irretiti lapsique tenentur. *Beroald.*

Paulatim nescius sese præcipitaverat] Cyprianus in de zelo et livore: 'Qui odit fratrem suum, &c. it nescius in gehennam.' Augustinus Confess. VI. 8. de Alypio in amphitheatro sedente: 'Ut vidit illum sanguinem,' (gladiatoris cadentis) 'immanitatem simul ebibit: et non se avertit, sed fixit aspectum, et hauriebat furias, et nesciebat:' et ibidem V. 13. 'Propinquabam sensim, et nescivi.' Bene autem hoc argumento *paulatim*. Infra X. de matrona libidinosa: 'Per admirationem assiduam, paulatim in admirabilem mei cupidinem Incidit.' Terent. Phorm. 'Amare cæpit:' ubi Donatus: 'Cæpit: non amavit: ut ostendat vim amoris non, &c. rem esse quæ semel suscipi possit.' Vide notata ad ea lib. V. 'Accedente consuetudine, et roborata affectione.' Bene et *præcipitaverat*. Plautus: 'Qui in amore Præcipitavit, pejus perit quam si saxo saliat.' Paterculus lib. II. 'A rectis in vitia, a vitiis in prava, a pravis in præcipitia pervenitur.' *Pric.*

Fomento consuetudinis exæstuans] *Extuans* Oxon. et Palat. Idem error est in nonnullis lib. X. p. 210. 'Immodice debacchatus amor exæstuabat.' Vide ad Sueton. Tib. cap. 72. 'ut exæstuarat adflatus aura.' Sed tamen in f. lib. VI. 'fœtore nimio nares æstuabit.' Contra lib. X. p. 213. 'magnis ærumnarum procellis æstuat,' in uno est *exæstuat*. Sed ibi perperam, ut patet lib. II. p. 40. 'populus æstuat, diversa tendentes:' ut passim Ciceroni, Livio, Suetonio, aliis. *Oud.*

Immodici ardoris et totos comburat] *Immodici ardoris totos*, quod est in Edd. Vett. defendi posset per Græcismum, ut si dicas ὅλος τῆς ὀργῆς, ἔρωτος, et similia; quomodo et 'totus iræ,' 'amoris,' &c. efferri possunt. Adi J. F. Gron. Obs. lib. I. cap. 24. Abresch. Lect. Arist. pag. 80. Burm. ad Valer. Flacc. lib. I. 207. 'Totusque Dei.' Cort. ad Plin. lib. V. Ep. 16. 'pietatis totus est.' Verum tamen hoc loco contra Mss. O. se mihi probare nequit. In Ed. Ber. inseritur *et;* in Bas. sec. *immodicis ardoris et t.* in Regio Fux. etiam est *adurit*. In Flor. et Lips. *adurat*, quod omnes recepere post Colv. Ego *comburat* e ceteris Mss. etiam Bertin. ac Pith. rescripsi: a qua veterum quoque Edd. lectione cur recedatur, nulla est caussa. *Idem.* *Cum flamma sævi amoris, parva quidem primo vapore delectet, sed fomento consuetudinis exæstuans, immodicis ardoribus totos adurat homines*] Lucretius: 'Primum Veneris dulcedinis in cor Stillavit gutta, et successit frigida cura:' infra lib. X. 'Sed mulier illa, quamdiu primis elementis Cupido parvulus nutriebatur, &c. facile ruborem tenuem deprimens, silentio resistebat: at ubi completis igne vesano præcordiis totis immodice debacchatus amor exæstuabat, sævienti jam Deo succubuit.' *Pric.* *Fomento consuetudinis exæstuans, immodicis ardoribus totos adurat homines*] Ovidius argumento isto: 'Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas, Et validas segetes, quod fuit herba, facit. Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras, Quo posita est primum tempore, virga fuit. Tunc poterat manibus summa tellure revelli, Nunc stat in immensum viribus aucta suis.' Apud Xenophontem παιδ. ε. Ἔγωγ' οὖν ταύτην ἑωρακὼς, καὶ πάνυ μοι καλῆς δοξάσης εἶναι, ὅμως παρὰ σοὶ εἰμὶ, καὶ ἱππεύω, &c. cui Cyrus: Ναὶ, μὰ Δί', ἴσως γὰρ θᾶττον ἀπῆλθες ἢ ἐν ὅσῳ χρόνῳ ὁ ἔρως πέφυκε συσκευάζεσθαι ἄνθρωπον· καὶ πυρὸς γάρ τοί ἐστι θίγοντα, μὴ εὐθὺς καίεσθαι· καὶ τὰ ξύλα οὐκ εὐθὺς ἀναλάμπει.

adde Clementis locum paulo supra adductum. *Idem.*

Quo vel cland.] *Quo* valet *qui*, vel quomodo. Vide ad Liv. lib. XL. 26. 'Si quo usui esse possit.' Cæs. lib. VI. Bell. Gall. cap. 11. 'Quo differant hæ nationes.' *Vel* significat saltem, duntaxat. L. hoc p. 169. 'Quare vel donemus eum:' ubi male a nonnullis exsulat. L. X. init. 'Quem provenisse tibi cuperes vel talem.' Flor. n. 18. 'Quæpiam vel parva querimonia.' Adi et Cæs. ad l. III. de B. Civ. c. 25. Deliberaverat, ut sive quo pacto saltem clam cum ea conloqueretur; cum et adulterare non posset, &c. Supra *liberaverat* Ed. Ber. *Oud.* *Quo, &c.*] Id est, quo pacto. *Pric.*

Magis magisque] Virgil. II. Æneid. 'Et magis atque magis:' ubi Servius: 'Iteratione sermonis fecit augmentum:' supra lib. II. 'Magis magisque cum æmulatione virium crebrius insultantes:' et III. 'Magis magisque ad indignationem erecti.' *Idem.*

Puellæ furatrinæ conjugalis incommodaret rudimentum] Sensum, quem Auctori adfingit Floridus, juvat nonnihil locus Ovidii Ep. XVII. vs. 141. 'Sum rudis ad Veneris furtum, nullaque fidelem (Di mihi sunt testes) lusimus arte virum.' Verum, ut locum desidero, in quo *incommodare* ponitur pro 'commodare,' 'præbere,' quomodo explicuerat Beroald. sic peto exemplum, ubi *rudimentum* adhibeatur pro *imperitia.* Locus sine dubio corruptus est. In D'Orv. et Pith. Codd. est *nutrimentum,* quod tamen nihil juvare videtur: nisi corrigas *rudimenti nutrimentum* vel *incrementum.* Suspicatus aliquando sum, num exciderit vox *thalami* vel *lecti* vel *tori*, aut e Fux. scribi debeat, *conjugalis inc. rudimentum nominis:* unde illa *glossa initium nominis* sc. quod *conjux* vocaretur. Sed donec certius præbeant Mss. placebit maxime viri docti ad Ed. Junt. post. marginem adlita conjectura *conjugale;* ac forsan *s.* adhæsit, corruptum ex *scilicet;* de qua vide ad l. III. p. 61. Constructio est: Rudimentum conjugale incommodaret furatrinæ seu furto puellæ. *Conjugale* vero *rudimentum* sunt primi conjugalis lecti seu nuptialis fœderis cum marito concubitus, et 'dulcis primordia tædæ,' ut ait Valer. Flacc. l. VIII. 402. quæ impediebant, ne puella Veneris furtum cum alio perageret, si vellet, quamquam non poterat velle. Ita sæpe Noster. Lib. VI. p. 118. 'Ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat.' L. VII. p. 142. de eadem Charite: 'Post unicam noctem et rudimenta Veneris, recens nupta,' &c. Apol. p. 547. Ed. Flor. 'Virgo adfert ad maritum pulchritudinis gratiam, floris rudimentum,' sive primitias virginitatis delibandæ.' Lib. IX. Met. pag. 190. 'novis amplexibus Amori rudi litabant, prima stipendia Veneris militabant.' Obstat tamen huic lectioni, quod jam diu illis *rudimentis* imbuta fuerit Charite. Quare priores conjecturas plane non nihili facio. Verbum *incommodare* eodem modo adhibet Auctor in Apol. p. 514. 'ne quid filiis suis eo nomine incommodaret.' Adi Gron. ad Gell. l. I, c. 17. 'nihilque incommodaretur:' uti etiam vidit legendum esse Muretus e Fulviano Cod. l. I. Ep. 6. ac confirmatur lib. VII. c. 17. 'cui quid ab eo incommodari et noceri potest.' *Oud.* *Et puellæ, si vellet, quanquam velle non posset, furatione conjugalis incommodaret rudimentum, &c.*] Ista quidem nec satis intelligere, nec in transitu emendare possum. *Pric.* *Furatrinæ conjugalis*] Furtivi concubitus. Martiali *furatrina* eleganti vocabulo, pro furto et re furtiva dicitur, eodem indicatu quo 'sutrina,' 'moletrina,' 'feratrina.' Veteres 'moletrinam,' ut id transeunter explanem, dixerunt pro pistrino, a molendo scilicet. *Ber.*

Contensiosa pernicie] Scripserim *pervicacia* vel *pervicie* a, pervico. Sed non urgeo pervicaciter. *Brant.* Perperam. Amat talem hypallages speciem Auctor pro perniciosa contentione. L. IX. p. 178. 'Pestilentiæ letalis pervicaci rabie possessus,' pro pestilentia letali pervicacis rabie: ubi itidem mutare conantur viri docti. L. X. p. 233. 'membrorum voluptatem' pro *voluptatis membris.* In Apol. p. 465. 'cothurnum facundiæ,' et alia, quibus adde Grævium ad Cic. Off. l. III. c. 7. 'a communi tamquam humanitate corporis,' ut vulgo legitur. Frequens is loquendi mos est Græcis. Xenoph. p. 258. σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πλείστων pro πλείστοις παρόντων. Ælian. l. IX. Anim. c. 42. καταμένουσιν εἰς τὴν τῆς ἐπιδημίας ἰσημερίαν. ubi sane unicus loci sensus est ἰσημερίας ἐπιδημίαν, ut malebat J. F. Gronov. Longus in Pastor. l. I. p. 11. Ed. Moll. Ὁ δὲ ἀνέβη ταῖς τῆς ὁλκῆς ταινίαις ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν. 'Adscendit vero manibus tænias, quibus trahebatur, subsequens.' Mollius voluit τῆς ταινίας, ut in sing. præcedit, ὁλκαῖς. *Oud.* *Ad hoc ipsum quod non potest, contentiosa pernicie quasi posset impellitur*] Heaut. II. 3. 'Haud stulte sapiens, si quidem id sapere est, velle id quod non potest contingere.' Seneca I. 3. de Ira: 'Concupiscunt homines et quæ non possunt:' de proximo autem rem præsentem illustrant ista Maximi Tyrii: Ἀκόλαστον πείθεσθαι μοιχεύων οὐκ ἐῶσιν αἱ ἐλπίδες, προστάττουσαι ἀνήνυτα πονεῖν καὶ ἀτελεύτητα. dissert. XXXVII. Hieronymus in Epistolis: 'Impatientia nescit modum, et desiderium non sustinet,' (οὐ μακροθυμεῖ) 'unde et nos obliti virium nostrarum, et, non quid possimus, sed quid velimus tantum cogitantes, cupimus,' &c. Terent. Andr. 'Nodum in scirpo quæris:' ubi Eugraphius: 'Rem quæ omnino esse non potest, nimia sollicitudine et cura inquiris.' *Pric.*

Quod nunc arduum factu videtur, amore per dies roborato, facile videtur effectu] Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον Ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον, Ἔρωτα· dixit nescio quis apud Euripidem. *Idem.* *Amore per dies roborato*] Lib. V. 'Accedente consuetudine, et affectione roborata,' &c. *Idem.*

Spectate denique, &c.] L. IV. 'Specta denique scænam meæ calamitatis.' *Id.* *Spe, ætate*] 'Spes,' quam Græci ἐλπίδα vocant, quæ sola in terris remansit, ut cecinit Hesiodus, cunctos ferme mortales fovet ac pascit: in primis vero amatores spe aluntur, quæ melius cras fore semper ait, ut inquit Tibullus. A Seneca quoque dictum est, 'O spes amantum credula.' Itaque *spes* et *ætas* juvenilis, quæ maxima sunt in amore præsidia, Thrasyllo persuaserant, facile effectu fore quod concupiscebat. *Beroald.*

Sollicitis animis intendite] 'Quæ dicam animis advertite vestris.' Infra lib. XI. 'Imperiis istis meis animum intende sollicitum.' *Pric.*

Prorupit inpetus] Lipsiano Cod. accedit forsan Pith. ac Colvio paruerunt Vulc. Wower. Pric. potestque indicativus satis defendi. In Reg. Fux. Guelf. D'Orvill. Palat. Oxon. est *proruperit*, ut edidere Elmenh. Scriv. Flor. Ego revocavi antiquarum Edd. lectionem confirmatam, præterquam a Florentinis, ab Fux. aliisque. Lineolæ sub *p* et super *n* exciderunt. Passim Noster cum optimis quibusvis auctoribus *inpetus* plurali numero adhibet. Lib. VI. p. 113. 'sævientes inpetus ejus mitigas.' p. 124. 'juventutis caloratos inpetus.' Lib. VII. p. 137. 'In eam furiosos direxit impetus.' Lib. XI. pag. 239. 'Triformi facie larvales inpetus comprimens.' Plura vide ad h. libri p. 163. 'dirarum bestiarum repigrantur inpetus:' ut in Mss. nonnullis: item ad Liv. lib. I. cap. 4. et Cæs. lib. I. c. 26. *Oud.*

Indagaturus feras, si quid tamen in capreis feritatis est] Æneid. IV. 'Feræ capræ:' ubi Servius: 'Capreæ.' Xenophon παιδ. I. Ἄρκτοι πολλοὺς ἤδη πλησιάζοντας διέφθειραν, καὶ λέοντες, καὶ κάπροι, καὶ παρδάλεις· αἱ δὲ ἔλαφοι καὶ δορκάδες ἀσινεῖς εἰσι. In vet. Onomast. 'Caprea, δορκάς.' *Pric.* *In capreis veritatis est*] Verba nullo intellectu consistentia sunt, dignaque obeli jugulatione. Itaque illis confossis, expunctisque, ista substitue, *In capreis feritatis:* ut sit sensus purus et lucidus, Lepolemum ivisse venatum, indagaturum quidem feras, sed mitiores, quales sunt capreæ, in quibus feritatis minus est, minusque periculi: et hoc faciebat, ut uxori amorabundæ sollicitæque de conjugis salute obsequeretur. Consimile consilium dat Venus Adonidi suo delicioso, apud Ovidium, monens ut lepores, cervos, capreas, tutæque animalia prædæ securus exagitet, abstineat apris, leonibus, ursis; neque feras, quibus arma dedit natura, lacessat. Usitata locutio est, et perinde elegans, si dicas, *Quod in capreis feritatis est:* pro, quæ feritas est in capreis. Capreas autem fugaces esse, exarmatæque feritatis, nemo non novit. *Beroald.*

Nec enim Charite maritum suum quærere patiebatur bestias armatas, &c.] Propertius: 'Incipiam captare feras, et reddere pinu Cornua, et audaces ipse movere canes. Nec tamen ut vastos ausim tentare leones, Aut celer agrestes cominus ire sues. Hæc igitur mihi sit lepores audacia molles Excipere, aut stricto figere avem calamo.' Adumbravit autem hæc sua Appuleius ex Ovidianis hisce in Veneris et Adonidis fabula: 'Hortaturque canes, tutæque animalia prædæ, Aut pronos lepores, aut celsum in cornua cervum: Aut agitat damas, at fortibus abstinet apris: Raptoresque lupos, armatosque unguibus ursos Vitat, et armenti saturatos cæde leones:' quibus statim subjunguntur ista: 'Te quoque ut hos timeas, si quid prodesse monendo Posset, Adoni monet: fortisque fugacibus esto Inquit, in audaces non est audacia tuta. Parce meo juvenis temerarius esse periclo, Neve feras, quibus arma dedit Natura, lacesse.' Oxoniensis, non *quærere*, sed *quatere* legit. *Pric.* *Armatas dente vel cornu*] Lactantius (cap. 2. de Opif. Dei) de animalibus loquens: 'Alia eorum, vel plumis levibus in sublimi suspensa, vel suffulta ungulis, vel instructa cornibus: quibusdam, &c. arma sunt dentes,' &c. 'Animalia ad nocendum armata' Seneca Epist. 121. dixit. *Idem.*

Frondosum tumulum] Guelf. sec. *fondosum*. Pal. *fundosum:* quod possit scriptum esse pro antiquo *frundosum*, ab substant. frus vel fros, frundis. Vide ad Cæs. B. Civ. l. III. c. 58. et in Add. Item Pier. ad Virg. Georg. l. II. 372. Toll. ad Auson. in f. Technop. ubi in veterrimis membranis exaratur: 'Aut de frunde loquens, cur dicit populea fros,' al. *frus*. Dein Mss. D'Orv. Guelferb. pr. et Oxon. *cumulum;* quod non displicet Pric. Mihi secus videtur. Nam præterquam, quod vere esse potuerit sepulcrum, nemore et arboribus de more incinctum, passim ita dicitur: 'montis, terræ tumulus.' Adi ad l. II. p. 34. VI. p. 118. 'montis petit tumulum.' *Cumulus* est factus, *tumulus* est naturalis, vel sepulcrum. *Oud.* *Frondosum tumulum*] Onomast. vet. 'Tumulus, λόφος.' Glossarium: 'Λόφος, ὑψηλὸς τόπος, tumulus, collis:' nec male in Oxoniensi, *frondosum cumulum*. Glossæ aliæ: 'Cumulus, collis, βουνὸς, φάραγξ.' lege, *Cumulus, collis, βουνὸς, Convallis: φάραγξ.* vel, *Cumulus, βουνός. Convallis, φάραγξ. Pric.*

Ramorumque densis tegminibus umbrosum] Hesychius: Δάσκιον, μεγάλως σκιάζον, διὰ τὸ σύνδενδρον καὶ δασύ. Pollux I. 12. § 10. de ramis: Συνηρεφὴς,

σύσκιοι, σύσκιοι, δασεῖς, βαθεῖαν ποιούμενοι σκιὰν, &c. 'Ramorum tegmina,' sunt quæ 'nexus ramorum' Tacitus in Germania vocat. 'Densis' hic, ut supra IV. 'marginem densis arboribus septam.' Glossæ: 'Δασεῖα, ἐπὶ ὕλης, densitas.' Ibidem: 'Δρυμὸς, nemus, saltus, condensum.' *Idem.*

Prospectu vestigatorum obseptis campis] In Guelf. Reg. Fux. Pith. et Inc. est *capreis*, quomodo conjecerat ediderat que Beroald. et cum eo Juntin. post. Quando sensus hic foret, vestigatores juxta frondosum tumulum prospexisse capreas, easque obsepivisse retibus, vel quia 'obsepiri' non fit 'retibus,' sed frondibus et ramis, pro *obseptis*, legendo *obsentitis*, quod novum etsi vocabulum, placuit tamen J. Vlitio pro 'sentium projectu sparsis campis,' ad Gratium vs. 49. 'Hæmonios includis sentibus apros:' et vs. 241. 'Aspretis medius qua clauditur orbis:' ubi et illum et Burm. vide, docentes, feras majores etiam 'sentibus' fuisse inclusas. Verum tunc malim *obsentis campis*, quod est in Palat. Guelf. sec. *absentis* in Par. Guelf. pr. Notum enim adjective 'sentus ager,' qui sentibus est frequens. Certe de 'capreis' hic cogitandum non esse, satis evincunt sequentia. Nulla enim erat caprea. Verum nec de venatione aprorum sumas. Hos enim minime quærebant. Aliud quid latet. Quid enim quæso significabunt 'prospectu obsepti campi,' eo sensu, quo Interpretes hæc accipiunt de 'cura' per vestigatores adhibita? quæ simplici voce 'prospectu,' ut capiebat Flor. exprimi nequit. Hoc sentiens, credo, Vulcanius adscripserat margini *præcinctu*: ut scilicet cum canibus, de quibus statim sequitur, totos præcinxerint seu præsepserint aditus. In Cod. Pal. Guelf. sec. est *prosceptu*. Urs. Oxon. Lips. *prosectu*. Fux. Guelf. pr. *prosectu*. Hinc posset quis conjicere, refingendum *objectu*, scil. frondium, sentium, ramorum, quibus velut indagine incluserant feras, ne ab alia camporum parte excitæ huc ad tumulum frondosum possent evadere, et post quæ frondium tegumenta se deinceps abscondere conantur; ut ait Auctor in seqq. Quando et legi posset *projectu obseptis agris:* de qua voce adi Heins. ad Virg. Æn. x. 587. Sic 'objectum frondium' dixit Mela l. II. c. 2. Verum nec *objectu* sine re, quæ objicitur, probare se mihi potest. Existimoque longe aliam esse Appuleii mentem, quam hucusque opinati sunt viri eruditi; neque obseptos esse campos per vestigatores, sed tumulum frondosum eripuisse vestigatoribus prospectum, eosque ramis densis inpeditos non potuisse prospicere; quare canes generosas indagini inmiserunt, ut si quæ laterent feræ excitarentur. Adeoque vel legendum, *umbrosum, a vest. prospectu obseptis campis:* unde forsan illud *umbroso*, vel *prospectu* esse Dativo casu sumendum pro *prospectui:* ut creberrime apud Appuleium. Vide ad l. I. p. 4. Infr. p. 156. 'vulnera similia prosectu dentium.' Campi ergo frondibus et ramis obsepti inpediverunt prospectum, ut 'aditum prohibet horreum validis claustris obseptum' l. III. p. 61. Eoque participio sæpius usus est Auctor. Vide Ind. Ac passim 'via,' 'iter,' 'campi obsepiri' dicuntur. Huc facit et Cæsar l. II. B. G. c. 17. 'Arboribus incisis atque inflexis, crebrisque ramis et rubis sentibusque interjectis effecerant, quo non modo non intrari, sed ne perspici quidem posset:' et c. 22. 'sepibusque densissimis interjectis prospectus inpediretur.' Liv. ait l. I. cap. 27. 'parti peditum conspectum intersepire.' *Oud.* *Prospectu vestigatorum, &c.*] Glossæ: 'Vestigator, ἰχνευτής.' Ulpianus l. XII. § 22. ff. de instruct. vel instrum. leg. 'Venatores, vestigatores,' &c. Vide Servium

ad ea Æneid. IV. 'Saltusque indagine cingunt:' et ipso Orig. libri x. fine Isidorum. In Oxon. et duobus aliis Mss. *prosectu*. Pric. *Obseptis campis*] Circumvallatis saltibus. Tale est illud: 'saltusque indagine cingunt.' Potes legere, *obseptis capreis*. Vestigatores enim in venatu capreas reliquasque feras obsepiunt, et indaginibus in arctum vallant. *Beroald.*

Canes, venationis indagini generosæ, &c.] Quod recepit et explicuit, probante Flor. Pric. *canes, venationis indagini generosæ mandatæ*, sive destinatæ ad generosam indaginem, primus in contextum tacite inmisit Wow. contra Mss. O. et Edd. priores, ipsamque Latinitatis rationem. Velim enim mihi dari exemplum hujus constructionis, *ille est mandatus ei rei* pro destinatus. Dein quid est *destinari indagini generosæ?* quod fieri nequit, nisi ipsæ canes sint *generosæ*: ad quas sine dubio ea vox est referenda, non ad *indaginem*: ut fecerunt Editores etiam alii, mox *partiti* circumferentes. Canes dicuntur *generosæ indagini* pro spectati generis et natæ ad indaginem seu indagandum; sive quæ sunt *generosæ indaginis*, ut habent nonnulli libri, ac *sollertis disciplinæ*. Quomodo conjecit aliquando Vulc. delens *venationis*, vel legens *venatici*. Sed frustra. Recte Pric. cepit *venationem* de ipsis feris. Adi etiam ad Front. l. III. c. 13. § 3. 'Venationi insuerunt litteras, membranis mandatas.' Et ita sæpe etiam sumitur 'venatus.' Consule Drak. ad Sil. l. VIII. 517. *Generoso* perperam est in Pal. Fux. Guelf. sec. Sed et in Mss. O. et Edd. præter Wow. Pric. Flor. *mandato*. Quod omnino rectum est. Non tamen ut jungas cum aliquibus, item Edd. Elmenh. ac Scriv. *mandato cubili residentes*. Nequaquam. Canes non residebant in cubili; sed bestiæ feræ. Construendum est cum Beroaldo 'mandato inmittuntur,' sive per mandatum, quod consistebat in hac re, 'invaderent bestias cubili residentes.' Vel absolute potest sumi *mandato*, seu postquam mandatum hoc erat, inmittuntur et laxantur. Hinc enim liquet, non audiendos esse Codices Lips. Reg. Pal. D'Orv. Inc. qui præbent *invadere*; quod tamen Colv. et seqq. secure receperunt. Fateor Latinissime posse dici *inmittor invadere*; sed tunc *mandato* plane abundaret, unde id in *mandatæ* contra Latinæ Linguæ genium deformavit Wow. At unice verum est *invaderent*, quod cum Edd. Vett. servant Mss. Flor. Bert. Fulv. Pith. planeque Appuleianum per ellipsin conjunctionis *ut*. Sicut recte vidit et explicuit Beroald. Sic l. IV. p. 80. 'Præcipiunt, solaretur alloquio.' v. p. 92. 'Præcipe, sistat.' p. 97. 'Præcipe, fungatur.' L. XI. 'præcipit, invinus essem.' Adde Pric. ad l. VII. p. 138: et alia ad l. IX. p. 178. Immo lib. X: p. 230. 'Ad uxorem mandat, saltem promissam mercedem mortis geminatæ deposceret:' ubi in recentioribus nonnullis prave inseritur *ut*. Sed alio modo legit vir doctus ad M. Ed. Colv. *canes venationis indagine generosa circumdato cubili residentes*. Oud. *Canes, &c.*] Est sensus: Canes sagaces ex seminio generoso ad indaginem venaticam comparatæ, immittuntur ad feras ex cubilibus latibulisque exagitandas. Nolito autem junctim legere, *Mandato cubile recidentes*: sed illud *Mandato*, per se sejunctum legas: namque denotat, immissos esse canes sagaces, ex mandato scilicet vestigatorum, ut scilicet invaderent bestias stabulantes in cubili atque latibulo. *Beroald.* *Canes venationis indagini generosæ mandatæ*] Constructio est, *Canes mandatæ v. i. g.* Mandatas, *destinatas* intellige: et *venationem*, *μετωνυμικῶς*, rem venatu quæsitam. Ad sententiam Theodoretus περὶ Προν. ϛ. Οὗτος (de cane loquitur) *ἰχνεύσαι θήραν ὑπὸ κυνηγέτου κελευόμενος, καὶ τῶν ὀσμῶν ἀντιλαμβάνεται, καὶ ταύτας οἷον*

ἴχνεσί τισι κατ' ἀκρίβειαν ἑπόμενος, οὐ πρότερον ἀφίσταται ἕως οὗ εὕρῃ τὸ θήραμα. *Pric.*

Partiti] Femininum genus optime confirmant Mss. O. ut bene Colvius cum seqq. rescripserunt, ac legendum patebat ex voce *generosæ*; quod miror a Beroaldo, qui cum Rittershusio ad Oppianum in Cyneg. p. 95. recte eam vocem explicuerat, non animadversum esse. Sed ita hallucinati sunt et ille et alii paullo infra, 'canum procaciores, quæ comminus contulerant vestigium, consectas interficit:' nam et illic vitiose dederant *qui*. Canes passim, quando de venatione agitur, in feminino genere occurrunt: ut vere monent Colvius, Rittersh. et mox Sciopp. Idque innumeris locis confirmari posset; sicut et nunc in usu est venatoribus. Consule Titium ad Gratii Cyneg. vs. 185. N. Heins. et Burmann. ad Ovid. l. III. Metam. vs. 140. pluribusque locis. Sic in Epigrammate Mnasalcæ, quod edidit L. Kusterus ad Suidam. v. Εἰνοσίφυλλον, Ἐγκονέουσα, &c. Εἴτε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ, πότνια, βαίνεις, Δεινὸν μαιμώσαις ἐγκονέουσα κυσίν. Sed tamen hujus libri fine 'canis venaticus:' et l. IX. init. 'canem rabidam invasisse canes venaticos.' Ceterum in Cod. D'Orv. exaratur hic *percitæ* q. mandato et memoria disciplinæ. Sed aptior huic loco videtur vulgata vox *partitæ*. Guelf. pr. *partire*. Dein *mussitatione* Guelf. Fux. D'Orv. &c. Pal. et *reditu* Oxon. Pro *sibi* in Pith. *sunt*. Oud.

Totos præcingunt aditus] Virgilius: 'Saltusque indagine cingunt.' Idem Ecl. VI. 'Jam claudite saltus:' ubi Servius: 'Ne scilicet latius evagetur, eoque minus investigari possit.' *Pric.*

Tacitaque prius servata mussitatione, &c.] Seneca Thyeste: 'Sic cum feras vestigat, et longo sagax Loro tenetur Umber, ac presso vias Scrutatur ore, dum procul lento suem Odore sentit, paret, et tacito locum Rostro pererret.' Et in Hippol. 'At vos laxas Canibus tacitis mittite habenas.' Horatius: 'Seu visa est catulis cerva fidelibus:' ubi vetus Scholiastes: 'Sagacibus: vel silentium in vestigando servantibus.' Pollux Onomast. v. 10. aut bonæ canis esse φροντίζειν μὲν κατὰ τὴν ζήτησιν τῶν ὀσμῶν, ἡσυχάζειν δὲ κατὰ τὴν εὕρεσιν τῶν ἰχνῶν. et Longus lib. II. ὑλακτεῖν, κακῶς πεπαιδευμένων esse. Arnobius II. 'Asellus et bos, usu atque assiduitate cogente, discit arare et molere, &c. canis, cum invenerit prædam, cohibere et continere latratum.' Oppianus Cyneget. II. Μηδ' ὑλάειν ἐθέλοιεν, ἐπεὶ μάλα θηρευτῆρσι Σιγὴ τέθμιός ἐστι, πανέξοχα δ' ἰχνευτῆρσι. Plinius VIII. 40. 'Qua' (fera) 'visa, quam silens, et occulta, quam significans demonstratio est! cauda primum, deinde rostro.' *Idem.*

Signo sibi repentino reddito, &c.] Plutarchus in de Deo Socratis: Οὐκ οἱ πολλοὶ κύνες τῶν θηρατικῶν σημείων, &c. συνίασιν, ἀλλ' οἱ μεμαθηκότες, εὐθὺς ἀπὸ σιγμοῦ τοῦ τυχόντος, τὸ προστασσόμενον αἰσθανόμενοι, ῥᾳδίως εἰς ὃ δεῖ καθίστανται. Vide Hesychium in Ἐπίσιγμα et Ἐπισίττειν. Pollucem ubi supra: et magni Etymologici Auctorem in Ἐπίσιστον. *Idem.*

Latratibus fervidis] Errat Elmenh. In Rom. est *latrantibus l. ferundis*. In Vicent. Ed. *latrantibus fervidis*. Hinc *latratibus fervidis* emendavit Beroald. et hoc cum aliis secutus est Aldus, certe Ed. qua utor A. 1521. *ferundis* legas itidem in Fux. Guelferb. sec. *latrantibus ferundis* exstat quoque in D'Orv. Cod. *fecundis* in Ms. Par. et Oxon. Quod exponi posset per tales, qui auditi alios provocant et excient, et sic plures latratus sibi similes pariunt. Ill. Heinsius d. Ovidii l. conjecit, *furibundos* vel *fremebundis*. Sed prima vox nimis abit a Msta lectione, et altera non valide satis exprimit vehementem canum boatum tali in occasione. Aliud quid enim est, cum 'fremere canis,' 'aper,' 'ursus,' 'lupus' dr. ut mox, et l. IV. p. 78.

'obnixo mugitu et ferino fremitu.' Ovid. l. v. Met. 627. 'luposque frementes.' Non temere ausim *fervidis* mutare; modo constet in Mss. esse. Passim enim omnia, quæ vehementissime aguntur, dici *fervere* notum est. Unde et nonnunquam Oratoris voci *fervor* adscribitur: ut vel ex Lexicis videre est. Mox *que* post *dissonis*, omissum est in Ed. Vicentina. *Oud.* *Latratibus, &c. miscent omnia*] Ex his Lucretii: 'Et cum jam latrant, et vocibus omnia complent.' *Pric.* *Latrantibus ferundis*] Ita emendo, *Latratibus fervidis*: fervido enim et vehementi latratu utitur canis sagax, post inventam feram. *Beroald.*

Nec ulla capra] *Căpa* Pith. *caprea* Guelf. D'Orv. Reg. Fux. Oxon. Inc. Ed. Junt. post. Verissime. Non hic quærebantur *capræ*, quæ sunt mites αἶγες et compascuæ pecudes, *Geiten.* Sed *capreæ*, ζόρκες, δόρκες seu δόρκαδες, vel *capræ feræ*, *Rhebokken*, *Steengeiten*, (Æn. xii. 414.) seu *silvestres* Solin. p. 24. quales feras, aliasque dente vel cornu non armatas, hic investigabant. Vide Serv. ad Æn. iv. 152. His vero confundendis non tantum sæpe errarunt librarii, sed et peccarunt viri doctissimi, ut latius ostendi ad Sueton. Tiber. c. 45. 'Hircum vetulum capris naturam ligurrire.' *Capreolorum* matrem male etiam Burm. vocat *capram* pro *caprea*, ad Virg. Ecl. ii. 40. Delrius erravit quoque in Solini c. 11. *capreæ* pro *capræ* substituens. *Capreas* cum *subus feris* (ut leg. esse docet quoque Sangerm. Cod.) conjungit quoque cum aliis Colum. l. ix. init. ubi vide. *Oud.*

Pavens damula] Ælianus vii. 19. de Animal. Νωθέτερά πως δοκεῖ πρόβατον καὶ ὄνος· ἄτολμα δὲ, νεβροὶ καὶ πρόκες. Artemidorus in Oneirocriticis: Καὶ τὰ δειλὰ καὶ δρομικὰ καὶ ἀνελεύθερα, δειλοὺς ἢ δραπέτας παριστᾶσιν· ὡς ἔλαφος, λαγὼς, &c. *Pric.*

Pag. 155 *Aper immanis*] Confer Oppianum de Venatione l. i. vs. 364. et Hesiodum de Scuto Herculis (vs. 386.) Ovid. l. viii. Metamorph. Fab. 8. *Elmenh.*

Invisitatus] *Invitatus* Guelf. Oxon. *munitatus* Par. sed *invisitatus*, ut correxit Colv. recte sequentibus (si excipias Ed. Vulc. sec.) reliquis, exaratur in ceteris Mss. et jam conspicitur in Ed. Junt. post. Innumeris locis hoc restituerunt viri eruditi. Consule præter alios Salm. ad Flor. l. i. c. 18. Gron. et Drak. ad Liv. l. v. 35. xxvii. 39. Gell. l. v. c. 14. 'Omniumque ferarum invisitata erat aut forma aut ferocia.' Noster etiam pluribus locis compositum id participium adhibet, ut in Flor. N. 10. 'forma invisitata.' N. 18. 'pueritia invisitatus:' ubi idem error in Edd. quibusdam. Plura vide ad Sueton. Aug. c. 43. 'si quando quid invisitatum, dignumque cognitu esset:' ubi tamen simul videbis, aliquoties ea emendatione temere abusos fuisse Criticos. *Assurgit* Fux. *Oud.*

Exurgit] Ἔκθορε φολίδος κοίλης· ut Babrias apud Suidam locutus. *Pric.*

Pilis inhorrentibus corio squalidus] In Palat. est simplex *horrentibus*, ut sæpe. Adi N. Heins. ad Ovid. lib. viii. Met. 285. 'Sanguine et igne micant oculi: riget ardua cervix, Et setæ densis similes hastilibus horrent.' Sed et compositum haud infrequentius est, et hic ob adjectum Substantivum necessarium. Verum majus latet ulcus in *corio*, quod non differt a præcedente *cute*. Clare vero patet, ab Appuleio pro ejus more singula apri membra describi, quibus horrendus adpareat. In his sunt ejus pilosæ villosæque aures: unde lubens amplector ingeniosam N. Heinsii conjecturam *auri*, ad Ovid. lib. xi. Met. vs. 176. Auctor de se asino lib. iii. p. 59. 'Cutis tenella duratur in corium, &c. &c. Sic et aures inmodicis horripilant auctibus.' Scriptum fuerat *ori* pro *auri*; vel præ solita τῶν *au* et *o* permutatione, vel quia librarius *auri* vocem de metallo sumens ita correxerat; at alius vi-

dens sequi *frementis oris*, inde *corio* fabricavit. *Oud.* *Pilis*, *&c.* *squalidus*] Lib. XI. 'Squalens pilus defluit.' A. Gellius XI. 6. 'Quicquid nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, et incuteret visentibus facie' (id est, *specie*) 'horrorem: id squalere dicebatur.' *Pric.*

Setis, *&c.* *hispidus*] Sidonius Carm. XXIII. 'Formam impouit apri, caputque setis Et tergum asperat: hispidisque malis Leve incurvat ebur.' Ammianus Marcellinus lib. XXIV. 'Cervicibus jubatis leones, armisque hispidos apros.' *Idem.*

Dentibus attritu sonaci spumans] Errat Elmenh. tradens in illis Mss. [vid. VV. LL.] et Edd. Rom. esse *dentium*, et idcirco ita edens. Sic exaratur in Bert. Sed in istis, ut et ceteris Mss. et Edd. *dentibus* eodem modo, ut subditur, 'oculis adspectu minaci flammeus.' At recte revocavit idem τὸ *spumeus*, quod male Colv. e Ms. Lips. *spumeus*, cui accedit D'Orv. Palat. Guelf. mutavit in *spumans*, licet dixerit Virgil. lib. I. Æn. 324. 'Aut spumantis apri cursum clamore prementem:' et Auson. Epist. IV. 28. 'Aut spumantis apri cursum clamoribus urgues.' Verum æque Latina vox, ejusdemque sensus est *spumeus*, præ aliis hic adhibita Appuleio, ut genio suo indulgeret, et ὁμοιοτέλευτα congereret, 'spumeus,' 'flammeus,' 'fulmineus,' quem ejus esse morem nimium et hinc vitiosum, patet innumeris locis. Colvium tamen secuti sunt Vulcan. Wow. ac Pric. quem de attritu dentium hic vide, et Burm. ad Ovid. lib. VIII. Met. 369. 'dentibus in querno stipite tritis.' *Oud.* *Setis insurgentibus spinæ hispidus, dentibus attritu sonaci spumeus, oculis aspectu minaci flammeus*] Hæc tria in apri ferocientis descriptione etiam alii junxerunt. In vet. Anthologia: Καὶ τὰς αὐχενίους πεφρικότα, θηγὸν ὀδόντα Βρυχῶντα, γλήνοις φρικτὸν ἰέντα σέλας· Ἀφρῷ χείλεα πάντα δεδευμένα. Philostratus Icon. I. Ὁρῶ δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα, καὶ πῦρ ἐμβλέποντα, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς πατάγουσιν. Ante omnes in Scuto Herculis Hesiodus: Θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα Δοχμωθεὶς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι Λείβεται· ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην· Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας. *Pric.* *Attritu*, *&c.*] Sidonius ubi suprà: 'Hirtam dorsa feram, repanda tela Attritu assiduo cacuminantem:' adde paulo post notanda, ad ea, 'Dentium compulsu,' &c. *Attritu* autem, arboris vel saxi intellige: utroque enim pro libitu sicas dentium acuunt: ut libri XVIII. Præfatione nos Plinius docet. *Idem.*

Oculis, *&c.* *flammeus*] 'Ab ore Scintilla absistunt, oculis micat acribus ignis.' *Idem.*

Impetu frementis oris totus fulmineus] Claudianus de apro Herculis: 'Fulmen ab ore venit.' Phædrus: 'Aper fulmineis ad eum venit dentibus.' Ovid. X. Metamorphos. 'Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.' Fast. II. 'Fulmineo celeres dissipat ore canes:' et de Arte Amandi II. 'Fulmineo rapidos dum rotat ore canes.' Ausonius: 'Stringere fulmineo venabula cominus hosti.' *Idem.*

Canum pr. qui c. e. v. g. h. i. j. consectas int.] *Quæ* verissime dant Flor. Pith. Guelf. Reg. D'Orv. Inc. &c. et Ed. Junt. post. uti et e Palat. reposuit tacite Wow. &c. Vide supra. Miror, Vett. editores potuisse edere *qui*; dum exhibent simul *consectas*, pro quo contra in D'Orv. etiam est *consectos*, non recte probatum ab Er. Puteano. Pravo autem judicio prætulit Floridus τὸ *confectas*, quod est in Cod. Inc. et solis Scriverii editionibus, forsan e typothetæ errore, licet ita quoque ad Ovidii d. l. citet Heinsius. *Secare* proprium est aprorum, dentibus laniantium. Hinc infra p. 155. 'prosectu dentium laniatum:' ubi vide. Similiter et Ovidius lib. VIII. Met. 344. Fast. II. 232.

sit dissipari canes apri dentibus. Ibidem etiam *interfecit* citat Heinsius; quod non opus est, licet sequatur *transabiit*. Nihil crebrius in historica relatione, quam ista temporis variatio. Mox 'pepercit, sed amputat:' ubi itidem variatur. *Oud.* *Canum procaciores, quæ cominus contulerant vestigium*] Ovid. Halieut. 'Canum quibus est audacia præceps.' Seneca Epist. LXXVI. 'In cane sagacitas' (virtus) 'prima est, si investigare debet feras: cursus, si consequi: audacia, si mordere et invadere.' *Pric.*

Genis hac illac jactatis, &c. interficit] Ovidius simili argumento: 'Ille ruit, spargitque canes, ut quisque furenti Obstat.' *Idem.*

Calcata retiola] Plautus Rudente: 'Nam nunc et operam ludos faciam et retiam.' Ceterum hic locus notari potest ad lib. XXII. D. de Instruct. vel instrum. leg. ubi retia apraria inter venationis instrumenta. Ergo apri retibus olim etiam capti, quod non nemo negat. *Colv.* Adi Vlitium d. l. Gratii, sed et Comment. ad Horatii O. I. 'Seu rupit teretes Marsus aper plagas.' At hic non apro, sed mitibus feris erant expansa retia. *Oud.* *Dein, calcata retiola, &c.*] Seneca lib. I. de Clementia: 'Feras lineis et pinnis conclusas continet: easdem a tergo eques telis incessat: tentabunt fugam per ipsa quæ fugerant, proculcabuntque formidinem.' Pollux v. 10. Τὰς ἄρκυς διακόψειεν ἂν, καὶ τὰς στάλικας ἀνατρέψειεν. et quia τῶν ἀρκύων meminimus, corrigamus Hesychii locum: Ἀρκύτατα, (inquit) οἱ τόποι ἔνθα αἱ ἄρκυες πήγνυνται. legendum ἀρκυστάσια. Pollux v. 4. Ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ (αἱ ἄρκυες) ἵστανται, ἀρκυστάσιον. *Pric.*

Qua primos impetus reduxerat] Priceus *direxerat* recte. *Flor.* Sic certe sæpe loquitur Auctor. Verum hic locum habere nequit. Non enim aper primos inpetus direxerat ad retia post ipsum tensa, sed ad canes, qui eum invaserant, proterrere conatæ. Sed iis consectis et dissipatis, primos illos impetus non retorsit, ut mox sequitur, terga dans, sed 'reduxit' retro iens et referens pedem, ut se colligat, simulque 'retiola tenuia,' nec apris, sed imbellibus capreis et damis tensa calcans, et pondere corporis prosternens, transabiit facillime. 'Reducere' ergo impetus est retrahere eos inhibendo et retrorsum legendo vestigia. Consule omnino N. Heinsii notam ad Ovidii lib. VI. Metam. 107. 'timidasque reducere plantas.' Sic 'reducere anhelitus contrarium emittendo' Solino p. 33. et 'aciem,' 'cornua' sæpe Frontino. Vide lib. II. c. 3. § 5. 7. Lucan. lib. III. 659. 'Postquam inhibent remi puppes, et rostra reducunt:' ut poëtice magis legendum est ex optimis Mss. non *remis*, aut *recedunt*. Nec, si *remi* legamus, necesse est *recedunt* servari, quia si remis actio datur, ea etiam rostris dari debet. Perperam sic ratiocinatur Celeb. Burmannus. Rostra enim non possunt moveri nisi remigando sive per remos. *Remi igitur reducunt ea*, non ipsa *recedunt*. In Pith. Guelf. pr. est *quæ*. *Oud.* *Qua primos impetus reduxerat, transabiit*] Hegesippus v. 27. 'Feræ ipsæ, cum se circumvallatas armatis viderint, majore in eos impetu ruunt, ut vi sibi iter aperiant.' Quid autem hic *impetus reduxerat?* legendum *direxerat* puto: sic VII. 'In eam furiosos direxerit impetus:' et IX. 'Canem rabidam, &c. per posticam impetu miro se direxisse:' et passim uti amat *dirigendi* voce: lib. III. 'Dirigitur præliaris acies.' VI. 'Dirigit citatum gressum:' et X. 'Domum juvenis, &c. se direxit scæva rivalitas.' *Pric.*

Nos, &c. pavore deterriti] 'Nos pavidi trepidare metu.' Æn. II. *Idem.*

Inermes atque immuniti] Palat. *imminuti*. Flor. *attoniti*. Elmenh. Ub-

licui placere posset, nisi præ- t 'pavore deterriti.' Nihil nuta, et *inermes* ad manum, s ad corpus refer cum Pri- lualia συνωνύμως seu συνεκδο- olata amat Auctor. Vide ad p. 56. 'nudi intectique sine t stragulis:' ad lib. v. p. 93. lose curioseque:' ad lib. VII. retis atque contemtis.' Guelf. inuti. Oud. *Inermes atque* i] *Inermes* ad *manus* refer, i ad corpora. *Pric.*

ientis frondis et arboribus] *Et* ps. Guelf. Par. et Edd. Vulc. ric..sed *vel* servant Mss. ce- Edd. reliquæ. Quod non opus iterpreteris cum Pric. per *et*. liderunt se tegumentis fron- aticum, et sentium, *vel* latue- it ipsos arborum ibi stantium Respondent enim hæc præ- ous p. 154. 'apud frondosum a, ramorumque densis tegmi- brosum.' Cum eodem tamen lim *frondeis*, quod adjectivum rg. Ovid. Plin. Claud. alios- arrit. Sic alibi corrupte *fu-* o *funereis*, *Veneris* pro *Vene-* imilia. In Oxon. *tegamentis*.

ndimur] Sic quidem primus alcan. Ed. sec. A. 1600. quod int Mss. Flor. D'Orv. ac Par. etineo. Sed Reg. Fux. Pal. ps. seu Coll. Voss. et priores nt *abscondimus*. Quod capit ir casus ellipsin lib. III. de g. 8. At potest huc retrahi vus: *Et nos quidem cuncti, &c.* aus: sicut Auctor sæpius ait r se abscondere.' In Oxon. r. est *adscendimus*, quasi in ramis se celaturi. Sed recte t, 'non male, si Latinitas t.' Atqui non constat; nec e convenit prioribus *frondeis* is, nec seq. celeritati equos adi. *Idem.* *Tegumentis fron-* rboribus *latenter abscondimur*] Πάντηγνεν δ' ἕκαστος ὅπῃ φύγοι αἰπὺν ὄλεθρον. pro *frondis* malim *frondeis* scribi. Servius ad Æneid. I. 'Fron- dosus locus est qui frondes habet: frondeum, totum est de frondibus.' In Oxon. melius, *vel* (id est, *et*) *arbo- ribus:* et post, *ascendimus:* non male, si Latinitas constaret. Tacitus An- nal. I. 'Turpi fuga in summa arbo- rum nisi, ramisque se occultantes:' at recta est lectio vulgata, nam et VI. et infra hoc libro 'latenter se abscon- dere' dixit. *Pric.*

Captiose compellat] Insidiose, frau- dulenter. Onomast. vetus: 'Captio, ὑπαγωγή.' *Idem.*

Cassa formidine] Lucretius: 'Sol- licitamque geris cassa formidine mentem.' Idem alibi: 'Cassa for- midine torpes.' *Idem.*

Humilitati servorum istorum] Oxon. Fux. Guelf. pr. *humilitati*. D'Orvill. *humilitate*. Merito Pric. castigat eum, (Vlitium ad Grat. Cyn. vs. 85.) qui hic reponere ineptissime tentabat *cer- vorum*, quasi hic cervos fugientes os- tenderet. Servi adsunt, ut dominos in venatione adjuvent, et instrumenta venatoria gestent. Qualis erat ipse, qui hæc referebat, et adfuerat, 'unus e famulis Charites.' Eumdem tamen errorem nuper erravit quasi e suo in- genio ita emendans doctus vir in Fer. Davent. p. 227. *Oud.* *Humilitati ser- vorum istorum*] Sic supra lib. VII. 'hu- milem et servilem vitam:' iterum ac sæpius dico, Appuleio magis proprie vix quenquam loqui: apud Senecam Phædra: 'Matris superbum est no- men, et nimium potens, Nostros hu- milius nomen affectus decet: Me vel sororem Hippolite, vel famulam vo- ca:' sic Luc. 1. 48. δούλης ταπείνωσις. Philip. 2. 7. μορφὴν δούλου λαβών. et post, sequente versiculo, ἑαυτὸν ἐτα- πείνωσε. *Servos* hic, eos intellige, qui in venatu Dominis operas exhibe- bant: ejusmodi recept. sentent. III. 6. Paulus meminit. Ammianus lib. XXVIII. 'Si agros visuri processerint

longius: aut alienis' (id est, servorum) 'laboribus venaturi,' &c. qui ergo *cervorum* reponebat, minus caute bonam lectionem immutavit. [Vlit. ad Grat. Cyneg. 85.] *Pric.*

In modum pavoris feminei] Medea apud Euripidem vs. 263. Γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα, Κακή δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾷν. *Elmenh.*

Mediis manibus amittimus] De hac loquendi forma ad pag. 121. lib. VI. diximus. *Pric.*

Quin ocius indipiscimur] Fallit Elmenh. [Vid. VV. LL.] In Palat. enim non legitur *quin eum ocius*, sed tantum *quin eum* a m. sec. dum a pr. m. fuerat *ejus*, fons scil. corruptionis hujus loci. Hinc tamen deceptus Scriv. edidit, *q. eum ocius.* Habent τὸ *eum* quoque Guelferb. pr. Oxon. D'Orv. Inc. sed cur potius *eum* quam *aprum* dixisset Thrasyllus? Is vero sine casu celeriter clamavit, *indipiscimur* scil. *prædam*, quam præmiserat. Quare præstat solum *ocius*, frequenter ab Appuleio adhibitum, sicut *ociter*, supra etiam corruptum. *Oud.*

Et cape venabulum, et ego sumo lanceam] Si sana hæc est lectio, intelligendum erit solita ellipsi verbum *dixit*, ac distinguendum, *et, Cape ven. et, Ego s. l.* Quam vellem tamen, Mss. aliqui addicerent elegantissimæ conjecturæ N. Heinsii ad Ovid. lib. III. Am. El. III. 11. *I, cape ven. En! ego sumo l.* Sæpissime illas inveniri corruptelas illic, plurimisque apud poëtas locis evicit, præter Passeratium ad Propert. lib. II. 22. 22. *I* etiam restituendum est Calpurnio e Ms. Ecl. IV. 24. 'I, potius glandes rubicundaque collige corna.' Vide Burm. in Add. de vocula *en* in *et* corruptam. Consule jam supra dicta ad lib. II. pag. 31. et alibi. *Idem.* *Quin equos inscendimus? quin ocyus indipiscimur? et cape venabulum, et ego lanceam sumo*] Aristoteles in equi Apologo: 'Ηρώτα τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον· ὁ δὲ ἔφησεν· 'Εὰν λάβῃ χαλινὸν, καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν, ἔχων ἀκόντια. Oxon. *quin eum indipiscimur?* Pric. *Quin equos inscendimus*] Collatinus apud Livium I. ad Tarquinium: 'Quin, si vigor juventæ inest, conscendimus equos?' *Idem.* *Lanceam*] Quam supra lib. I. 'lanceam venatoriam' appellat. *Idem.*

Nec tantillum morati, &c.] Lib. IX. 'Nec quidquam moratus,' &c. *Idem.*

Nec tamen illa genuini vigoris oblita, retorquet impetum] Cicero pro Milone: 'Hoc et ratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, et feris Natura ipsa præscripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsent.' Plinius de bestiis loquens: 'Si vis inferatur, nulla est cui non sit anima injuriæ impatiens: et prompta, si noceas, ad se defendendum alacritas. Sentit enim vim quidque suam, qua possit abuti:' ut rectissime Lucretius: 'Impetum retorquere,' est 'fugere:' contrarium illius quod præcessit, 'impetum dirigere.'

Et incendio feritatis ardescens] *At* legi jubet Pric. sed cur non potius ipsam quorundam Codd. sequitur manum *sed*, quod cum Lips. dant Fux. Guelf. pr. D'Orv. Palat. Oxon. Temere vero Wower. ex solo Bertin. contra ceteros Mss. et Edd. ut et Scriv. receperunt *ferocitatis*, licet juvent loca p. 163. 'Lupos nimia ferocitate sævientes.' pag. 164. 'Canes præter genuinam ferocitatem, tumultu s. exasperati.' Sed non minus proba est *feritas*, et quidem de fera ipsa. Conf. Pric. Cic. lib. III. de Off. c. 6. 'feritas belluæ.' Superiore pag. 'Si quid in capreis feritatis est.' Lib. X. ait quoque Auctor: 'ad instar barbaricæ feritatis.' *Oud.* *Et incendio ferocitatis ardescens*] Incendebatur (h. e. augebatur) irritatione ista naturalis ferocitas ejus. In Oxon. Ms. et veteribus editt. (etsi in sensu discrimen nullum) rectius *feritatis*. Se-

neca I. 1. de Ira: 'Non vides, ut omnium animalium simul ad nocendum insurrexerunt, procurrant' (melius *præcurrant*) 'notæ? &c. ac feritatem suam exasperent? spumant apris ora,' &c. et post: 'Nullum animal tam horrendum, &c. ut non appareat in illo, ubi ira invasit, nova feritatis accessio.' Pro *et*, lege, *at incendio*, *&c.* Pric.

Dente compulso] *Dentium compulsu*, quantum sciam, solum legitur in Edd. Colv. prioribus, item Wower. Scriv. Pric. Flor. et forsan in Ms. Pith. At in reliquis Mss. ut Flor. Reg. Fux. Palat. D'Orv. Oxon. et Edd. Colv. Vulc. Merc. *dente compulsu.* Forsan dedit Auctor *dentium complosu*, vel per Græcismum suo more, *et dentes complosu*, sive dum dentes complodit, sive inter dentium complosionem, vel postquam comploserit dentes. Quidquid sit, intelligit Auctor collisionem dentium, quam præ ira et indignatione agit aper diversam ab dentium exasperatione; ut acuantur, cum qua eam confundit hic Pric. De dentium collisione frequentissime 'frendere dentibus' dicitur, ut Plauto, Festo, aliisque. Vide Burm. ad Ovid. lib. VIII. 369. 'Dentibus ille ferox in querno stipite tritis Inminet exitio, frendensque recentibus armis.' Hoc est quod supra dixit, 'dentibus attritu sonaci spumeus:' et Oppian. Cyneg. III. 370. αὐτὰρ ὀδόντων Πολλὸν ἐπικροτέει λευκόχροον ἄσθματι θερμῷ. *Oud.* *Dentium compulsu, &c.*] Ovidius: 'Dentibus ille ferox in querno stipite tritis Imminet exitio.' Seneca I. 1. de Ira: 'Spumant apris ora, dentes acuuntur attritu.' Pollux ubi supra: Τοὺς ὀδόντας θήγει. et post: Τῷ πρὸς ἀλλήλους κόμπῳ τῶν ὀδόντων ἀπειλεῖ. Aristophanes Ranis: Θήγοντος ὀδόντας Ἀντιτέχνου. ubi Scholia: Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χοίρων, οἳ ὅταν εἰς μάχην παρασκευάζωνται, τοῦτο ποιοῦσι. De apro D. Basilius: Τὸν ἔνδοθεν θυμὸν διὰ τῆς τῶν ὀδόντων παρατρίψεως ὑπεκφαίνων. adde quæ paulo supra ex Philostrato notata. *Pric.*

Quem primum insiliat, cunctabunda rimatur] Apollonius de lupis in ovili: Μαίονται δ' ὅ, τι πρῶτον ἐπαΐξαντες ἕλωσι, Πόλλ' ἐπιπαμφαλόωντες ὁμοῦ. Seneca Thyeste: 'Jejuna sylvis qualis in Gangeticis Inter juvencos Tygris erravit duos, Utriusque prædæ cupida, quo primos ferat Incerta morsus: flectit huc rictus suos, Illo reflectit, et famem dubiam tenet: Sic dirus Atreus capita devota impiæ Speculatur iræ, quem prius mactet sibi Dubitat, secunda deinde quem cæde immolet.' Ovidius Metamorphos. V. 'Ille nihil contra, sed et hunc et Persea vultu Alterno spectans, petat hunc ignorat, an illum.' Hegesippus IV. 1. de Vespasiano: 'Cum paucis, quos præsentes habebat, imperterritus stetit: quasi in quos sese excuteret, considerans.' *Idem.*

Jaculum, &c. contorquet] Glossæ: 'Contorquet, immittit, jaculatur, ἐμβάλλει.' Glossæ aliæ: 'Ἐνακοντίζω, intorqueo.' *Idem.*

Feræ quid. pepercit, sed, &c.] Præter Flor. Pith. et Bert. et Edd. Vett. ceteri Mss. habent *parcens* cum Edd. Colv. Vulc. Merc. Elm. Flor. Verum, licet frequenter participia amet Auctor, de quo alibi plura, hic tamen *sed* otiosissimum foret. Et certe bis præcedit *sed*, *at*, ac Mss. Pal. Oxon. Fux. non agnoscunt τὸ *sed.* Forsan tamen scripserit Auctor *parcit*, ut *amputat*, vel in præt. *parsit*: et inde duplex orta sit scriptura. Quamvis alibi *pepercit* dicere maluerit. Adi Bos. ad Nepot. Thrasil. c. 1. 'quibus parserat Fortuna.' *Oud.*

Sed equi, &c. postremos popl. l. f. amputat] Captans παρήχησιν Pric. mallet, si vel unicus codex addiceret *feræ q. p. feri, &c.* Verum ea hic loci nimis ambigua foret. Nam *ferus* quidem absolute aliquoties vocatur *equus.* Unde passim 'semiferi' di-

cuntur Centauri. Arnob. lib. IV. p. 145. 'Induisse formam feri et hinnitibus evolavisse jactatis:' ubi vide notas, et adi insuper N. Heins. ad Ovid. lib. VI. Met. vs. 77. Verum etiam quævis *feræ*, ut cervus, leo, &c. adpellantur *feri*. Consule eumdem ad Ovid. Epist. IX. 114. Comm. ad Phædr. lib. I. F. 13. et 22. Immo ipse aper nomine *feri* crebro occurrit, docentibus id rursus Heinsio ad Ovid. lib. III. Met. 224. VIII. 355. 422. et viris eruditis ad Phædr. lib. IV. F. 3. 'Sonipes iratus fero.' Quare nihil novandum contra Msstos. Dein in Coll. Voss. *postremo*. Post *vehebatur* desideratur in Pal. *Tlepolemus*. Idem. *At Thrasyllus feræ quidem pepercit, sed equi, quo vehebatur Tlepolemus, postremos poplites, &c. amputat*] Ita fateor quidem in omnibus legi et editis et Mss. cogitabam tamen concinne scribi posse, *Sed feri, &c. Feræ pepercit quidem, at feri, &c.* quæ παρήχησις (quo genere nemo spissior Nostro) adeo quidem blanditur mihi, ut si vel in uno Ms. reperirem, recipere non dubitarem. 'Ferum de equo' dici, præter alios docet Servius ad Æneid. II. et VII. Idem ad Æn. I. 'Feras dicimus, aut quod omni corpore feruntur, aut quod naturali libertate utantur, et pro desiderio suo ferantur: propterea omnes quadrupedes feras dicebant.' Hesychius: Θήρεια, τὰ ζῶα· καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων οὕτω λέγουσι. corruptum et mutilum locum (si videbitur) sic constitues mecum: Θηρία, τὰ ἄγρια ζῶα· καὶ ἐπὶ, &c. *Pric.*

Residens] Sic Bert. Alii, *recidens*, non æque bene. *Elmenh.* Qui cum Scriv. et Flor. in contextum recepit, confirmatum a D'Orvill. Nihilominus male. Noster enim verbo *residere* utitur de placida sessione. Vide ad lib. I. p. 14. 'juxta platanum residamus.' Lib. I. p. 10. 'varicitus super faciem meam residentes.' Lib. II. pag. 32. 'super me sensim residens.' Hic autem agitur de vehementi lapsu. Equus enim 'toto tergo supinatus est.' Quod vere est *recidere*. Alia vide apud Pric. Sed et *recidere*, pro simplici *cadere* posuit Auctor. Adi ad lib. I. p. 9. 'Humi recidens.' *Oud.* *Quadrupes recidens qua sanguis effluxerat, toto tergo supinatus, invitus Dominum suum devolvit ad terram*] Polybius apud Suidam: Ὁ ἵππος τοῦ Σκιπίωνος ἐδυσχρήστησε μὲν ἀπὸ τῆς πληγῆς, οὐ μὴν ὁλοσχερῶς ἐσφάλμησε, διόπερ ὀρθὸς Σκιπίων ἐπὶ τὴν γῆν ἀπέπεσεν. Heliodorus lib. IX. in Blemmyum et Persarum pugna: Ἐλυμαίνοντο τὴν ἵππον ὑπὸ τὴν γαστέρα κατὰ τὴν διεξέλασιν τοῖς ξίφεσιν ἀποκέντοντες, ὥστε ἔπιπτον μὲν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἵππων, πρὸς τὴν ἀλγηδόνα τῶν χαλινῶν ὑπερορώντων, καὶ τοὺς ἀναβάτας ἀποσειομένων. Agathias lib. III. de elephanto saucio: Πρὸς τὴν πληγὴν δυσανασχετῶν, καὶ πρός γε τοῦ δορατίου ἀμφὶ τὸν ὀφθαλμὸν κραδαινομένου ἐκταραττόμενος, &c. τοὺς ὕπερθεν ἑστῶτας ἀποσεισάμενος κατέβαλε. et statim, de equis illius belluæ rabie turbatis: Οὐ μάλα τοῖς ῥυτῆρσιν ἐπείθοντο, ἀλλὰ τὰς ἐμπροσθίους ὁπλὰς μετεωρίζοντες, ἐξεκύλουν τοὺς ἐλατῆρας. Illa *toto tergo*, non sunt in Oxon. Ms. Ab eodem et Palat. Cod. τὸ *invitus* abest. Pro *recidens* (quod Oxoniensis, et editt. vett. agnoscunt) male ex uno codice Elmenhorstius *residens*. Onomasticon vetus: 'Recido, ἀναπίπτω.' Hunc locum autem effinxit Noster vel ex isto Æneid. XI. 'Archilochus Romuli (quando ipsum horrebat adire) Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit. Quo sonipes ictu furit arduus, altaque jactat Vulneris impatiens arrecto pectore crura. Volvitur ille excussus humi:' vel certe ex hoc e decimo, quem et video Beroaldum adduxisse: 'Multa movens animo jam tandem erumpit, et inter Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam. Tollit se arrectum quadrupes, et calcibus auras Verbe-

rat, effusumque equitem super ipse secutus Implicat:' ubi Servius: 'Multa movens, utrum scilicet in ipsum an in equum tela intorqueret; quo vulnerato Mezentius effugio carebat:' ad mentem Thrasylli nostri non importune. *Pric.* *Supinatus*] Hesychius: Παλιμπετές· τὸ εἰς ὀπίσω πεπτωκός. *Idem.*

At enim furens aper, invadens primo lacinias ejus] Primo prave *nec diu* absunt a Mss. Lips. Pal. Reg. Fux. Oxon. Inc. D'Orv. ejecitque Colv. cum Vulc. Merc. Wow. Pric. Elliptice dicitur pro 'nec diu moratus,' vel, ut poëtæ aiunt, 'nec mora.' Vide ad lib. iv. p. 80. 'Nec diu, cum repente somno recussa.' Ex seqq. quæ varie interpolarunt librarii et viri docti, patebit clarius, *nec diu* haud abjicienda fuisse. In Edd. ante Colv. erat *sed cum.* Mss. Lips. Pal. Reg. Fux. Guelf. D'Orv. Oxon. Inc. *At eum furens aper* vel *ap. fur.* pro quo Colv. cum Vulc. Ed. pr. Wow. et Pric. exhibuerunt *at enim.* Ex ea vero et Colv. conjectura *ecce eum* Vulc. effinxit ediditque in Ed. sec. *At ecce.* Sed egregie exaratur in membranis Florent. quo et alludit Bertin. ut ediderunt Elmenh. Scriv. et Florid. *Nec diu. Et eum f. a.* In Pith. *Nec diu, sed eum est.* Ecce, eo temporis momento, quam vim huic particulæ tam apud alios, quam Nostrum inesse docui, tum ad Lucan. lib. i. 231. tum ad Cæs. lib. vi. B. G. c. 37. tum supra lib. v. p. 90. 'Provecta nox; et clemens quidam sonus,' &c. Lib. ix. p. 190. 'Commodum Veneri militabant; et contra opinionem inprovisus maritus adsistit:' ubi etiam male mutare conantur. Similior nostro locus est h. lib. p. 165. 'Vix hæc dicta; et statim lapidum cessavit imber.' Lib. x. p. 213. 'Vixdum sepultura fuerat explicata; et statim,' &c. nec non Statii lib. vii. Theb. vs. 300. 'Nec longum; et pulcher Alathreus Editus.' Adde Burm. ad Virg. Æn. iii. 9. 'Vix pr. inceperat æstas; Et pater Anchises dare fatis vela jubebat.' Hinc patet, eam copulam non mutandum esse cum Heinsio in *at* vel *stat* apud Silium Ital. lib. vi. init. 'Titan jungebat equos, &c. Et fœda ante oculos strages.' Ceterum male *eum* postposuerunt τοῖς *furens aper* Elm. Scriv. Flor. contra O. Mss. et Edd. Pessime vero Colv. sequentibus Vulc. Merc. Wow. et Pric. e Lips. Cod. cui accedunt Guelf. Palat. et Fux. interpolavit *invadens primo lacin.* cum ceteri Codd. et Edd. bene dant auctius *invadit jacentem, ac primo lac.* sed et *ejus* abest item a Palat. Guelf. sec. Oxon. *Oud.*

Pag. 156 *Laniavit*] Flor. *laniatum.* Male. *Elmenh.* Sic etiam Pith. Ms. Posset videri corruptum esse inversis litteris *e lancinat*, in præs. ut *amputat.* Hoc enim in ferarum laceratione haud infrequens verbum est. Respice dicta ad lib. iv. p. 82. de canibus. Lib. ix. p. 203. 'Vulneribus distrahunt ac lacerant,' in Ms. *lancinant.* Solin. c. 15. 'Cadavera ipsa dentibus lancinare.' C. 27. 'lancinatas examinant pedum nisibus.' Sic Mss. 2. vetustissimi. Vulgo *dilaniatas*, Salm. *dilancinatas.* Hinc Sen. in Thyeste vs. 778. 'Lancinat gnatos pater Artusque mandit ore funesto suos.' Nil mutes tamen temere. Nam et lib. iv. p. 77. 'multisque numero morsibus' (canum) 'laniatum.' p. 78. 'morsibus laceratus ferroque laniatus.' *Oud.*

Bonum piguit amicum] Amare. sic Declam. cccxxi. apud Quintilianum: 'Illud interim testor, hunc bonum amicum utrique maledicere.' *Pric.*

Vel suæ sævitiæ litatum, &c.] Lib. v. 'Tunc meæ injuriæ litatum crediderim,' &c. hæc autem cum sequentibus usque ad verbum *contegenti* sorte qua mala nescio Oxoniensis ignorat, connectit hoc modo autem contextus seriem: *Nec cœpti nefarii bonum piguit amicum, sed suum auxilium miseriter roganti, &c.* Idem.

Parsito] Videtur legi posse *percito* pro commoto, et se moventi: quod ad Tlepolemum est referendum: si legas *percitus*, de Thrasyllo erit intelligendum. *Beroald.*

Plagosa crura contegenti] In aliis *p. vulnera c.* quod et nos rectius putamus. Virgil. 'Et vulnera dira tegentem.' *Pric.* *Plagosa crura*] Ita Bert. Fl. et Fulv. Vulgo, *vulnera*. Elmenh. At *vulnera* habent etiam Flor. Reg. Lips. D'Orv. Inc. ut post Colv. Vulc. et Merc. edidere, et rectius putavit Pric. e Virg. Æn. vi. 498. 'Et vulnera dira tegentem.' Quomodo scilicet h. l. Servius citat ad l. i. 355. ex interpretatione. Nam Virgilius dederat, 'Et dira tegentem Supplicia.' Ad hæc talia exempla me non moverent. Nam qui vulnera circumtegit, ipsa etiam tegit crura, illa saltem parte, qua sunt vulnerata. Nihilominus varia hæc lectio fuit in aliorum etiam Mss. unde et Cod. Pith. et Edd. Vicent. utraque Junt. et Aldi exhibent, *crura vulnera*, non male inde viro docto ad marginem effingente, *crurum vulnera*. Verum cum amplius in Ms. Bert. ex Coll. Modii exaretur *crura vel tenea vulnera*, legendum esse certe mihi persuasi, *plagosa femina*, quorum glossæ sunt *crura* et *vulnera*. Latius hanc conjecturam adserui ad Sueton. Titum c. 4. 'sub feminibus,' docens, femora et inguina maxime adpeti ab apris. *Oud.*

Miseriter roganti] Regius Fux. *commiseriter*. Pric. nisi Apuleianum quid sonaret, pro ea voce maluerat *miserabiliter*. Prave. In hac ejus Adverbii forma Auctor imitatus est Laberium, Ennium, Catullum Carm. LXIV. 49. 'Patriam adlocuta est ita voce mœsta miseriter.' Et ex iis Lexica dudum notarunt. *Idem.*

Per femur dextrum] Adscripsit libri sui oræ Grut. 'Forte guttur.' Ne audias. Ipse Appuleius dat rationem, cur Tlepolemi *femur*, non alias corporis partes, vulnerarit Thrasyllus; ut ferri vulnera similia viderentur prosectu dentium, quos feminibus infixerat aper. *Idem.*

Lanceam immisit] Non *demisit* in vulgatis ante Colv. est, sed cum Pith. quoque *dimisit*, e manu scilicet, ut iret per medium femur. 'Demittere ferrum' dicitur, quando a superiore corporis parte deorsum immergitur. Vide ad Lucan. lib. vii. 621. 'Ore quis adverso, demissum faucibus, ensem Expulerit moriens. Animam quis corruat ictus:' uti nunc lego, et Cl. Burmann. ad Ovid. Ep. xiv. 5. Sed *immisit l.* hic præbent etiam Reg. Oxon. Palat. D'Orvil. quod retinendum suadeo. Exempla plurima vide ad Lucan. lib. iii. 426. 'Hunc jubet immisso silvam procumbere ferro.' Omnes vero Mss. et Edd. Vett. *lanceam* verbo postponunt; quo ordine recudi jussi. *Idem.* *Suumque auxilium miseriter roganti, per dextrum femur lanceam immisit*] Alterius spretis precibus suum opus perficit. Æn. xii. 'At fervidus advolat hasta Messapus, teloque orantem multa trabali Desuper altus equo graviter ferit.' Ibid. x. 'Tum caput orantis nequicquam, et multa parantis Dicere, deturbat terræ.' Et i. 'Tum validam perque arma viro perque ossa securim, Altior insurgens, oranti et multa precanti Congeminat.' Ovid. ix. Metamorph. 'Dicentem, genibusque manus adhibere parantem, Corripit Alcides: et terque quaterque rotatum, Mittit in Euboicas tormento fortius undas.' *Pric.* *Suumque auxilium miseriter roganti*] Lib. ix. 'Deprecatur periclitanti sibi ferret auxilium.' *Miseriter* (Appuleianum quid sonans) non ausim expungere: malueram autem *miserabiliter*. In vet. Onomastico: 'Miserabiliter, ἐλεεινῶς.' *Idem.*

Prosectu dentium] Edd. primæ *profecta*. Junt. utraque et Ald. *profectu*, quod significaret *effectu*. Sed frustra. Vere Beroald. *prosectu* emendarat, uti est in Mss. plurimis. Græce sic

plane dixit Ælianus lib. I. An. 31. ὀδόντων διατομάς. Infra pag. 173. 'prosectu gladiorum, ictuque verberum.' Adi et ad lib. II. p. 40. 'prosectis naso auribusque.' De casu Dativi in u ad lib. I. p. 4. *Oud.*

Prosecta dentium] Corrigo *prosectu*, ut sit casus dandi: *prosectui*, id est, laniatui et prosectioni: hæc enim nomina quarti ordinis casum dativum litera *i* finiunt: ut Lucilius dixit *Anu et victu*, pro *anui* et *victui*. Virgilius: 'teque aspectu ne subtrahe nostro,' pro aspectui: et in Georgicis: 'Quod neque concubitu indulgent.' Cæsar quoque in Anticatone, posuit *dominatu* pro *dominatui*. Sensus est: Fidentius percussit Lepolemum lancea, cujus vulnera credebat futura simillima prosectionibus et laniationibus dentis aprugni. *Beroald.*

Nec non tamen ipsam bestiam, &c.] Oxon. *Per f. d. lanceam immisit: ipsam etiam bestiam, &c.* expunctis intermediis omnibus. *Pric.*

Transadiit] Vere Roald. et Colv. ac jam ante illos Groslot. immo Ed. Junt. post. cum Mss. legunt *transadigit:* nam *transadiit*, quod in ceteris erat, vel *transabiit*, de ipso homine telum mittente, non est Latinum. Latius de hisce actum est ad lib. IV. p. 71. 'gladium per medium pectus transadigit.' In D'Orv. Guelf. pr. et Oxon. atque Ed. Scriv. est *transadegit*, scilicet ut tempora conveniant; sed citra necessitatem. *Oud.*

Defuncto juvene] Pricæi est, quod Flor. per plagium sibi vindicavit. Confer notata ad illum l. lib. VI. p. 127. Apud Gell. lib. XX. c. 2. codicem Pembrocianum habere *vita functos et finitos et s.* notavit Wasseus: priora sine dubio Interpretis sunt. Et sane *definito j.* hic vidi etiam in D'Orv. Par. Pith. Fux. *defuncto* Guelf. exstatque, si fides Pric. in Oxon. Nam in Gron. collatione nulla erat varietas. *defuncto* Guelf. Sed et in reliquis Mss. optimisque Flor. uti et ante Beroald. in Ed. Vicent. exstat *defuncto*. Quod nolim ego damnare præ altero *definito*, cujus exemplum ea in significatione nescio. In Indice citat quidem Elmenh. Sidon. Apoll. lib. V. Epist. ult. 'justissimum est, ut definito sic quisque nostrum succedat.' Sed qua id fecerit auctoritate, scire velim. Nam in Edd. legas vel *defuncto* vel *die functo*, at in Ms. Leid. olim P. Danielis, *die functi*, et pro V. Lect. *die finito*. Id. *Ad hunc modum defuncto juvene, &c.*] Redonemus ineptam hanc Beroaldo conjecturam. Oxon. Cod. duo alii Mss. vetusque ed. Vicent. *definito* legunt: unde veram scripturam *finito* haud ægre elicimus. L. VI. 'Quam' (vetulam) 'licet claudi pedis tui calce unica finire poteris:' ubi dicta p. 127. vide. *Pric.* *Definito*] Elegantius est *defuncto*. Beroald.

Quanquam perfecto voto] Placet Bertin. codicis scriptura, *peracto voto*. Satis jam facit mihi communis lectio. Infra lib. IX. 'Magnis suis laboribus perfectum desiderium Philosetæro, &c. nunciat.' *Pric.*

Vultu gaudium tegit] Plinius panegyrico: 'Aliud solicitudinis, aliud securitatis ingenium est, alia tristium intentio, alia gaudentium, neutrum simulationes expresserint.' *Elmenh.* *Vultu tamen gaudium tegit*] 'Consilium vultu tegit.' Virgilius. *Pric.*

Et frontem adseverat] Lib. II. 'Vultuosam frontem rugis, &c. adseverabat.' *Idem.*

Cadaver av. circumplexus] *Amplexatus*, quod e Lips. Colvius intrusit, et post eum iidem, quos supra dixi, admisere, legitur etiam in Palat. Guelf. Reg. Fux. D'Orv. Oxon. Par. Sed ut bonæ notæ sit verbum, sapit tamen glossam alterius *circumplexus*, quod Flor. Bertin. Pith. et alii cum Edd. prioribus retinent. Vide Sciopp. Lect. Susp. lib. IV. Ep. 4. ac vindicavit illud etiam N. Heins. ad Virgil. lib. V. Æn. 312. 'lato quam circumplectitur auro Balteus.' Cujus ut et

Burm. exemplis addi possunt Suet. in Tib. c. 6. 'Flamma omnem comitatum circumplexa.' Hygin. lib. II. Astron. c. 14. 'Eum draco circumplexus.' Avieni Descript. Orb. vs. 1138. 'Gens circumplectitur oram:' ac restituendum quoque est e Mss. et Edd. Vett. Nostro in lib. de Mundo p. 737. Ed. Flor. 'Maximis intervallis disjuncta circumplectitur.' Vulgo, *complectatur*. Passive usus est Appuleius de Habit. Doctr. Plat. p. 585. 'Ventrem gyris intestinorum circumplexum.' *Oud.*

Officia solerter affingit] *Solerter* male desideratur in Mss. Lips. Palat. Guelferb. Oxon. Edd. Colv. Vulc. Merc. Tum *finxit* dant iidem et Reg. Guelf. ac D'Orvill. *effinxit* citavit Heins. sed *affinxit* Flor. Bert. Pith. et Edd. Ber. Juntin. Ald. Bas. Elm. Scriv. Flor. *Affingit* Edd. primæ cum Par. et Fulv. Edd. Wow. et Pric. quod restitui. Istud compositum præ simplici vel aliis *conf.* et *eff.* amavit Appuleius. Hinc lib. I. p. 13. 'Adficto ex tempore haud absurdo joco.' Lib. IV. p. 74. 'Litteras adfingimus.' Utroque loco simplex verbum æque valuisset. *Idem.* *Et cadaver quod ipse fecerat, avide amplexatus, omnia quidem lugentium officia solerter finxit*] Josephus Antiquit. 15. de Herode, Aristobulo ejus fraude occiso: Πᾶσι τοῖς ἔξωθεν πιθανῶς ἐπεσκευάζετο, μὴ μετὰ προνοίας γενέσθαι τῷ παιδὶ τὸν θάνατον· οὐκ ὅσα πρὸς πένθος ἐπιτηδείων μόνον, ἀλλὰ (en peritiorem Thrasyllo artificem,) καὶ δάκρυσι χρώμενος, καὶ σύγχυσιν τῆς ψυχῆς ἀληθινὴν ἐμφαίνων. Idem Bell. Jud. II. de Hierosolymitanis sicariis: Ταῖς ἐσθῆσεσιν ὑποκρύπτοντες μικρὰ ξιφίδια, τούτοις ἔτυπτον τοὺς διαφόρους, ἔπειτα πεσόντων, μέρος ἐγένοντο τῶν ἐπαγανακτούντων. Sequentia heic usque ad vocem *conformatus* membranæ Oxonienses ignorant. *Pric.* *Cadaver quod ipse fecerat, amplexatus*] Seneca, Alexandrum inprimis designans, at fide bona pœnitentiam emendantem. 'Transfoderunt' (inquit quidam) 'amata corpora, et in eorum quos occiderant jacuere complexibus:' de Ira II. 37. *Idem.*

Solæ lacrymæ procedere noluerunt] Nec decebat sane Naturam penitus ab imitatore exæquari. Seneca Epist. XI. 'Artifices scænici qui imitantur affectus, qui metum et trepidationem exprimunt, qui tristitiam repræsentant, hoc indicio imitantur verecundiam: dejiciunt vultum, verba submittunt, figunt in terram oculos, et deprimunt: ruborem sibi exprimere non possunt.' *Idem.*

Sic ad nostri similitudinem, qui v. lamentabamur, conformatus] *Nostram* non male exaratur in D'Orv. Fux. Ne tamen temere mutes, adi Pric. et me ad lib. V. p. 89. 'fatigationem sui.' Hetruscarum vero membranarum lectionem *amaritudinem* Vir doctus genuinam Auctoris existimat in Misc. Observ. vol. II. p. 394. Quia, ut ait, ea vox propria lugentibus, et ab ipso Appuleio adhibita. Verum exemplum, quod ex Apologia profert, 'lingua amaritudinum præministra,' non persuadet. Nam ibi significat convicia. De Adjectivo 'amarus' concedo id adhiberi in luctu, non vero *amaritudo*; quod, translate quoties sumitur, significat verborum contumeliam et linguæ quasi fel, quæ hinc *amara* Ovidio l. II. Art. 151. et 'Juno amara' præ conviciando Propert. lib. IV. 9. 43. Retinere igitur malim vulgatum, quod totum Appuleianum est. Nam 'ad nostri similitudinem' est 'nobis similis in speciem.' Hoc ipso libro in f. 'Femur ad similitudinem perditi.' In Apol. p. 471. 'Ossa ad similitudinem talorum.' Item de Mundo p. 728. Vide et Burm. &c. ad Suet. Cæs. c. 84. 'Ad simulacrum templi.' Mox in Coll. Voss. erat, *verum dimentabamur*: In Cod. Inc. *verum dementamur*: in Fux. *verum elamenti* Oud. *Ad nostri similitudinem, &c. conformatus*] Servius ad Æneid. II.

'Nostri et vestri, genitivi plurales sunt antiqui, et ex Græcis venientes.' (sic enim, non *convenientes* scribendum.) 'Ad nostri similitudinem conformatum' phrasi Paulina dicas, σύμμορφον τῆς ἡμῶν εἰκόνος γινόμενον· Rom. VIII. 29. ubi et Vetus, *conformis*. Pric. *Ad nostri similitudinem qui vere lamentabamur conformatus*] 'Αληθινὴν τῆς ψυχῆς σύγχυσιν ἐμφαίνων, ut Josephum jam loquentem audivimus. Hesychius: Σχηματιζόμενοι· προσποιούμενοι, σχῆμα ἐπιδεικνύντες. Seneca Epist. XCIX. 'Remota omni lugentium scæna, nihil erat nisi quod veris dabatur affectibus.' Gellius VII. 5. 'Opplevit omnia, non simulacris atque imitamentis, sed luctu atque lamentis veris et spirantibus.' *Idem*.

Culpam bestiæ dabat] Primo in Par. Guelf. pr. est, *et culpam manu sua*. Pal. et Guelf. sec. quoque inserunt *et*. In D'Orv. Pith. et O. Edd. ante Colv. est *manus suæ culpam*: quem ordinem restitui. Dein *mentiens*, quod addidit Colv. et seqq. agnoscitur quidem similiter a Pal. Guelf. D'Orv. Reg. Fux. Oxon. Par. Nihilominus suspicor, e glossa vel interpretatione esse natum. Certe plane vacat; et abest a Pith. nec male Elmenh. ac Scriv. uncinulis inclusere. In Reg. Fux. Guelferb. *dabat b.* Oud.

Fama dilabitur] Non displicet lectio Bert. Cod. *dilatatur*. Stat. l. IX. Thebaid. p. 306. 'Fama per Aonium rapido vaga murmure campum Spargitur in turmas, solito pernicior index, Cum lugenda refert.' Josephus de Bello Judaico lib. III. c. 15. 'Nec nuntius aliquis superfuerat; sed ipsa per se fama excidium prædicabat.' *Elmenh.* Nihil hæc faciunt ad discernendum, utra lectio, *dilatatur* an *dilabitur*, sit præferenda. Scioppius olim in Susp. Lect. l. IV. Ep. 4. probaverat *dilatatur*; sed cum in Symbola simpliciter eam lectionem proferat, judici um mutasse, vel saltem suspendisse videtur. Pricæus non inprobat; sed exemplis, quæ profert, magis se refellit, quam id evincit. *Dilatatur fama* potest dici, quæ late manat, et passim distenditur, ut lib. V. p. 90. 'latiusque porrecta fama.' Verum hic 'Fama,' more poëtarum, inducta, ut persona, non potest 'dilatari;' sed recte 'dilabi,' ut alibi 'pervagari.' Nam sequitur 'detorquet cursus, et percutit aures.' Volans vero fingitur, ut millies. Jam de volatu 'labi' et 'lapsum' sexcenties occurrere, neminem fugit. Immo de 'Fama' Ovid. lib. IV. ex P. v. 16. 'Fama per inmensas aëre lapsa vias:' et in ipso, quem Pricæus adfert, exemplo Virg. lib. IX. Æn. 474. 'Nuncia Fama ruit, matrisque adlabitur aures.' Sed et h. libro ait Auctor p. 174. 'Infamia consternati, quæ per ora populi facile dilapsa.' Dein 'cursus detorquet' Auctor sumsit ex Virg. IV. Æn. 196. de Fama: 'Protinus ad regem cursus detorquet Iarbam:' ut ibi monuit Burm. *Oud.* *Nec dum satis scelere transacto Fama dilabitur*] Donatus ad v. 6. Andr. 'Fama mali celerior quam boni:' non improbo Bertin. codicis lectionem, *fama dilatatur*: supra lib. IV. 'Fama porrecta pervagatur.' Totius porro istius loci imaginem Appuleius ex hoc Virgilii cepit: 'Interea pavidam volitans pennata per urbem Nuncia Fama ruit, matrisque allabitur aures Euryali, ac subitus miseræ calor ossa reliquit: Excussi manibus radii, revolutaque pensa. Evolat infelix, et, femineo ululatu, Scissa comam, muros amens atque agmina cursu Prima petit: non illa virum, non illa pericli, Telorumve memor: cœlum dehinc questibus implet.' *Pric.*

Simul percepit t. nuncium] Obvia est locutio 'accipere nuncium,' Latinis æque ac Græcis. Ut hic, τοιαύτην ἀγγελίαν ἐδέχετο Herodian. lib. I. c. 4. § 20. *Percepit* tamen exsulat a D'Orv. de qua ellipsi vide quæ notavi ad initium l. VII. 'Talem collegio nuncium

fecit.' *Oud.*

Talem nuncium, qualem non audiet alium] *Aliud* in Coll. Voss. *alius* D'Orv. Quin in Oxon. Guelf. Palat. Fux. Inc. etiam *tale n. quale n. a. aliud.* In Pith. quoque *aliud.* Verum *tale nuncium*, sine adjuncto substantivo, Latinum haud esse monuimus jam ad d. lib. VII. locum, ubi etiam in uno et altero est *tale.* An scripserat Auctor *alias*, sive alio tempore? An vero totam vocem omiserat? Judicet Lector. *Idem.*

Amens] 'Vestigium amenti similis accelerans,' ut supra lib. II. loquitur. Λύπη γὰρ ὀργή τ' εἰς ἕνα ψυχῆς τόπον Ἐλθοῦσαι, μανία τοῖς ἔχουσι γίνεται, ut olim Cleænetus scripsit. Æneid. IX. 'Femineo ululatu, Scissa comam, muros amens, atque agmina cursu Prima petit.' Ovid. Metam. II. 'Lugubris et amens, Et laniata sinus, totam percensuit urbem.' *Pric.*

Cursuque bacchata furibundo, &c.] Virgilius Ceiri: 'Infelix virgo tota bacchatur in urbe:' et Æneid. VII. 'Immensam sine more furit bacchata per urbem.' Ovidius de Phyllide: 'Ibat, ut, Aonio referens trieterica Baccho, Ire solet fusis barbara turba comis:' bene et *cursu furibundo.* Scriptor Maccabaici tertii, de Hierosolymitanis mulieribus, Antiocho templi penetrali ingresso: Τὴν ἁρμόζουσαν αἰδῶ παραλείπουσαι, δρόμον ἄτακτον ἐν τῇ πόλει συνίσταντο. hoc habitu, interfectis matre et fratribus, Antigone ab Euripide describitur. *Idem.*

Per plateas populosas] Sidon. c. 15. 'Plurimus hic Briareus populoso corpore pugnat.' Ammian. Marcell. lib. XXIV. cap. 5. 'Civitas ampla et populosa virtute roboris excisa.' Aurel. Vict. de Cæs. c. 21. 'Alamannos, gentem populosam.' Gloss. 'Populosa, πολυοχλοῦσα.' et aliis. *Wass.* Vide supra ad lib. V. p. 98. 'populosam familiam.' *Oud.* *Per plateas populosas, &c. fertur*] Ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει· ut Adoni Venus interfecto. Chrysologus de archisynagogi filia: 'Illa secretas languoris sui sustinet passiones: hic' (pater ejus) &c. 'toto fertur et jactatur in populo.' Curtius ubi de Alexandro mortuo: 'Nobiles pueri, custodiæ ejus corporis assueti, nec doloris magnitudinem capere, nec seipsos intra vestibulum regiæ retinere potuerunt: vagique et furentibus similes, totam urbem luctu ac mœrore compleverunt.' *Pric.*

Et arva rurestria fertur] 'Mœret, illacrymat, gemit: Et huc et illuc anxios gressus refert.' Cicero Tuscul. III. 'Ex hoc evenit, ut in animi doloribus alibi solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte: Qui miser in campis mœrens errabat Aleis, Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.' Bion ubi supra, de Venere: Ἀνὰ δρυμοὺς ἀλάληται. et post: Δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται. Homerus de Achille Patroclum interfectum lugente: Δινεύεσκ' ἀλύων παρὰ θῖν' ἁλός. De Hercule, rapto Hila, Theocritus: Ἐν ἀτριπτοισιν ἀκάνθαις Παῖδα ποθῶν δεδόνατο, πολὺν δ' ἐπελάμβανε χῶρον. et statim: Ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν. Ὤρεα καὶ δρυμώς! deinde: Ὁ δ' ᾇ πόδες ἆγον, ἐχώρει Μαινόμενος. ex quibus Ovidiana ista de Canente, marito Pico amisso: 'Latos errat vesana per agros, Per juga, per valles, qua sors ducebat euntem.' *Idem.*

Casum mariti quiritans] Beroaldus jam monuit ab aliis legi *quiritans*: ut certe hic quoque habent Mss. plerique, Edd. Junt. post. et Edd. post Colv. Sed *queritans* servatur a Pith. Fux. D'Orv. et Inc. ac præfertur a Beroaldo, uti et Cl. Arntzen. ad Plinii Panegyr. cap. 29. 'Nequidquam quiritantibus sociis;' tum quia hic de sola querela, sine opis imploratione, agitur, tum quia Accusativus casum melius τῷ *queritari* quam *quiritare* jungitur. Sed et lib. V. pag. 109. in melioribus libris est: 'Hæc quiritans:' ubi vide. Et facile iste Accusativus per præpositionis ellipsin

in *quiritare* procedit. *Oud.* *Que-*
] Sæpe conquerens lamentabili
et queribunda: a querendo, id
mentando, inclinatum frequen-
m fit *queritans.* Quidam legunt
ans, quasi vociferatione clamans.
ritare' enim clamare est, trac-
b his qui Quirites invocant, con-
ntque: quod Veteres 'quiri-
dicebant. Lucilius: 'Clare
tans.' Nigidius: 'Clamat qui-
m:' apud Plin. in epistolis an-
scriptura est, partim enim le-
'infantium quiritans,' partim
ntium quiritatus:' utraque lec-
tis proba est. 'Quiritatus' dici-
nerela et vociferatio: 'Quirita-
vero inclamatio, et quasi quiri-
imploratio. *Beroald.*

nfluunt, &c. civium catervæ] Lib.
Magnæ civium turbæ conflue-
:' et XI. 'Tunc ecce confluunt
que turbæ.' Æn. XI. 'Fluuntque
gia plenis Tecta viis.' Servius:
unt, festinanter incedunt.' *Pric.*
cti omnes] Flor. *obii.* Male. *Om-*
en est in Bert. et Flor. *Elmenh.*
ejecit rursus Elmenh. receptam
a seqq. Edd. nisi quod Scriver.
circumscripserit et Flor. El-
. paruerit. Sed et agnoscunt
Pal. D'Orvill. Fux. Oxon. Guelf.
ac bene observavit Appuleius
imen *omnium,* qui possunt esse
ost alios venientes, et *cunctæ ci-*
is, conjunctim et una studio vi-
s sese effundentis. Quare *omnes*
ique bene jungi possunt, ut a Ci-
ne aliisque factum, et observa-
recte a priscis Grammaticis, As-
, Festo, Servio ad l. I. Æn. 518.
ibusque. Vide Drak. ad Liv. lib.
c. 34. 'Admiratione paventibus
tis, quum omnium in se vertis-
oculos.' Quare male fecit Col-
quod contra sequens *cuncta* de-
, ut jam videbimus. *Oud.*

vitas vacuatur] Perperam hic Col-
secuti sunt Vulc. Merc. Wower.
. Nam servant eam quoque
D'Orvill. Pith. aliique, cum Edd. pri-
oribus; et Appuleius centies 'cuncta,'
'tota,' 'omnis civitas,' ac nusquam
fere simpliciter *civitas* dixerit. Plura
vide ad lib. III. p. 45. 'Cunctæ civi-
tatis ostiatim.' Abest tamen a Reg.
Pal. Oxon. Par. Guelf. *Idem.* *Civi-
tas vacuatur studio visionis*] Lib. VII.
'Tota civitas, &c. conspectum effun-
ditur:' ubi dicta p. 141. vide. *Pric.*

Labantique spiritu] Flor. *labentique.*
Elmenh. Retinuit tamen Elmenh.
ut omnes post Colv. *labantique.* Sed
Pric. in notis prætulit *labenti* e Ta-
citi lib. VI. Ann. c. 50. 'Labi spiri-
tum, nec ultra biduum duraturum fir-
mavit.' Sic et 'morientium animæ'
labi dicuntur. Consule congesta ab
N. Heins. ad Ovid. lib. III. Art. 742.
'Labor, io!' Quia tamen ceteri Codd.
certe Reg. Pal. Guelf. Bert. Oxon.
Par. D'Orvil. etiam dant *labantique,*
et Charite mortua non est, haud sane
id spreverim pro vacillante, et defi-
ciente, nondum tamen penitus exci-
dente sive *labente:* quod bene alio-
quin explicuit Beroald. *effundit* Pith.
Guelf. pr. *Oud.* *Labantique spiritu
totam se super corpus effudit*] Donatus
ad IV. 5. Adelph. 'Animo male fieri
dicitur, cum ictu alicujus mœroris
perculsus, non sustinet corpus, se-
quiturque ruina membrorum.' Zeno
Veronensis: 'Mortua spiritu, laben-
tibus ad terram membris, incertas
reddebat exequias, cui' (melius, *et
cui,* id est, *utri*) 'lacrymas commen-
darent: mortuæne, an morienti:' pro
quibus Appuleius: 'Penissime ibi-
dem, quam devoverat ei, reddidisset
animam,' &c. Et nota in verbis Ze-
nonis, 'lacrymas commodare:' sic ad
I. 1. Andr. Donatus: 'Qui alienis la-
crymis suas commodabat:' quos lo-
cos si incidissent eruditi homines,
haud ita male eandem in Petronio
locutionem vexassent: nec, dum lu-
cem afferre se crederent, Scriptori
illi tenebras offudissent. Pro *laban-
tique spiritu,* cum Florent. cod. et Vi-

cent. edit. *labentique* scribe. Tacitus (quem, ut sæpe monui, sæpissime imitatur Noster) de Charicle medico: 'Labi spiritum,' (Tiberii) 'nec ultra biduum duraturum, &c. firmavit.' *Pric.*

Totam se super corpus effudit] Servius ad v. Eclog. 'Lugentium est, ut et corpori inhæreant.' Æneid. x. de Mezentio, Lauso filio occiso: 'Ambas Ad cœlum tendit palmas, et corpore inhæret.' Ovidius Fast. II. ubi de Lucretia: 'Ecce super corpus communia damna gementes, Obliti decoris virque paterque jacent.' Q. Curtius de Alexandro: 'Super amici' (Ephestionis) 'corpus ejulans procubuit.' Hieronymus de Eustochio, matre Paula mortua: 'Deosculari oculos, hærere vultui, totum corpus amplexari.' Virgilius de Evandro: 'Venit in medios: feretro Pallante reposto, Procubuit super.' Statius de Abascantio: 'Ore ligato Incubat amissæ:' amissæ uxori scilicet. Philostratus de Ajace, Palamede interfecto: 'Επιῤῥίψας ἑαυτὸν τῷ νεκρῷ. Heliodorus II. 'Επὶ τὸ σῶμα τῆς κειμένης κατενεχθεὶς, &c. εἴχετο, καὶ προσεπεφύκει. *Idem.*

Ac plenissime] In locutione *plenissime reddidisset animam*, otiosa est vox *plenissime*, quam exhibent Edd. Vett. O. Nam sensus nihilo minor esset, si id adverbium abesset. Quare accedo viris doctis, qui, Stewechio Colvioque præeuntibus, ediderunt *pænissime*, præsertim cum suffragentur Flor. Guelf. Reg. Palat. Inc. Sed miror Colv. non monuisse, se etiam e Lips. Cod. *reddidisset* mutasse in *reddidit*: uti fecit melius, quam Stew. et cum eo Scriv. retinentes *reddidisset*, ut est etiam in omnibus Colvio prioribus. Si enim *pænissime* recipimus, omnino *reddidit* flagitat totius loci constitutio; iidemque Mss. ita exhibent, quibus succinit D'Orv. habens *reddit*. Lib. I. p. 14. 'Corpus in flumen pæne cernuarat, nisi altero ejus pede retento, vix et ægre ad ripam superiorem adtraxi.' *Oud.*

Quam devoverat ei] *Quem* Pith. D'Orvill. *quem devoraverat ei*. In Ed. Beroaldi etiam *devoraverat*; sed explicat *devoverat*. Conjicere posses *devotaverat*. Quomodo certe id verbum corruptum est in *devorare* a nonnullis lib. IX. p. 191. 'Cuncta cæli numina, quæ dejerando temere devotasti.' Verum ibi longe aliud significare, suo loco videbimus. Nec tuto viri docti probant, *devotare* dici pro *devovere* ex Cic. Parad. I. cap. 3. 'Quæ patrem Decium, quæ filium devotavit, atque inmisit in armatas hostium copias.' Namque in binis Bibl. Leid. antiquissimis membranis optime legitur a m. pr. *devota vita, inmisit*: et recentior manus addidit litteram *c*, quasi fuisset *devotavit, ac i.* Sed cum *ac* seq. vocali vix sit Latinum, certe non aurei argenteive seculi, alii inde fecerunt *atque*. Sic vara vibiam sequitur. *Idem.*

Ægre manibus erepta s.] Melius legas cum Ms. Pal. *erecta*. Se totam enim super corpus effuderat. *Florid.* Pricæi scrinia compilans. Id sine dubio verum est; quod in Guelf. sec. etiam reperitur. Solent ea verba perpetuo confundi. Adi Drak. ad Liv. lib. III. c. 5. 'Vulnere accepto, ægre ab circumstantibus ereptus, et suorum animos turbavit, et ferociores hostes fecit.' Ibi rectum est *ereptus*, sc. ne ab hostibus caperetur. Sed hic officium consistere non potuit, nisi in adtollendo et erigendo heram, ut Lucan. l. VIII. 65. deficientem Corneliam: 'frustraque adtollere terra Semianimem conantur heram.' Et passim. *Ægre* vero jungendum esse τῷ *erecta*, non vero τῷ *remansit*, ut putabat in notis Pricæus, sed in Add. sententiam mutavit, evincit vel ille Livii locus, et Nostri l. I. p. 14. 'ad pænissime citatus.' Ibid. p. 5. 'lassus ipse, fatigatum ægerrime sustinens.' Et sæpius. In

D'Orv. *ereptam*. Oud. *Sed, ægre manibus erepta suorum, &c.*] Melius, ut in Palat. *erecta:* se totam enim super corpus effuderat. *Pric.*

Invita remansit in vita] Pal. Rom. et Ald. primam vocem inducunt. *Elmenh.* Hinc Scriv. uncis inclusit adjectivum. In O. Edd. antiquis solum est *remansit in vita*. Sed Beroaldus jam dubitavit, *invita* pro ingratiis et coacta una voce scribi debeat, an duabus *in vita;* et Palat. atque Oxon. præbent *invita remansit;* ut hoc sensu ait Cyprianus Ep. XL. 'remansit invitus.' Immo Mss. Flor. Guelf. Reg. D'Orv. Inc. diserte exhibent quoque *invita remansit in vita:* ac vide de hac elegantia notas ad Lucan. l. VIII. 61. 'spe mortis decepta jacet.' Nec Pricæus debuerat de ejus lectionis veritate dubitasse; quia ipsi videbatur Appuleius tunc addituras fuisse *quamvis:* ut alibi sæpius facit. Nam hoc ei non est perpetuum. Sine tali conjunctione scripsit etiam lib. v. p. 92. 'Vi ac potestate Veneris usurus, invitus succubuit maritus.' 95. 'Deque tantis divitiis exigua nobis invita projecerit.' h. lib. p. 155. 'Quadrupes toto tergo supinatus, invitus dominum devolvit ad terram:' ubi ea vox desideratur male in nonnullis. In Apol. p. 513. 'Invitam eam conciliare studebat.' Fuit, cum et hic conjicerem, *invisa remansit in vita*. De quo vide ad l. VI. p. 118. Sed *invita* nominative retinere malo. *Oud.* *Invita remansit in vita*] Ovidius ad Liviam, Druso mortuo: 'Vix etiam fueras paucas vitalis in horas, Obtulit invitæ cum tibi Cæsar opem.' Pro *invita remansit, &c.* magis ad Appuleii morem *quamvis invita* scribas. Lib. v. 'Quamvis invitus, susceptas eas, &c. solo reddidit.' Lib. VI. 'Cum primum sarcinas istas, quamvis invitus, pertulerit:' et IX. 'Apponebat propere mulier, quamvis invita:' at Palat. Cod. et antiquissimæ editt. ita locum concipiunt: *Ægre m. e. s. remansit in vita*. Oxon. Ms. *invita remansit*. *Ægre* autem *remansit* intellige, non *ægre erecta*. Justinus lib. XII. 'Ægreque ab eo obtentum ut vellet vivere.' Potest et alterum illud permitti: *Ægre erigi* hic, ut supra lib. I. 'Fatigatum ægre sustinere.' *Pric.* *Invita*] Non libens, coacta et ingratis. Quidam sejunctim legunt, ut duæ dictiones sint *in vita:* hoc est, vivere perseveravit. *Beroald.*

PAG. 157 *Funus vero toto feralem pompam prosequente populo, deducitur ad sepulturam*] Ovidius, ubi de Druso: 'Funeris exequiis adsumus omnis eques.' Vide supra p. 86. 87. dicta. Dio Cassius de Augusto mortuo: Παρῆν δὲ, καὶ συνεξέφερεν αὐτὸν ἥ τε γερουσία, καὶ ἡ ἱππὰς, αἵ τε γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὸ δορυφορικὸν, οἵ τε λοιποὶ πάντες ὡς εἰπεῖν οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες. P. Chrysologus Serm. CXXI. 'In obsequium divitis migrat tota civitas cum funus effertur: pauper vadit solus:' ubi *obsequium* erudite dixit. Terent. Andr. 'In funus prodeo:' ubi Eugraphius: 'In obsequium funeris.' Luc. VII. 12. de vidua filium efferente: Καὶ ὄχλος τῆς πόλεως ἱκανὸς ἦν σὺν αὐτῇ. Florid. IV. Noster: 'Aspexit in pomæriis civitatis funus ingens locatum: plurimos homines ingente multitudine, qui exequias venerant circumstare.' Laërtius de Platone mortuo: Πανδημεὶ παρεπέμφθη. De 'pompa exequiali' supra p. 38. dixi. *Pric.*

Nimium clamare] In Lips. Cod. non est *nimium nimium*, quod sine copula stare posset, ut Græce μᾶλλον μᾶλλον, sed *nimium nimius*, ut in iis quos laudavit Elmenh. item Oxon. Guelf. sec. Palat. D'Orv. Fux. Inc. Hinc dubito valde de veritate Colvianæ correctionis, quam etiam probavit Pricæus; licet alioquin proba et frequens sit locutio 'nimium nimiumque.' In D'Orvill. ut in Bert. est *clamore*. Hinc etiam refingi posset, *nimium nimio clamare, pl.* ut l. III. p.

61. 'junxit opulentiæ nimiæ nimio :' ubi vide. Vel *nimius clamore* videtur explicatio glossaria vocum *nimium plangere*. Quidquid sit, mihi nondum constat de certitudine lectionis hujus loci. In D'Orvill. etiam est *plangens*. Oud. *Sed Thrasyllus nimium clamare, plangere, &c.*] Tacitus Annal. II. 'Et periisse Germanicum nulli jactantius mœrent quam qui maxime lætantur.' In Oxoniensi et duobus aliis Mss. *nimium nimius clamare:* unde *nimium nimiumque c.* putavit bene Colvius legendum : supra fine tertii : 'Et cervice prolixa, nimium nimiumque porrectis labiis,' &c. ut quidem in vetere Vicentina, et Codice Oxoniensi legitur: in nuperis enim editionibus, mutile, *cervice, prolixa, nimiumque p. l.* Pric.

Lacrymas reddere] Pro *edere*. Sic Tac. XVI. Ann. 'Ac mox redditum odium' pro *editum*. Groslot.

Veritatem ipsam fallere] Supra lib. II. 'Ipsos Solis et Justitiæ oculos frustrari.' *Pric.*

Illum, &c. coætaneum, contubernalem, &c.] Ex quibus vinculis necessitudo arctior, proin gravior jactura : supra lib. IV. puella sponsum ereptum deflens : 'Tantulo triennio major in ætate, mecum primis ab annis nutritus, et adultus, individuo contubernio,' &c. ad quem locum pag. 81. adnotata confer. *Idem.*

Fratrem d. addito nomine lugubri, ciere] Recte animadvertit Pricæus, stare hic non posse *nomine lugubri*. Tale enim non erat Tlepolemi nomen, aliaque ejus epitheti ratio non adparet. Immo non comparet vox *nomine* in Pith. Cod. Non tamen cum eo hinc refingerem, *add. nomine, lugubriter ciere;* quia lib. V. p. 48. ait, 'plangore sublato lugubriter ejulare :' quod ideo tacite, sed temere, in textum hic recepit Floridus. Sed æque facile excidisse potuit *sono lugubri,* vel *lug. voce* ob vicinas præcedentium vel sequentium syllabarum litteras. L. V. p. 92. 'Plangebant ubera, deflebant oculos, nomine proprio sororem miseram ciebant; quoad sono penetrabili vocis ululabilis amens et trepida procurrit e domo.' Sed malim simpliciter legi, *ad. nomine, lugubre c.* hoc est, lugubriter et flebiliter. Vide ad l. V. p. 101. 'Simile mœrendo :' ubi vulgo, *similiter*. Dein in Pal. et Gueif. utroque Cod. est *cire,* quod eodem redit. Utraque enim conjugatione occurrit, et hinc recte Ampl. Bouhier. ad Petron. Carm. de B. Civili p. 106. bene correxit l. XXXI. Cod. ad L. Jul. de Adult. 'Ubi scelus est id, quod non proficit cire ?' Vulgo *scire*. Contra circumfertur ubivis in Mart. Capella l. IX. p. 309. 'Jam vos verenda, quæso, cæli germina, Quæ multiformæ scitis cire barbiton.' Sed non utitur Capella spondeo in quarta sede, et Mss. dant *scit ciere,* ut *barbiton* sit nominativus : et ita Mss. quatuor lib. II. p. 28. 'Sonus multifidis suavitatibus cietur.' Vulgo, *suscitatur*. Sed vide Doct. Bondami V. Lect. p. 57. A m. tamen secunda in Leid. Cod. quarto est *scitis cire*. Certior lectio est apud Nostrum de Mundo p. 735. 'Ventorum prœlia ciuntur.' Sic enim Mss. non *cientur*. In Flor. N. 17. 'Voces, quas infesta rabies vel propitia voluntas ciant.' Glossæ : 'Cio, κινῶ.' Nec mutandum in Catal. t. I. p. 496. 'Phœbumque cio :' ubi vide Burm. *Oud.* *Fratrem denique, &c.*] *Fratrem* post omnia dixit, quasi ceteris majus omnibus. Lib. I. 'Comes, et pater, et frater meus :' ubi dicta p. 22. vide. *Pric.* *Addito nomine lugubri, ciere*] Virgil. IV. 'Et morientem nomine clamat :' at quid heic *nomen lugubre?* aut quæ ratio epitheti illius ? locum interpunctionis, et (quod haud paulo gravius) vitiosæ lectionis macula deturpatum, ita mecum restitue : *Fratrem denique, addito nomine, lugubriter ciere :* sic supra III. 'lugubriter ejulare.' Livius lib. I. 'Solvit

crinea, et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat :' id est, (ut heic Appuleius,) 'lugubriter ciet :' supra lib. v. 'Jamque nomine proprio sororem miseram ciebant, quoad sono penetrabili vocis ululabilis, &c. trepida Psyche procurrit,' &c. quæ quid sibi volunt quam quod hic, *lugubriter ciere?* Idem.

V. exemplis multivagi casus solatia nectere] Sic Ms. Ald. et Bas. 1. Alii, *multijugi casus.* Colvius. Non male leg. *multijugi.* Soping. Quinam alii ediderint vel conjecerint, *multijugi*, sive varii, et, ut alias dicit, *multiformis*, nescio. Sed Auctor est frequens in hac voce. Vide Indicem, et l. iv. p. 72. 'multijugi adparatus.' L. xi. p. 241. 'multiformi specie, ritu vario, nomine multijugo :' ac sæpe cum *multivagus* in Mss. confunditur. Vide ad l. v. p. 111. 'multijugis precibus :' infra p. 168. 'multijuga scaturigine.' De Deo Socratis init. 'Luna circumversione oris discoloris, multijuga pollens.' At hic Mss. O. quod sciam, *multivagi* servant. Quod significabit, Thrasyllum exempla adferendo, de alio ad aliud transiluisse, et sic per varias historias vagatum exempla variasse. Apud Plin. l. ii. c. 10. 'Multivagus Lunæ flexus.' Mox in Guelf. pr. *solatio*, in D'Orvill. et Palat. est *solatia vertere.* Oud. *Verbis palpantibus stimulum doloris obtundere, variis exemplis multivagi casus solatia nectere*] Petronius, ubi de matrona Ephesina : 'Cœpit' (miles) 'hortari lugentem ne perseveraret in dolore supervacuo, &c. omnium eundem exitum esse, sed et idem domicilium, et cætera, quibus exulceratæ mentes ad sanitatem revocantur.' Paulus i. 10. 13. ad Corinth. Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος. Euripides : Οἴμοι! Τί δ' οἴμοι; θνητά τοι πεπόνθαμεν. his *casus multivagus* illustratur. *Pric.*

Contrectandæ mulieris] Scriptura vetus, *contractandæ.* Colv. Per *a* etiam Oxon. teste Pricæo: ut passim hæc varietas in compositis verbi *tracto.* Vide ad Hirt. B. Afr. c. 72. supra in f. l. iv. Infra l. x. p. 217. 'Contractatis manibus :' et præter alios Burm. ad Suet. Domit. c. 1. 'Contractatis multorum uxoribus.' Atque Mss. 2. Justini, a me collati, l. vii. c. 3. 'Petulantius Persis eas contractantibus.' Ammian. Marcell. l. xxiv. c. 4. 'Ex virginibus nec contrectare aliquam voluit, nec videre :' al. *contractare.* Oud. *Studium contrectandæ mulieris adhibere*] In Milite Plautino : 'Te compellare, et complecti, et contrectare.' Cicero lib. i. de Deorum Nat. 'Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?' Cyprianus in de habitu virgin. 'Cum amictu vestis honor corporis ponitur : denotanda et contrectanda virginitas revelatur.' Achilles Tatius lib. iv. Χειρὸς θίγειν, ψαῦσαι σώματος, αὗται ἐρώντων παραμυθίαι. Ibidem : 'Ακοῦσαι θέλω φωνῆς, χειρὸς θίγειν, ψαῦσαι σώματος. Oxoniensis, et alius Ms. *contractandæ* : quod eodem cadit. Glossæ : 'Ψηλαφῶ, tracto, contracto, &c. palpo.' *Pric.*

Delectando] Sive valde eam lactando. Ut frequentissime *de* in compositis Nostro aliisque auget significationem. Nec ausim contra Mss. cum N. Heinsio ad Ovid. lib. xi. Metamorph. vs. 412. reponere simplex *lactando* : quamvis nunc *delectare* hoc sensu alibi non occurrat. *Oud.*

Statim factis] In Flor. non est *exactis*, sed *erectis*, ut in Fux. Regio, et marg. Ms. Lips. *ereptis* est in Pith. ut excusum est in Edd. Vett. ante Colv. *Factis* dant etiam Pal. Guelf. sec. Oxon. Par. Edd. Vulc. Merc. ut l. iv. p. 87. 'perfectis thalami feralis solemnibus.' In Guelf. pr. *sacris* exaratur. *Peractis* tacite invitis Mss. edi curavit Wow. adsentientem habens Pric. hic et in Add. ad p. 199. *Exactis* Elmenh. Scriv. et Flor. con-

tra Mss. ediderunt. Est et, qui *exceptis* rescribendum conjecerit. At verius Mss. Urs. et aliquot Codd. Beroaldi, ipso probante, nec non Ed. Colin. præbent *expletis;* ut rursus Nostro l. v. p. 105. 'Alternis amplexibus mutuæ salutationis expletis.' L. IX. p. 199. 'Jamque nono die rite completis apud tumulum sollemnibus.' Cæs. l. III. B. Civ. c. 46. 'His rebus completis.' In D'Orv. est *expleitis*. Verum omnes illæ variantes lectiones, *ereptis*, *erectis*, *expletis*, *factis* (nam ceteræ sunt conjecturæ) movent me, ut credam, illarum nullam esse ab Auctoris manu, ac cum N. Heinsio ad Ovidii d. l. hæc esse mendosa pronunciem. Et quidem maxime me offendit vox *statim*, sequente *protinus*. Neque enim verosimile est, illam officia inferialia explevisse, seu *conclusisse*, ut ait Donatus ad Terent. Phorm. I. 1. ante solitum et *statum*, sive *nonum*, post sepulturam, quam memoravit hujus paginæ initio, diem: unde notissima sunt, 'sacra novemdialia,' ab Auctore etiam observata p. 199. Quare aliquando, ut in Misc. Obs. a. 1733. p. 131. cogitavi rescribendum esse, *stato more explicitis*, vel *explicatis*, sive *expletis*, et ut ait l. I. p. 5. 'persolutis officiis feralibus.' 'Stato more' est ritu et die sollemni: ut passim. Juvat apprime locus l. X. p. 213. 'Vix dum pompæ funebres et sepultura filii fuerant explicatæ.' Alibi ait Auctor 'explicare munus,' ut l. VI. p. 122. Et pro peragere, absolvere et finire, sæpe, ut l. I. p. 3. 'In flexibus tortuosis saltationem explicat.' L. X. p. 232. 'Ambages tubæ terminalis cantus explicuit:' ut crebro hoc verbum ponitur. Vide, præter plurimos, Duker. ad Flor. l. I. 17. 'bellum difficillimum explicavit.' Et sic 'explicaturi consilium' abiit in *expleturi* apud Cæs. l. I. B. Civ. c. 78. *Idem*. *Officiis inferialibus statim exactis*] Malueram *peractis:* sic IX. 'Peractis feralibus officiis:' et in l. XLIV. de manum. testam. 'solennia mortis peragere.' 'Solennia tumuli peragere,' Servius ad Æn. IX. dixit. Seneca cap. 13. ad Marciam: 'Peractis quæ moris erat præstare defunctis,' &c. *Pric*. *Expletis*] Quidam legunt *Exceptis*, quod placet: ut sit sensus, Peractis officiis inferiarum, decrevisse Charitem mori, ne marito superstes viveret. *Beroald*.

Puellæ protinus festinat ad maritum suum demeare] Infra: 'Jam tempus est ut, &c. deorsum ad meum Tlepolemum viam quæram.' *Pric*. *Cunctasque prorsus pertentat vias*] Ut Porcia Bruti. *Idem*.

Vias; certe illam lenem, &c. consimilem: ined.] Male vulgo distinguunt, posito pleno puncto post *vias*, et commate solo post *consimilem*. Eo enim usque pertinent ad *perpetuat*. Sequentia *Inedia*, &c. ad *transegerat*. In Oxon. male *illa*. Tum in Guelf. pr. *levem*, et in Pal. ridicule *lenam*. Pith. *lene otiosam, nec*. Mortis viam *lenem* vocat inediam. Vide Beroald. et Pric. *Oud*. *Certe lenem illam, &c.*] 'Inediæ' scilicet, ut continuo subjungitur: ergo bene *lenem*. Tacitus Ann. XI. 'Hortantibus, &c. quibusdam inediam, et lenem exitum:' id est, 'lenem inediæ exitum.' Seneca Epist. LXXVII. de Tullio Marcellino se inedia luci subtrahente: 'Paulatim defecit, ut aiebat, non sine quadam voluptate, quam afferre solet lenis dissolutio.' Idem, lib. cur bon. vir. &c. 'Lenior jejuno mors est, cruditate dissiliunt:' liceat, dum quid certius excogitaverit quis, *cruditantes* reponere: qua voce adversus Psychicos, et alibi, Tertullianus utitur. Valer. Maximus VII. 1. 'Lenique genere mortis, &c. extinctum.' *Pric*. *Illam lenem*] Sensus est, destinaverat Charite mori inedia, tanquam ea mortis via lenis esset, et placidæ quieti consimilis nec telis ullis indigens. *Inedia* autem est septimus casus. Attende, genus mortis lene et otiosum, et pla-

videri Appuleio, inedia mori: lioqui camœnæ Græce canant, τον λιμῷ θανέειν, miserrimum ame mori: et, ut scribit Hieren Threnis: 'Melius est occidi quam fame extabescere.' In iele quoque legimus: 'Sagitnis mortiferæ sunt.' Plautinus tus miserrimum esse hominem at, qui cum esse cupit, quod ion habet. Cæterum hæc omferuntur ad homines qui cuvivere, quibus esuritio videtur acerrimum. Sed in homine ri omnino decreverit, mors per m pedetentim recepta in corinus truculenta sentitur, cum a adhibita moriatur. Hoc genortis periit Sisigambis Darii quæ audita Alexandri Magni succumbens dolori, cibo paabstinuit: et Lucan. quinto: iam mori statuerat die extincroald.

ia d. misera] Negligenter ad- Elmenh. notulas conscribilla- *diæ d. miseria* ex Lips. et Colv. editum est in Vulc. Ed. sec. am conspicitur *miseræ*, quod careret. Mss. ceteri et Edd. d. *misera*, nisi quod in Guelf. : *miseria*. Recte autem *incu*eroald. et Flor. exponunt illut negligentiam lavacri ac bal-, ut patet e seqq. Consule notata ad l. vi. p. 128. 'Causetas incuria congestas.' *Oud.*] Negligentia et illuvie: sep-st casus. *Beroald.*

luce jam transegerat] Mss. D'Orv. Pith. Fux. Guelf. Edd. criv. *jam cum l. tr.* De locu- *ransigere cum luce*, eique, trans- ac pactione facta, quasi cet sic vitam finire, adi Beroald. . p. 216. 'Jam cum rei Fortu- isacto.' Tacit. de V. Agric. 'Transigite cum expeditioni- ponite L. annis magnum diem.' ait l. iv. c. 7. 'Transactum de partibus.' Septim. de B. Troj. l. III. c. 25. 'Quia fortunam labantis' (Mss. 2. *labentis*) 'patriæ dolens de pernicie publica cum exitio ejus transigat.' Quod vindicavit ab Annæ conjectura Wopk. in Misc. Obs. Nov. v. I. t. II. p. 66. *Oud.* *Cum luce*] *Transigere* verbum est forense, ad creditores et debitores maxime pertinens: quod idem valet, quod componere atque decidere. Debitor transigit cum creditore per decisionem, et ita lis negociumque finitur. Ex hac translatione conceptus sensus elegantissimus a nostro Lucio, qui ait, quod Charite cum luce transegerat: id est, cum vita et luce ætheria deciderat, tanquam debitor cum creditore: ut nihil sibi amplius foret cum luce, ut luci resolveret totum quod debebat: et ita per decisionem transactionemque cum luce factam transiret ad tenebras. Qui pro sociis transigit, satisdat, neminem postea eorum petiturum, ut auctor est M. Tull. in oratione pro Roscio Comœdo. *Beroald.* *Tenebris imis abscondita, cum luce jam transegerat*] 'Caput ferali obducit amictu, Decrevitque pati tenebras:' ut apud Lucanum Cornelia. Vide supra pag. 87. adnotata. *Pric.*

Familiares et necessarios] Tacitus Annal. IV. 'Amici, aut necessarii:' sic, φίλους et ἀναγκαίους Dio Cassius lib. XLVII. junxit. Confer ad Act. 10. 24. allata. *Idem.*

Religiosæ necessitati succumbens] Seneca Epist. LXXX. 'Interdum non licet palam esse miseros, sed inter ærumnas cor ipsum exedentes necesse est agere felicem.' *Idem.*

Obiens, ut jubebatur, viv. munia] *Obediens* prave exaratur in Flor. Pith. et D'Orv. vitio Appuleii librariis frequenti. Vide ad lib. IV. p. 74. 'munus obeundum.' Tum *videbatur* est in Regio, et D'Orv. Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. At sensu inepto. Non videbatur Charite mu-

nia obire, sed re vera obibat; at non sponte et volens; sed invita et jussa a parentibus. Bene igitur τὸ *jubebatur*, quod in ceteris Mss. et Edd. est, præstare judicarunt Pric. et N. Heinsius ad Ovidii lib. XIV. Metam. vs. 208. 'Invita ergo obsequebatur.' Quod adjectivum restituendum Colum. lib. VI. c. 2. e Ms. Sangerm. *Oud.* *Obiens, ut videbatur viventium munia, &c.*] Melius in aliis *jubebatur*. Clitophon apud Achillem Tatium lib. V. Θεραπευθεὶς ἄκων τὸ τραῦμα, τοῦ Μενελάου με παρηγοροῦντος, ζῶν διεκαρτέρησα. *Pric.*

Prorsus in pectore, immo vero p. i. m. carpebat animum] Ibidem Heinsius ait, neminem non videre, quam inconcinna sint 'prorsus in pectore carpere animum.' Quam ob rem substituit *pereso pectore*. Non temere tamen ego quid ausim mutare, quia ista *in pectore, &c.* videtur opponere externæ actioni et sereniori vultui Charites. Extrinsecus fingebat, se non adeo mœstam amplius; sed intus et in pectore carpebat animum, sive se ipsam. Immo *animus in pectore* dicitur, ut Græcis θυμὸς ἐν φρεσίν. Sed et Latinis 'mens animi,' et 'mens, animusque' sæpe junguntur, ut in Flor. n. 4. Hinc et Vellei. lib. II. c. 66. 'Erumpens animo ac pectore indignatio.' De priori adi etiam Grævium ad Hesiodi Ἔργα vs. 381. Alioquin pro *prorsus* in D'Orv. et Fux. Codd. est *rursus*, et *vere* in D'Orv. pro *vero*. Sed vox *prorsus* singulis fere paginis hoc sensu occurrit apud Nostrum; quamvis, fatear, nusquam subsequi *immo vero*. Huic loco proxime accedit lib. IV. p. 79. 'Nullam quidem, prorsus sarcinam, vel omnino, licet vilem, laciniam.' Male vero Elmenh. Scriv. et Florid. ediderunt, *sed immo vero*: quod unde habeant, nescio. *Oud.*

Vultu non quidem hilaro, verum paulo sereniore, &c.] L. III. 'Paulisper hilaro vultu renidens, quantumque poteram, lætiorem me refingens.' Sed versus subsequentes, usque ad verba *solatio cruciabat*, male desunt in Oxon. Ms. *Pric.* *Penitus in medullis*] Lib. X. 'Perniciem cæcam, &c. medullis penitus attraxerant.' *Idem.* *Mærore carpebat animum*] Glossarium: 'Carpitur, τρύχεται, δρέπεται, κακοῦται.' *Idem.*

Dies totos, totasque noctes insumebat luctuoso desiderio] 'Sævumque arcte complexa dolorem Perfruitur lacrymis, et amat pro conjuge luctum:' ut Cornelia apud Lucanum: qui fortasse ista patrui imitatur: 'Teneas licet, et amplexeris dolorem tuum, quem tibi in filii locum superstitem fecisti.' (cap. I. Consol. ad Marciam) et post eum Augustinus: 'Solus fletus erat dulcis mihi, et successerat amico in deliciis animi mei.' Confess. IV. 4. *Idem.* *Dies totos totasque noctes, &c.*] Lib. V. 'Diem totum lacrymis et plangoribus misella consumit.' In veteri lapide: 'Desiderio matræ diem ac noctem cum lacrymis traxit.' Apud Quintilianum VI. Declam. 'Quæ misera desiderio tui dies noctesque jungit.' Seneca cap. 6. ad Marciam: 'Si fletibus Fata vincerentur, &c. eat omnis inter luctus dies: noctem sine somno tristitia consumas.' Petronius ubi supra: 'Positumque in hypogæo corpus custodire, et flere totis noctibus diebusque cœpit.' Homerus: Νύκτας τε καὶ ἦμαρα δακρυχεούσῃ. Scriptor Tobiæ vitæ, de matre ejus: Ἡμέρας ἄρτον οὐκ ἤσθιε, τὰς δὲ νύκτας ὅλας οὐ διελίμπανε θρηνοῦσα. Horatius: 'Tu semper urges flebilibus modis Mysten ademptum: nec tibi vespera Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente Solem.' Cinna in Smyrna apud Servium in Georg. II. 'Te matutinum flentem conspexit Eous, Et flentem paulo vidit post Hesperus idem.' Lucretius: 'Nec nox ulla diem, neque noctem aurora secuta est, Quæ non audierit mistos vagitibus ægris Plora-

tus, mortis comites et funeris atri.' *Idem.* *Totasque noctes*] Virgil. IV. Georg. 'Flet noctem:' ubi Servius: 'Jugi nocte: continuo fletu.' *Idem.*

Et imaginem defuncti, &c.] Admetus apud Euripidem ad uxorem suam, ut putavit, morituram: Σοφῇ δὲ χειρὶ τεκτόνων δέμας τὸ σὸν Εἰκασθὲν ἐν λέκτροισιν ἐκταθήσεται. Lactantius II. 2. 'Fingendarum similitudinum ratio idcirco, &c. inventa est, ut posset hominum memoria retineri.' Apud Quintilianum X. Declam. 'Clamat itaque, clamat mater infelix: Si mihi aliquam imaginem filii mei, &c. auferres, injicerem tamen misera tanquam corpori manum: illam similitudinem flens tenerem: illos oculos, illam gratissimam faciem, et rictus oris expressos, et adumbratos artificis manu vultus.' *Idem.* *Imagines defuncti*] Imitabatur Laodamiam, quæ et ipsa imaginem defuncti Protesilai in larario domestico colebat. Polla quoque Lucani conjunx imaginem mariti habebat in toro, pro solatio et fomento: de quo Papinius in epicedio Lucani: 'At solatia vana subministrat vultus, qui simili notatus auro, stratis prænitet incubatque somno.' *Beroald.*

PAG. 158 *Ad habitum dei liberi formaverat*] Soli Elmenh. et Flor. receperunt *formarat.* In ceteris Mss. et Edd. *formaverat.* Quam sæpe autem talis defuncti consecratio, deformatioque in habitum alicujus Dei facta sit, docent hic Beroald. et Pric. item Ill. Ez. Spanhem. t. I. de Præst. Num. p. 439. Burm. ad Sueton. Calig. c. 7. 'Cujus effigiem habitu Cupidinis dedicavit.' *Oud.* *Quam ad habitum Dei Liberi formaverat*] Suetonius Calig. 'Unus jam puerascens, insigni festivitate, cujus effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolina dedicavit.' Scriptor Sapientiæ XIV. 15. 'Αώρῳ πένθει τρυχόμενος πατὴρ, τοῦ ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνου εἰκόνα ποιήσας, τὸν τότε νεκρὸν ἄνθρωπον, νῦν ὡς θεὸν ἐτίμησεν. Statius Sylv. II. 'Hæc te non thyasis procax dolosis Falsi numinis induit figuras: Ipsum sed colit, et frequentat ipsum Imis altius insitum medullis:' quod ipsum heic Appuleius noster. *Pric.*

Affixo servitio] Ita exposuerat [ut Florid.] Beroald. Sed vereor, ut *affixo* sic umquam occurrat. Hinc dubitans Beroaldus explicuit etiam, 'adpositis mancipiis ad hoc ministerium;' uti sæpe *servitium* pro *servis* ponitur: ut ipsi Ciceroni de Har. Resp. c. 12. Verum cultus ille vel ministerium sacrum per *servos* indignum fuisset manibus, nec decorum ipsi Charitæ. Fuerunt quidem 'servi' et 'liberti Venerei,' 'Martiales,' et alii; sed fuerant ii homines liberi, dein Deo Deæve mancipati, ut docet Græv. ad Cicer. Divin. c. 17. III. in Verr. c. 62. Quare etiam malim cum Pricæo, quem consule, et N. Heinsio ad Ovid. lib. XIV. Met. 208. legere *adfixa*, i. e. unice intenta divino sui mariti cultui, et, ut alibi, *adhærens.* Tibull. lib. I. El. III. 87. 'pensis adfixa puella:' ubi vide Comm. Liv. lib. III. c. 68. 'Hærete adfixi concionibus, et in foro vivite.' D'Orv. *affisso.* Non æque bene Heins. ibidem vocem *servitio* tentat mutare in *sacrificio.* Nam *servitium* ponitur pro λατρείᾳ, ut recte monuerat Beroald. ac divino cultu, ut clare rursus scribit Noster lib. XI. p. 249. 'Quorum sibi servitium Dea nostræ majestas vindicavit.' Eoque sensu putem pro sacerdote vel saltem æditua a Vitruvio vocari præf. lib. VII. 'Demetrium' (*Democritum* Æg. Menagius ad Laërt. lib. IX. s. 49.) 'Dianæ servum:' et ne de pluribus ἱεροδούλοις dicam, alias apposite magis ad hunc locum, 'Bacchi famulas' præbent Inscriptiones. Consule doctiss. Gorium in Inscript. Flor. t. I. p. 374. *Oud.* *Affixo servitio*] Exclusis omnibus prohibentibus *affixa* reponendum crediderim. Seneca cap. 2. ad Marciam: 'Intenta in unam rem,

et toto animo affixa.' Virgilius de Palinuro : 'Clavumque affixus et hærens Nusquam amittebat:' infra lib. IX. 'Affixus atque conglutinatus, &c. commissa provincia fidem tuebatur.' Eucherius ad Valerianum: 'Qui amat egregie rem aliquam, velut affixus et cohærens illi, nusquam eam relinquit, &c. Cicero Famil. I. 8. 'Me tibi in omnibus rebus affixum habebis:' ita 'pensis puellam affixam' Tibullus, et 'affixam foribus' dixit. Minucius Felix de Sole: 'Cælo affixus, sed terris omnibus sparsus:' apud Quintilianum VI. Declam. 'Semper estis intra domum, uno plurimum in loco, levibus officiis affixæ.' Porcius Latro in Catilinam: 'Nihil illo affixius ad colenda bonorum consortia.' i. *Nemo affixius illo.* Ita de personis, non rebus positum ubique vides. *Pric.* *Affixo servitio*] Appositis mancipiis ad hoc ministerium: vel *affixo servitio* accipe pro cultura diligenti ipsius Charites, in colendo marito: ut *servitium* pro latria posuerit: id est, servitute: est autem *latria*, ut docet August. in x. ea proprie servitus, quæ pertinet ad colendum Deum: unde idololatriam vocant, idolorum servitutem. *Beroald.*

Ipso se solatio cruciabat] Tertullianus in de Anima, cap. 56. de Homero: 'Tanto magis curam sepulturæ collocavit, quanto etiam moram ejus injuriosam animabus incusavit: simul et ne quis defunctum domi detinens, ipse amplius cum illo maceretur enormitate solatii dolore nutriti.' Seneca cap. 1. ad Helviam: 'Ne dolorem tuum ipsa solatia irritarent.' Idem cap. 1. ad Marciam: 'Hæc tristia et misera, et in se sævientia, ipsa novissime acerbitate pascuntur: et fit infelicis animi prava voluptas dolor.' Lucanus: 'His se stimulis dolor ipse lacessit.' Fulgentius Mythol. I. de Syrophane Ægyptio: 'Doloris angustia (quæ semper inquirit necessitatis solatium) filii sibi simulacrum in ædibus constituit:' et statim: 'Fecerat ille unde luctus resurrectionem indies acquireret, non quo luctus solatium inveniret:' ubi nota (ut et in Lucio nostro) quæ loquendi proprietas. Mortuorum vel absentium amicorum memoriam per eorum imagines aut statuas renovatam, plerumque veteres Scriptores *solatium* vocaverunt. Isidorus VIII. 11. Orig. 'Fuerunt etiam aut quidam viri fortes, aut urbium conditores, quibus mortuis, homines, qui eos dilexerunt, simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium.' Servius ad Georg. I. de Sylvano: 'Amavit puerum Cyparissum, qui habebat mansuetissimam cervam: hanc cum Sylvanus nescius occidisset, puer est exstinctus dolore: quem amator Deus in arborem ejus nominis vertit, quam pro solatio portare dicitur.' Tacitus Annal. XII. de Agrippina, post veneno Claudium sublatum: 'Velut victa dolore, et solatia conquirens, tenere amplexu Britannicum: veram paterni oris effigiem appellare.' Minucius in Octavio: 'Dum gestiunt eorum' (Regum) 'memorias in statuis detinere, sacra facta sunt quæ fuerant assumpta solatia.' Seneca Epist. XL. de imaginibus loquens: 'Desiderium absentiæ falso atque inani solatio levant.' Lactantius II. 2. 'Si qui imaginem hominis peregre constituti contempletur sæpius, ut ex ea solatium capiat,' &c. Statius Sylv. V. 'Si manus aut similes docilis mihi fingere ceras, Aut ebur impressis aurumve animare figuris; Hinc Priscilla tuo solatia grata marito Conciperem.' Ibidem II. 'At solatia vana subministrat Vultus qui simili notatus auro, Stratis prænitet, incubatque somno.' Symmachus X. 22. 'Senatus, impatiens dispendii sui, solatium petit de honore virtutis: vestrumque Numen precatur, ut virum nostra ætate mirabilem statuarum diuturnitas tradat oculis

:erorum.' Perseus ironice ad neum, quem in saxum verterat, :am. v. 'Inque domo soceri semspectabere nostri, Ut mea se ısi soletur imagine conjunx.' *Pric.* *hrasyllus vero præceps et temera-* | 'In Flor. et Bert. legitur: *Th. v.* *lioquin qui et de ipso nomine t.* d glossam olet. *Elmenh.* Miscet rsas eorum Codicum lectiones in n Elmenh. ut e seqq. patebit. *Thr.* habent Bert. Pith. et D'Orv. Edd. Colvio prioribus. Sed mihoc est momenti. Verum pes-Colv. quique eum secuti sunt, *præceps* ejecerunt *alioquin*: quæ :omparet in omnibus Mstis, etiam . et singulis fere paginis ab Apio est adhibita. Quare recte Sciin Symb. eam revocari jussit N. Heinsio et Wasseo. Vide ino ad lib. II. init. 'Anxius alioet nimis cupidus.' Ex prolatis exemplis, quibus innumera posaddi, patet, Auctorem solere *alioquin* subjungere sæpe Adjecn synonymum cum copula; atque liquet τὰ *et temerarius* nequaı esse inducenda, tamquam nata ssa vocis *Thrasylli*, quod olim ob onem Bertin. Cod. *qui et temera-* opinabatur Sciopp. in Susp. . lib. IV. Ep. 4. uti et ad marg. Colv. Soping. Quo videmus, te- nonnunquam Criticos ab uno edere ad aliud. Eadem enim de sa Colv. ut glossam cum seqq. delevit *de ipso nomine*: quæ cersunt quoque a Pal. Lips. Reg. ı. Par. Sed antiquissimæ memæ Flor. Pith. nec non D'Orv. seromnia, *alioquin, et de ipso nomine* *arius*: atque ex iis ingeniosissi-N. Heinsius d. l. emendavit: *p.* *sin, et re et ipso nomine temera-* ' Quomodo apud Ovid. lib. I. El. VIII. Dipsas anus 'ex re nohabet:' ubi vide Burm. Et sic alios passim: unde vulgare ıen et omen.' Solet vero Appuleius semper nomen indere personis, quod convenit earum moribus, vitæque generi, ut plurimis patet exemplis, quorum quædam a me congesta sunt ad lib. II. p. 30. At tamen nusquam hoc ita addidit Auctor. Quare potius simpliciter cum Clar. D'Orv. ad Charitonem p. 79. 'de ipso nomine temere,' retineo hoc sensu: 'Præceps alioquin sua natura; sed et temerarius, nomine ipso eum stimulante, quod quasi insusurrabat illi: Audendum est tibi, Thrasylle, ut hoc viri fortis nomen digne geras.' Afrorum, et in his Nostri, more, *de* pleonastice positum sumi potest. Vide omnino ad lib. IV. p. 68. 'solatium de tam sera refectione tribues.' *Oud.*

D. l. satiarent, et percitæ m. r. f. et in sese n. s. lacesseret luctus] Ex mutandi prurigine nata est Stew. conjectura *exsatiarent*. Creberrime simplex adhibet Auctor, nusquam compositum. Et p. 173. 'laniatu satiati.' Vide Indicem. *Satiaret* Oxon. Dein D'Orv. e glossa, *et perterritæ*. Minus bene vero Elmenh. Mss. Pal. et Edd. Rom. Ald. adscribit lectionem, *lassesceret*. Est sane in Cod. Flor. Inc. et Ed. Beroaldi, quem præter modum et Elmenhorstium secutus est Scriverius. Verum, ut Latina satis vox sit *lassescere*, de qua consule Lexica, numquam credam, *in sese lassescere*, scriptori idoneo fuisse usurpatum. Mss. ceteri, ni fallor, omnes, et Edd. primæ, ac post Beroald. reliquæ ad Colv. usque dant *lacesseret, lacesserent, lascesceret*, vel *laccesseret* sine sensu; unde præferrem omnino Lipsii conjecturam, a J. Rhoer. in Fer. Dav. p. 227. quasi suam propositam, quam et alii protulerunt, ac Vulc. Ed. sec. fidenter expressit, *flaccesceret*. Verum et illi scripturæ obstant τὰ *in sese*. At huic difficultati subvenit N. Heinsius ad Ovid. lib. x. Met. 194. XIV. 208. legens: *Et sensim n. s. flaccesceret*. Quæ divinatio certe multum præferenda est ejusdem conjec-

turæ lib. II. Advers. c. 7. *In sese n. s. marcesceret;* utpote nimis abeunti a scripta lectione, et otiosas voces *in sese* retinenti. Omnibus rite perpensis, unice recipiendam duxi cum Colv. Wow. Vulc. Ed. pr. Merc. Pric. Flor. Stewechianam et Groslotii emendationem, *facesseret.* Lib. III. in f. 'Omnis ignavia facessat e pectore.' Hoc est, fugiat, deserat, ut alias sæpe occurrit. Vide ad lib. V. p. 102. 'Lassa salute defecta' vel 'deserta.' Nescio autem, cur Colv. perverse voluerit, *hinc sese facesseret:* cum passim Noster τῷ *facessere* pro *cedere, abire,* neutraliter sit usus. Adi ad lib. I. p. 16. 'Intro facessit:' ubi vulgo *capessit.* Dictum vero *in sese facessere,* ut lib. XI. pag. 243. 'Numen invictum in se recessit:' ubi, ut hic, confer Pricæum. *Idem. Et in sese nimietatis senio facesseret*] Beroaldus *lacesseret.* Lipsius *flaccesceret.* τὸ *facesseret* est a Colvio, et probamus: at non illud ejusdem, *Et hinc sese, &c.* 'In sese facessere' heic, est quod XI. 'in sese recedere:' id est, evanescere, non amplius apparere: 'Sic oraculi, &c. fine prolato, Numen invictum in se recessit.' *Pric.*

Vestes lacerantem] In Oxon. *vestem,* quod videtur probare Pric. excitato loco lib. IV. pag. 79. 'Mœrentem et crines cum veste sua lacerantem.' Et certe creberrime eam vocem in sing. numero cum aliis eleganter adhibet. Atque in simili re lib. II. p. 38. 'capillos distrahere, vestem discindere.' Lib. VI. p. 116. 'Involat in eam, vestemque diloricat, capilloque discisso,' &c. Nihilominus invitis reliquis Mss. nolim hic mutari pluralem, quem Auctor hic loci videtur prætulisse, ut frangeret nimium litteræ *m* concursum.' *Oud. Adhuc vestes lacerantem, capillos distrahentem, &c.*] Ἔτι ἐν χερσὶν τὰ πένθη ἔχουσαν, καὶ νεκροῦ τάφῳ προσοδυρομένην. ut XIX. 3. apud Sapient. Scriptorem. Esdr. IX. 3. Διέῤῥηξα τὰ ἱμάτιά μου, &c. καὶ ἔτιλλον τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου. Ctesias apud Hesychium v. Ἀράπεις· Διαῤῥηξαμένη τὸν Σάραπιν, καὶ τὰς τρίχας καθειμένη, ἐτέλετό τε (l. ἐτίλλετό τε,) καὶ βοὴν ἐποίει. Oxon. *vestem lacerantem:* supra l. IV. 'Mœrentem, et crines cum veste sua lacerantem.' *Pric.*

Non dubitavit de nuptiis convenire] Est et hic κυριολογία. Festus Pompeius: 'Veteres *conveniendi* voce utebantur, cum primus sermo de nuptiis habebatur.' *Idem.*

Et impudente labe] Pith. et Guelf. uterque, *imprudentiæ.* Frustra adferunt viri docti locum lib. II. pag. 31. ibi enim leg. esse *imprudentiæ me* (quod pronomen hic quoque addit Oxon.) *labem,* ni fallor, evicimus. At hic *impudentiæ* verissime exaratur in ceteris Mss. et Edd. nisi quod in Bas. pr. etiam *impudente.* Lib. V. p. 92. 'Ne qua sermonis procedentis labe consilium tacitum proderetur.' Min. Fel. c. 16. 'conviciorum amarissimam labem, verborum veracium flumine diluamus.' A D'Orvill. abest τὸ *et.* Oud.

Tacita pectoris sui secreta] Lib. X. 'Tacitum' (id est, tacendum) 'secretum aperuit.' *Pric.*

Vocem n. et horruit et detestata est] Mss. Oxon. D'Orvill. *v. n. exhorruit.* Melius, judice Pric. non me. Nisi legamus, *et exhorruit, et det.* Singulis enim paginis polysyndeto utitur Auctor. Vide ad lib. I. pag. 16. et Ind. Notarum. *Exhorrescere* vero *facinus* sic occurrit lib. IX. p. 189. X. p. 211. Sed ferme, ut hic, lib. V. pag. 90. 'Virginitatis suæ metuens et pavet, et horrescit, et quovis malo plus timet, quod ignoret.' Lib. VII. p. 136. 'Cujus totæ provinciæ nomen horrescunt.' *Oud. Vocem nefandam et horruit, et detestata est*] Gloss. 'Horruit, ἔφριξεν, ἐφοβήθη.' melius autem Oxon. Cod. *exhorruit, et d. e.* lib. IX. 'Exhorruit Myrmex inauditum facinus, et occlusis auribus aufugit pro-

Pric.
...i tonitru] Idem liber, tonitruo. ...ruum et tonitru promiscue apud ...es: e quibus exemplum da... ...i jam succurreret. Colv. Adde ... sec. Locuples testis est Se... lib. II. N. Q. cap. 56. 'Toni...ios pluraliter dicimus. Antiqui ...nitruum dixerunt, aut tonum.' et hodie superest in Trebellio ...ne de Gallienis c. 5. 'Auditum ...uum:' ac Vopisco de Caro c. 9. illud præcipue tonitruum, quod a terruerat.' Hygin. Astron. . c. 5. in Mss. et Edd. aliquot: ...truum et fulgorem cæli indi... significationis fecisse:' ubi ...ferus ait tonitruum pro tonitru ...so Cic. usurpatum. Sed frustra ... hec quæras. Tonitrua ibi, vel ...nit. plur. tonitruum, uti reliquis. ... Nostrum de Deo Socratis pag. olim edebatur: 'Quid super to...um Lucretius facundissime dis...;' estque in Ms. Cantabr. toni... Sed Latinum non credo 'dis... e super tonitruum.' Tunc toni...ut hic in Lips. fuisset dicendum. ... Mss. ceteris ibi, ut hic, est to... . Non igitur captandum id ἀρ... ... cum Colv. et Sop. Grave in ... Oud. Et velut gravi tonitru, ...el ipso Diali fulmine percussa, cor... &c.] 'Ut fulminis ictu Concidit.' ...odorus lib. VI. Ὥσπερ βέλει, τῷ ...τι βληθείς. Petronius: 'Fulmi...s hac pronunciatione, &c. in lec...a decidi.' Hegesippus I. 43. de patre: 'Velut ictus et saucius ... vulnere, jacebat ante pedes pa...' Pric. Corruit corpus] Apud Se...m Controvers. VII. 1. 'Obortæ subito tenebræ, sublapsum est ...cepto spiritu corpus.' Idem.

...nubilavit animam] Perverso sane ...cio Bert. Cod. scripturam præ... Sciopp. lib. IX. p. 194. 'acerri... gravique odore sulphuris juvenis ...bilatus.' Gellius lib. I. cap. 2. ...tus serenitatem ægritudine ob...nubilari.' In eandem Nostro sententiam dixit Ovid. lib. I. Trist. El. III. 11. 'Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus Vivit, et est vitæ nescius ipse suæ. Ut tamen hanc animo nubem dolor ipse removit.' Ubi vide Ciofanum, et inprimis Pric. ad Apolog. p. 124. 'Repentino mentis nubilo.' Sic et animum hic in Coll. Voss. sive Lips. quod tamen non sequor. Ipsi vero Charitæ tribuit Auctor, quod in ea effecit 'vox nefanda.' Nam inepte neutraliter per ellipsin secundum κατὰ exponit Florid. 'corruit' et 'obnubilavit.' De Activo 'corruere' adi ad lib. I. p. 14. p. 161. 'dolore nescio crapulam cum somno discutit.' Thrasyllo tribuit quod in eo dolor effecit. Oud. Et obnubilavit animam] Cod. Bertin. obumbravit, male: vide olim ad Apologiam pag. 124. notata. Pric.

Sed intervallo, revalescente paulatim spiritu, &c.] Lib. X. 'Sed revalescente rursus astutia,' &c. Idem.

Ferinos rugitus iterans] Mugitus reiterans, edidit Elmenh. sequentibus illum Scriv. ac Florido e membranis Flor. Immo mugitus cum Fulv. libro dant etiam Oxon. Guelf. Pal. Lips. ac probat aliisque exemplis confirmare utitur Pric. Verum quæ Nostri loca adlegat, non persuadent. Nam in iis agitur de gravi mussitatione sine magno clamore, quæ ad Nostri locum nihil facit. Quare ego non temere antiquam lectionem, a multis Codd. corroboratam, (in D'Orv. est rugiens,) spreverim. Ferini rugitus etiam melius conveniunt, quam mugitus. Nam feræ leænæ, cui sæpe comparatur irata mulier, proprius est rugitus et fremitus. Vide Appul. in Flor. n. 17. De ursæ faciem sustinente Thrasyleone lib. IV. p. 78. 'obnixo mugitu et ferino fremitu:' adeoque rugitus satis exprimunt muliebris ejulationis insanam vocem, quam ante descripsit. Quidquid sit, reiterans certe non admittendum fuerat; licet

id quoque exstet in D'Orv. et Lips. Monachorum hæc videtur Latinitas: nec credo, verbum 'reiterare' apud idoneum scriptorem illum reperiri: ac Noster crebro cum aliis *iterare* adhibet: ut lib. v. pag. 91. 'se nunc prorsus perisse iterans.' Lib. ix. p. 191. 'tacitos secum mugitus iterans.' Lib. x. p. 226. 'dulces gannitus iterabat:' et sic sæpius. Suspicatus aliquando sum, a manu Appuleii fuisse, *rugitus ore iterans.* Sed ἐπέχω. *Oud.* *Ferinos rugitus iterans*] Placet quod in Oxon. Ms. et editis multis, *mugitus iterans.* Lib. ix. 'Tacitos secum mugitus iterans:' lib. iv. 'Obnixo mugitu, &c. præsentem casum, &c. tolerans.' Virgil. de Laocoonte: 'Clamores simul horrendos ad sidera tollit, Quales mugitus fugit cum saucius aras Taurus:' et xii. de Turno: 'Oculis micat acribus ignis: Mugitus veluti cum prima in prælia taurus Terrificos ciet:' ubi Servius: 'Apparet mugitus et dolentium et irascentium esse.' Hieronymus in Joannis Monachi vita: 'De inferno quodammodo mugitum cordis gemitumque reddebat.' Interpres vetus Psalm. 37. 9. 'Rugiebam' (fortasse *mugiebam*, ut jam alibi monuimus legendum) 'a gemitu cordis mei.' Tertullianus cap. 9. de pœnitent. 'Ingemiscere, lacrymare, et mugire, &c. ad Dominum Deum suum.' Varro de ling. Latina lib. vi. 'Multa ab animalium vocibus ad homines translata.' Sophocles: Ὑπεστέναζε, ταῦρος ὡς βρυχώμενος. Non dissimile illud Nicephori Gregoræ de Cæsarissa, marito mortuo: Ἐστέναζε βύθιον, καθάπερ ἐκ μεγάλης καμίνου τῆς ἔνδον πικρίας καπνοὺς ἀναπέμπουσα ζέοντας καὶ φλογώδεις. *Pric.*

Et jam scenam p. Thr. perspiciens] Obtemperavi viro docto ad marg. Ed. Colv. et Pric. vocem *etiam* bene sic dividenti. Duas voculas olim fuisse docet Cod. D'Orv. cui deest *jam.* Sensus quoque postulat. Ante Beroald. vero inepte edebatur *cœnam*, ac frustra Vulcanius margini sui libri adlevit *schemam.* Ea huc non quadrat. *Scena* est actio Thrasylli personata. Vide ad lib. iv. p. 77. 'Scenam cum anima retinens, variis corporis sui schemis ac motibus,' &c. ubi pessime item inculcant quidam *schemam.* In Guelf. pr. *sævam pestem T.* In Pith. hic et alibi *Tharsylli.* Oud. *Etiam scænam, &c.*] Concinnius *et jam* scribas. *Pric.* *Cœnam Thrasylli*] Lego *scenam* pro apparatu et actione involuta: qua dictione in hoc significatu prope peculiariter utitur Appuleius. *Beroald.*

Tunc inter moras, &c.] Florus iv. 10. 'Et subinde inter moras mortem a gladiatore suo efflagitasset.' Sallustius: 'Et inter eas moras promissa legatorum exspectare.' Idem: 'Inter eas moras Metellus se cum exercitu ostendit:' sic loquitur etiam Suetonius in Nerone: Marcellus in lib. xxviii. ff. de administr. et peric. tutor. et in lib. xxxiii. de ritu nupt. item Paulus lib. vi. § 4. eod. *Pric.*

Sane cruenta] Mira obstinacia Mss. O. et Edd. usque ad Elm. Scriv. Flor. retinent *sane.* N. Heinsius etiam *sanie cruentam* correxit ad Ovid. Ep. Her. xi. 125. ubi citat 'inter moras hasce.' Ac *cruentam* cum Edd. ante Colv. et Elm. Scriv. Flor. ostentant membranæ Flor. et Fux. sed in reliquis Mss. et Edd. legas *cruenta*, nisi quod tota vox exsulet a Pal. ut constructio sit, 'faciem deformem sanie cruenta et pallore.' Quomodo alibi 'atra sanies.' Sed res eodem redit. Immo ipsa 'umbra sanie cruenta' potest stare. Quia ex ante dictis concludas, reliquum potius Tlepolemi corpus, quam faciem, sanie cruenta fuisse fœdatum, at illam letali pallore fuisse deformem. In Oxon. Guelf. pr. est *pallorem.* Talis Didoni in somno occurrit Sychæus occisus 'ora modis adtollens pallida miris, Crudelis aras, tra-

que pectora ferro Nudavit' apud Æn. I. 354. *Oud.* *Umbra illa trucidati Tlepolemi sanie cruen-* *pallore deformem attollens fa-* *quietem pudicam interpellat uxo-* Ovid. Metam. XI. 'Luridus, ex- similis, sine vestibus ullis, Con- ante torum miseræ stetit.' *Pric.* *deformem attollens faciem*] Vir- : 'Simulacra modis pallentia ' *Idem.* *Quietem, &c. interpellat*] Lib. XI. 'Quietem meam rur- terpellat,' &c. *Idem.*

conjunx] Æneid. IV. 'O luce dilecta sorori:' ubi Servius: nomen necessitudinis ostendit æ sunt utilia persuadere.' *Idem.* *licebit*] Nullus, inquit, alius te gem appellabit, nulli deinceps : uxorem te suam nominare, si ria pristini amoris nostri infixa llitus est pectori tuo, atque rdiis, nam fœmina pudica, quæ amore primum maritum prose- , post illius obitum de secundis s non cogitat: et digamiam re- ns, alterius conjunx dici asper- : et merito: illi enim vivit ad- ior conjunx, ejusque memoria le ac viventis refovetur. 'Ma- ' (ut inquit Divus Hieron.) s applicant fœminæ: et nihil osse, magnum arctioris indul- vinculum est.' Memoratissi- est illud Porciæ dictum: quæ, udaretur quædam bene mora- æ secundum habebat maritum, tissime respondit: 'Fœlix et matrona nunquam præter se- psit.' Marcella major rogata e sua, an gauderet se nupsisse, dit: 'Ita valde, ut amplius ' Valeria Messalarum soror, Servio viro, nulli volebat nu- quæ interrogata, cur hoc face- t, 'sibi semper maritum Ser- vivere.' *Beroald.*

ectori tuo j. perm. nostri memoria,] Copula *et* [vid. VV. LL.] ap- in Mss. tantum non omnibus, ut et Edd. præterquam Beroald. Bas. pr. Florid. Plane tamen vacat, ac delet eam Pric. Posset tamen refin- gi *at*, vel *ei*, sive *hei*, dolentis et inge- miscentis particula. Nihil autem hic vidit Colv. varie errans. Optime jam hujus loci sensum percepit Beroald. Est autem hic: Si memor es mei, non maritaberis alio, vel, si excidit tibi fœdus nostrum per meam mortem, tunc nube alii, non Thrasyllo. Non opus autem videtur contra Msstos cum Pric. repeti *vel si*. Quod sic sa- tis ex præcedentibus potest suppleri, vel saltem verisimilius excidisse post vocem *casus*, aut *caritatis*. Textui inseruit Florid. *Permaneat* est in Guelf. Oxon. Pal. Fux. *permaniet* D'Orv. *nostra* quoque in Oxon. Item *et* pro *vel* prave in D'Orv. Pith. *Oud.* *Et si pectori tuo, &c.*] Τὸ *et* inducen- dum credo: hoc vult: si pectore tuo manet memoria nostri, te alius nemo *conjugem* vocaverit. *Pric.*

Mortis meæ casus fœdus caritatis in- tercidit] Viri docti conjecerunt *casu*; quia *intercidit* neutraliter capiebant; ut eos monuit Acidalius ad Plauti Stichum cap. 4. Sed *intercidit* a 'cæ- do' valet 'interrumpit.' Quod apud Cæsarem, Hirtium, Plinium, aliosque occurrit. Adde Barth. ad Claudiani Cons. Prob. et Olyb. vs. 172. 'Inter- cisa dies.' Sic pro abrumpere, 'in- cidere ludum' Horatio, 'spem' Li- vio. Quare nec opus est, cum Pric. scribere *interscidit* a 'scindo.' Nu- gatur vero Colv. archaismorum stu- diosus. Nec *interdicit* est in Cod. Lips. sed *intercidicit*, librarii aberra- tione, sicut typothetarum culpa in Edd. Vicent. Junt. pr. et Ald. est *in- terdicit*. Oud. *Vel acerbæ mortis meæ casus fœdus caritatis intercidit*] Legen- dum puto, *Vel, si acerbæ mortis meæ casu f. c. intercidit*, aut, *acerbæ mortis meæ casus f. c. interscidit*: quæ utra- que scriptura efficiet sensum commo- dum. *Pric.* *Casus fœdus*] Infortuni- um crudele ac deforme: et ita non

parum multi exponunt, sed falso et perperam: namque legendum est *Casu*, ut sit ordo et sensus: Si charitatis conjugalis fœdus interruptum est casu mortis meæ, nubito cuicunque voles alteri, modo ne Thrasyllo nubas, percussori meo, et parricidæ nefario. Quod si legas *casus fœdus*, pro cruenta calamitate, futilis et levis erit sensus, minimeque consistens. Inclinatur autem hoc in loco 'fœdus fœderis,' non 'fœdus, fœda, fœdum.' *Beroald.*

Quovis alio f. maritare] Dissuadet umbra mariti nuptias sui percussoris. Cuilibet (inquit) alii conjungere potius, quam Thrasyllo. Sententia aperta est. Sed verba vim passa a sciolis, qui non animadverterunt, *alio* hic positum tertio casu. Scribo, *cuivis alio felicius maritare*. Sed dicent investes quidam pueri: At hodie nemo ita loquitur. fateor; sed Veteres scimus aliter multo locutos, quam quomodo nos loquimur: imprimis pronomina multa non in 'ius' genitivo, et dativo 'i,' sed genitivo 'i' et dativo 'o' declinasse, testis Priscianus lib. VI. Hinc alia aliæ aliæ, illa illæ, neutra neutræ, utra utræ, una unæ, ulla ullæ, &c. apud Sosipatrum Charisium l. II. Ea phrasis in omnibus Apuleii exemplaribus est libro septimo: 'Sed plane crastino libet, non tantum naturam, verum etiam caput quoque ipsum pessimo isto asino demere.' Eandem phrasim et libro octavo observabam: 'Uno potiundi studio postponens omnia.' Iterum libro decimo: 'Inhiansque toto filiæ patrimonio imminebat, et capiti.' Identidem libro undecimo in missione populi: 'Principi,' inquit, 'magno, senatuique, et equiti, totoque Romano populo renuntiat.' Sed res ipsa vix tanti esset, ni mihi in animo foret confirmare lectionem Ulpiani, quæ in Pandectis Flor. quam alii pervertere conati, in l. invitus CLVI. ff. de diver. regulis juris: 'Cum quis in alii locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cujus locum successit.' Nam qui substituere, *cum quis in alicujus locum*, eos ego hanc phrasim non intellexisse assero. Sed hactenus subsidium a libris, quibus instar corollarii accedat vetus inscriptio: DATE. TER. FRVCTVM. VT. TERRA. REDDERE. POSSIT. AB. ALTERO. SPERES. ALTERO. QVOD. FECERIS. *Ali rei*, pro *aliæ rei* Plautum dixisse: rursus alios *alimodi* pro *aliusmodi*, Festus notavit. Sed utrumque a nominativo *alis* declinabat: de quo Priscianus lib. XII. Sosipater Charisius lib. II. Diomedes lib. primo. Rursus alibi Plautum dixisse 'aliæ mulieri,' et Ciceronem 'unæ mulieri,' alii mecum observarunt. Adhibe et Agellium libro II. cap. 4. *Stewech.* De compacto quasi cum Groslotio hic archaizant interpretes, alius alium in ridiculum producentes errorem. Si vero quid mutandum esset, recipi deberet cum Ed. Florid. lectio *quoivis* antique, (non *cuivis*, ut prave ediderunt Wower. Elmenh. Pric.) quod valide propugnat Sciopp. in Susp. Lect. l. IV. Ep. 12. Adi ad l. VII. p. 134. 'Quoivis iniquissimo.' Burm. ad Virg. Ecl. I. 21. Verum sic agentes potius corrumpunt, quam corrigunt Auctorem. Verbum 'maritare,' si umquam Dativum, multo pluribus certe locis casum Ablativum adsciscit. Horat. Epod. II. 9. 'Adulta vitium propagine Altas maritat arbores.' Unde 'maritatam frondem' dixit Pentadius in Epigr. Pithœan. l. IV. Fulgent. l. I. Mythol. c. 2. 'Maritatus aër igne.' Hinc cum Horatio Ovidius ait Ep. IV. Her. 34. 'Fratre marita soror:' ubi vide Burmannum. Hor. III. 5. 'conjuge barbara maritus.' In Fux. *mar. felic.* Oud.

Neve sermonem conferas, nec mensam accumbas] Apud Synesium Epist. XLIV. Οὐδὲ ἐμβαλοῦμέν σοι δεξιὰν, οὐδὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς σιτησόμεθα, pro *conferas*,

-as lege. Vide supra pag. 1. no-
Pric.
i percussoris] Gloss. ' Percus-
σολαφιστὴς, σφάκτης.' *Idem.*
li parricidio nuptias auspicari]
cidio, quia me amicum et hos-
i interemit. Lib. VII. ' Ego de-
, &c. latrocinii crimine in hos-
b mihi carissimum postulabar:
crimen non modo latrocinium,
netiam parricidium quisque rec-
iominaverit:' si expilatio hospi-
rricidium, multo magis occisio
Idem.
*orum sanguinem tuæ lacrymæ pro-
it*] Flor. *hæ.* Elmenh. Istud *hæ*
: Florid. receperunt. Quasi ad-
acrimas Charites suis in vulneri-
lemonstraret hæc umbra. Sed
lacrima citius arescit; umbræ-
adparent ea facie, qua occisæ,
ero, quo honoratæ sunt. Tunc
et odoribus fragrare deberent.
quod ceteri Mss. et Edd. ser-
omnino est retinendum. Pro
inem vero Pith. Fux. *sanguine.*
'. Heinsius ad Ovid. Epist. XI.
nalebat *saniem* sine ulla necessi-
quamvis si *saniem* haberent Mss.
m substituere *sanguinem.* Sed
, p. 144. ' Vulnus sanguine deli-
n:' ubi confer, quæ notavi. Tan-
protulerunt Oxon. *proluere* Edd.
priores, et Scriv. verum Msstis,
tum scio, invitis. *Oud.*
lnera. Lancea] Pal. *sed lancea.*
erius. Secuti id tacite sunt El-
. Scriv. Pric. Flor. et confirma-
id a D'Orv. Guelf. Reg. Oxon.
Coll. Voss. Nihilominus puto
additamentum lectoris, glossato-
it librarii. Multo elegantius ad-
tiva ista particula, et præsertim
non, omittitur, a ceteris Mss. et
In Flor. N. 23. ' pari studio,
i celeritati:' ubi prave Flor.
m inseruit *sed.* Vide omnino J.
ron. ad Senec. Epist. XXIV. et
laudant Drakenb. ad Liv. l. I. c.
lermann. ad Vellei. l. II. c. 72.

' Non electionem daret, perfugium ostenderet.' Cort. ad Plin. Epist. II. Ep. 17. VIII. 2. me ad Lucan. l. II. 85. ' non ille favore Numinis, ingenti Superum protectus ab ira.' Ovid. Epist. XIII. 132. ' Non subiti casus; numinis ista mora est.' Virg. Æn. XII. 890. ' Non cursu, sævis certandum est cominus armis.' Fraudi fuit librariis hæc ellipsis in Lucano, quem fœde corruperunt, l. I. 170. ' Antiquos Curiorum passa ligones Nolle sub ignotis extendere rura colonis.' Vulgo *longa sub ign.* sine idoneo sensu, et præcedente jam ' longos fines Agrorum.' *Oud.*

Et addidit cætera: omnemque scenam sceleris illuminat] Hæc non leguntur in scripto Codice. *Colv.* Immo usque ad *emanantibus* desunt in Pal. Paræano, ac Guelf. sec. in quibus *alienum. Quod audiens Charite decoras genas*, intermediis rursus omissis, *sævientibus palmulis verberabat.* In Edd. Ber. Bas. pr. Scriv. *addit* ob sequens *inluminat.* Sed frustra; ut supra h. libro sæpius, et sexcenties in Appuleio, ac Cæsare olim monendum habui. *Oud.* *Omnemque scænam sceleris illuminat*] Virgilius: ' Cæcumque domus scelus omne retexit.' *Pric.*

At illa] Subjungit D'Orv. *audiens;* ut fere in Pal. et Par. sicut et Guelf. pr. ante τὰ *et addidit* inserit *Quod audiens Charite;* sed pinguem olet interpolationem. Ac si vel maxime id verbum ab Appuleii manu profluxisset, demum haberet locum post *eohumidat, et illa audiens.* Nunc ab umbræ Tlepolemi sermone se convertens ad Charites descriptionem, primum narrat, quomodo mœsta cœperit dormire, et dein quid egerit, has umbræ voces audiens. *Oud.*

Ut primum mœsta conniverat] Ita bene Bertin. Ms. non, *quieverat:* supra lib. I. ' Commodum conniveram,' &c. id est, ut hoc loco, ' ut primum conniveram.' *Pric.*

Toto faciem impressa] Virgilius: ' Os

impressa toro.' Juvenalis: 'Cubat in faciem, mox deinde supinus.' Petronius: 'Tota facie, &c. torum meum pressit.' *Idem.*

PAG. 159 *Lacrymis emanantibus*] Perennibus, jugiter fluentibus. Hesychius: Θαλερὸν δάκρυον· τὸ πολὺ, καὶ μὴ ξηραινόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀεὶ θάλλον. *Idem.*

Decoras genas] Ejeci vocem *decoras*, quæ non comparet in ullo Msto, nisi in interpolatis hic Pal. Guelf. et Par. et mox D'Orv. nec ulla Ed. ante Colv. qui perperam tacitus intrusit, et secure nimis retinuerunt seqq. Edd. Sequitur 'decora brachia.' *Oud.*

Conhumidat] Sic Aldus et Bas. *cohumitat.* Rom. Flor. Bert. *genas contundit*: unde alii *confundit.* Elmenh. Ex hac nota vix quidquam sani elicias. *Conhumidat* est in Flor. In Fux. *convidat.* In Bert. Pith. D'Orv. aliisque, item Edd. pp. Juntin. Aldi, ac vulgo *cohumidat*; in Edd. Ber. Colin. Bas. pr. *cohumitat*: unde Soping. faciebat *cohumectat* vel *cohumigat*, sicut Liv. Andronicus apud Nonium dixit 'inhumigare.' Vulgo initio Flor. 'cespes humigatus.' Sed ibi legendum esse *fumigatus* ex optimis membranis suo loco videbimus. At in Glossis quoque *humigatus*, βεβρεγμένος. Perperam vero Colv. cum Vulc. et Merc. e Cod. Lips. edidit *confundit*, quod lacrymarum non est. Nam planctus descriptio statim demum sequitur. Nihil temere muto. Sed quia ex varietate lectionis et interpolatione Codd. et in iis omissione hujus verbi patere videtur scriptum fuisse verbum a librariis non intellectum, mihi in mentem venit, num scripserit Auctor *confunditat*, sive obruit et plane confundit. Nam 'funditare' est apud Plautum, 'diffunditare' apud Ammianum Marcell. Plautum imitari solet Noster, Nostrum Ammianus. Alioquin 'humectare ora,' 'genas lacrymis,' obvia poëtis est locutio, 'humidare' vel 'humitare' vel 'uvidare' invenias, credo, nusquam. A Guelf. Pal. Oxon. Par. hoc verbum cum seqq. usque ad *brachia* absunt rursus. *Oud.*

Inquieta quiete excussa] Flor. *quieti.* Elmenh. *Quieti* item Lips. Pith. Fux. et Ed. Vicent. *Quiet* in Bert. An scripsit hic quoque Auctor in Dativo *quiei*? Vide ad lib. III. init. 'securæ quieti revulsum.' Lib. IV. p. 80. 'somno recussum' ait. Crebrum est poëtis 'excuti somno.' Suet. Calig. c. 38. 'expergefacta somno:' ubi vide. *Oud.* *Velut quodam tormento inquieta quiete excussa*] Lib. IV. 'Lymphatico ritu somno recussa:' ubi dicta confer. Virgilius, (quem imitatur Noster) Æneid. XI. 'Excussus Aconteus Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti.' Ovidius: 'Terque quaterque rotatum Mittit in Euboicas tormento fortius undas:' Josephus Bell. Jud. II. 20. non absimili locutione: Καθάπερ ὀργάνῳ τινὶ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνελκόμενοι. *Pric.*

Prolixum ejulat] Roman. *p. hejulat.* Flor. *p. heu heu ejulat.* Bene. *Elmenh.* Atque sic edidit Scriv. *hejulat* Edd. Ber. Bas. pr. Mihi videtur rescribendum *prolixum Eheu ejulat*, pro quo passim librarii medii ævi et posteriores *heu heu* scripserunt. Nec enim adsentiri possum illis viris doctis, et in his Cel. Burmanno ad Virgil. Ecl. II. 58. et III. 100. Æn. II. 248. ejusque cognato ad Lotich. p. 467. qui censent, præeuntibus aliquot Mss. ubique in Horatio, Virgilio, Ovidio, aliisque poëtis, pro *Eheu* legendum esse *heu heu*: quia existimant *e* brevem esse syllabam, adeoque locum in spondeo pede habere non posse, decepti vulgari scriptura Terentii Heaut. A. I. 1. 31. 'Quæso, quid de te tantum meruisti? Eheu!' ubi certe Iambus esse debet in ultima sede. Sed animadvertendum simul iis fuerat, ibi deesse syllabam; nisi synalœphæ admittamus neglectionem. At verissime summus Bentleius illic, et

ınucho, A. IV. 4. 47. atque alibi ıtiqnissimis Codd. restituit *Oiei*, *Ꞔoiei*, tribus syllabis : unde conum et hinc metrica lege producest *Eheu*. Immo ut Charisius ait 'Natura longæ syllabæ, aut ex syllaba producta.vocali sunt, ut ' Adhæc vetustissimæ membra- :um Virgilii, tum Horatii, ubivis *E* servant. Merum idcirco liorum commentum censeo cum esse istud geminatum *heu heu*. Drakenb. ad Silium lib. XI. 212. kh. ad Tib. lib. I. 11. 84. Pro- lib. II. El. 24. 37. 'Certus eheu! quamvis nec sanguine Nobilis, et quamvis non ita di- ᴈras.' Obiter monendum ibi in uno excepto, exarari *nauita:* librarios Propertio cognomen *am* fecisse notum est; sed mi- non suboluisse viris doctis, cor- ıdum fuisse *haud ita*. Nam *non* ni- corrupta scriptura recedit. *Oud.*

scissaque interula] Onomast. ve- 'Interula, χιτωνίσκος.' *Pric.*

rberabat] In Lips. Reg. Fux. Pal. f. Oxon. Par. cum Edd. Colv. . Merc. Wow. Pric. est *verbera-* Sed Flor. D'Orv. Fulv. Pith. et um Edd. O. usque ad Colv. item Scriv. Florid. dant *converberat*, utraque brachia simul verberat, ɔra 'cohumectat genas.' Lib. IX. 6. 'Qua pugnis, qua cubitis, qua ibus totam faciem, manusque et latera converberat.' Adde ca. *Oud.*

rticipatis nocturnis imaginibus] *participat nocturnarum imaginum* a. Elmenh. Immo in Pal. Ox- 3uelf. utroque, Reg. Par. Inc. n exaratur, *n. im. sec. participa-* ıon *participat*, ut scribit quoque Pric. In D'Orv. et *participabat* *rnorum imaginum secreta*. Quia omnes illi codices in hoc Chari- mmio admodum mutili et inter- ;i sunt, non ausim cum Pric. lectionem reponere. Nam et hinc, collatione cum reliquis Codd. et Edd. facta, refingi posset: *nocturnarum imaginum secretis participatis :* a qua conjectura non sum alienus. *Oud.*

Nec tamen cum quoquam participatis nocturnis imaginibus] Reponamus Oxoniensis, Fuxensis, et Palat. Mss. scripturam, quæ fere sic habet: *Nec tamen cum quoquam nocturnarum imaginum secreta participat*. Pric.

Indicio facinoris prorsus dissimulato] 'Non ulli cordolio patefacto :' ut infra lib. IX. locutus. *Idem.*

Tacita decernit] Vulgo, *tacite*. Elmenh. Istud Adverbium *tacite* prave Colvius, et qui eum de more secuti sunt, reposuerant pro Adjectivo *tacita* contra Mss. O. et Edd. Vett. ac genium Appuleii. Sic 'tacitus inprecatus,' 'tacitus avolavit,' immo statim 'taciti coëamus,' 'tacitus accedas.' Lib. IX. p. 186. 'tacitus ingemiscerem :' et similia innumera. Vide ad lib. I. p. 14. 'Ignavus ibat :' ad lib. V. p. 92. 'festinantes adveniunt :' ad lib. VII. 139. 'libentes accedunt :' et creberrime. Ceterum in Oxon. et D'Orv. est *decrevit*. Oud.

Petitor, aderat] F. *adorat*. Brant. Sic plane legitur in D'Orv. membranis. Verum tamen id verbum nimis abrupte hic poneretur. Appuleius in tali negotio ait : 'Sic adorat,' prolata verba tum subjungens. Vulgatum insuper firmatur ex lib. V. p. 90. 'jamque aderat ignobilis maritus :' et ita de sororibus Psyches in malam partem *adveniunt*. p. 92. Et similia sæpius. *Oud.*

Aures obseratas de nuptiis obtundens] Ibidem : *A. o. ad nuptias o.* Donatus ad Andr. II. 2. 'Obtundere, sæpe repetendo dicere : translatio a fabris, qui sæpe repetunt, aliquid malleo trudendo.' Suidas : Διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα· οἷον, κατηδολεσχημένος· ἢ, οἷον, πλειστάκις, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν πλεῖστα ἀκηκοώς. *Pric.* *Obseratas aures*] Horatius : 'Quid obseratis auribus fundis preces ?' *Idem.*

Astuque miro personata] Ὑποκριθεῖσα. Forte *mimo*. Vide pag. seq. *Soping. ad marg.* Atqui *mimus* eo sensu non pro *mimico* ponitur, sed est substantivum, sive ipsa simulatio. Vide ad Suet. Tib. c. 24. Plin. lib. VII. c. 12. 'Mimum commendationis peregerit.' Auctor etiam passim 'artibus' et 'sagacitati' jungit vocem *mirus*, ut lib. IX. p. 188. lib. X. p. 212. 223. &c. ac sæpissime *mirum* pro singulari, novo, magno, &c. sumit. Vide Pric. ad l. h. p. 469. Nec secus alii. Vell. lib. II. 27. 'miro opere fabricati.' Vide Burm. ad Flacc. Valer. lib. IV. 551. 'mira senectæ majestas.' Virg. Æn. IV. 458. 'mirus honor.' Barth. lib. XXIV. Advers. c. 12. *Oud.* *Illa clementer aspernata sermonem Thrasylli astuque miro personata, &c.*] Ἀπατῆσαι αὐτὸν ἔδοξεν, ἀντιλέγειν γὰρ οὐκ ἀκίνδυνον ἦν· ut IV. Achillis Tatii. Penelope de procis suis apud Homerum: Οἱ δὲ γάμον σπεύδουσιν, ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω. *Pric.*

Adhuc, &c. carissimi mariti facies pulchra illa in meis diversatur oculis] Curtius de Alexandro mortuo: 'Vigor ejus, et vultus educentis in prælium milites, obsidentis urbes, &c. occurrebant oculis.' Quomodo hic *frater* sumendum vide in pag. 22. notatis. *Idem.*

Odor cinnameus ambrosei corporis] Cantic. Solom. I. 1. Ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα ἀρώματα. vide et IV. 13. 14. 15. Plutarchus Sympos. I. 6. de Alexandro: Λέγεται καὶ τοῦ χρωτὸς ἥδιστα ἀποπνεῖν, ὥστε καταπιμπλάναι τοὺς χιτωνίσκους εὐωδίας ἀρωματιζούσης. In Epistola Smyrnensium de Polycarpo jam igni admoto: Εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα, ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων. Lucianus de Endymione: Ἀναπνεῖ τὸ ἀμβρόσιον. adde Gen. 27. 27. *Idem.*

Boni ergo et optimi consules] Haud inepte, nec ineleganter, nescio nunc quis, ex amicis meis, conjecit: *Boni ergo, o optime, consules*, per ironiam, ut Thrasyllum securius decipiat Charite: quomodo et paullo post dixit, 'mi Thrasylle,' ut videbimus. Lib. X. pag. 229. 'Non prius, Medicorum optime,' &c. In Apolog. p. 559. 'Accipe, inquam, filiorum optime.' Estque frequens allocutio gratiam captantium. Lib. I. p. 16. 'parens optima, dic oro.' Adde N. Heins. ad Ovid. lib. I. Trist. 7. 5. 'Hæc tibi dissimulas, sentis tamen, optime, dici.' Invitis tamen Mss. tutius est nihil novare. Nam explicari potest per incrementum, quo frequenter Auctor utitur. Quasi dicas *boni, immo optimi consules*. Similiter Cicero pro L. Manil. c. 18. 'Magna ac multo maxima parte.' In Pith. *bono*. Oud. *Optimi consules*] Lib. VI. 'Et, quod a me retenta, &c. non sis, optimi consule.' *Pric.*

Si luctu leg. n. concesseris tempus] *Luctu* dixit antique pro *luctui*, qua phrasi apud Varronem et alios, 'præire exercitu:' qua de re nos ad Fl. Vegetium, et Gellius lib. IV. cap. 16. Itidem lib. primo de Asino dicitur, 'primum ingressu stabulum.' De luctus tempore legitimo visum est rei illustrandæ Imperatoriam constitutionem subjicere, quæ est in l. si qua c. de secundis nuptiis. 'Si qua ex fœminis perdito marito intra anni spatium alteri festinaverit nubere, (parvum enim tempus post decem menses servandum adjicimus, tametsi id ipsum exiguum putemus,) probrosis inusta notis, honestioris nobilisque personæ et jure et decore privetur, atque omnia, quæ de prioris mariti bonis vel jure sponsalium vel judicio defuncti conjugis consecuta amittat.' Decem menses olim luctus, proinde, ut anni quoque totius spatium fuerunt, testatur Plutarchus in Numa. Gellius videndus lib. III. cap. 16. et versus Ovidiani, ex primo Fastorum: 'Per totidem menses a funere conjugis uxor Sustinet in vidua tristia sig-

ne domo.' De L. Ascanii Eppicani conjuge elegans et digna memoria inscriptio vetus inter Baias et Aversam: Liviæ Rufinæ nomen illi fuit; pars inscriptionis saltim adhibenda caussa brevitatis; 'Quæ adfecta cineribus conjugis adeo fuit, Ut ad secundum nullo umquam tempore transire Voluerit; quamvis diu supervixerat: et ætas, Posceret et valida natura virilem, Quem semper servavit, animum fidemque, Pudicitiæ quasi mutare compelleret, Et ne brevem domesticam pugnam credas post maritum Vix. Ann. L. m. VIIII.' &c. Quod ad luctui præscriptum tempus, de eo remissum quoque fuisse, cum privatis, tum publicis de caussis, didici ex Festo: 'Minuitur,' inquit, 'populo luctus ædis dedicatione; cum Censores lustrum condiderunt; cum votum publice susceptum solvitur. Privatis autem, cum liberi nati sunt; cum honos in familia venit; cum parens aut liberi aut vir aut frater ab hoste captus domum redit; cum desponsa est; cum propiore quis cognatione, quam is, qui lugetur, natus est; cum in Casto Cereris est, omnique gratulatione.' Post cladem vero Cannensem, dum non essent matronæ, quæ sacra Cereris facerent, propter frequentiam lugentium, institutum Romæ fuisse, ne amplius centum diebus lugeretur; præter alios idem quoque Festus memoriæ prodidit. *Stewech.* D'Orvil. Fux. Guelferb. sec. quoque cum Edd. Elmenh. Scriv. et Florid. *luctui.* Quod tamen non necesse est, ut bene monet Stewech. Adi ad lib. I. pag. 4. Immo lib. IV. p. 86. 'luctuque publico congruens justitium.' Sed l. IX. p. 198. edunt omnes 'pausam luctui fecit.' Inscriptionem, cujus partem hic refert Stewech. suspectæ fidei vide apud Grut. p. CCCV. 2. *legitimi* Guelf. pr. Tum *confeceris* a m. pr. Guelf. pr. *Oud.*

Quoad residuis mensibus spatium reliquum compleatur anni] Apud Achillem Tatium ubi supra: Ἐπένευσεν ἡ γυνὴ, (dissimulanter, ut hic Charite,) ἀξιοῖ δὲ, &c. ὀλίγην αὐτῇ χαρίσασθαι ἡμερῶν προθεσμίαν. De annuo luctus spatio vide c. 12. de divers. temp. præscript. Cujacium, et hoc loco Beroaldum. *Pric.*

Tum meum p. tum, &c.] *Tum* bis cum Lips. Cod. habent Reg. Fux. Pal. Oxon. Par. D'Orv. et Edd. Vulc. Merc. Wow. Pric. de more; et ex perpetua fere variatione. Sed tamen Mss. antiquiores in hisce edere magis solent *quum* et *tum;* ut Flor. Pith. cum ceteris Edd. Consule omnino Drakenb. ad Liv. lib. I. c. 22. 'Quum ætas viresque, tum avita quoque gloria:' et ad lib. VI. c. 23. 'Ferox quum ætate et ingenio, tum multitudinis spe inflatus.' In D'Orv. est, *quæ res testes tum m. p. tum et t.* In Guelf. utroque, *annique res fastum m. &c.* Secundo loco in Guelf. sec. *tamen.* Oud. *Quæ res, cum meum pudorem, tum etiam tuum salutare commodum respicit*] In Andria Terent. ille: 'Si in rem est utrique,' &c. ubi Donatus: 'Bene, utrique: non alteri utile, alteri inutile:' cur suum *pudorem* dixerit, ex lib. VIII. 10. et 11. disce: cur 'commodi salutaris' meminerit, continuo subjungit. Ovidius, etiam in nuptiarum argumento: 'Quamvis properabitis ambo, Differ, habent parvæ commoda magna moræ.' *Pric.*

Immaturitatem nuptiarum] In Jure enim *inmaturum* dicitur *matrimonium*, quod intra luctus tempus contrahitur. Vide Cort. ad Plin. lib. IV. Ep. 2. 'nuptiæ lugentis inmaturæ.' *Oud.* *Indignatione justa Manes acerbos mariti ad exitium salutis tuæ suscitemus*] Lib. IX. 'Certe larva, vel aliquo diro numine immisso violenter ejus spiritum expugnari.' *Acerbos,* ante tempus factos. Virgil. 'Funere mersit acerbo.' Servius: 'Immature: a pomis

translatione facta:' supra hic hi Manes ipsi: 'Acerbæ mortis meæ casu,' &c. *Pric.*

Nec isto sermone Thrasyllus sobriefactus, &c.] Lib. IX. 'Nec isto saltem tam nefario scelere impuratissima illa capita confutari, &c. potuere.' 'Sobriefactus, σωφρονισθείς.' *Idem.*

L. sauciantis susurros] Non male *sauciantis* exponit Beroaldus 'aures Charites vulnerantis.' Quis enim nescit, *linguam* tam in sacris, quam profanis libris comparari cultro, gladio, vel telo? Quia tamen in Mss. optimis et in his Pith. est *satiati* sine sensu, opinor corruptum hoc ex *latratu*, sive lascivo *gannitu*, ut alibi sæpe, instar canis Veneris rabie incensi, coitumque poscentis, et, ut subdit, 'inprobis susurris.' In malam partem hic *latratu* quam *gannitu* maluit Auctor, quomodo mali oratores apud Ciceronem 'latrant magis, quam loquuntur.' Et Varro, 'cui lingua procax oblatrat senatum.' Sil. lib. VIII. 251. quomodo et Græci ὑλακτεῖν et ἀνθυλακτεῖν τινα dicunt. Vide Ælian. de Anim. IV. 19. Long. Past. I. 15. ac 'canina verba latrant' Ovid. in Ibid. vs. 234. et Val. Max. lib. VIII. 3. 2. 'inusitatis foro latratibus.' Atque Electra apud Sophoclem vs. 301. τοιαῦθ' ὑλακτεῖ. *Oud.* *Sauciantis*] Cujus verba instar jaculorum sauciabant, convulnerabantque aures Charites, et mentem. *Beroald.*

Ingerere] Colvii vel Lips. *invergere* expresserunt Vulc. Ed. pr. et Merc. cum Edd. Wow. et Pric. Beroaldi commentum *ingerere* propagarunt Junt. Ald. Colin. Bas. Vulc. Ed. sec. sed *inurgere* etiam D'Orv. Reg. Fux. *inarguere* Oxon. Par. et *inurguere* Pith. Guelf. ambo, Ed. Vicent. quod merito probarunt Wow. Pric. et divulgarunt Elm. Scriv. Florid. Id multo est efficacius ac bene *latratui* convenit, et idem, quod supra dixit, 'instanter garrire,' ac quasi imprimere ei susurros. Lib. IX. p. 192. 'Eos identidem urguenti sermone comprimunt, promerent ocius aureum cantharum.' Hoc compositum restat et apud Lucret. lib. v. 1034. ubi male *inurget* in Edd. aliquot. Vett. enim amarunt magis *urgueo*, quam *urgeo*, ut sexcenties a viris elegantioribus monitum est. Vide ad lib. IV. p. 70. *Oud.* *Inurgere*] Emenda, *ingerere*. Beroald. *Susurros, &c. invergere*] *Inurguere* recte veteres editiones habent: quibus proxime accedit Oxoniensis Cod. in quo *inarguere* scriptum. Gloss. 'Urgues, ἐπείγει, κατασπεύδει, ἐπίκειται.' *Pric.*

Revicta] Nihil mutandum. Ulpianus lib. III. de susp. tutor. 'Si datis pupillo advocatis in mendacio revincatur.' *Colv.* Hoc monet Colv. quia in Lips. Cod. erat *evicta*, ut alibi passim. Sed *revinci* idem esse quod *convinci* tam de homine, quam re, jam Lexica satis probarunt; quamque crebro *revincendi* verbum adhibuerit Auctor, inspicienti Indicem in Delphini usus confectum patebit. *Oud.*

Istud equidem certe, &c.] Sic 'illud quidem certe' in lib. LII. § 2. ff. ad leg. Aquil. *Pric.*

Concedas nec. e. mihi, Thrasylle] Sic vulgo Mss. et Edd. sed perquam languide. Quanto efficacius elegantiusque est, quod servarunt Mss. Pith. Palat. et D'Orv. *mi Thrasylle!* Atque ita olim ex ingenio emendavit J. Gruterus lib. III. Susp. c. 11. et haud admonito lectore ediderunt Elmenh. et Florid. Posses suspicari *mihi, mi Thr.* a manu Appuleii fuisse. Sed *deprecanti* satis declarat, cui id concedat, necesse sit. *Oud.* *Deprecanti concedas*] In fragmentis Petronii: 'Saltem concede precanti.' *Pric.*

Ut interdum tacite clandestinos coitus obeamus] Sic supra v. 'clandestinos concubitus.' 'Furtivos amplexus obire' infra lib. IX. vocat. *Interdum* est *interim*: dum nempe reliquos dies

annus metiretur. *Idem.*

N. quisquam persentiscat] In Guelf. *persentificat*. In Mss. D'Orv. Pal. et Edd. Junt. legitur *præsentiscat*, sive ante sentiat. Verum Charite fingit, se cavere velle, ne *interim* aliquis quidquam de clandestino Veneris furto sentiat, et *persentiscere* aliquoties adhibuit Auctor. Vide Indicem. Eadem confusio est apud Terent. in Heaut. IV. 5. 21. 'Ne tu id persentisceres:' et Septimium de B. Troj. l. III. c. 25. 'Nonne adhuc præsenserunt, eamdem caussam extitisse tantorum funerum:' quo loco non persuadet mihi Wopkens. Misc. Nov. Obs. t. II. p. 66. illud esse idem quod *persentire*. Nam Mss. Obr. et Voss. præbent *pers.* uti eidem et Periz. lib. IV. cap. 3. 'reliquo adhuc ad persentiendum spiritu,' non *præsent.* Lib. IV. c. 11. 'Moxque ad aram, quo ne hostis dolum persentisceret, aversusque a duce, resistit.' Sic Mss. meliores, non *adsistit.* Lib. V. cap. 12. 'Et si qui persenserant.' Item in Solino c. 6. p. 16. Ed. Salm. 'Ex ejus fumo incolæ præsentiscunt, quinam flatus in triduo pertendant.' Sed et illic sex Mss. Leidd. optimi et Ed. Cam. *pers.* p. 18. 'Cum visos se persentiscunt.' Ita Mss. et Edd. p. 22. 'ubi terram persentiscunt.' pag. 24. 'persenserit.' p. 27. 'ubi eas persentiscant.' p. 44. 'Indicio odoris persenserunt.' Male Ed. Cam. *præs.* In Oxon. est *quicquam.* Oud.

PAG. 160 *Prolixe consentit*] Lib. X. 'Prolixe, &c. pollicetur.' *Pric.*

Opertas ex. u. tenebras] Facile quis substituat *opacas*, ut Virgil. l. X. Æn. 162. 'opacæ Noctis iter.' Lucan. l. VIII. 373. 'per opacas Bella geret tenebras,' sive noctis sive silvarum, ut opaca vita rustica in montibus et nemoribus Silio l. I. 395. ac passim. Noster l. XI. init. 'Noctis opacæ silentiosa secreta:' de dogm. Plat. p. 581. 'Opacitas noctis.' Vide et de Deo Socratis p. 770. Gell. l. X. 3. Sed tamen cave, quid mutes hoc loco. Stat. l. X. Theb. vs. 18. 'dux noctis opertæ, Sorte Meges.' Quinctil. jam citatus a Pricæo Decl. X. c. 15. de incantatore: 'nunc opertæ arcana mea tenebræ adjuvate.' At ibidem vox *opertæ* Celeb. Burmanno suspecta est, eamque vix capiens conjecit inter alia *opacæ*. In Mss. ibi exaratur *opinor*, quod forsan ex persona perorantis dictum explicari, adeoque servari possit. Alioquin proxime accedit *opimæ*, i. e. spissæ, densæ, et incantatori utilissimæ, ac grande lucrum adlaturæ. In Guelferb. sec. *ten. ultro.* Oud. *Noctemque, et opertas exoptat ultro tenebras*] Ex more id genus sectæ, et similium lucifugarum disciplina. Prudentius: 'Aptamque noctem turpibus Nocturnus adulter fovet.' Horatius: 'Nocturnis ab adulteris.' Scholiastes: 'Occultis: hoc enim' (i. noctis) 'tempus crimini aptum est.' 'Opertæ' (id est, *operientes*) 'tenebræ,' sunt quales infra IX. 'illunem caliginem' vocat, Proverb. VII. 9. de mœcho juvene: 'Graditur in obscuro noctis, &c. in tenebris et caligine.' Job. XXIV. 15. 'Oculus adulteri observat caliginem: dicens, non me videbit oculus,' &c. Theodoretus Serm. 9. de Provident. Μοιχοὶ, &c. καὶ οἱ τὰ τούτων συγγενῆ μετιέναι τολμῶντες, σκότῳ συνεργῷ κεχρημένοι, ταῦτα ποιεῖν ἐπιχειροῦσι. Tatius Achill. 'Densa noctis gavisus in umbra Tempestiva suis torpere silentia furtis.' Infra heic lib. IX. 'Jamque nocte promota, &c. amatorem strenuum infert ad usque Dominæ cubiculum.' Firmicus VIII. 12. de hujusmodi tenebrionibus: 'Puellarum concubitus cæca nocte sectantes.' *Pric.* *Opertas, &c. tenebras*] Quintilianus Declam. X. ex incantatoris persona: 'Opertæ arcana mea tenebræ adjuvate.' *Idem.*

Uni potiundi studio postponens omnia] Terent. II. 3. Eunuch. 'Mea nihil refert, dum potiar modo:' ubi Eugra-

phius: 'Quælibet causa sit, dummodo ad hoc perveniam, ut possim potiri.' Infra lib. IX. de alio scortatore: 'Quidvis facere, quidvis pati paratus.' Plato in Symposio ait, τοὺς τὴν πάνδημον 'Αφροδίτην ἀσπαζομένους ἐρᾷν ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, (melius ἀνοητότατα,) πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντας. Heliodorus lib. I. Πόθος ἀκριβὴς, &c. τῶν μὲν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἀλγεινῶν τε καὶ ἡδέων πάντων ὑπερφρονεῖν· πρὸς ἓν δὲ τὸ φιλούμενον καὶ ὁρᾷν καὶ συννεύειν τὸ φρόνημα καταναγκάζει. supra heic lib. II. 'Paratus vel uno suaviolo recreatus, super ignem istum porrectus assari.' *Idem.* *Uni potiundo studio postponens omnia*] Lucilius; 'Uno hoc non omnia muto.' Phædrus: 'Nihil respiciens dum dolorem vindicet.' *Idem.*

Tacitus accedas] *Tacitus* non est in Flor. *Elmenh.* Neque in Palat. ac displicuisse videtur Elmenh. et Scriv. qui uncinulis circumscripsere, forsan quia sequitur 'unoque' (Reg. *uno quoque*) 'sibilo contentus;' quasi ideo non posset dici 'tacitus accedere.' Sed ita Tibull. l. I. 2. 32. ubi bene Nostri locum adfert Broukhusius: 'Et vocet ad digiti me taciturna sonum.' Mamert. in Genethl. c. 3. 'Auræ tacitæ labuntur.' Adde Burm. ad Æn. II. 225. Liv. l. I. c. 16. 'taciti arguerent.' In Fux. Guelferb. utroque, *tacitus for. m.* Oud. *Quam probe veste contectus, omnique comite viduatus, &c. fores meas tacitus accedas*] Et statim: 'Te, &c. ad meum perducet cubiculum.' Infra lib. IX. 'Jamque nocte promota solum perducit ad domum, probeque capite contectum amatorem strenuum infert adusque Dominæ cubiculum:' ad quem locum de adulteris coopertis plura. *Pric.*

Sibilo] Lib. IX. 'Januam pulsat, sibilo etiam præsentiam suam denuntiavit.' *Elmenh.* Vide Pric. *Oud.* *Unoque sibilo contentus*] Hieronymus in Hilarionis vita: 'Tactu, jocis, nutibus, sibilis, et cæteris hujusmodi, quæ solent moriturae virginitatis esse principia.' Tibullus I. 2. 'Reseret modo Delia postes, Et vocet ad digiti me taciturna sonum.' Basilius Hexaëm. VII. de vipera murænæ coitum appetente: Συριγμῷ τὴν παρουσίαν σημήνασα. Desumptus mos hic amatoriæ fortasse ex castrensi militia. In fragmentis Sisennæ: 'Procul sibilus significare Consuli cœpit,' &c. Servius ad Æneid. IX. 'Secundum Homerum, exploratores quæcunque volunt plerumque sibilo significant.' *Pric.*

Claustris adhærens] De *clatris* vide quæ quosque laudet Arntzen. ad Plin. Paneg. c. 81. 'domitas fractasque claustris feras:' et Comm. ad Propert. l. IV. 5. 72. Quamvis ubivis nimium eam vocem intrudere nitantur viri docti. Arnob. l. VII. p. 214. 'foras cavearum discutiant claustra.' Vide et ad Luc. X. 445. Verum utut sit, *clatri* vel *clatra* sunt fenestrarum vel cavearum, non januarum. Nihil ergo ob corruptam Editionis lectionem quid novandum. L. I. p. 8. 'non claustra perfringi, non fores evelli.' Adde p. 10. 'ad claustra pessuli recurrunt:' et Pricæum. *Ad ventu* rursus antique Pith. *Oud.* *Nutricem, &c. quæ claustris adhærens, excubabit adventui tuo*] De simili I. 6. Tibullus: 'Hæc mihi te adducit tenebris, multoque timore Conjungit nostras clam taciturna manus. Hæc foribusque manet noctes affixa, proculque Cognoscit strepitus me veniente pedum.' Pro *claustris* Colvius *clatris*, insulsissime: lib. III. 'Domus januas, &c. evellere gestientes, claustrisque omnibus, &c. violenter evulsis,' &c. et VII. 'Januæ claustra sedulo exploraverat,' &c. adde l. XVII. § 1. ff. de action. empt. et vend. *Pric.*

Nec sequius aliquid suspicatus] Lib. IX. 'Nec quidquam moratus ac suspicatus,' &c. eod. lib. 'Ac nihil etiam tunc sequius suspicatus.' Terent. I. 1. Andriæ: 'Nihil suspicans etiam

mali.' *Idem.*

Sed exspectatione turbidus] Menander: Πρᾶγμ' ἐστιν ἐπίπονον τὸ προσδοκᾷν. Velleius Paterculus lib. II. 'Difficilis est, &c. utcunque conceptæ spei mora.' Achilles Tatius lib. IV. Οὐ δύναταί τις τρωθεὶς ἀνέχεσθαι. Sallust. Jugurth. 'Animo cupienti nihil satis festinatur.' P. Syrus: 'Est cupiditati et ipsa tarda celeritas.' Idem: 'Etiam celeritas in desiderio mora est.' Firmicus VIII. 12. 'Puellarum concubitus cœca nocte sectantes, et nimio impatientiæ ardore poscentes.' *Idem.*

De diei spatio, et vesperæ mora querebatur] Tacitus Annal. II. 'Vix diei moram perpessus.' Cassianus X. 2. de monacho acedia tentato: 'Solem, velut ad occasum tardius properantem, crebrius intuetur.' Sensu Apuleiano Ovidius in Epistolis: 'Longa mora est omnis nobis quæ gaudia differt.' Idem IV. Metamorphos. 'Pacta placent, et lux tarde discedere visa est.' Claudianus in de nupt. Honorii et Mariæ: 'Incusat spes ægra moras, longique videntur Stare dies, et lux tarde discedere visa est.' Heliodorus de Thyami lib. I. 'Ὑπὸ τῆς περὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐπιθυμίας, καὶ παρελθεῖν ὥραν ἀνύσαντα χρόνου μῆκος εἰς ὑπέρθεσιν ἡγούμενος.' Macrobius Saturnal. IV. 6. 'Nascitur præter hæc de nimietate amatorium pathos. Sicut illud: nox hæc lux: tota jam longior anno est.' Aristænetus: 'Ἅπαντα βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ· καὶ οὔτε ἡμέραν ἐκείνης (qua Cydippen duxerat) ἐνόμισε μακροτέραν εἶναι, οὔτε νύκτα τῆς ἐκείνης νυκτὸς βραχυτέραν. *Idem.*

Sol tandem nocti decessit] Pith. Edd. Vett. *noc. tand.* Reg. Fux. *dec. noc.* Oxon. Guelf. pr. *nocte.* Male. Dicitur enim hoc, ut 'decedere alicui de via' passim. Sic Varius et Virg. Ecl. VIII. 88. 'nec seræ meminit decedere nocti:' ubi vide Ursin. Alioquin vulgarius est *cessit*, ut l. III. p. 53. 'Quod ni Sol nocti cessisset.' Transfertur etiam ad homines. Vide me ad Sueton. Cæs. c. 69. 'cedere adversæ tempestati.' Et forsan restituendum Septimio de B. Troj. l. II. c. 4. 'Igitur adventante nocte cunctis cupientibus requies belli facta:' ubi Ms. Perizon. *cedentibus.* Bene, si *adventanti nocti* reponamus. *Oud.*

Et imperio] *Et ex imp.* est in Edd. primis et Beroaldi; sed *et imp.* Mss. Flor. atque Edd. Junt. Ald. Colin. Bas. Colv. Vulc. Merc. ut copulæ hic sit rursus abundantia. Placet tamen id quod reposuit Wower. *ex* cum seqq. confirmaturque a Reg. Fux. Oxon. Pith. Guelf. utroque, Bert. D'Orv. Coll. Voss. etiam Nostri de more, præpositionem passim addentis; uti 'ex studio,' 'ex viribus,' 'ex jussu.' Pricæo adridebat magis *et.* Idem. *Adornatus*] *Adhortatus.* Colv. Sic etiam est in D'Orv. Guelf. pr. Quod placebat Sopingio et Pricæo, passive pro 'stimulatus,' 'incitatus,' ut opinor. In Coll. Voss. est *exhortatus.* Sic passive dixit 'cohortatus.' Cato apud Gellium l. XV. c. 13. Noster 'canes inhortatos' l. IX. p. 203. de qualibus participiis plura vide ad l. IV. p. 71. 'Gladium deosculatum:' et statim 'mentita tarditate.' Verum non convenit ei vox *imperium.* Quare *adornatus* retineo. Nam, ut recte monuerunt interpretes, respicit ad Charites jussum, 'veste contectus et comite viduatus accedas.' *Oud.* *Ex imperio Charites adornatus*] *Contextus* sicut Charite præceperat: at in Fuxensi et Oxoniensi Mss. *Et imperio Charites adortatus, et nutricis capt. vigilia deceptus:* quam præ altera scripturam amplectimur. *Pric.*

Et captiosa vigilia nut. deceptus] In Mss. et Edd. est hic ordo: *Et nutr. capt. vigilia d.* nisi quod prave cuncta desint Edd. Wow. et Pric. Necquidquam est mutandum. Sic l. IX. p. 182. 'Astu captioso.' Et sic alii passim. Dein in Ed. Scriv. est *oc-*

ceptûs, ex prioribus *nutrix* acceptum: 'te ad meum perducit cubiculum.' Sed ita *deceptus* est Thrasyllus. *Oud.*

Irrepit cubiculum, pronus spei] Hieronymus de simili juvene in vita Hilarionis: 'Venit, præsumptum animo stuprum gerens.' 'Pronus spei' hic, ut lib. IV. 'spei fatigati.' Falsi porro qui *irrumpit* pro *irrepit* reponebant. Lib. IX. de simili tenebrione: 'Irrepit temerarius adulter:' sic IV. 'caveam, &c. festinus irrepsit.' Cato apud Gellium: 'Ibi pro scorto fuit: in cubiculum subreptavit e convivio.' *Pric.*

Quod immixtum vino soporiferum gerebat venenum] Lib. VII. 'Et hercle suspicionem mihi fecit, quasi soporiferum quoddam venenum cantharis immisceret.' *Idem.*

Mentita d. tarditatem] Mediceis membranis accedunt D'Orvillianæ, passive ex frequenti tum aliorum, tum præcipuo Appuleii usu. Supra lib. IV. p. 66. 'ementita lassitudine.' V. p. 105. 'mentito nomine:' et h. l. p. 157. 'mentitæ pietatis.' Lib. IX. p. 184. 'stupore mentito.' p. 186. 'mentita præsumtione Dei.' Lib. X. p. 213. 'mentitis lamentationibus.' p. 230. 'mentitas lacrimas uxoris.' Quocirca Ablativum recepi; licet et lib. IX. p. 193. 'Intrepidum mentita vultum:' sed ubi multi Ablativi sunt proximi. *Oud.*

Crebris potionibus, &c. facile sepelivit ad somnum] Plautus: 'Ut me deponas vino eam affectas viam.' *Pric.*

Sepelivit ad somnum] Lib. II. 'In profundam quietem sepulto.' *Idem.*

Jamque eo ad omnes injurias exposito ac supinato] Sic, 'vinctum, omnique patientiæ expositum,' Seneca lib. III. de Ira dixit: bene autem de ebrio, *expositum*: supra lib. VII. 'Omnes vino sepulti jacebant, omnes parati morti, et expositi.' Basilius de poculis obruto: Ἕτοιμος παθεῖν τοῖς ἐχθροῖς ὅσα βούλονται. exemplum in Oloferne; bene et *supinato*, quod alieno arbitrio subjectissimum notat. Lib. IX. 'Nec ille, ut primum humi supinatus est, vel repugnare, vel omnino munire se potuit.' Infra hoc libro: 'Supinato illi, &c. immanem draconem mandentem resistere.' *Id.*

Introvocata Charite] Onomast. vetus: 'Introvoco, εἰσκαλέω.' *Idem.*

Masculis animis, impetuque diro] Lib. IX. 'Ardentibus animis, impetuque vesano.' *Idem.*

Fremens invadit] Colvius, *ferine invadit*, inficete: supra lib. IV. 'Gemens ac fremens indignatione.' *Idem.*

Ac superstitit sicarium, et inquit] *Superstitit*, quod in Pith. et Edd. est ante Colv. Pricæus sumsit in præsenti, *supersistit* rejiculum putans, ad Apol. p. 44. Perperam omnino. Ei suffragantur Mss. reliqui. Quod si Fux. *supersistens* ab aliis confirmaretur, lubens in eam lectionem inclinarem. Sed in mea collat. est *supersistit*. Tum *sacarium*, *siccarium* de more in Mss. et Edd. aliquot. *En! inquit* confirmant Mss. O. Pithœano excepto. Vide ad p. 155. *Oud.*

Supersistit sicarium] Virgilius, non dissimili materia: 'Quem Turnus superadsistens, sic ore profatur.' *Pric.*

En carus maritus] Guelf. sec. *etrus*. Oxon. Guelf. pr. etiam *trux m.* Quod intrusum est ab nasutulo, qui non capiebat solitam Auctoris ironiam; nec melior est lectio, quam prolatam per Pontanum lib. III. Anal. c. 17. ex conjectura exhibent Wower. et Pricæus, *carus mariti*: quod sine addito substantivo Appuleiani ævi Latinitas adhuc non patiebatur, licet lib. IX. p. 202. 'per suam suorumque carorum salutem' occurrat. Multum præstaret tunc scriptura Regii Codicis, *En carus amicus*. Sed per amarum sarcasmum Thrasyllum Charite vocat *maritum*, quod quasi sponsalia jam cum ipsa contraxerat, et sua spe futurus erat maritus. Uti 'Mariæ maritus' Josephus Matthæi c. 1, 16. Sic 'socer' et 'gener' de futuro so-

cero et genero. Vide ad Terent. And. IV. 4. 53. Serv. ad Æn. II. 343. Burm. ad Valer. Flacc. lib. III. 497. 'Conjux de sponsa' apud Virg. Ecl. VIII. 18. Æn. IX. 138. Tibull. III, 2. 4. ubi vide Broukh. et ipse 'maritus de sponso,' ibid. Lib. III. 4. 31. 'Virgo deducta marito:' quo loco consule eumdem, ac Priceum ad lib. IV. p. 81. 'Tabulis etiam maritus nuncupatus.' Immo et Nostro lib. X. pag. 227. 'exciti frater et maritus.' *Oud.* *Carus mariti*] Lib. IX. 'Suam, suorumque carorum salutem adjurans:' ubi plura dico. Oxon. *trux maritus.* Pric.

Qui meum sanguinem fudit] Mariti mei: lib. IV. Psyche ad parentes: 'Quid spiritum vestrum, qui magis meus est, &c. fatigatis?' *Idem.*

Quod fraudulentas ambages in meum concinnavit exitium] Lib. IX. 'Scænas fraudulentas in exitium mariti subdolis ambagibus construebat:' de voce 'concinnare' supra pag. 146. dixi. *Idem.*

Oculi isti quibus male placui] Quibus dum placerem, male fecisse videor mihi: 'plus justo placui,' Horatius diceret: Beroaldus locutionem non intellexit. Hippolitus apud Senecam: 'Sum nocens, merui mori, Placui novercæ.' Seneca alter consol. ad Marciam cap. 24. 'Nullius spei se præbuit, et cum quarundam usque ad tentandam pervenisset improbitas, erubuit, quasi peccasset quod placuerat.' *Idem.*

Qui quodammodo jam futuras tenebras auspicantes] Scriptor Sapientiæ XVII. 20. de Ægyptiis: Ἐκείνοις ἐπέτατο βαρεῖα νὺξ, εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς διαδέχεσθαι σκότους. Cyprianus in de hab. virg. 'Audaci conatu crines tuos inficis: malo præsagio futurorum capillos jam tibi flammeos auspicaris:' ex quibus forsan desumpta hæc Hieronymi: 'Nec caput' (filiolæ tuæ) 'gemmis oneres, nec capillum irrufes, et ei aliquid de gehennæ ignibus auspiceris.' *Idem.*

Quiesce securus, beate somniare. Non, &c.] Temere et contra genium Appuleii ex unico Bertin. Codice, eoque recentissimo edidere Elmenh. et Scriv. *secure*, et audacius Wower. et inde Elmenh. ceterique contra Mss. O. et Edd. priores *somnia, non ego te.* Verosimilius ex *somniare* effinxerat Sciopp. *somnia: te non ego.* Sed *somniare* deponentialiter usurpatur. Vide ad lib. III. p. 57. 'Vigilans somniabar:' ut est in aliquot Mss. Quare nil temere mutandum erat. Si quis tamen *te* putet hic necessarium magis, quam *ego*, Scioppii amplectatur conjecturam. *Oud.* *Quiesce secure*] Judic. 18. 27. 'Venerantque in Lais, ad populum quiescentem et securum.' *Pric.*

Quiesce secure, &c. non ego te gladio, non ferro petam] Infra lib. IX. ille: 'Nihil triste de me tibi fili metuas: non sum Barbarus, nec agresti morum squalore præditus: nec ad exemplum mæchæ truculentæ sulphuris te lethali fumo necabo.' *Idem.*

PAG. 161 *Absit, ut simili m. g. c. m. m. coæqueris*] Paræanus quoque et Pithœanus ac Guelferbytani suffragantur Edd. ante Colv. non agnoscendo τὸ *velim*. Sed cum ceteri Mss. Flor. Reg. D'Orv. Pal. &c. inserant *velim*, quod vel sic satis defendi potest, unice tamen placet conjectura sive Colvii, sive Lipsii: *vel in simili m. genere*, ἐνεργητικῶς. Istud *in* præ ignorantia, et haud adtenta Appuleiani styli observatione sæpe ejectum vel corruptum est. Vide Ind. Notarum. pag. seq. in 'unita sepultura marito perpetuam conjugem dedere.' Sic apud Colum. lib. III. in f. 'vel inseras' corrupit Sangerman. librarius in *velim seras*. Oud.

Vivo tibi morientur oculi] Seneca Suasor. VII. 'Vives, sed eruentur oculi tibi.' Donatus ad Terentii Eunuchum: 'In oculos maxime sævire fœminas, et Tragœdiæ omnes et Co-

mœdiæ protestantur.' at hic de causa adæquata oculi excæcati. Terent. III. 2. Adelph. 'Adolescenti ipsi eriperem oculos :' ubi Donatus : 'Bene oculos amoris indices' (malim *illices* scribi) 'et flagitii adjutores.' *Moriuntur* hic, ut apud Euripidem, *ὀμμάτων φόνος*. Philo in de Princip. creat. Ὀφθαλμοὶ μὴ βλέποντες, νεκροί. *Pric.*

Dormiens] Homo dormiens nihil videt nisi in somnis, et per nocturnas visiones, qui exoculatus est, nihil videre potest, nisi in somnis et dormiens. Talem videndi usum Thrasyllo renunciat. *Beroald.*

Faxo feliciorem necem inimici tui quam vitam tuam sentias] Sirachides xxx. 17. Κρείσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν πικράν. Saxo Grammaticus lib. VI. 'Cavendum duxerat, ne clarissimas manus turpissimi ciniflonis exitio commodaret : improbi amoris faces gravius ignominia quam morte multatas existimans ; ita a quibusdam calamitosus exstincto punitior existimatur.' In veteri Onomast. 'Faxo, ποιήσω.' *Pric.*

Lumen certe non videbis] Tobias ad Angelum Raphaëlem v. 12. 'In tenebris sedeo, et lumen cœli non video.' Ibid. XI. 8. 'Aperientur oculi ejus, et videbit pater tuus lumen cœli.' Artemidorus lib. V. de cœco : Τὸ φῶς οὐκ ἔβλεπε. *Idem.*

Manu comitis indigebis] Χειραγωγοῦ. vide, si videbitur, non injucunda ad Act. 13. 11. adnotata. *Idem.*

Charitem non tenebis] *Tenebis* proprie dictum. Lib. VI. 'Puellam elegit, &c. teneat,' &c. ad quem locum pag. 124. notata confer. *Idem.*

Nuptiasque non frueris] Sic Pal. et Flor. Vulgati, *nuptiis non fr.* Elmenh. In solo Flor. est *nuptiasque*. In Regio, Fux. Guelf. utroque, Palat. Oxon. *nuptias*. Vere, non *nuptiis*. Cum Accusativo verbum *fruor* quoque construxere Veteres, Cato, Plautus, et Terentius. Vide Elmenh. in Indice, Faërnum ad Heaut. II. 4. 21. 'Ingenium frui.' Scheffer. ad Phædr. lib. IV. F. 4. 'ne data possideant aut fruantur.' Placuit etiam Heinsio ad Ovid. lib. II. Art. 227. Infra lib. IX. p. 192. in Ms. et Edd. aliquot, 'libertatem fruitur.' *Oud.*

Nec mortis quiete recreaberis, nec vitæ voluptate lætaberis] Apud Quintilianum illa Declam. XII. 'Sic tabuimus, ut, &c. nec vivos habeamus, nec mortuos.' Optatus Milevitanus de Corah et sociis ejus : 'Ne beneficium de mortis compendio consequi viderentur, dum non essent digni vivere, nec mori iis concessum est.' Tacitus (at proposito diverso) de Poppæa, Annal. XIV. 'Malorum præsagio jam a vivis exempta, nondum tamen morte acquiescebat :' scribe, *e vivis*, et, *morte quiescebat*. De 'mortis quiete' supra pag. 40. dixi. *Pric.*

Errabis inter Orcum et Solem] Multimodis miseri sunt, misereque vivunt homines cæci. Chrysost. in Johan. homil. 16. fol. 603. Edit. Savilii : εἰ γὰρ οἱ τὸ φῶς τὸ ἡλιακὸν μὴ θεώμενοι, παντὸς θανάτου πικροτέραν ὑπομένουσι ζωήν, τί παθεῖν εἰκὸς τοὺς τοῦ φωτὸς ἀποστερηθέντας ἐκείνου ; ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἐν τούτῳ μόνῳ ἀθυμία. ἐκεῖ δὲ οὐ μέχρι τούτου μόνον (καίτοι καὶ εἰ τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, οὐδὲ οὕτως ἴσον τὸ τῆς κολάσεως ἦν, ἀλλὰ τοσούτῳ χαλεπώτερον, ὅσον ὁ ἥλιος ἐκεῖνος τούτου κρείττων ἀσυγκρίτως ἐστί.) νῦν δὲ καὶ ἑτέραν ἐστὶ προσδοκῆσαι τιμωρίαν. *Elmenh.* *Inter ortum*] Lego *orcum*, hoc intellectu : luminibus orbatus erat, incertus et dubius utrum viventibus an defunctis sit annumerandus. Nam nec plene vivus dici potest, cum careat usu oculorum, qui vitam a morte distinguunt : nec plene mortuus, cum ambulet et spiret : sed *inter Orcum*, hoc est, Plutonem, qui Deus est tenebrarum, et Solem, qui Deus est luminis, intermedius, et quasi in meditullio mortis ac vitæ collocatus videtur. *Beroald.* *Incertum simulacrum errabis inter Orcum et Solem*] Seneca Contro-

vers. III. 5. 'Nihil est miserius quam incertum inter vitam mortemque destitui.' Theseus in ejusdem Hippolito: 'Ambiguus ut me sortis ignotæ labor Detinuit inter mortis et vitæ mala.' Idem Controvers. I. 8. 'Inter Superos Inferosque jactata, in novam pœnam revixisti.' Mirifice autem Appuleii locum illustrant Artemidori ista: Ἔδοξέ τις λέγειν τινὰ ἑαυτῷ, ἀποθανεῖν μὴ φοβοῦ, ζῆν δὲ οὐ δύνασαι· τυφλὸς ἐγένετο· ὀρθῶς, καὶ κατὰ λόγον ἀποβάντος αὐτῷ τοῦ τοιαύτου· οὐκ ἐτεθνήκει γὰρ, παρόσον ἔζη· οὐκ ἔζη δὲ, παρόσον τὸ φῶς οὐκ ἔβλεπε. lib. v. § 78. *Pric.*

Quodque est in ærumna miserrimum, nescies de quo quæraris] Seneca Agamemnone: 'Nec hoc levamen denique ærumnis datum est, Videre saltem et nosse quo pereas malo.' Guntherus lib. x. 'Vehementibus ora sagittis Figuntur: neque scire licet, neque cernere fas est Vulneris auctorem.' *Idem.*

At ego sepulcrum mei Tlepolemi t. l. cruore libabo] Conjecturam Beroaldi *litabo* Elmenhorst. et Scriver. in contextum receperunt. Sed, quæso, quid erit 'litare sepulcrum cruore?' An significabit 'placabo cineres Tlepolemi tuo cruore;' ejusque manibus tuis oculis parentabo? Quomodo Servius ad Æn. IV. 50. ait dici 'Deos sacris litare,' i. e. *placare.* Verum erravit Servius. Nemo, quod sciam, dixit 'litare Deos,' sed in dativo *Diis*, tum omisso, tum addito quarto vel sexto casu ejus rei, quam Diis offerebant, et qua eos placabant, quæque et ipsa dicebatur 'litare,' omisso dativo *Diis.* Adi Comment. quos citavi ad Suet. Aug. c. 96. 'sacrificio non litante.' Neque usquam aliter locutus est Auctor noster. Lib. II. in f. 'tanto numini litemus.' Lib. III. p. 48. 'de latronis hujus sanguine legibus vestris et disciplinæ publicæ litate.' Lib. v. p. 109. 'Injuriæ meæ litatum crediderim.' Lib. VI. p. 128. 'Tibi meis cruciatibus litatum est.' Lib. hoc p. 156. 'suæ sævitiæ litatum tanto periculo.' Lib. IX. p. 190. 'Amplexibus litabant rudi Amori.' Lib. X. p. 230. 'Feralia mortuis litantur obsequia.' Posset quidem quis 'litare sepulcrum cruore tuo' explicare 'mariti mortem ulcisci tuo sanguine,' excitato loco Auctoris B. Hisp. c. 24. 'Centurionum interitio hac adversariorum pœna est litata.' Verum istius militis stylus tanti mihi non est, ut ad illum Appuleianum sermonem reformari velim. Ad hæc Mss. ad unum omnes, et Edd. ceteræ constant in verbo *libabo.* Quartum quidem casum cum aliis aliquoties huic verbo junxit Auctor, ut lib. XI. p. 242. 'primitias commeatus libant mei sacerdotes.' Tales pomorum primitias intelligit Tibullus lib. 1. El. 1. 13. 'Et quodcumque mihi pomum novus educat annus Libatum agricolæ ponitur ante Deo.' Ill. Buher. ad Cic. lib. I. Tusc. Q. c. 23. censet leg. *primum*, ne *omne pomum* intelligatur Deo esse oblatum. Verum in verbo *libatum* satis liquet pomorum primitias modo intelligi. Unice id evincit locus ejusdem Tibulli lib. I. El. x. 21. 'Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam, Seu dederat sanctæ spicea serta comæ.' Adde Plinium lib. XVIII. 2. citatum a Broukhusio. p. 250. 'Insuper fluctus libant intritum lacte confectum.' p. 252. 'Deque penetrali fontem petitum spondeo libat:' ut legendum opinor. Verum et Ablativo non parcius utitur, ut lib. III. p. 55. 'litat vario latice, libat et mulsa.' Lib. IV. p. 78. 'poculis aureis, memoriæ defunctorum comitum vino mero libant.' Priore sensu Virg. Æn. VII. 245. 'Hoc auro libabat ad aras.' Valer. Prob. apud Broukh. ad Tib. p. 8. 'et hunc diem colentes lacte libant.' Lib. XI. p. 246. 'Aureum vasculum, de quo lacte libabat:' quod male sumunt ibi in Accusativo antique. Nihil igitur hic mutandum

Sed ex iis patet voculam *at* vel *sepulcrum mei* esse corrupta. Pro *at* certe in D'Orvill. Cod. est *ac*, in Flor. et Ed. Vulc. sec. ut conjecit Colvius, *ad ego sepulcrum;* ut præ vesana commotæ mentis perturbatione et festinatione *ego* inter præpositionem et ejus casum interponatur; sicuti millies in jurejurando et precibus, 'per ego te fœdera, dextram deprecor,' &c. quod et Noster adhibuit. Consule notata ad lib. IV. p. 84. et lib. VI. p. 111. Nam alioquin passim τὸ *ego* pronomini ejusque adjectivo vel participio medium inserit Auctor. Perperam vero hinc tacite ediderunt Wower. Pric. Florid. *Ego ad sep.* quod ferrem, si in ullo exstaret codice, quia *ego* sæpe gravis orationis ejusve periodi initio adhibetur. Vide Drak. ad Liv. lib. XXI. c. 3. 'Ego istum juvenem domi tenendum, &c. censeo.' Vel aliud latet. Pro *mei* enim in Pith. est *me*, in Lipsiano ac Guelf. sec. est *mis*, quod ridicule Sopingius capiebat ἀρχαϊκῶς pro *mei;* in Palat. *nris.* et pro *sepulcrum* scribitur *sepulc*$^{n}_{c}$ passim: Hinc confici potest vel *ad ego sepulcrum umbris Tlepolemi*, vel *at ego sepulti umbris Tlep. tuo* (in D'Orv. *tuorum*) *luminum cruore libabo;* quod explicat 'ejus manibus istis parentabo.' *Oud.* *Libabo*] Potes legere *litabo*, pro eo quod est expiabo, placaboque tali sacrificio. *Beroald.*

Sed quid mora temporis dignum cruciatum lucraris] Claudianus IX. 'Dum mora supplicii lucro est.' Statius; 'Quonam usque moram lucrabere fati?' sic, 'tormenta imminentia lucrari:' lib. III. apud Victorem Uticensem: et, 'lucrum suppliciorum captare,' III. 17. apud Egesippum. De voce 'lucrari' hoc sensu posita ad Act. 27. 21. dixi. *Pric.*

Et meos forsitan, &c. imaginaris amplexus] Lucretius IV. 'Et cui quisque fere studio devinctus adhæret, Aut quibus in rebus multum sumus ante morati: Atque in qua ratione fuit contenta magis mens, In somnis easdem plerumque videmur obire.' In versiculis Catonis dictis: 'Mens humana quod optat, Dum vigilans sperat, per somnum cernit id ipsum.' In veteri Mimo: 'Amans, quod suspicatur vigilans, somniat:' et in Veterum Poëtarum Catalectis: 'Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni.' Servius ad II. Eclog. 'Epicurei dicunt (quod etiam Cicero tractat) geminam esse voluptatem: unam quæ percipitur, alteram imaginariam: eam scilicet quæ nascitur ex cogitatione.' Macrobius Somn. Scip. I. 3. ἐνύπνιον unam esse speciem ait, 'cum cura animi qualis vigilantem fatigaverat, talem se dormienti ingerit: ut, si amator deliciis suis fruentem se videat,' &c. Scholiastes vetus Horatii ad Serm. II. 'Solent homines quod cupiunt per somnium videre.' Hegesippus II. 2. de Glaphyra: 'In somnis Alexandrum vidit, et complecti desideravit.' *Idem.*

Ad aliam pœnalem caliginem evigila] Caliginem cæcitatis. Apud Senecam Quintiliani II. 9. ille: 'Non video, nox oboritur, et crassa caligo.' *Idem.*

Attolle vacuam faciem] Frequens satis est locutio 'attollere oculos,' 'vultum,' 'genas.' Verum non video, quomodo hic Charite Thrasyllo *vacuam faciem* adscribere possit; cum eam nondum oculis orbarit, aut jubere, eum, qui supinatus jacebat, faciem attollere. Neque id opus erat: cum e præc. et seqq. pateat, oculos ipsius satis expositos Charitæ fuisse, ut eos convulnerare potuerit. Sed bene, quod Mss. aliam lectionem nobis servarint, quam temere transiluerunt eruditi. Nam etiam in Regio, Palat. Guelf. Oxon. Par. D'Orvill. scribitur *ac* vel *at tu* vel *tum in vacuam* (Oxon. Guelf. pr. *evacuum*) *faciem vindictam* (D'Orv. Guelf. sec. *vindicta*) *recognosce.* Quare vix

dubito, quin legendum sit, *ac tum in vacua facie vindictam recognosce.* Ait Charite: Evigila ad caliginem, et tum recognosce pœnam in facie, quæ erit oculis orbata. L. v. p. 97. 'In hoc parvulo cognoscam faciem tuam.' Nisi hæc velis jungere τῷ *vindictam*, ut sit, *vindicta quæ fiet in tua facie*, vel *in tuam faciem.* Nam sic Accusativus servari posset. Adi ad l. III. p. 52. 'Cape in perfida muliere vindictam:' et ad seq. p. 'vindicavi in mariti peremtorem.' *Oud.* *Vacuam faciem*] Oculis vacuam. Jocasta ad jam cœcum Œdipum: 'Quo avertis faciem vacuosque vultus?' Pollux II. 4. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττειν, κοιλαίνειν, ΚΕΝΟΤΝ. *Pric.*

Ærumnas computa] Lib. VI. 'Quin et ceteras ejus ærumnas, &c. numerate.' *Idem.*

Faces nuptiales] Vide Servium ad IV. Æneid. *Elmenh.* *Sic faces nuptiales tuos illuminarunt thalamos*] Ovid. ubi supra: 'Affuit Alecto brevibus torquata colubris, Suntque sepulchrali lumina mota face.' *Pric.*

Ultrices habebis pronubas] *Pronubas*, ni excerpta fallunt, cum Edd. ostentant Florentinæ membranæ, forsan et aliæ; probavitque cum Beroaldo Pricæus. Sed Mss. Fux. Lips. Pal. Oxon. Par. Guelf. uterque, Reg. D'Orvill. dant *prævias:* unde Scriverius junctim edidit, *prævias pronubas.* Male, si quid video. *Pronubæ* non præibant, sed deducebant, comitabantur sponsam, manu ducentes, matronæ univiræ; uti et Græca παρανύμφου vox docet. Ineptit enim Isid. l. IX. Orig. c. 8. Vide Serv. ad Æneid. l. VII. 319. et Burm. ad Lucan. l. II. 357. cum quo nunc omnino illic intelligo pronubam, matronam, non sponsam, qui sic dici nequit. Sed et eadem ratio valet contra solam vocem *pronubas*, distinctas a *comite*, quæ potius est *pronuba.* Quin etiam dari mihi velim exemplum, in quo sponso plures uno adsignantur παρανύμφιοι, seu *pronubi*, et sponsæ plures una παράνυμφοι seu *pronubæ.* Hinc passim tam proprie quam figurate *pronuba*, sponsæ et nuptiis comes, singulari numero ponitur. Exempla sunt innumera. Adi modo Brisson. de Ritu Nupt. p. 319. et in fine ejus comment. et sæpissime 'pronuba Juno.' Quod et observarunt poëtæ in nuptiis infaustis. Ovid. Epist. II. 117. 'Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis.' Lucan. l. VIII. 90. 'me pronuba duxit Erinnys.' Neque obest mihi Senecæ locus, ab Elmenhorstio et Pricæo allatus in Œd. vs. 644. Nam ibi emendandum est ex Mediceis membranis: 'Et mecum Erinnyn pronubam thalami traham, Traham sonantem verbera.' Nec etiam ab hac sententia demoveor Donati verbis ad Terent. Eunuch. Act. III. Sc. 5. vs. 45. ''eam in lectum illæ conlocant.' Ipsum verbum *conlocant* proprium est, et adscribitur pronubis.' Nam vel erravit Donatus, vel potius in genere dixit, verbum 'conlocare' esse proprium pronubis quibuscumque, licet singulis sponsæ nuptiis tantum adsint singulæ. Uti Grammatici passim et in specie de 'pronubis' ubique scribunt. Male enim quidam solis pronubis adsignant Catulli jussum Carm. LIX. 187. 'Vos bonæ senibus bonis, Cognitæ bene feminæ, Collocate puellulam.' Hoc enim munus cum pronuba peragebat et sponsæ mater, et nuptæ sanguine proximæ, quæ et lectum paraverant, straverantque. Hinc apud Senecam in Phœn. vs. 505. 'non te duxit in thalamos parens, comitata primos.' Ne ad alia provocem, et longior hæc fiat nota. Ob hæc omnia ab hoc loco alienas censeo *pronubas*, et vocem ex falsa glossa in textum irrepsisse opinor, sublata *prævias*, quæ unice vera erat. *Ultrices habebis prævias* jactantes faces furiales, et atras, pectorisque tui conscientiam perpetuo correpturas. Tædas enim faces-

que in nuptiis a pueris puellisque 'præferri solitas,' ut 'prælucerent' sponsæ sponsoque subsequenti, ut millenis locis patet, quis tandem nescit? unde infaustis in nuptiis Eumenides sive Furiæ et 'Ultrices diræ' passim faces præferunt. Ovid. l. vi. 470. Metam. 'Eumenides tenuere faces de funere raptas; Eumenides stravere torum.' Ep. Her. vi. 46. 'sed tristis Erinnys Prætulit infestas sanguinolenta faces.' Adde Burm. ad Val. Flac. Argon. lib. ii. vs. 173. 'Stygias infanda ad fœdera tædas:' at inprimis proprie Senec. in Troasin, vs. 1132. 'Cum subito thalami more præcedunt faces, It pronuba illic Tyndaris, mœstum caput Demissa.' Sic hic Ultrices *præviæ* sunt, Orbitas *comes* sive *παράνυμφος* aut *παρανύμφιος* (de quibus vocibus, num differant, nec ne, consule H. Steph. in Thes. et Comm. ad Hesych.) et *pone* stimulus conscientiæ. *Oud.* *Ultrices habebis pronubas*] Oxon. Fuxensis, et Palat. Mss. *prævias:* P. Fabro approbante: ego *pronubas* (quod Vicentina aliæque veteres editiones præferunt) non puto rejiciendum. Ovidius in Epistolis: 'Pronuba Tisyphone thalamis ululavit in illis, Et cecinit mœstum devia carmen avis.' Seneca Œdip. 'Et mecum Erynnes pronubas thalami traham.' *Pric.*

Perpetuæ conscientiæ tuæ stimulum] Melius, ait Pricæus, legas, quod etiam margini adlevit J. Tollius, *perpetuum,* nisi enallagen malueris. Ego sane eam malo, licet p. 162. 'marito perpetuam conjugem reddidere.' Quia animadverti eam hypallages speciem aliquoties iteratam esse ab Auctore nostro. Vide ad l. i. p. 15. 'Amnis vicinia sempiterna:' ad h. l. p. 154. 'Contentiosa pernicies:' ad l. ix. p. 182. 'cohibita equorum curruli rabie,' non *currulium.* ad l. xi. p. 241. 'palmæ victricibus solis,' et 'Arabiæ felicia germina,' ut in Mss. pro *victricis* et *felicis.* Porro in Edd. Vulc. sec. Elmenh. et Scriv. additur *tuæ* contra Mss. O. *Famulum* Guelf. pr. et in marg. al. *stim.* Oud. *Perpetuæ conscientiæ stimulum*] Melius *perpetuum* legas, nisi enallagen malueris. *Pric.*

Ad hunc modum vaticinata mulier, &c.] Lib. xi. 'Ad hunc modum vaticinatus sacerdos:' et vi. 'Sic turris illa, &c. vaticinationis munus explevit.' *Idem.*

Acu crinali] Acus ad crines distinguendos in mundo muliebri. Tertullianus de pœnitentia: 'Cedo acum crinibus distinguendis, et pulverem dentibus elimandis.' Idem de virginibus velandis: 'Vertunt capillum, et acu lasciviore comam sibi inferunt, crinibus a fronte divisis apertam professæ mulierositatem.' Petronius: 'Et huic Psyche acu comatoria cupienti mihi invocare Quiritium fidem malas pungebat.' *Colv.* Hieron. in Esaiam lib. ii. cap. 3. f. 15. 'Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne latius fluant, et in sparsos dissipentur capillos.' Et contra Ruffinum: 'linguam veridicam discriminali acu confodiebant.' *Elmenh.* *Acu crinali, &c. Thrasylli tota convulnerat lumina*] Terentii iv. 3. Eunuch. 'Ut ego, &c. in oculos involem venefico.' Donatus: 'In oculos, quasi amatori.' Idem ibidem ad Sc. 6. 'In oculos maxime sævire fœminas et Tragœdiæ fere omnes et Comœdiæ protestantur.' Propertius: 'Præcipueque oculos qui meruere ferit.' 'Acus crinalis' autem non infrequens mulierum sævientium adjumentum. Philostratus de zelotypa quadam: 'Επιστᾶσα τῇ εὐνῇ, τῆς μὲν ἄμφω, τοῦ δὲ ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν ἐξέκοψεν, ἐναρπάξασα ταῖς περόναις. quibus adde quæ e Hieronymo et Petronio jam alii adduxerunt. *Pric.* *Acu crinali*] Isidorus Orig. xix. 31. 'Acus sunt, quibus in fœminis ornandorum crinium compago reti-

netur, ne laxius fluant,' &c. scribe, *ornatorum crinium*, ex his Hieronymi in Esaiam: 'Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne latius fluat,' &c. vicissim in Hieronymo *laxius*, non *latius* scribe. Noster supra II. 'In effusum laxa crinem.' *Idem.* *Acu crinali*] Ut 'crinale aurum,' 'crinales vittæ' dicuntur, quibus fœminæ utuntur ad crines vinciendos: ita 'crinalis acus' ad cultum capitis adhibetur, ut in statione sit coma, nec sint sine lege capilli. 'Calamistrum' acus est major, quæ calefacta in cinere capillos torquet et ornat: cujus ministri a cinere 'cinerarii' et 'ciniflones' appellati. A 'calamistro' dicti 'calamistrati,' et 'calamistrata:' quam M. Tul. Gabinio effœminato adprobavit. Est et 'discerniculum' acus matronalis, a 'discernendo' dictum, quoniam eo discernitur capillus, et 'discrimen' capitis componitur. Ita enim dicitur divortium distinctioque capillicii in fronte. Ovidius 'Compositum discrimen erit, discrimina lauda.' Item: 'Longa probat facies capitis discrimina puri:' divus Hieronymus hoc discerniculum, quo discrimen ornatur, eleganti scitoque vocabulo 'discriminalem acum' appellat, qui scribens contra Ruffinum, quod annotatu cognituque dignum est, sic ait: 'Fecerunt hoc et Fulvia in Ciceronem, et Herodias in Joannem, qui veritatem non poterant audire, et linguam veriloquam discriminali acu confodiebant.' *Beroald.*

Exoculatum] Luminibus orbatum, excæcatumque. *Idem.*

Dolore nescio crapula eum somno discutit] Bene restituit priorem lectionem Elmenhorstius, [vid. VV. LL.] confirmatam a Mss. meis O. nisi quod in D'Orv. Fux. et Oxon. male sit *crapula*. Colvius e Lips. Cod. videtur mutasse, quia non caplebat, quomodo Thrasyllus ipse dicatur somnum discussisse. Quod tamen non facit *crapula*, sed *dolor*, ut quis forte legere vellet, sciens in D'Orvill. esse *nescius*, et in Oxon. Guelf. pr. *nescium*. Sed ita solet Auctor ipsi personæ adtribuere, quod est rei: ut et monuimus ad p. 158. 'Velut gravi tonitru percussa obnubilant animam.' De usu vocis *nescius* passivo, sive pro ignoto, vide Beroald. Pric. et supra ad lib. v. p. 96. 'nescia rudimenta.' Guelf. pr. *discute*. Oud. *Nescio*] Casus est dandi, ut exponas *Nescio* scilicet Thrasyllo, pro ignoranti, nescientique, a quo sit hoc passus. Quid si junctim legas *Dolore nescio*, ut sit septimus casus, et epitheton doloris, atque ita interpreteris, *Dolore nescio*, pro ignorato et latente? Namque apud priscos *nescius* dicitur, tam is qui nescitur, quam qui nescit: sicut et *ignarus*, non tam qui ignorat, quam qui ignoratur. Auctores Gellius, Servius, et cæteri: sic Virg. 'Pastor agens telis liquitque volatile ferrum Nescius:' ubi 'pastor nescius' significatur, qui nescitur et latet. *Beroald.* *Dolore nescio*] Dolore cujus efficientem causam nescivit: supra: 'Quodque est in ærumna miserrimum, nescies de quo queraris.' Vide IX. 12. A. Gellium: cujus obiter perturbatissimum locum sic ordina: 'Nescius quoque dicitur tam is qui nescitur, quam qui nescit. Plautus in Rudente: Quæ in locis nesciis nescia spe sumus. Sed super eo qui nescit,' &c. *Pric.*

Arrepto nudo gladio, &c. per mediam civitatem cursu furioso proripit se] Apud Petronium: 'Hæc locutus, gladio latus cingor, &c. mox in publicum prosilio, furentisque more omnes porticus prosilio.' *Idem.*

Solebat accingere] Bene vidit Colvius, se temere Lips. Codicis lectionem arripuisse. Nihilominus Vulc. Merc. Wower. Pric. ejus editionem sunt secuti, contra reliquos Mss. et Edd. O. De hoc verbo adi ad Ovid. lib. III. Met. 102. Ep. IX. 66. 'In-

cingi zonis dedecuisse putes.' Et passim. Sed et ipse Auctor rursus lib. XI. p. 243. 'Hic incinctus balteo militem gerebat.' In D'Orv. pro *solebat* exaratur *consueverat*. Oud.

Proculdubio nescio quod scelus gestiens] 'In vultu pignora mentis habens.' Progne apud Ovidium VI. Metamorph. 'Magnum est quodcunque paravi, Quid sit adhuc dubito.' Heliodorus lib. V. Δῆλος ἦν ἀπὸ τοῦ βλέμματος ἐμμανές τι διανοούμενος. *Pric.*

Monumentum mariti contendit] Pricæi notam compilavit Floridus. Non vero *recta* est in Codd. Flor. et Fulvii, sed *secta*, ut habet Pithœanus. In D'Orv. *a*, certissimo indicio locum in mendo cubuisse. A plerisque Mss. abest hæc vox, sicut ab Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. Posset videri reponendum, *sic ad m.* sed malim cum Elmenh. Scriv. Pric. Florid. in Ursini concedere sententiam. Vide omnino ad lib. VI. p. 120. 'Ad inferos recta se posse descendere:' ac de verbo 'contendo' sine præpositione ad lib. II. p. 30. 'Cubiculum meum contendo.' *Oud.* *Monumentum mariti contendit*] Repone ex cod. Fulviano, *Recta monumentum m. contendit:* infra lib. XI. 'Et recta patrium Larem, &c. contendo.' In vetere Onomastico: 'Recta, τὴν εὐθεῖαν.' *Pric.*

Viduatis totis ædibus] Istud *viduatis* pro conjectura ad marginem adlevit quoque Sopingius. Et sic primus edidit Vulcan. Ed. sec. quem secuti sunt Scriver. et Florid. E Florent. Cod. hic nihil varietatis est annotatum. Sed reliqui Mss. cum Edd. ceteris dant *nudatis*, sive vacuefactis, quod non erat mutandum. Ita 'nudari' dicuntur 'mœnia,' 'urbs,' quibus milites civesve excedunt. Vide præter alios Drakenb. ad Liv. lib. XXI. c. 11. 'muros defensoribus nudasset.' Voce *viduatus* crebro quidem utitur Auctor, sed non nisi pro *privatus*, adjuncta re, qua quis sit destitutus; ut 'viduatus solatio,' 'præsentia,' 'alloquio,' 'comite,' &c. Confer Indicem. *Nudatis* igitur restitui. *Oud.* *Nudatis totis ædibus*] Basilius Homil. in Gordium Martyrem: Ἐξέλειπον τὰς φυλακὰς τῶν οἴκων οἱ φύλακες, ἄκλειστα ἦν τῶν ἐμπόρων τὰ ἐργαστήρια. *Pric.*

Pag. 162 *Capulum* [*capit*] *Tlepolemi propter adsistens*] Non primus induxit vocem *capit* Elmenhorstius; sed cum Colvio etiam Vulc. Merc. Wow. et ante eos, ut vidimus, Stewech. e conjectura, confirmantibus Mss. Flor. Vide me ac Pric. ad lib. X. p. 213. 218. 'Coopercnlo capuli remoto.' Egitque de hac voce seu conditorio corpus capiente etiam G. Cuperus lib. II. Obs. c. 9. Serv. ad Æn. XI. 64. Absque iis codicibus Nostrique et aliorum exemplis, servari posset scriptura Codd. Lips. Pal. Oxon. Fux. Par. D'Orvillii, Guelf. utriusque, *caput Tlep.* ut Charite adstiterit ad illam monumenti partem, ubi jacebat compositum cadaveris caput. Belg. *aan 't hoofde end.* Sic enim clare Sueton. in Cæs. c. 84. 'Intraque lectus eburneus, et ad caput tropæum cum veste, in qua fuerat occisus.' Domit. c. 17. 'Neque ad caput' (lecti) 'quidquam, excepto capulo.' scil. pugionis, quo sensu si hic sumserit Auctor, quod nullus credo, quædam deessent. *Oud.*

Propter assistens] Vulgo, *prope a.* Elmenh. *Propter* Scriverius etiam edidit, cum Edd. Colvio prioribus et Mss. Fux. Pith. et Guelf. vere, ut hic docuit Stewechius, et adi ad lib. II. p. 36. 'quam propter adsistens.' Fatendum est tamen, τὸ *prope* non solum in ceteris post Colvium Edd. sed et in Florent. (ni fallant excerpta) ac D'Orvill. inveniri, solemni scil. confusione. *Oud.*

Gladioque fulgenti singulos abigens, &c.] Excerpta Diodori Siculi de Aquilio quodam (ut heic Charite) sibi

mortem illaturo: *Τοὺς ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶντας ἐποίησε μὴ τολμῆσαι πλησίον αὐτοῦ προσελθεῖν.* 'Fulgentem gladium' Noster, Virgilium imitatus, dixit. 'Abigere gladio' autem etiam apud Ulpianum est Tit. de Abigeis. *Pric.*

Abjicite importunas lacrymas] 'Muliebres tollite luctus: Flete alios, mea mors lacrymis non indiget ullis.' *Id.*

Vindicavi mei m. c. peremtorem] Lipsiano codici, cujus auctoritate Colvius cum seqq. et Florido temere ejecit præpositionem, accedunt Pal. Pith. Oxon. Par. D'Orvill. sed perperam, ut latius docet Pricæus; recteque cum Elmenhorstio restituit Scriverius. Plura vide ad lib. IV. p. 85. 'In pulcritudinem contumacem r. vindica:' ubi itidem vulgo exsulabat. Fux. *in meam.* Pith. *judicati mei.* Oud. *Vindicavi mei mariti cruentum percussorem*] Lætabunde, ut solent qui plenarie litatum suis injuriis credunt. Apud Quintilianum III. Declam. ille: 'Percussi, &c. occidi, hausi sanguinem noxium ultrice dextra.' Ibidem v. 'Erige vultus pater, &c. vindicati de sævissimis prædonibus sumus.' *Vindicavi in mei* autem, non, ut hactenus in excusis, legendum: supra lib. I. 'Statutum est ut in eam, &c. saxorum jaculationibus vindicaretur:' lib. II. 'Extremum facinus in nefariam scelestamque istam fœminam vindicate:' lib. III. 'Constanter ferte sententias de eo crimine quod etiam in civem vestrum, &c. vindicaretis:' et I. Florid. 'Haud secus in eum quam in sacrilegum vindicaretur.' Jul. Paulus Sentent. v. 23. 'In honestiores pœna capitis vindicari placuit.' *Pric.*

Punita sum fun. m. n. prædonem] De vi hujus participii similiumque vide, inter alia, Gifanii Ind. Lucret. v. 'Consultus.' Sciopp. Veris. lib. II. 2. Gudium ad Phædr. F. 2. Perizon. in Sanct. Min. p. 136. Burm. ad Vellei. lib. II. c. 97. 'peragratus partes;' et Comm. ad Suet. Aug. c. 21. 'multatus est pœna:' sed ubi *ultus* prætuli. In Edd. Elmenh. Scriv. Florid. est *nupt. mear.* Oud. *Punita sum funestum mearum nuptiarum prædonem*] Quintil. IX. 3. 'Est et in verbis:' (figura) 'ut, fabricatus est gladium: et, inimicos punitus est: quod mirum minus est, quod in natura verborum, est et quæ facimus patiendi modo sæpe dicere: et contra, faciendi, quæ patimur: ut, vapulo: ideoque frequens permutatio est, et pleraque utroque modo efferuntur.' 'Nuptiarum prædo' hic, ut apud Petronium, 'corporis prædator.' *Pric.*

Jam tempus est, ut] Exsulat verbum substantivum a Mss. Lips. Pal. Pith. Guelf. sec. et Edd. Colv. Vulc. Merc. Wower. Pric. In ceteris Mss. et Edd. comparet, non quidem necessario, sed videtur Auctor ad exsequiarum indicendarum formulam adlusisse. Terent. Phorm. v. 8. 37. 'Exsequias Chremeti, quibus est commodum, ite. Jam tempus est:' ubi vide Comm. et Kirchm. de Funer. In Ed. Florid. *uti*, et mox Oxon. Ms. *deorsum.* Oud. *Jam tempus ut isto gladio deorsus ad meum Tlepolemum viam quæram*] Theagenes apud Heliodorum ad Chariclíam suam, quam crediderat interfectam: *Ἀπολείψῃ με μικρὸν ὕστερον, ἰδοὺ γάρ σοι χοὰς ἐπάξω τὰς ἐμαυτοῦ σφαγάς.* Appuleius hunc locum e Virgilio sumpsit, apud quem sic Dido: 'Et nunc magna mei sub terras ibit imago:' et statim: 'Ulta virum, pænas inimico a fratre recepi. Jam tempus,' &c. cum luce transigentium sermo. Seneca (III. 23. de Benef.) de C. Vettio captivo: 'Gladium militi ipsi a quo trahebatur eduxit: et primum Dominum occidit: deinde, Tempus est (inquit) me et mihi consulere, jam Dominum manumisi: atque ita se uno ictu transjecit.' *Pric.*

Et enarratis ordine singulis] Sic in Bertin. esse [vid. VV. LL.] Sciopp. in Susp. Lect. scripsit, probavitque.

Sed rectum est omnino *enarratis*, quod servant reliqui, ac statim sequitur *nunciaverat*; pro quo tamen in D'Orvill. est *narraverat*. Lib. IX. p. 206. 'cunctisque enarratis:' ut est in Mss. optimis. Lib. X. p. 230. 'Vixque enarratis cunctis ad uxorem mandat.' Et sic 'ordo narratæ rei' Phædr. I. F. 2. ibique Scheff. *per ordinem* etiam est in Palat. Guelf. sec. et Regio. *Ordinem* Fux. Frustra. Adi Pricæum ad lib. IX. p. 188. 'Ordine mihi singula retexe.' Burm. ad Virg. G. IV. 4. *Oud.* *Et enarratis ordine singulis, &c.*] Vide supra pag. 72. notata. *Pric.*

Ferro sub papillam dexteram transacto] In D'Orvill. est *dextra*. Quod juvat Pricæi conjecturam *dextera*, sc. manu, ut papillam intelligat sinistram, qua per ictum cordis paratior ad Orcum via est. Dein *transacto* est in D'Orvill. Pith. Guelf. pr. et Edd. Colvio prioribus. Passim quidem dicitur 'transigere aliquem gladio,' ut docere possunt commentarii eruditorum ad Phædr. lib. III. F. 10. sed an *transigere gladium* occurrat, dubito. In Oxon. est *transadacta*. At Flor. Reg. Fux. Inc. Palat. cum Lips. Par. *transadacto* præbent, ut Colv. et seqq. rescripsere. Vide ad lib. IV. p. 71. 'gladium per medium pectus transadigit.' Nec minus defendi posset *adacto* Ovidii aliorumque exemplis. *Oud.* *Ferro sub papillam dextram transadacto, &c.*] Ovid. 'Ferro per pectus adacto.' Per dextram (inquit) papillam transadacto: ita supra hoc libro: 'Per femur dextrum' (ei) 'lanceam immisit:' at cum per mammam sinistram ad Orcum sit paratior via, quid mali est credere *dextra* Appuleium scripsisse, sinistramque *papillæ* nomine ἐξόχως intellexisse? Paterculus lib. II. de M. Bruto: 'Cum mucronem gladii ejus' (Stratonis) 'dextra tenens sinistræ admovisset papillæ, ad eum ipsum locum qua cor emicat impellens, &c. uno ictu transfixus exspiravit.' *Pric.*

Corruit] Sic quidem exaratur in Reg. Fux. Bert. aliisque, ut reposuit Colvius et seqq. sed Coll. Voss. *concurruit*, Flor. D'Orvill. Pith. Guelf. Oxon. Pal. aliique cum Edd. Vett. *concorruit*, forte pro una, simul, statim cum ictu corruit. *Oud.* *Corruit*] Supra, de eadem ista: 'Corruit corpus, et obnubilavit animam.' *Pric.*

Pervoluta] Flor. *pervolutata*. Bert. *provoluta*. Elmenh. Ultimum edidit Scriverius, et placuit Salmasio et Wasseo, ob seq. *pereffiavit*, quod notaret, eam pronam cecidisse. Sed Guelf. pr. *pervoluptata*, ac verissime legitur in aliis, item D'Orv. Pith. Oxon. ex coll. Gron. *pervolutata*, sive crebro se intorquens, et palpitans in multo sanguine, ut lib. III. pag. 139. ubi vide Pricæum. *Oud.* *In suo sibi pervoluta sanguine*] Vide supra p. 45. adnotata. In Fuxensi et Florent. Mss. *pervolutata*. Pric.

Balbutiens incerto sermone] Ut solent animam efflaturi: supra lib. I. 'Cum ille impetu teli præsecata gula, &c. incertum stridorem per vulnus effunderet:' ad quem locum p. 10. notata vide: Lex 15. Cod. de Testam. &c. 'linguam seminecem' vocat. *Idem.*

Pereffiavit v. a.] In Ed. Vicent. *pereffiavere*. Ber. correxit *perflavit*, ut exaratur in Mss. O. (excepto Pithœano *perafflavit*) et Edd. usque ad Colvium, qui tacite rursus *pereffiavit* reposuit. Et certe 'efflare animam,' in morte sollemnis est locutio. 'Pereffiare' ergo esset penitus efflare. Magis tamen inclino in Pricæi conjecturam *proflavit*; quo usus est Auctor lib. VII. p. 141. 'proflatis naribus.' Auson. Epigr. 65. 'mactata est vacca Minervæ. Sed Dea proflatam transtulit huc animam:' ubi tamen in Ms. est *proflatu*, scilicet *suo*. Plura de hoc verbo vide ad Frontin. lib. II. c. 2. § 7. 'Auras proflare:' uti et Hein-

sius legit in Curtio lib. IX. c. 4. § 21. 'Efflare' et 'reflare anhelitus' confunduntur etiam lib. IX. p. 194. ubi plura. *Oud.* *Pereffavit virilem animam*] Ovidius de alia sui interfectrice, Lucretia: 'Fertur in exequias animi matrona virilis.' In Oxon. *perflavit:* unde non male *proflavit* scribas. *Pric.* *Per efflavere*] Corrigendum est, *perflavit,* quod est efflavit, exhalavit animam, tamquam anima sit halitus et spiritus, super quo in primo commentario Tusculanarum copiosissime. *Beroald.*

Corpus ablutum] Superstitio Veterum cadavera lavare. Ælianus Var. Histor. lib. IV. ὅτι Δαρδανεῖς τοὺς ὑπὸ τῆς Ἰλλυρίδος ἀκούω τρὶς λούεσθαι μόνον παρὰ πάντα τὸν ἑαυτῶν βίον, ἐξ ὠδίνων, καὶ γαμοῦντας, καὶ ἀποθανόντας. Noster Lucius infra lib. IX. 'summis plangoribus, summisque lamentationibus, atque ultimo lavacro procurant.' Lucianus de luctu: Μετὰ ταῦτα δὲ, λούσαντες αὐτοὺς ὡς οὐχ ἱκανῶς τῆς κάτω λίμνης λουτρὸν εἶναι τοῖς ἐκεῖ. *Colv.* Ex more antiquo, quo mortuos lavabant. Lib. IX. 'Eum ultimo lavacro procurant.' Socrates apud Platonem, in Phædone f. 115. ἐμὲ δὲ νῦν ἤδη καλεῖ, φαίη ἂν ἀνὴρ τραγικὸς, ἡ εἱμαρμένη, καὶ σχεδόν τί μοι ὥρα τραπέσθαι πρὸς τὸ λουτρόν. δοκεῖ γὰρ ἤδη βέλτιον εἶναι λουσάμενον πιεῖν τὸ φάρμακον, καὶ μὴ πράγματα ταῖς γυναιξὶ παρέχειν νεκρὸν λούειν. Act. Apost. c. 9. v. 37. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν Ταβιθὰ, λούσαντες δὲ αὐτὴν ἔθηκαν ἐν τῷ ὑπερῴῳ. Sic apud Galenum de Methodo medendi lib. XIII. c. 15. Theagenem jam mortuum, cui nec servus nec mulier, nec puer erat, Cynici lavant. *Elmenh.* *Corpus ablutum*] Ex ritu priscorum, apud quos cadavera abluebantur, et ungebantur. Ennius: 'Tarquinii corpus bona fœmina lavit et unxit.' Virgilius quoque vetustum morem expressit illis versibus: 'Pars calidos latices, et ahena undantia flammis Expediunt, corpusque lavant frigentis, et unguunt.' Lavare cadavera proximis concedebatur. Anna Maroniana infit: 'date vulnera lymphis Abluam.' *Beroald.*

Munita sepultura] Mss. O. constant in scriptura *munita*, nisi quod Palat. et Guelf. sec. dent *munitam*. Nam fallit Wower. Lipsii et Groslotii conjectura *unita*, soli displicuit Vulcanio, qui ἐκδόσει sec. exhibuit *uncta*. Quo scilicet 'lavatio' et 'unctio' cadaveris jungatur: ut fit sæpissime. Vide modo Beroald. et Kirchm. de funer. Sed solius lavationis hac in re meminit quoque Appulei. lib. IX. pag. 198. Contra solius unctionis in Flor. n. 19. ubi de utroque congessit multa Colvius. Nihilominus non placet hic *munita*, neque Roaldi explicatio. *Minuta* non convenit dignitati Charites. Quare omnino cum Brantio, sed divisis vocibus, lego, *in unita sep.* Πλεονάζει τὸ *in* frequenti Nostri more. Vide p. 161. 'In simili mortis genere coæquari:' et Indicem notarum. Unico sepulcro jungi amabant carissimi conjuges. Vide Beroald. Pricæum, et mox Elmenhorst. item Alard. ad Val. Flacc. v. 58. 'nec separe conteget urna.' Ovid. Epist. XI. 123. 'Et refer ad matrem, socioque inpone sepulcro: Urnaque nos habeat, quam libet arta, duos.' Et passim in Inscriptionibus, 'sibi et uxori suæ.' De participio *unitus* adi Cellar. Cur. post. p. 157. Et sic legendum lib. XI. p. 259. docuerunt viri docti: 'unita ratio numinis religionisque.' In Mss. Sueton. Aug. c. 62. etiam est *uniri*. Oud.

Ibidem] In eodem sepulchro consepultam una cum marito significat: ut sicut viventes fuerant mutua concordia copulati, ita et defuncti simul quiescerent. Cleopatra cum Antonio in eodem sepulchro concludi voluit. *Beroald.* *Corpus ablutum, unita sepultura ibidem marito perpetuam conjugem reddidere*] Antiquæ editiones, ut et

Oxon. Codex, *munita:* quod est qui (Roald.) conatur adstruere ex his veteris monumenti; 'Structura cum munitura sarcophagi,' &c. ego Lipsii (a quo *unita*) et sequor et conjecturam munio. Tobias ad filium de uxore sua: Ὅταν ἀποθάνῃ, θάψον αὐτὴν παρ' ἐμοὶ ἐν ἑνὶ τάφῳ. vide et Judith. XVI. 28. Amator de amasio suo apud Lucianum: Τελευτήσας δὲ ἐντολὰς τοῖς μετ' ἐκεῖνον ὑπ' ἐμοῦ στεργομένοις ἐπιθήσομαι, κοινὸν ἀμφοτέροις ἐπιχῶσαι τάφον· ὀστέοις δὲ ἀναμίξαντες ὀστέα, μηδὲ τὴν κωφὴν κόνιν ἀπ' ἀλλήλων διακρίναι. quibus adde quæ apud Euripidem Admetus ad Alcestidem, et hoc loco ab Elmenhorstio allata. De ablutione cadaverum jam heic alii dixerunt: quædam et ad Act. 9. nos adnotasse meminimus. *Pric.*

Dedere] Conjuges uno sepulchro sepeliebantur. Burchardus Decretorum lib. III. c. 162. 'Unaquæque mulier sequatur virum suum, sive in vita, sive in morte; quos conjunxit unum conjugium, conjungat unum sepulchrum.' Ovid. Metamorph. lib. IV. Fab. 2. 'Quos certus amor, quos hora novissima junxit, Componi tumulo non invideatis eodem.' Sic Monica serio mandat filiis suis, ut illam edita anima in sepulchro chari mariti collocare velint, ut Augustin. lib. IX. c. 10. confessionum notat. Et Chrysost. matrem sepelit in conditorio patris. Grego. Patriarcha Constant. in Vita Chrysostomi. *Elmenh.*

Sponte delatus] Gloss. 'Τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει, sponte, ultro.' *Pric.*

Ultronea vobis infesti Manes en adest victima] Excerpta Diod. Siculi, de Adrasto, quamvis involuntario homicida: Κατ' ἰδίαν ἐπὶ τὸν Ἄτυος (id interfecto nomen) πορευθεὶς τάφον, ἑαυτὸν κατέσφαξε. *Idem.* *Ultronea, &c. victima*] De bove Julius Obsequens: 'Injussa de montibus per hostium classem adnatavit, seque ad aram percutiendam obtulit.' *Idem.*

Valvis super se diligenter obseratis, &c.] 'Conspectum lucis fugiens, tenebrisque pudorem Celans.' *Idem.* *Valvis, &c. obseratis, inedia statuit elidere, &c. spiritum*] Supra heic de Charite: 'Inedia, &c. tenebris imis abscondita, jam cum luce transegerat.' Seneca (ad Marc. cap. 22.) de Cordo hoc idem genus mortis adsciscente: 'Lumen omne præcludi jussit, et in tenebras se condidit.' Curtius de Sisigambi, Alexandro mortuo: 'Abstinuit cibo pariter et luce:' adde supra pag. 87. notata. Tertullianus de Lycurgo: 'Ut in secessu inedia de semetipso judicavit.' *Idem.*

Damnatum spiritum] Apud Petronium: 'Quid proderit hoc tibi, si soluta inedia fueris? Si te vivam sepelieris? Si, antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?' *Brant.* *Sua sententia damnatum spiritum*] In lib. I. ff. de confess. 'Qui quodammodo sua sententia damnatur.' Philotas ap. Q. Curt. 'Memet ipse non deseram, nec committam ut damnatus etiam mea sententia videar.' In vetere Inscriptione: 'Inferno Plotoni, tricorpori oxori cariss. Tricipitique Cerbero munus meum ferens, damnatam dedo animam, vivamque me hoc condo monimento,' &c. *Pric.* Spuria est inscriptio, quam hic profert Pricæus. Adi Cel. D'Orvill. ad Chariton. p. 67. *Oud.*

Hinc ille longo trahens spiritu] *Hæc ille* recte exaratur in Flor. Pith. Oxon. Par. D'Orv. et Ed. Junt. post. ut restituit Wower. *Sic* nusquam inveni. Nam Vulc. Ed. utraque habet quoque *hic.* Lib. I. p. 15. 'Hæc Aristomenes:' et passim. Dein *longo spiritu* est in Flor. Bertin. Pith. et Edd. ante Vulc. sec. Ed. Quod commode explicari posset, scil. ut dicat Auctor, 'nuncium traxisse hæc verba relata longo spiritus ductu,' ut apud Virg. I. Æn. 371. 'suspirans, imoque trahens a pectore vocem.' Sil. lib. VIII. 79. 'Verba trahens largis cum fletibus.' Verum tamen malim cum

aliis Mss. et Edd. posterioribus retinere Accusativum, sive *longos spiritus*, ut apud Gell. lib. XII. c. 2. 'spiritusque et anhelitus e pectore.' Sive *suspiritus* cum Brantio et J. F. Gron. ad Script. Eccles. p. 113. et Livium lib. XXX. c. 5. 'Crebro suspiritu et gemitu.' Quod præfero, quia ita clare præbent *longos suspiritus* membranæ Regiæ. Vide plura hic apud Pric. et ad lib. I. p. 5. 'Cum ille imo de pectore cruciabilem suspiritum ducens.' Item ad lib. V. p. 105. et ad lib. XI. p. 249. 'Fatigatos anhelitus trahens.' Quinctil. Decl. XIII. c. 4. 'fatigatæ anhelitum traherent.' Ovid. lib. XI. Met. 709. 'gemitus e corde trahuntur:' et sæpe. Apage vero conjecturam Sopingii: 'Hic ile longo trahens spiritu,' pro *ilia:* licet 'trahere,' 'ducere ilia' frequenter hoc in negotio occurrant. Necessarium est pronomen *ille.* Oud. *Longos trahens spiritus*] 'Fatigatos anhelitus trahens,' ut infra XI. Gellius XII. 5. 'Spiritusque et anhelitus e pectore ejus evadere.' Vide supra pag. 5. notata. Horatius: 'Et latere Petitus imo spiritus.' *Pric.*

Mutati domini] *Dominii* habent Pal. Oxon. Fux. Guelferb. D'Orvill. &c. cum Edd. Wower. Scriv. Pric. et Florid. Verissime. Consule J. F. Gronov. ad Senec. de Const. Sap. c. 13. 'sed venales, sed novum aucupantes dominium:' et quos laudat Arntzen. ad Aurelii Victoris Epit. c. 6. 'salvo exemta dominio.' Mox in Par. Guelf. pr. male *mentientes* pro *metuentes.* Fux. *met. nov.* Oud.

Fugere comparant] Perperam Brantius Colvio adversatur, allato loco, qui hic nihil probat. *Fugere* habent O. Mss. et Edd. præter Beroaldi, Junt. Ald. Colin. Bas. 'fugæ se substituentes.' Si quid mutare malebant, refinxissent potius, *fugam comp.* Sic enim Auctor rursus ait lib. IX. p. 200. 'profectionem comparat.' Lib. XI. p. 257. 'domuitionem comparo.' Verum ut *paro*, sic etiam *comparo* cum Infinitivo construitur. Adi P. Burmann. ad Ovidii lib. I. Metam. 225. et lib. II. Trist. 267. 'Urere tecta comparo.' Atque ita Terentius, Cicero, alii. *Idem.* *Fugere comparant*] Purior lectio, *fugæ se comparant.* Beroald.

Magna il. quidem commendatione] Offendit magnopere me istud *ille*, hac certe in sede. In D'Orv. est *magna illa comm.* sine τῷ *quidem.* In Regio Fux. *mea illa q. comm.* Respicit Auctor lib. VII. p. 142. 'evocato armentario equisone, magna cum præfatione deducendus adsignor.' Estne ergo leg. *m. illa equidem comm.?* vel *m. illa cum comm.* Amat enim Auctor ad emphasin addere pronomen: ut vidimus jam p. 2. 'a Plutarcho illo inclyto:' aliisque in locis. *Oud.*

Quidquid in casula pretiosum conditum pervolat; meo atque, &c.] In Mss. plerisque et Edd. ante Colvium pro *pervolat* legitur *servabat.* Wowerius primus inverso ordine præposuit *pervolat quidquid.* Sed deleto etiam τῷ *servabat.* Hinc Elmenhorstius et Scriver. *pervolat q. i. c. pretiosum conditumque servabat*, quod et ex Oxon. Cod. protulit Pricæus. Verum hiulca sic fit oratio. Non enim *meo, &c. deserit*, cohærent præcedentibus. Quare tacite Floridus edidit *meoque*, quod Oxon. Exc. Gronov. ostentant. In Cod. Regio nec *pervolat* nec *servabat* invenitur. In plerisque deest *pervolat.* In Pal. Oxon. Par. Lips. Pith. Guelf. utroque, *conditumque serv.* quod Elmenh. Scriv. et Florid. edidere. Immo in Florentino scribitur, *q. i. c. pr. conditumque servabat, meo atque:* unde existimo istud *que* æque ac *servabat* et *pervolat* sua sede lapsum esse, et legendum, ut edidi: *quidquid i. c. pretiosum conditum servabat, pervolat, meoque:* sive celerrime petit et aufert omnes pretiosas res, quas servabat conditas in casula, et meo dorso inpositas absportans deserit sedes. Sic omnia aptissime procedunt. De verbo 'pervolare' adi Schwartz. ad Ma-

mert. Genethl. cap. 8. Nequaquam opus est τῷ *que* post *conditum*; sicut eo carent plerique Mss. et Edd. usque ad Elmenh. De rebus conditis adi Cas. et Salm. ad Spartiani Hadrian. c. 11. et ad Veget. lib. IV. c. 8. 'servare in conditis.' Non inepte etiam legas: *quidquid pretiosi*, ut apud Flor. lib. I. c. 13. § 11. 'Quidquid religiosissimi:' et passim. Colum. lib. IV. c. 17. 'Quidquid teneri est.' Sic enim ex Cod. Sang. aliisque leg. Vulgo *tenerum*. Prave est *quid* in Oxon. D'Orv. *quod* Fux. Guelf. bini. *casu* Pith. *capsula* Guelf. pr. *Idem*. *Pervolat quicquid in casula pretiosum conditum, meo, &c.*] In aliis *conditum pervolat*: at nec sic constructio procedit: repone ex Oxon. Ms. *Quicquid in casula pretiosum conditumque servabat, meo, &c.* vel, melius adhuc ex Vicentina editione, *conditum servabat*. Pric.

Asportans] In Edd. pp. Ber. Colin. et Mss. est *absportans*, ut alibi sæpius. Vide Hirt. B. Alex. in f. Nep. Them. c. 2. contra sententiam Prisciani pag. 571. Restituendum hoc verbum est e Mss. Septimio de B. Tr. lib. I. c. 9. 'Ea secum de domo Menelai asportata.' Sic in Voss. Vulgo *apport*. Cic. Parad. I. 'Multa de suis rebus secum asportarent.' Septim. lib. II. c. 51. 'Asportatas prædas in commune solitum redigere.' Vulgo idem est error, sed, ut citavi, exstat in Voss. Periz. et Ed. Obr. *Oud*.

Pag. 163 *Pullos, passeres, hædos*] *Passeres* præbent Mss. Flor. Bert. Pith. et Edd. Colvio priores. Quare eos denuo inculcavit Elmenhorstius, sed a nemine auditus, ut oportuit. *Anseres* dant ceteri Mss. O. et Palat. *p. et anseres*. Neque *passeres* defendere aliquo modo debuerat Colvius. Quis credat, eos in hoc rerum statu curasse, ut servarentur *passeres*, puerorum quidem, sed urbanorum et mollium, non rusticorum deliciæ? Prospexere futuræ vitæ; adeoque omnia illa congessere, quibus cum uxoribus, vel contubernalibus potius, et infantulis vitam tolerare, vel iis divenditis pecuniam comparare possent. Adhæc talia hic nominantur, quæ *infirmo gradu fugam morarentur*. De *passeribus* ergo non cogitarunt. Confer et Lucian. t. II. p. 603. *Idem*.

Hædos, catellos] Non minus, quam *passeres*, displicent hic loci *catelli*. Certe rusticis istis majori usui futuræ essent *capellæ*, quas *hædis* bene junxisset Appuleius. Quod miror, nemini tot interpretum et Criticorum suboluisse præter solum Piccartum, verbo monentem, *capellas* rescribendum in Peric. Crit. c. 13. *carellas* Guelf. pr. *Idem*.

Quidquid i. g. fugam morabatur, n. q. p. ambulabat] Fl. *morabantur n. g. p. ambulabant*. Elmenh. Hanc potius, quam præced. *passeres*, scripturam Elmenhorstius amplecti debuerat. Nam sane haud est spernenda, et favet D'Orv. in quo *morabantur*. Quippe, uti *quisquis* jungitur plurali, de quo vide Cl. Burm. ad Ovid. Art. lib. I. 267. 'Quisquis ubique viri dociles advertite mentes:' sic etiam *quidquid* merito construi posse censendum est, nec minus ac 'quid hominum litigant' apud Terent. &c. Vide ad Sueton. Ner. c. 31. item 'quantum essent' in Aug. c. ult. et Comm. Alibi construitur et cum Adject. plurali. Adi Cel. Duker. ad Flor. lib. I. cap. 13. § 11. 'Quidquid, &c. partim in doliis defossa terræ recondunt.' Guelf. ambo, Pal. *fuga*. In Pith. *nostrisque p. Oud*. *Infantulos, &c. et quicquid infirmo gradu fugam morabatur, &c.*] Quod præcipue infantuli solent. Vide Matth. XXIV. 19. Virgilius de Iulo, jam capta Troja: 'Sequiturque patrem non passibus æquis:' vide et Genes. XXXIII. 14. Judic. XVIII. 21. 'Fugam morari' supra etiam lib. IV. dixit. *Pric*. *Nostris quoque pedibus ambulabat*] Plinius: 'Alienis pedibus ambulamus:' supra l. VI. 'Quid meis pedibus facere contendis?' ubi dicta p. 128. vide. *Idem*.

Camporum ad spatia pervecti] In Ma-

nusc. omittitur præpositio, Apuleiano more. *Reposita* dicit, ut superius lib. IV. 'convalles repositas.' *Sciopp. in Symb.* Τὸ *ad* abest in Flor. *Elmenh.* Iis codicibus accedunt Palat. Oxon. D'Orvill. Fux. Pith. Guelf. Omnino recte. Non vult Auctor, se pervenisse in campos, quod significat τὸ *pervehi ad camporum spatia*; de quo vide ad l. I. p. 15. 'me usque ad ipsam civitatis portam pervecto:' sed post superatum montem emensos etiam esse camporum jacentia spatia. Tacit. l. II. Ann. c. 8. 'Lacus unde et Oceanum usque ad Amisiam flumen secunda navigatione pervehitur.' Arnob. l. VII. p. 174. 'Eleusinios etiam pervehitur fines.' *Prævecti* hic quoque probum esset, sive *prætervecti*, de quo alibi sæpe. *Oud.*

Jam vespera semitam tenebrante] Ex Nostro lib. XXV. Ammianus: 'Vespera tenebrante, a cœna Jovianus raptus.' *Pric.*

Nos nocturna, i. v. matutina prohibebant egressione] Guelf. pr. *egressionem*. Vehementer Pricæo placuit Cod. Oxon. scriptura per Græcismum: *nocturnam, i. v. matutinam egressionem*. Mihi id nimis audax et anomalum videtur, 'prohibeo te illam rem.' Librarii vero Appuleiani passim illam litteram *m* vel addiderunt, vel omiserunt, sensu ac constructione contrarium flagitante. Contra N. Heinsius ad Ovid. l. XII. Met. vs. 66. ubique Accusativum rei verbo *prohibere* junctum mutat in Ablativum. Sed adi Wopkens. in Misc. Obs. Nov. t. II. p. 12. me ad Cæs. l. II. de B. Civ. c. 35. 'Aditum prohibebant:' ubi tamen intelligi possent 'ipsi adeuntes hostes,' ut Cicer. Phil. V. 4. 'hostium aditus urbe prohibentur.' Ceterum inepte D'Orv. *perhibebant* sine conjunctione *etiam*. Ed. Ven. *prohibeam*. Abest *etiam* a Fux. *Oud.* *Unde nos incolæ nocturna, imo vero matutina etiam prohibebant egressione*] Oxoniensis: *Nocturnam, imo vero matutinam e. p. egressionem*: quam loquendi figuram Græcam nemo humanior respuerit. Sed et quarto et sexto casui jungi docet Servius ad II. Æneid. *Pric.* *Prohibeam*] Lego *prohibebant*, ut sensus fiat lucidior, nitidiorque. *Beroald.*

Numerosos grandes] Sal. *numero grandes*. V. D. ad m. Ed. Colv. *Oud.*

Vastis corp. sarcinosos] *Saginosos*, quod exhibet sola Vulcanii Editio, unice probabat N. Heinsius ad Ovid. Fast. l. VI. vs. 229. Sed bene vulgatum defendunt Beroaldus, exemplo Priap. Ep. 79. 'Non es poëta sarcinosior nostro:' et Pricæus loco l. IV. p. 73. 'sarcina corporis prævalebat:' ubi Vulcan. et alii pluribusque locis *sagina* substituere conati sunt. *Idem.* *Sarcinosos*] Prægraves, et carnis sarcina onustos. Ovid. in Priapeis: 'Nemo est poëta sarcinosior nostro.' *Beroald.* *Vastis corporibus sarcinosos*] Male Colvius *carnivoros*: supra IV. 'Ursam, quæ ceteris sarcina corporis prævalebat,' &c. sic, 'pabuli sarcinam,' in de Dogm. Platonis dixit. *Pric.*

Passim rapinis ads. infestare] Sic Mss. O. dant. Nec muto. Haud ineleganter tamen conjecit Pricæus ad l. IX. p. 202. 'Transeuntium viatorum passivis morsibus alumnatos:' ubi vide, et supra ad l. VI. p. 316. 'passivam congeriem.' Ceterum in Mss. Reg. Fux. D'Orv. est *infestatione* vel *infestatoē*. Si alicubi legeretur *infestitare*, ab eo haud alienus forem, ut mox *observitare*: ubi idem irrepserat vitium. *Oud.* *Jamque ipsas vias obsidere*] Plinius Panægyrico: 'Nec mediocre pacis decus habebatur submota campis irruptio ferarum, et obsidione quadam liberatus agrestium labor.' *Pric.*

Et in modum latronum prætereuntes aggredi] Judic. IX. 25. de Sichemitis latronibus: Ἀνήρπαζον πάντας τοὺς διαπορευομένους ἐν τῇ ὁδῷ. *Idem.*

Immo vero] Colvium secuti sunt reliqui: de qua formula vide ad l. I. p.

10. Sed Flor. Pith. Fux. Guelf. pr. et D'Orv. servant *immo etiam*; et *vero* abest ab Oxon. Alibi *immo et*. Vide ad l. IV. p. 74. In Palat. et Guelf. sec. est, *Immo vero etiam*; ut paullo ante: 'Immo vero matutina etiam proh. egressione.' Dein male *rapidos* Pith. Fux. Guelf. pr. Adi ad p. 164. *Oud.*

Inertissimorum pecudum] Priceus in notis exhibet *inertissimarum*; quasi ita hic vulgo legeretur, ex communi loquendi modo. Verum non modo Edd. O. sed et Mss. universi servant vocalem *o*. unde proclive est corrigere *pecuum*; quia solet Appuleius eam hujus vocis declinationem *pecu, pecua* usurpare. Vide ad lib. II. init. 'boves et id genus pecua.' Immo de Genitivo *pecuum* consule Ursinum ad Cicer. pro Lege Man. c. 6. et ad Festum; itemque Gronovium ad Gell. l. VII. c. 3. ex Ms. emendantem, *pecuum numerum*. Nihilominus, jubentibus Codd. servo *pecudum* a Nomin. Plur. *pecuda*. Nam et eo usi sunt Veteres, ut late docet Nonius cap. 2. p. 159. Ed. Merc. Adde Vossium de Anal. l. I. c. 32. et sic Ms. in l. IX. p. 201. Ac forte restituenda est ea declinatio in Martiano Cap. l. VI. p. 204. Ed. Gr. 'In hac provincia Rhodanus fluvius ex Alpibus veniens, per Lemannum lacum meat, et caussas fertilitatis inportat, terræ germinibus, ac fœcundis:' ubi Grotius conjecit *fœcundat*. Sed cum Glossæ exponant *pecoribus*, præfero ejusdem emendationem *fœtubus*; nisi malis *fœturis*, ut alibi sæpissime: vel, quia rarior vox corruptioni caussam dedit, *pecudis* sive *pecudibus*. Guelf. sec. *ineptissimorum*. Idem. *Exitiumque inertissimarum pecudum ipsis jam humanis capitibus imminere*] Ita IX. de cane rabida: 'Ac dehinc proximum petiisse stabulum, atque ibi pleraque jumenta, &c. incurrisse: nec postremum saltem ipsis hominibus pepercisse.' 'Inertissimæ pecudes' heic, ut in Apologia, 'segnissima corpora,' de eodem genere animalium. *Pric.* *Exitiumque, &c. pecudum*] Seneca cap. 17. consol. ad Marciam, de Dionysio Siculo: 'Libertatis, justitiæ, legum exitium.' *Idem.*

Ossibus cuncta candere] Ovid. Fast. I. v. 558. 'Squallidaque humanis ossibus albet humus.' Virg. XII. Æneid. Valer. Flac. lib. III. Argon. v. 165. Ammianus lib. XXXI. *Elmenh.* *Suisque visceribus nudatis ossibus cuncta candere*] 'Campos sub clade latere.' Imperator Claudius apud Trebell. Pollionem: 'Campi ossibus latent tecti.' Plinius II. 3. de Terra loquens: 'Quamque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus.' 'Visceribus suis nudatis ossibus,' ut apud Zenonem Veronensem: 'Ubique dispersi, ubique deperditi: semesis ossibus etiam, suis carnibus nudis:' et Agathiam lib. II. Γυμνὰ δὲ τὰ ὀστὰ κεῖθεται σποράδην ἀνὰ τὰ πεδία περιεῤῥιμμένα. et infra hoc ipso libro, 'ossa pulpis viduata.' 'Candere ossibus cuncta,' proverbiale est. Virgilius de Sirenum scopulis: 'Multorumque ossibus albos.' Idem XII. 'Campique ingentes ossibus albent.' Ammian. lib. XXXI. 'Campos ossibus albentes.' Seneca Œdip. 'Et albis ossibus sparsum solum.' Horat. 'Albis informem spectabunt ossibus agrum.' Tactius Annal. I. 'Medio campi albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disjecta vel aggregata.' *Pric.*

Cautione summa viæ reddi debere] Vitiose in Edd. Colv. et Vulc. sec. excusum est *summæ*. Certo certius *summa* pertinet ad *cautione*, et rectius hæ voces transponuntur in Mss. Reg. Fux. Guelf. D'Orv. Oxon. *summa cautione*. Perperam etiam in D'Orvill. Pith. Fux. est *via*. L. VII. p. 150. 'pœnæ reddi.' L. IX. p. 191. 'rursum se reddidit quieti:' et sæpius. uti et 'thalamo,' 'lecto,' 'cubiculo se reddere,' similiaque. *Oud.*

Et die jam provecto] Avienus Periegesi: 'Vix evecta dies illuminat:' ubi malim *provecta* scribi: sic supra 'provectam noctem' II. lib. habuimus. *Pric.*

Sole florido] Eleganter, ut Lucretius lib. IV. 'Bina lucernarum florentia lumina flammis:' et alibi, 'flammai flore coorto.' Ubi notant docti ex Homero, ἄνθος πυρός. Etiam sic Æschylus Prometheo, ad Vulcanum: Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος παντέχνου πυρὸς σέλας Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. Sed quidni eadem hic emendem Nævium sic apud Marcellum corruptum Lycurgo: 'Ut videam Vulcani opera hæc flaminis fieri flora,' legamque, *hæc flammis fieri flora.* Certe Junius, nostræ decus Belgicæ, dum legit, *hæc fimbriis fieri florida.* Junius non est. An non etiam protrahenda in lucem antiqua lectio apud Virgil. Æneid. XII. 605. 'Filia prima manu floros Lavinia crines, Et roseas lacerata genas:' quæ hactenus in Servii scriniis latuit, pro seque supponi passa, *flavos Lavinia crines.* 'Est,' inquit Honoratus, 'sermo Ennianus.' Nullus in ejus scriptoris, quæ ad nos pervenere, reliquiis. Sed Attius Bacchis: 'Nam flori crines video ut propexi jacent.' Pacuvius Antiopa: 'floros dispargite crines.' Sunt, qui in Virgiliano versu nescio quam episynalœpham velint, *floreos Lavinia crines;* quos non bene sentire, hinc clarum. *Colv.* Adde eumdem ad Sidon. Apoll. l. I. Ep. 6. 'prati floreas opes:' et Gronov. ad Gell. l. III. c. 9. 'flora et comanti juba:' qui bene Servii notam disposuit. *Oud.*

Bestiarum repigratur impetus] Confirmatur conjectura Lipsii, *repigrato f.* Putean. Hæc non capio, nisi respiciatur ad locum l. I. p. 7. 'repigrato fœtu.' Ed. Bas. pr. *repinguatur.* Ms. D'Orvill. *repigrantur*, haud male. Passim enim *impetus* Noster cum aliis in plur. usus est, ut de asino l. VII. p. 147. 'furiosos direxit impetus:' de apro supra h. l. p. 155. 'qua primos impetus reduxerat:' et sæpe. Solin. p. 22. de coturnicibus: 'impetus differunt.' Confer notata ad l. hujus p. 154. 'Quorsum proruperint impetus.' Pro *best.* in Pithœano legas *ferarum.* Oud. *Dirarum bestiarum, &c.*] Luporum. Æneid. VIII. 'Dirarum nidis domus opportuna volucrum:' ubi Servius: 'Dirarum, non nunc mali ominis dicit, ut sunt bubones: sed quæ humanis cadaveribus vescebantur:' ad mentem Auctoris nostri illustrandam appositissime. *Pric.*

Laciniatim disperso] Optime hunc locum illustravit, simulque vindicavit Beroald. e Colum. l. VII. c. 5. 'grex in laciniis colonis distribuatur:' ubi vide. Glossæ: 'Lacinia, ἀπόσπασμα πλήθους.' Palat. Pith. Guelf. pr. et Oxon. *dispersos.* De *commeatu* adi ad p. 165. *comitatu* Guelf. sec. a m. pr. *resperso* Fux. *Oud.*

Cuneatim stipato commeatu difficultates illas transabiremus] Ammianus lib. XXIV. de asinis agrestibus: 'Ideo simul incedentes, ut constipatione densa feroces leonum frustrarentur assultus.' In vetere Onomastico: 'Cuneatim, κατὰ στίφη.' Glossæ: 'Stipata cohors, συνελθὸν τάγμα.' et in aliis: 'Κούνιον, τὸ σύστημα, cuneum.' 'Densi cuneis se quisque coactis Agglomerant:' qui locus e Virgilio desumptus. *Pric.*

Ecce festinationis] Purior lectio est, si legas *Cæcæ.* Nam bono epitheto 'festinatio cæca' nominatur, cum fere semper improvida sit, et cæcutiens: quam præposteram Cyprianus appellat, quam Livius inimicam consiliis esse tradit: et sane multi festinatione periclitantur: e contrario cunctatio nomen est virtutis, quo bono censentur probi imperatores. *Beroald.*

Et metu incertæ insecutionis] De qua, an superventura esset, incerti erant: sic infra IX. 'incertam venditionem' dixit. *Pric.*

Vigiliam noctis] Amicorum, ut puto, quispiam deleri vellet τὸ *noctis*. Quia sic Auctor ait l. I. p. 8. 'Circa tertiam ferme vigiliam conniveo.' L. III. p. 45. 'Quum fere tertia vigilia cuncta civitatis circumirem:' atque ita ceteri. Vide ad Pomp. Mel. l. I. c. 10. 'A quarta vigilia.' Suet. Calig. c. 54. Cic. passim. Nolim tamen, quum Mss. hic *noctis* retinent, quidquam innovari. Nam et sic Hirt. ait B. Afric. c. 47. 'Circiter vigilia secunda noctis.' C. 67. 'Quarta noctis vigilia.' Auct. B. Hisp. c. 11. 'Noctis tertia vigilia.' Immo ipse Appuleius pluribus locis τὸ *noctis* addit: ut l. III. p. 56. 'Jamque circa primam noctis vigiliam.' L. XI. init. 'Circa primam ferme noctis vigiliam.' Notandum tamen, semper *noctis* præcedere. Et hisce aliquo modo defendi posset nonnullorum Codicum lectio in Cæs. l. I. B. G. c. 27. 'prima noctis vigilia e castris Helvetiorum egressi.' Malim tamen vel sic ibi, ut dixi, *prima noctis*. Nec secus membranæ optimæ plurimæque præbent in Martiano Cap. l. VI. p. 194. 'defectus Solis in Campania diei septima visus.' Vulgo additur *hora*, ut paullo ante, 'Lunam noctis secunda hora defecisse.' Sed et illic in quibusdam a m. pr. *hora* est omissa. *Oud.*

PAG. 164 *Tunc ego metu prædicti periculi*] *Metu* pro *non inscius* revocavit Scriverius, quod editur ante Colv. et servavit item Pith. Cod. Sed *metu* præcedit et sequitur illico. Ac *non inscius* confirmatur a Reg. Oxon. Inc. et D'Orvill. quamquam admodum friget. Pal. Guelf. uterque, *non scius*. Vide, num scripserit Auctor: *Tunc ego eximie metuens præd. periculi*, et confer notata ad l. I. p. 7. 'metuens captivitatis.' Alibi quoque hæc junxit Auctor ut l. I. p. 15. 'Eximie metuens mihi.' L. III. p. 46. 'Simul eximie metuens et hospitibus meis et mihi.' L. V. p. 101. 'tanti mali confinium sibi etiam eximie metuentes.' Alibi 'eximie trepidus,' 'eximie trepidans.' *Idem.*

Quam potui] Non male *quam potui* reposuit Colvius e Ms. Lipsii, cui succinere videtur Regius. Inspice Heins. ad Ovid. l. III. Art. Am. vs. 262. et Rem. Am. vs. 325. Sed, ut adparet e nota Elmenhorstii, in aliis Mss. exaratur, quod prius vulgatum fuit, *quantum poteram:* et in Oxon. Par. Fux. Pal. Guelf. pr. D'Orv. habetur *quantum potui*. Corrigendum existimo, *quantum pote*. Et sic dein comperi esse in Cod. Pithœano. Quod, uti et *quantum potest*, omnibus personis et numeris adponitur. Vide Fabric. ad Terentii Eunuch. II. 3. 85. ac Phorm. IV. 3. 69. Solin. c. 30. ibique Salm. p. 275. Supra l. III. p. 61. 'nos, quantum pote,' vel potest, 'gravioribus sarcinis onerant:' ubi vulgo *possunt*. Catull. c. 46. 'Quantum qui pote plurimum perire.' Afranius Suspecta apud Nonium p. 186. Ed. Merc. 'In Orpinos jam, quantum pote, explodam hominem.' Sic recte Voss. a m. pr. et Ed. Gothofr. *potes* alii. Auson. Epist. XIV. 5. 'sed tantum adpropera, quantum pote.' Unde id restituendum existimo eidem in Technop. p. 474. 'Sed laboravi, ut, quantum ejus pote, absurda concinerent.' Vulgo *posset*, ubi in Ms. vetustissimo *possent*, in alio *quantum posset videri*. Solin. c. 11. p. 21. 'quanta pote tamen fide in designando operam locabimus.' Sic enim leg. e Mss. optimis, non *possumus* vel *quantam potest*. Vel etiam legi posset *quam pote*. Vide ad l. I. p. 8. 'Ante lucem aufugiamus illinc, quam pote, longissime.' L. II. p. 28. 'Accubueram, quam pote, tutus.' Varroni passim *pote* pro *potest*. Sic de V. Pop. R. apud Nonium. v. 'Abstemius' p. 69. ut legendum e Ms. Voss. vetustissimo. Marcopoli περὶ ἀρχῆς ibid. v. 'Comest' p. 81. Plura apud Grammaticos. *Idem.* *Quam potui, turbæ medius, &c.*] Virgilius: 'Ipse

agmine Pallas In medio:' ubi Servius: 'Hic mos fuit, ut tirones ponerentur in medio, et ambirent viri fortes exercitum.' *Pric.*

Inter conferta jumenta] Recte contra Scioppium judicat Elmenhorst. [vid. VV. LL.] licet etiam in D'Orv. et Edd. Vic. Ber. Bas. *conserta* legatur. Harum vocum perpetua est confusio, librariis, et nonnumquam viris doctis haud recte discernentibus earum significationem et vim. *Confertus* enim significat densum, spissum, frequentem: adeoque huic loco recte convenit, ut mox, 'confertæ juventutis strepitu.' Sic enim legendum bene monuit jam Woweriús. L. IV. p. 76. 'Confertæ manus violentia.' L. IX. p. 203. 'Inter confertam trepidæ multitudinis stragem.' Solin. c. 25. 'Si confertis pecoribus occursitent.' Et sic passim. Vide ad Frontin. l. II. c. 2. § 1. 'Phalanx conferta sibi ipsa esset impedimento:' ad Liv. l. XXII. c. 28. 'Conferto agmine mittit equites.' Virg. G. III. 369. 'confertoque agmine cervi.' Sen. Cons. ad Marc. c. 16. Justin. l. XXIV. c. 8. Stat. Theb. VII. 728. Flor. I. 14. *Consertus* vero significat commixtum, connexum; ut 'conserta cadavera' Lucano l. III. 575. ubi consule notata. Et sic 'conserta tellus' in Ætna Severi vs. 130. 156. Nam male Scalig. et Gorall. illic malunt *conferta*. Sic et 'consertus clamor,' 'conserta vox,' est mixta et inter se confusa, de qua dicam ad l. IX. p. 184. 'clamore conserto.' *Oud.*

Sed illa pernicitas non erat alacritatis meæ, sed formidinis indicium] Firmicus in de error. prof. relig. 'Facta ex ipso timore velocior:' supra hic lib. VI. 'Timor mihi ungulas alas fecerat.' *Pric.*

Metu magis volaticum f.] Oxon. *metum*. Guelf. pr. *mecum*. Dein D'Orv. *vollatius*. Oxon. Guelf. pr. *volatilum*; unde proclive est facere *volatilem*. Quia *volaticus* magis dicitur, qui inconstans, vagus, et levis est: ut ipsi Nostro l. v. p. 109. 'Psychen illam fugitivam, volaticam, mihi requirite.' At *volatilis*, qui est volucer, facile et cito volare potest. L. v. p. 102. 'per humeros volatilis Dei pinnæ roscidæ.' L. VI. p. 113. 'nec indipisci maritum volatilem quiens.' In Glossis tamen: 'Volaticus, πτερόεις. Volatile, πτηνόν.' Dein *per hæc* Guelf. pr. *Oud.* *Pegasum inclytum illum metu magis volaticum fuisse*] Nicetas Choniates in Isaacio Angelo, de fugiente Branæ Alexii exercitu: Τὴν τῶν πολεμίων ἐπιδίωξιν δεδιττόμενοι, ἠὔχοντο τοὺς (αὐτῶν) ἵππους μὴ ποσὶ κόπτειν τὸ δάπεδον, ἀλλ' ἵπτασθαι κατὰ Πήγασον. *Pric.*

Dum altum adusque cælum] Veterem et plurimorum Codd. etiam Florentini, Pith. Fux. Oxon. D'Orv. et Guelf. lectionem *in altum, et adusque c.* tacite jam revocavit Wower. et seqq. Temere Colvius e Lipsiano *in* et *et*, et hinc Vulcan. ejecerant. Abest quidem *in* a Palatino; nisi fallant excerpta. Sed Lipsius ipse a suo tantum abesse notavit *et*. Verum copula est necessaria. Pegasus non modo subsiluit *in altum*, sed etiam *adusque cælum*. Melius *in* posset omitti. Quia 'altum subsilire' adverbialiter sumi quit pro 'alte' vel 'in altum,' ut 'sublime tolli,' 'volare,' &c. Sed tamen in Appuleio occurrunt 'in altum elevari,' 'efferri,' 'proripi,' 'sublimari,' l. III. p. 57. IV. p. 64. v. p. 104. 'pinnis in altum se proripuit.' VII. p. 143. et l. v. p. 97. 'Licentiosa temeritate prosiliunt in altum.' *Oud.*

Igniferæ morsum Chimæræ] Oppianus Cyneget. l. II. vs. 233. Plinius lib. II. c. 106. Martian. Capella l. VI. Tzetzes Chiliad. VII. Hist. 149. *Elmenh.* An ex poëta aliquo? Vide quæ margo Cod. Pric. det. *Wass.* *Dum in altum, et adusque cælum subsilit ac resultat, formidans scilicet igniferæ morsum Chimeræ*] Ut primum hæc legi, imaginem horum versiculorum

concepi: 'Scilicet igniferæ morsum timet ille Chimeræ, Indeque ad extremum subsilit usque polum:' qui, ut nescio an sint Ovidii, ita hoc et scio et profiteor, ad marginem eos Oxon. Codicis totidem verbis me appictos invenisse. *Pric.*

Pastores qui nos agebant, in speciem prælii manus obarmaverant: hic lanceam, ille venabulum, &c.] Diodorus de Siculorum divitum pastoribus (in Excerptis): Περιφέροντες ῥόπαλα, καὶ λόγχας, καὶ καλαύροπας, &c. καταπληκτικὴν εἶχον τὴν πρόσοψιν, καὶ πολεμικῶν ἔργων οὐ πόῤῥω κειμένην. *Idem.* *Hic lanceam, ille venabulum, &c.*] Supra hic: 'Cape venabulum, et ego sumo lanceam:' et IX. 'Me lanceis illis et venabulis, &c. compilassent,' &c. *Idem.*

Salebrosa semita] Glossæ: 'Salebræ, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀνωμαλίαι, καὶ βόθυνοι.' Onomasticon vetus: 'Salebræ, ἐκρήγματα.' *Idem.*

Erant qui sudes præacutas attollerent] Sallustius de parte quadam exercitus Catilinæ: 'Ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii præacutas sudes portabant.' Virgilius: 'Hic torre armatus obusto, Stipitis hic gravidi nodis.' Idem VII. 'Non jam certamine agresti Stipitibus agitur duris, sudibusve perustis.' *Idem.*

Nec quidquam præter unicam tubam deerat, quin acies esset prœliaris] Ammianus lib. XXVIII. 'Cum hæc eadem numerantes notarii prope triginta assistant, cum thecis et pugillaribus tabulis, ut deesse solus magister ludi literarii videretur.' *Idem.*

Nequidquam frustra, &c.] Delerunt quidam posteriorem hanc, ut prioris vocis interpretamentum: quin potius copulam interposuerunt? Catullus: 'Rufe, mihi frustra ac nequidquam cognite amice:' at nil expungi debet: amat Scriptor hic (ut supra lib. I. monui) adverbia duo ponere, nullo ligamento adnexa. Glossarium: Μάτην, frustra, nequicquam, cassum:' videtur *incassum* legendum. *Idem.* *Ne quisquam*] Corrige, *nequicquam.* Græci τὸ αὐτὸ vocant, quando idem bis dicitur, junctim enim posuit *Nequicquam* et *frustra:* sicut etiam 'Ergo igitur' copulat: namque hæc repetitio dictionum idem significantium ornat identidem orationem, ut ostendit Gellius in XII. Attamen apud Aristophanem facetissimum comicorum, Euripides Æschylum insectatur, quod idem bis dicat ἥκω καὶ κατέρχομαι, utrumque enim significat 'venio:' sicut μάκτρα καὶ κάρδοπος duo verba sunt idem significantia, hoc est, 'arcam panariam.' *Beroald.*

Timorem i. s. inanem] Lipsius conjecit *inmanem.* Nihil mutandum censeo. Eventu patuit, illorum timorem fuisse vanum, quem tamen frustra perfuncti sunt; quum inde iis imminebat periculum, unde non metuerant. N. Heinsius minus accurate ad Claudian. lib. I. in Ruf. vs. 35. citat *timore inani.* Nam vide ad lib. III. p. 51. 'paupertinam Milonis cœnam perfunctus.' *Illum tum* Guelf. pr. *Oud.*

Pejores inhæsimus laqueos] Alibi Noster sæpius hoc verbo usus id jungit Ablativo cum aliis scriptoribus. Vide Indicem. Vel sic tamen nihil innovari velim: quia similibus compositis crebro Accusativum adponit, ut 'incubare,' 'insidere,' 'insistere,' &c. ut discere lector potest ex notarum Indice. Probat etiam Salmasius ad Tertulliani Pallium pag. 373. 'humerum adhæret.' Simile est Virgilii lib. VIII. 124. Æn. 'dextramque amplexus inhæsit:' nisi subintelligamus *cervice* cum Burmanno, cui favet parodia Ausonii in Cent. nuptiali p. 511. 'fixitque in virgine vultus, Oscula libavit, dextramque amplexus inhæsit.' sc. ori. In uno Cod. illic *adhæsit.* Idem.

Confertæ juventutis, &c.] Servius ad Æneid. II. 'Juventus enunciatione singulare est, intellectu plurale.' Idem ad IV. Æneid. 'Juventa, Dea

illius ætatis est: juventus, juvenum multitudo.' *Pric.*

'*Lupi, &c. nulli contra nos aditum tulerunt*] Plautus Capt. 'Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum.' *Idem.*

Satis agentes, &c. eximieque trepidi] Glossarium: ''Αγωνιῶ, satago, trepido.' Supra lib. I. 'Trepidans, et eximie metuens mihi.' *Idem.*

Canes rabidos et immanes] Columella de re rustica lib. VII. c. 12. de canibus: 'Villæ custos eligendus est amplissimi corporis, vasti latratus, canorique, ut prius auditu maleficum, deinde etiam conspectu terreat.' *Elmenh.* *Villæ coloni, &c. canes rabidos et immanes, &c. quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati, &c.*] In lib. XLIV. ff. de acquir. rer. domin. 'Cum pastori meo lupi porcos eriperent, hos vicinæ villæ colonus cum robustis canibus et fortibus, quos pecoris sui gratia pascebat, consectatus, lupis eripuit,' &c. Philo in de Plantat. Noachi: Τοῦ ἀνθρώπου κτήματα φρουροὺς ἔχει καὶ φύλακας ἀγριωτάτους θῆρας, εἰς τὴν τῶν ἐπιόντων καὶ κατατρεχόντων ἄμυναν. 'Immanes canes,' ut apud Ennium, 'Immane' canes ut.' *Immanes* hic ad mensuram corporis, non animi feritatem refer: ita vocem eam et ἀγρίους et μεγίστους Glossarium exponit. *Pric.* *Quibusvis lupis et ursis saviores*] Solinus c. 20. 'Apud hos populos nati canes, omnibus feris anteponuntur: frangunt tauros, leones perimunt.' Vide supra pag. 65. notata. *Idem.* *Ursis saviores*] Juvenalis: 'Sævis inter se convenit ursis.' Ammianus lib. XXIV. 'Ursos ultra omnem rabiem sævientes.' *Id.*

Cujuscemodi vocibus] *Hujuscemodi*, quod ante Colvium vulgo edebatur, est in Regio, Fux. *Hujusmodi* Pith. Ed. Colin. sed *cujuscemodi* præbent Mss. quantum scio, reliqui; ut et posteriores omnes exhibuerunt pro 'cujuscumque modi.' Adi Colv. et Roald. ad lib. IX. p. 77. 'arreptis cujuscemodi telis.' Sic et legendum lib. X. p. 219. 'et cujuscemodi pulmentorum reliquias.' Vulgo *ejuscemodi*. Lib. XI. p. 250. 'Vannos onustas aromatis et cujuscemodi suppliciis congerunt;' non *huj.* Flor. n. 15. 'speculis, poculis, et cujuscemodi utensilibus,' e Mss. Florentino et Pithœano. Adde Mercer. ad Septim. de B. Troj. lib. II. c. 18. 'Aurumque et alia cujusque modi dona.' Vulgo et illic *hujuscemodi*. item lib. II. c. 27. 'multa cujuscemodi pecora:' ubi in al. *ej. huj. cujuscumque m.* Plura vide apud Duker. ad Flor. lib. III. 4. 2. me ad Hirt. B. Afric. c. 19. 36. &c. et ad Cic. lib. II. de Inv. c. 44. 'legem cujuscemodi sit.' Ceterum in Oxon. exaratur *voce n. inh. quod*. Guelf. pr. *mort. nobis*. Oud.

Jubilationibus solitis, &c. nobis inhortantur] 'Notæ vocis hortatu cient.' Aristoph. Equit. [Vesp. 703.] Ἵνα γιγνώσκῃς τὸν τιθασευτήν, κᾆθ' ὅταν οὗτός γ' ἐπισίζῃ Ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιῤῥύξας, ἀγρίως αὐτοῖς ἐπιπηδᾷς. Hesychius: Ἐπιῤῥύξειν· κύνας ἐπαφιέναι, καὶ παρορμᾷν. Infra l. IX. 'Canes pastoricios, villaticos, feros atque immanes, &c. laxari, atque in eorum exitium inhortatos immitti præcipit:' supra lib. IV. 'Conclamant canes, utque ad me laniandum, &c. ferrent impetum, cohortantur.' In vet. Onomast. 'Hortatus, ἐγκέλευσις.' Proprie etiam de rusticis, *jubilari*. Gloss. 'Κραυγὴ ἀγροίκων, ejulatio, jubilatio:' vide et Festum Pompeium. In eodem Glossario: ''Εξαλαπίζω, exclamo:' fortasse ἐξαλαλάζω scribendum. In alio Glossario: ''Αλαλαγμὸς, jubilatio,' &c. *Pric.* *Jubilationibus*] Ut 'quiritare' urbanorum est, sic 'jubilare' rusticorum: auctor M. Varro. Hinc 'jubilationes' et 'jubila' dicuntur inclamationes, et voces rusticorum. Calpurnius in Bucolicis: 'Et tua merentes expectent jubila tauri.' Ecclesiastici scriptores cum vulgo concinunt, a quo 'jubilare' accipitur pro

exultare, et voce gaudium ostentare: quod Psalmographus prophetes in psalmis Græce habet: ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ, id nostri interpretati sunt, 'jubilate Domino.' *Beroald.*

PAG. 165 *Undique, &c. circumfusi*] Virgilianum est: 'Undique visendi studio Romana juventus Circumfusa ruit.' Æneid. II. *Pric.*

Sine ullo delectu, &c.] Lib. IV. 'Sine ullo ciborum delectu.' *Idem.*

Canes copiosos, ardentibus animis alios] *Capiosos* Guelf. sec. G. Vossius etiam e Ms. Lips. margini adscripsit *capiosos*, et conjecit *rabiosos*. Sed frustra. Tunc enim bis idem dixisset Auctor. Ac *copiosi* pro *multis* occurrunt non modo apud Plinium sæpissime (vide Indicem) aliosque, sed et Nostrum aliquoties, ut lib. IV. p. 83. 'Multi denique civium et advenæ copiosi.' Lib. X. p. 225. 'Brevibus admodum, sed satis copiosis pulvillis.' Immo, ut hic, lib. IV. p. 77. 'Cuncti canes de proximo angiportu satis feri, satisque copiosi.' *Oud.*

Inscindere] Colv. *inscendere*. Ego vulgatam non sollicitaverim, quod videam nimiumquam familiare huic Nostro esse verbis et nominibus, ut paulo ante monuimus, τὸ *in* jungere. *Brant.* Scilicet, ut compositum ponatur pro simplici *scindere*; ut alibi 'incoactus,' 'integere' et 'intectus,' 'intollere,' de quibus vide loca in Indice citata; et sic habent Mss. longe plurimi. Quamquam in Oxon. et Par. videtur esse *inscendere*, ut in quibusdam codicibus esse scripsit Beroaldus, et hinc post Colvium admiserunt omnes Editores, ut 'inscendere equum,' 'asinum,' de quo vide ad lib. IX. pag. 206. 'inscenso me.' Lib. II. p. 32. 'Inscenso grabatulo, super me residens.' Ego tamen neutrum hic esse puto ab Auctore: sed *insidere*, quod egregie nobis servarunt D'Orvillianæ membranæ. Hoc enim compositum sive a 'sido' sive a 'sedeo' (nam sexcenties in Mss. confunditur) partim cum quarto etiam casu construxere Veteres. Hic vero loci est a 'sedeo.' Vide Græv. et Duker. ad Flor. lib. IV. c. 7. Drak. ad Sil. lib. V. vs. 3. Liv. lib. IX. cap. 14. 'insessis viis.' Senec. Phœn. 122. 'saxum insidens:' al. *o*. Et præsertim Nostrum lib. III. init. 'grabatum insidens.' Lib. IX. p. 199. 'dorsum insidens meum.' De Mundo p. 736. 'cogitationes insidere.' Mox ita 'residere:' et 'supersedere' cum Accus. lib. XI. p. 246. 'Quam supersedebat aspis.' Et quod hic 'insidere,' infra de Dracone ait: 'supinato illi mandentem insistere.' Frequenter autem 'inscendere' et 'insidere' cum derivatis permiscentur. Adi ad lib. IX. p. 205. 206. Ceterum non possum, quin hac occasione de verbo 'insidere' oblata simul emendem Lucani locum lib. II. vs. 654. 'tot obpressæ depulsis hostibus arces.' Ubi in veterrimis Mss. invenitur *infestæ*, in aliis *obsessæ*; quod placuit Cortio. Unice putem verum esse *insessæ*, cujus glossa est *obpressus*; quodque crebro abiit in *infestus*. Flor. lib. II. c. 1. 'Infestum, et insessum ab hostibus tumulum occupavit:' ubi Leid. Ms. non habet *et insessum*: duæ aliæ Leidd. membranæ *infessum*: unde cum Salmasio ex Jornande opinor *infestum* esse a varia lectione. Sed idem lib. III. 3. 13. 'In subsidio Noricos insederat Alpium tumulos.' Ita recte Mss. vel *insiderat*. Tacit. lib. XIII. Ann. cap. 39. 'montis præsidiis insessi.' Stat. lib. XII. Theb. 236. 'insessa cubilia monstris.' Adde me ad Frontin. lib. I. c. 5. § 32. 'In loca insessa.' Vulgo erat *infesta*. Immo 'insidere arcem' frequentissima Auctorum est locutio. Virg. l. II. Æn. 615. 'Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas Insedit.' Liv. lib. XXVI. c. 44. 'Quingentis militibus arcem insedit.' Tacit. lib. III. Hist. cap. 69. 'Arcem præsidiis insedit.' Flor. lib. III. c. 21. 'Arcemque Capi-

tolii quasi captivam victor insedit.' Tandem etiam Appuleii. Apol. pag. 344. Ed. Colv. 'Verticem hominis velut arcem insedit.' *Oud.* *Cerneres non tam hercule memorandum quam miserandum spectaculum: canes copiosos ardentibus animis alios fugientes arripere, alios stantibus inhærere, et per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare*] Fortasse ex his Taciti in Agricolæ vita: 'Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere: atque eosdem oblatis aliis trucidare.' *Pric.* *Alios fugientes arripere*] De aliis canibus infra lib. IX. 'Latratibus absonis horribiles, eunt in homines, &c. nec fugientibus saltem compescunt:' quo loco plura. *Idem.* *Alios stantibus inhærere*] Ovidius: 'Hæsuros cerno per ossa canes.' Infra heic de formicis, 'morsiunculis inhærentes.' *Idem.* *Inscindere*] Discindere, dilacerare, divellere. Quidam codices habent *Inscendere*, ut dicat, canes supra jacentes homines inscendisse, insiliisseque. *Beroald.* *Per omnem nostrum commeatum morsibus ambulare*] Supra lib. III. 'Per totam domum cædes ambulet.' *Pric.*

Ecce tanto periculo malum majus insequitur] Virgilius: 'His aliud majus Juturna adjungit.' *Idem.*

Rusticani illi]. Onomast. vetus: 'Rusticanus, ἀγροῖκος.' *Idem.* *Rustica*] Emendo *rusticani:* alioqui sensus confunditur, et structura solœcismo claudicat. *Beroald.*

Quam p. c. cladem] Vulgo, *qua p. caderemus clade.* Elmenh. Is itaque revocavit cum Scriv. Pric. (in notæ præfixis) et Flor. antiquarum Edd. lectionem, quam unice veram quoque decerno. Neque Latinum credo *cavere aliqua re* pro *aliquam rem* vel *ab al. re.* Certe exemplum quæro. Nec statui potest esse singularis Appuleii stylus. Aliis enim locis vel præpositionem *a*, vel Accusativum addit, ut e seqq. patebit. Nihilominus Mss. Flor. Reg. Fux. D'Orv. Lips. Pal. Oxon. Guelf. Par. et Edd. Vulc. pr. Wow. Pric. ostentant *qua clade.* Unde Vulcan. Ed. sec. dedit *caderemus.* Perperam. Pejus vulgo *cavere* pro *vitare* habet junctum sibi Dativum lib. XI. p. 253. 'Quippe cum aviditati contumaciæque summe cavere, et utramque culpam vitare deberem.' Sed in optimis Florentinis membranis est *aviditate contumaciaque.* Hicne ergo excidit *a*, ibique *ab?* An potius utroque loco præferemus Accusativum, ut elapsæ sint lineæ – loco τοῦ *m.* Pro priore conjectura facit Auctor lib. II. p. 23. 'Cave tibi fortiter a malis artibus Pamphilæ illius.' Apol. p. 539. Ed. Flor. 'ut sibi ab insidiis Rufini caveret.' Pro Accusativo, in quem pronior sum, stat idem ibid. p. 24. 'Hæc tibi cavenda censeo.' Lib. v. p. 104. 'Hæc tibi cavenda censebam.' Item de Deo Socr. pag. 692. Ed. Flor. lib. VI. pag. 124. 'dum t. scias æmulos tuos cavere:' de quo tamen loco ibi vide. In Apol. p. 403. Ed. Flor. 'peccatum sollicitius cavet.' p. 448. 'potentia caveri potest.' Pro quo Accusativo Auctor etiam posuit Genitivum, participio junctum, de Deo Socr. p. 697. 'similium numinum caventes.' Ceterum in Ed. Junt. pr. legitur, *q. p. nequiremus cladem.* In Guelf. pr. quoque *cladem.* Optime. *Qua* sive qua parte *caveremus* seu vitaremus *cladem.* Oud. *Ut discernere prorsus nequiremus quam potissimum caveremus cladem*] In Andria Terent. II. 6. 'Quem (inquam) ad cœnam vocabo meorum æqualium. Potissimum?' ubi Donatus: 'Æqualium ætate, potissimum dignitate:' vel ex isto Appuleii loco quam fallat vides: addemus tamen et alium ex Æmilii Probi Hannibale: 'Cum quid potissimum vitarent, non viderent,' &c. *Quam* hic pro *utram:* vide ad Matthæum pag. 98. et 185. dicta. *Pric.*

Cominus canum, an eminus lapidum]

Scythæ apud Q. Curtium, ad Alexandrum: 'Inimicos sagitta eminus, hasta cominus petimus.' Vide p. 4. ad Apologiam notata. *Idem.*

Quæ dorsum meum residebat] Isidorus Orig. XII. 1. 'Asinus et asellus a sedendo dictus, quasi assedus: sed hoc nomen (quod equis magis conveniebat) ideo hoc animal sumpsit, quia priusquam equos caperent homines, huic præsidere' (lege *residere*) 'cœperunt.' *Residere* et tertiæ et quartæ inflexioni Appuleius jungit: priori sæpius, posteriori et hic, et x. 'Consueta loca residentibus:' et ibidem: 'Me, &c. residens, &c. comissimis sermonibus affatur.' *Idem.*

Quo dolore commota] Infra hic: 'Quo dolore, &c. instincta.' *Idem.*

Fletu cum clamore sublato, maritum suum pastorem illum suppetiatum ciet] Lib. IX. 'Atque ut ejus lethalem ululatum cognovere ceteri fratres, adcurrunt mœsti suppetias.' *Idem.* *Fletu cum clamore sublato*] Infra lib. IX. 'Sublato flebili clamore.' Seneca Troade: 'Et vos flebilis clamor movet, Furorque cassus fœminæ?' *Idem.*

Domini fidem clamitans] Fux. *Deum f. cla.* Bene. *Roald.* Monuit id quoque Beroaldus, et expressere Junt. post. Colin. &c. Nam priores Edd. habebant *domini*, quo posses Imperatorem intelligere, cujus fidem implorare, et per cujus Genium obtestari solebant, ut lib. IX. p. 208. 'Militum fidem Cæsaris identidem inplorantium, at illius, adsidue Deum numen obtestantis:' ubi itidem *domini* in Edd. pp. sed contra Mss. tam illic, quam hic. Milites Cæsaris fidem inplorant, non rustici et pastores. Est autem illa corruptio frequens ex contractione *d̄m* nata, ut lib. VII. p. 149. 'fidem hominum Deumque testabatur:' item p. 172. 175. lib. IX. p. 190. 'fidem Deum boantem dominum,' et pluries. *Demum f.* Pith. *Oud.* *Fidem Deum clamitans*] Lib. IX. 'Recipit, &c. fidem Deum boantem Dominum.' Juvenalis: 'Nos hominum Divumque fidem clamore ciemus.' *Pric.* *Domini fidem*] Tersior lectio est, *Deum fidem*, pro Deorum: usitata enim exclamatio est, ut Deorum fidem, hoc est, auxilium imploremus. *Beroald.*

Cruorem uxoris abstergens] Passim quidem hac in re *abstergere* et *detergere* dicunt auctores, sed tribus illis Codd. accedunt hic D'Orvill. Guelf. sec. in *abigens:* eoque abeunt Reg. Fux. *abiens*, Oxon. Par. Guelf. pr. *abjiciens*, seu *abiciens*. Immo in Coll. Voss. est etiam *uxore*. Quare, ni inhiberet me Medicearum membranarum auctoritas, *abigens* reposuissem; quomodo *scabies abigenda* corrigit N. Heins. in Macrob. lib. III. Sat. c. 8. Sic certe 'exigi macula' et similia sunt in usu. Adi Comment. ad Sueton. Aug. c. 94. Quin et apud Petron. c. 89. legas 'metus abigit lacrimas,' sive amovet, non lacrimare facit; quamvis aliter explicet Burmannus. *Oud.* *Cruorem uxoris abstergens*] Gellius V. 14. 'Detersi cruorem:' infra hic lib. IX. 'Prolatum capite sanguinem detergens.' *Pric.*

Quod] Lege, *quid:* hæc est enim pastoris illius, cujus uxor saxo icta fuerat, vociferatio, per interrogationem miserationemque deprompta. *Beroald.*

Miseros homines, et laboriosos viatores] Firmicus VIII. 29. 'Faciet viatores, &c. qui omnis laboris onere prægravati, vitam miseram ducant.' *Pric.*

Invaditis, perteritis, atque obruitis] Duo tantum verba, ut edidere Colvius et seqq. *invaditis atque obteritis* habent quoque Reg. Fux. Flor. Oxon. Guelf. Pal. Par. D'Orv. cum Ed. Junt. post. cum antea ederetur *invaditis ac perteritis* (vitiose *terri* Junt. pr. Ald. Col. Bas.) *atque obruitis.* Grosl. et Stew. *proteritis*, Colv. ad lib. IV. pag. 76. *proterretis.* Ms. Inc. *perterretis.* Ego malim eum Heinsio

ad Ovid. Am. lib. I. 9. 12. vetustam lectionem, a Ms. Bertino servatam sequi, *inv. perteritis atque obruitis.* In Pith. est quoque *inv. ac prosternitis atque obruitis.* Plautus et Columella usi sunt τῷ *perterere,* cujus glossæ videntur 'prosternere' et 'obterere.' Nequaquam certe delendum est *obruitis.* Duo enim dicit Auctor, et *perterere* ad canes, *obruere* ad lapides pertinet. Hinc mox etiam jungit 'lapidum imbrem' et 'canum procellam' et 'lapidis' ac 'morsus vulnera.' Proprie autem *obrui* dicitur de lapidum jactu. Vide Curt. lib. III. 4. 11. VI. 11. 10. 38. Ipse Appul. lib. X. p. 214. 'Lapidibus obrutum publicum malum.' *Oud.*

Quas prædas munitis] Inepte a Colvio defendi hic *munitis,* bene monuit nota præcedente Scioppius. Archaizantem Brantium non moror. *Metuitis* e Fulviano receperunt Wower. Pric. et Florid. e seqq. scil. 'hanc ipsam cladem de vestris protelamus manibus.' Sed ibi fatentur, se prædas metuere. Idcirco aliud latere e proximioribus patet. *Minutis* Guelf. sec. *minuitis* etiam in Palat. *initis* in Florent. Scilicet legendum erat *punitis.* Nihil a vobis *prædati* sumus: ob quod nos *puniatis,* nihil *damni* vobis attulimus, quod *vindicetis.* Creberrime enim 'punire,' Ciceroni et aliis jungitur ipsi crimini, ob quod quis puniatur. Et sic Noster lib. V. pag. 95. 'ad superbiam puniendam.' Apol. p. 542. Ed. Flor. 'mendacium puniendum.' In Flor. N. 3. 'ad stoliditatem puniendam.' Immo forsan pejus est corruptus locus, et scripserat Appuleius *punitum itis.* Ut apud Plaut. et Terent. 'is perditum, is quæsitum,' &c. Gell. lib. VII. c. 3. XII. 1. 'socios servatum ire, interfectum ire.' Vide et Salmas. ad Tertull. Pall. p. 106. Quin Nostro de Deo Socratis p. 644. 'Incepta prohibitum ibat, non adhortatum.' Sed et corrigendus sic e Mss. Auctor in Flor. N. 16. 'Quibus tandem verbis gratias habiturus te commemoratum eam.' Vulgo *es* vel *sum commemoratu meo.* Idem.

At non speluncas ferarum, vel cautes incolitis Barbarorum] Seneca Thyeste: 'Tale quis vidit nefas? Quis inhospitalis Caucasi rupem asperam Heniochus habitans?' Pollux IX. 4. Θηρίων μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων πόλις. *Pric.*

Ut humano sanguine profuso gaudeditis] Firmicus VI. 31. 'Homicidam, latronem, et humano semper cruore perfusum.' *Idem.*

Lapidum congestus imber] Sive *conjectus,* ut e glossa pro *congestus* irrepsisse Vitruvio diximus ad Sueton. Calig. c. 15. Eidem lib. II. c. 7. 'Gelicidiis et pruina congesta:' uti legi debet e Mss. 2. Vossianis, et Franek. Vulgo *pruinis* sine sensu. Cap. 8. p. 31. 'Gelicidiis et pruina tacta.' *Oud.*

Lapidum, &c. imber] Phocas in Virgilii vita: 'Nocturnum furem saxeus imber habet.' De Stephano Prudentius: 'Per imbrem saxeum Cœlos apertos intuens.' De eodem Gregorius Nyssenus: Ταῖς τῶν λίθων νιφάσι καταχωννύμενος. Χερμάδων ἐπομβρίας apud Licophronem habemus. Lucianus Timone: Πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλαζῶ, &c. αὐτούς. *Pric.*

De summo cupressus cacumine] Lib. V. 'Involavit proximam cupressum, deque ejus alto cacumine sic eam, &c. affatur.' Florid. IV. 'In quadam proxima quercu, in summo ejus cacumine, &c. sedit.' *Idem.*

De vestris protelamus manibus] Onomast. vetus: 'Protelo, ἀπείργω.' Sisenna in Histor. fragm. 'Romanos impetu suo protelant:' et quia Sisennam citavimus, aliquantillum de eo boni mereamur. In omnibus libris editis ita apud Gellium XII. 15. loquitur: 'Nos una æstate in Asia et Græcia gesta idcirco literis continentia' (lege *continenter*) 'mandavimus, ne velitatim et saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.' Ita

excusi omnes, dico in ea parte quam nos graviter corruptam restituemus: in nonnullis enim alium verborum ordinem esse, et *vellicatim*, non *velitatim* scribi nequaquam ignoramus. Est autem pars affecta, pars prima, quam hoc modo sanamus: *Nos non una æstate, &c.* Res (inquit) non una æstate gestas, &c. literis continenter (nimirum, quasi continenter gesta fuissent) mandavimus, ne saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus: id est: reminiscentias eorum perplexas redderemus. Tacitus Ann. I. (quem Sisennæ imitatum verba negabit nemo) 'Hæc, quanquam a duobus Ostorio Didioque pro-prætoribus plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa haud perinde ad memoriam sui valerent.' Hic forsan aliquis obstrepuerit, mutandum nil, et hanc mentem Sisennæ esse. Est Asia quidem a Græcia divisa, nos tamen in iis æstate una res gestas conjungendas putavimus, ne saltuatim scribendo, &c. Penitius inspicientem putabo tamen idem mecum sensurum, Sisennamque corrigendum e Tacito, quam id acuminis amplectendum. *Idem.* *Protelamus*] Propulsamus, et longe propellimus: ne scilicet vos de nobis spolia auferatis. Terent. in Phormione. 'Ne te iratus suis sævis dictis Protelet:' exponit Donatus *protelet*, protrahat, præveniat, exagitet. Festus Pompeius: 'Protelare,' inquit, 'est longe propellere:' ex Græco videlicet τηλόθι, quod significat 'longe:' alii a telorum jactu dici autumant. 'Protelare' est prolongare: in Deuteronomio scriptum est: 'Protelentur dies vestri:' id est, prolongentur. Nonius plures significatus hujus verbi explicat. 'Protelum' dicitur a Lucretio tenor, illo versu: 'Undique protelo plagarum continuato:' hoc est, tenore. *Beroald.*

Jam denique pace tranquilla securi potestis incedere] Lib. VII. 'Discussa sollicitudine jam potestis securi esse.' *Pric.*

Alius lapidis, alius morsus vulnera referentes, universi tamen saucii] Juven. 'Paucæ sine vulnere malæ, Vix cuiquam aut nulli toto certamine nasus Integer.' Petronius: 'Multi utrinque semimortui labuntur: plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prœlio pedem.' Videtur imitatus Noster Sallustiana ista: 'Paulo diversi alius alibi stantes, omnes tamen, &c. ceciderunt.' *Idem.*

PAG. 166 *Paululum conquiescere*] Recte e Mss. quibus concinnunt Reg. Fux. Pith. Guelf. Inc. Oxon. D'Orv. &c. Jam olim Ed. Junt. post. hanc vocem [*refectui*] addidit, et dein Wower. Elmenh. et seqq. Sic lib. IX. p. 192. 'Helcio absolutus, refectuique secure redditus.' Sive malis cum Var. Lect. Flor. *refectu*, ut statim *venu*, et centies Nostro. Adi ad p. 4. 'Ingressu primum fuerit stabulum.' Quo facit et Guelf. pr. *refecti*. Oud.

Recurare] Cum Fulviano D'Orv. dat *recreare*. Cave, audias. Lib. VI. p. 125. 'Vulneratis domi relictis et plagas recurantibus.' Lib. IX. p. 181. 'dolium probe recuratum:' ut bene emendavit Is. Voss. ad Catull. c. 45. 'Et me recuravi otioque et urtica.' Sed male id participium pro *recreato* Aicardus Hirtio adfingere tentavit de B. Afr. c. 67. At restituendum e duobus Mss. est Hygino Astron. lib. II. cap. 20. 'Aquæ magnam copiam nacti corpora recuraverunt, et Libero nunciaverunt,' non *recuperaverunt*, quod fit cibo, haud aqua, qua corpora recreantur et animi fatigati recuperantur, ut et hic sequitur. *Idem.*

Passim prostrati solo] Virgilius: 'Passimque in littore sicco Corpora curantes:' ubi Servius: 'Passim, prout quisque voluit.' *Pric.*

Adhibere festinant] Volens defendere Colvius τὸ *festinant*, hujus verbi,

non τοῦ *properare*, exempla debuerat proferre; quæ in promtu sunt. Cic. lib. III. ad Fam. 6. 'Quam festinares decedere.' Horat. lib. II O. 7. 'festino deproperare coronas.' Colum. lib. IV. c. 27. 'vineta festinabimus emundare.' Auct. de Corr. Eloq. c. 3. 'Maturare libri hujus editionem festino:' ubi frustra Gronovius conjecit *gestio*; ut vel patet ex Horatii loco. Nostri autem vindicat ipse Auctor p. 159. 'puella protinus festinat ad maritum demeare.' Sed nec ignoravit ea Stewechius, ac seqq. Infinitivi faciunt omnino, ut elegantius saltem abesse etiam hic videatur τὸ *festinant* per modi enallagen, historicis frequentissimam. De ipsa re vide ad Silium lib. VI. vs. 90. 'purgat vulnera lympha, Nunc mulcet succis; ligat inde.' *Oud.* *Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere*] Ovidius: 'Crudelia vulnera lymphis Abluere.' Propertius: 'Et Dominum lavit mœrens captiva cruentum.' Lucianus in Deorum Dialogis: Ἄπειμι, ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων. Vide hic Beroaldum, et a nobis ad Act. 16. 33. notata. *Pric.*

Spongiis macidatis] *Inacidatis* propugnat quoque Sciopp. in Corp. Epistol. t. II. pag. 52. estque etiam in Regio, et Inc. eique favent omnes Codd. et Edd. Vett. in quibus *macidatis*. Pith. *matidatis*, Guelf. pr. *maccedatis*, sec. *macedatis*. Sed æque inaudita vox est *inacidatus* ac *macidatus*, quam hinc damnarunt Beroaldo posteriores Editores, substituentes *madidis*, ut est in Ed. Junt. post. vel *madidatis*, quod Salm. adlevit, ut in Edd. Wower. Elmenh. Pric. Florid. *maditatis* Scriv. Præferrem tum quod et Oxon. habet *inacetatis*. Aceto enim vulnera dilui satis probavit Pricæus. Vide et ad Petron. c. 136. licet ipse alterum *maditatis* præferat, quia non videntur illi, quorum fuga tam præceps fuerat, acetum hic paratum habuisse; dum aquæ, ad quam prostrati jacebant, copia abundabat. Addo ego, quod non usi sunt hi spongiis ad vulnera aperta, sed modo ad tumores comprimendos, quod a cruore et vulneribus distinguit Auctor. Quamquam et hoc alias fiat aceto, oleo, aliisve, quæ parata habemus. De verbo 'madidari' adi præter Glossas Barth. ad Claud. lib. II. de R. Pros. 88. 'madidantes nectare pennas.' Val. Antias apud Arnobium lib. V. p. 155. 'injecisse madidatis,' i. e. ebriis vincula. Sed forsan omnibus hisce verior est lectio Codicis D'Orvilliani *marcidatis*, i. e. emollitis, sive succidis. Nam alias comprimere tumores lana succida solebant, teste Celso de re Med. lib. VII. c. 1. Gloss. 'Marcidat, τήκει, τήκεται.' Posset et conjici *malaxatis*, quod adhibuit Laberius apud Gell. lib. XVI. 7. et restituendum est e Mss. Leidd. Isidoro l. XX. Orig. c. 2. 'spongia, panis aqua diutius malaxatus.' Vulgo legitur *diutissime laxatus*. In D'Orv. Guelf. est *spongeis*, ut passim ostentant Mss. *Oud.* *Ille spongiis madidatis tumores comprimere*] Hippocrates in de Medico: Πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀθονίοις, πρὸς δὲ τὰ τραύματα σπόγγοις. Vetustissimæ editiones hic *macidatis*: Mss. quidam, *inacedatis*. Oxoniensis, *inacetatis*. Aceto vulnera leniri docent hæc Petronii: 'Vulnusque cruris, &c. aceto diluo:' et Sereni Sammonici ista: 'Nec non peniculo calidum annectatur acetum, Quo lita sanescunt depulso membra dolore.' Plinius XXIX. 2. de lana succida: 'Vulnera ex vino, vel aceto, vel aqua frigida et oleo expressa sanat.' At, cum isti ad flumen sedeant, ubi *aceti* facultas nulla, *aquæ* autem plus satis, libentius Colvii conjecturam *madidatis* probo: nimirum aqua profluenti madefactis. Chrysostomus Homil. 27. ad Antiochenos: Τὰ φλεγμαίνοντα τῶν τραυμάτων οὐδὲ ἐπιβολὴν χειρὸς ἀνέχεται, οὐδὲ ἁφὴν ὑπομεῖναι τραχυτέραν· διὰ τοῦτο οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν μαλακῇ

τινι σπογγιᾷ τὰ τοιαῦτα καταψήχουσιν ἕλκη· ἐπεὶ οὖν καὶ τούτοις ἕλκος ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ φλεγμαῖνον, ὥσπερ ἁπαλῇ τινι σπογγιᾷ προσηνὲς ὕδωρ καὶ πότιμον σπῶντες, οὕτω τὰ εἰρημένα ἅπαντα κατ-αντλήσαντες, πειρόμεθα καταστέλλειν αὐτῶν τὸ φύσημα, καὶ τὸν ὄγκον καθαίρειν. adde Plinium jam supra adductum. 'Madidare' est in vetere Onomastico: et ὑγραίνειν exponitur. At antequam *spongias* dimittamus, emendemus (ubi de cognato spongiæ, *peniculo*) Terentium: apud quem sic Thraso: 'Peniculo ne pugnare, qui istum huc portes cogitas?' respondet Coquus: 'Egone? imperatoriam virtutem noveram, et vim militum: Sine sanguine hoc fieri non posse, qui abstergerem vulnera.' In versu medium occupante mihi jacet sententia: ἀδήλως καὶ ὑποσκοτεινῶς Donatus interpretatur: eam erigo interrogationis notam tollendo, legendoque, *Næ ego imperatoriam, &c. Qui abstergerem vulnera* antem, ἐλλειπτικῶς· pro, ideoque peniculum attuli quo vulnera abstergerem. *Pric.* *Macidatis*] Liquoris infusione madentibus: vocabulum infrequens minimeque protritum. Plin. in XXXII. refert, vulnera fracturas spongiis utilissime foveri, quæ vulnerum inflammationibus imponuntur, nunc siccæ, nunc ex aceto inspersæ: nunc ex vino, nunc ex aqua frigida: ex aqua vero cœlesti positæ, secta recentia non patiuntur intumescere. Cum *macor* pro *macie* apud priscos accipiatur, quidam 'macidatas spongias' interpretati sunt, quasi aqua expressa siccatas, quales imponuntur his morbis, quos vaporari oporteat. Ego secus existimo: ut scilicet 'macidatæ' dicantur, quasi 'madidatæ,' hoc est, madore et humoris infusione perfusæ ac madidæ. 'Spongia' enim (ut docet Celsus) 'quocunque modo imposita est, dum madet, prodest.' *Beroald.*

Alius fasciolis hiantes vincire plagas] Luc. X. 34. Κατέδησε τὰ τραύματα αὐτοῦ. Appianus Alexandrinus: Ἐπιδησάμενοι τὰ σώματα, ὡς τετρωμένοι. 'Hiantes,' ut apud Statium, 'Vulnus hiat, magnæque patet via lubrica plagæ.' *Pric.*

Saluti suæ quisque consulebat] Lib. IV. 'Tamen quisque magis suæ saluti quam Domini opibus consulat.' *Idem.*

Profecto clamabant] In meis Bertin. Cod. excerptis est *profecte*. Fux. *perfecto*. N. Heinsius ad Claudian. in Rufinum lib. I. vs. 151. conjecit *ex professo*, vel *professione*: atque ita L. D'Orleans ad Tacit. lib. I. Ann. pag. 17. Verum tam crebro Auctor inserit vocem *profecto*, ut eam et hic non ausim damnare. Vide Indicem. Immo eodem fere modo lib. II. pag. 21. 'Aurum, &c. intentum matronam profecto confitebatur.' *Oud.* *Senex de summo colle prospectat, quem circum capellæ pascentes opilionem esse profecto clamabant*] Apposite Theocriti Scholiastes ad Eidyll. I. Αἰπόλοι εἰσὶν, οἱ ἐν τοῖς αἴπεσι, τουτέστιν, ὑψηλοῖς τόποις, &c. τὰς αἶγας νέμοντες. sic 'Saxi de vertice pastor,' apud Poëtam præcipuum. *Pric.*

Lacte] *Lac* in Flor. Reg. D'Orv. Bertin. ex vulgari usu: pro quo tamen vetustiores plurimi *lacte* in Accusativo æque ac nominativo adhibuerunt. Vide Vinet. aliosque ad Ausonii Technop. p. 496. Gronov. ad Gell. lib. XIX. c. 8. Harduin. ad Plinium lib. XV. § 16. et lib. XX. § 71. ubi sic quoque in Mss. Leidd. nec aliter Ms. Tragur. in Petron. c. 38. 'Lacte gallinaceum invenies.' Voss. Cod. pr. in Hygini Astron. lib. II. c. 43. 'Junonem dedisse lacte, et jussisse ei lacte præbere.' Burm. ad Ser. Sammon. vs. 1079. 'Lac asinæ, &c. prodesse loquuntur:' ubi etiam in Voss. antiquissimo *lacte*. De Nominativo *lacte* vide Grammaticos, quos citavit doct. P. Bondam. in V. Lect. p. 17. Apud Paulum æque ac Festum v. 'Subrimari' in Mss. O. est, 'lacte sugentes rumine trahunt.' Et

Accusativo viri docti sumunt lib. xi. p. 246. 'Vasculum, lacte libabunt.' Sed ibi Ab- esse docui ad p. 161. h. l. libabo.' Verum nec *lacte*, sed *lactem* exaratur in Oxon. Guelf. utroq. Zabar., teste, ugnante Ferrario lib. I. Elect. Quod amplecti malo, a No- o *lactis*, de quo vide Is. Voss. ill. c. 63. 393. 'lacti fumanti- s:' ut est in Mss. apud Pli- ib. xi. c. 39. 'Mammæ ova ium nulli, nec lactis, nisi ani- rienti.' Sic Mss. 5. Leidd. vel Vulgo *lac*. Adi et Taubm. ad Bacch. a. v. s. 2. 16. 'Oves, c lactem nec lanam habent.' Vitruvium quoque lib. vii. c. terrimus Voss. habet: 'nec miscentes;' uti et libri aliquot b. xii. c. 1. 'Ad præbendum .' Immo ipse Auctor sic et leclinavit p. 173. e consensu Edd. 'ut quorumdam homi- ctem, sic illa sanguinem con- eret humanum:' at ibid. 'nec vini cadum, et lactem, et ca- Quod perperam mutant qui- *Oud.*

oatum] Sic Florid. 2. Alii, *co-* Elmenhorstius. Scil. simplex ediderat Vulcan. Ed. sec. secutus est Scriverius, quod- rætulit Cl. Burmannus, exis- τὸ *in* adhæsisse ex præce- voce *recentem*. Sed Mss. ple- et in his Reg. Fux. Pith. Oxon. D'Orv. cum Edd. pri- eterisque vulgaribus, dant *in-* s vel *inchoatum*, quod, bono arens, pravo judicio revocavit horstius, et ex quo ad Claudia- I. in Ruf. vs. 151. refingendum vit N. Heinsius, *recenter coagu-* Verum præterquam, quod abit, a scripta lectione, vide- nihi potius esse glossa, quam Appuleii manus. Cum Colvio æo putem omnino rectam esse scripturam *incoactum*, ut est in Mss. Lips. Bertin. Palat. et edidere Be- roald. Vulc. Ed. pr. Merc. Wower. Florid. pro *concretum et coagulatum* per epenthesin τοῦ *in*, more plane Appuleiano. Adi notarum Indicem. *Cogere* proprium est in hac re, ut post Pricæum hic docuit Burmann. ad Nemes. Ecl. II. 34. 'cogendi lac- tis in usus.' Virg. G. IV. 35. 'frigore mella cogit hiems.' Hinc Lactant. in Phœnice vs. 99. 'in massam cine- res in morte coactos:' ubi *in morte* exponi debet 'jamjam, dum moritur;' ut apud Lucanum lib. II. vs. 26. 'oculosque in morte minaces.' Catal. Scal. p. 142. 'forte furenti Erravit in morte dolor.' Sed Mss. in Lactan- tio variant, habentque *in more, in monte, de more*, et similia; unde N. Heinsius legebat *sine more* pro massa incondita. Malim reponere *non more*, atque interpretari, 'inaudito,' 'præ- ter exemplum.' Consule omnino ip- sum Heinsium, et Drakenb. ad Si- lium Ital. lib. XII. 449. 'Victis non more carinis.' *Oud. Haberet ne va- nui lac*] Calpurnius Eclog. IV. 'Et lac venale per urbem.' *Pric. Vel ad- huc liquidum, vel in caseum recentem in- coactum*] Eodem Polyphemus discri- mine apud Ovid. Metam. XIII. 'Lac mihi semper adest niveum, pars inde bibenda Servatur, partem liquefacta coagula durant.' 'In caseum recen- tem incoactum,' ipsum id quod Non- nus Dionys. 17. τυρὸν νεοπηγέα vocat. Hesychius: Νεόθρεπτον· τὸν νεωστὶ πεπηγότα τυρόν. Idem: Τετυρευμένον, συγκείμενον· ἀπὸ τοῦ πηγνυμένου γάλακ- τος. Quod his πήγνυσθαι, Empedocli est γομφοῦν καὶ δεσμεύειν. 'Οπὸς γάλα γλαυκὸν ἐγόμφωσεν καὶ ἔδησε. qua facie VIII. 64. Martialis 'lac alligatum' dixit: quod Appuleius noster *incoac- tum* vocat: τῷ *in* (quod insolens non facit) initio verbi adfixo. Virgil. Georg. III. 'Quod surgente die mul- sere, horisque diurnis, Nocte pre- munt.' Servius: 'In caseos cogunt:'

sic Eclog. I. 'Et pressi copia lactis:' ubi Servius: 'Emulcti, et in caseum coacti:' adeo male hic nonnulli libri *inchoatum* legunt. *Idem.* *Inchoatum*] Nitidior scitiorque lectio est *incoactum* a cogendo scilicet: ut exponas concretum, coagulatumque: etenim cogitur coagulaturque lac ad caseum figurandum. Dixit Maro: 'et pressi copia lactis:' intelligi volens caseum quem dicimus manu pressum, cujus Columella mentionem facit in VIII. In primo commentario enodatus est Ciceronis nodus, de tyrotarichi patina, quod genus obsonii esse diximus, ex caseo salsamentisque confectum. Illud adde, 'patellam tyrotaricham' ab Apitio celebrari inter edulia ganeata, quum ex quocunque salso coquendam eam oleo esse dicens inquit: 'Exossabis et cerebella et pulpas piscium, jecuscula pullorum, caseum mollem excaldatum, hæc omnia calefacies in patella: teres piper, ligusticum, ad lentum ignem coques: ovis crudis obligabis: cuminum minutum asperges, et inseres.' Notandum, non esse junctim legendum in his Apitii verbis, *piper ligusticum*, ut male literati legunt, sed sejunctim et seorsum. *Beroald.*

De cibo vel poculo] Ridicule novam vocem deminutivam *potulo* a *potu* format Stewechius ad lib. VI. p. 125. vocem 'paniscus.' Recte se habet *poculo*, quod non modo scyphum, sed et ipsum illud, quod bibitur, significat: unde 'poculentus.' Vide ad lib. III. p. 46. *Oud.*

An nulli, &c.] Virgilius: 'An nescis quorum consederis arvis.' *Elmenh.* *An nulli scitis quo loco consederitis*] Virgil. 'An nescis quorum consederis arvis?' Apud Ciceronem Somn. Scip. 'Nonne aspicis quæ in templa veneris?' Arnobius lib. I. 'Nonne cogitatio vos subit considerare, disquirere in cuja possessione versemini? cuja in re sitis?' talia et Plautina ista: 'O stulte, stulte, nescis nunc vænire te, Atque in eo ipso adstas lapide ubi præco prædicat.' *Pric.*

Et cum dicto, &c. conversus, longe recessit] 'Tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.' Æneid. VIII. 'Nec plura effatus.' Servius: 'Sicut festinantem decebat.' *Idem.*

Quæ vox ejus, &c. pastoribus nostris non mediocrem pavorem incussit] Infra heic: 'Quæ res incutiebat mihi non parvam sollicitudinem.' *Idem.* *Ac dum, &c. de loci qualitate sciscitari gestiunt*] Glossæ: 'Φιλοπεύστης, sciscitator:' et, 'Πολυπραγμονῶ, sciscitor, percontor.' *Idem.*

Senex alius, magnus ille quidem, gravatus annis] Beroaldus vocem *magnus* hic tripliciter exponit, vel pro 'magno natu,' vel 'eo, qui est longi corporis,' vel 'qui primatum tenet inter pastores.' Verum quocumque sensu sumas, mihi vehementer suspecta est vox. Ultimo certe sensu sumi nequit. Insigne aliquod tunc addere debuerat Auctor; unde appareret, comites Lucii vel ipsum id scire potuisse. Sed ne pastor quidem ille senex erat; at viator, cui nepos itineris fuit comes. Si per 'magno natu' interpreteris, uti lib. IV. p. 81. 'Tanto triennio major in ætate,' et contra *parvus* sæpius usurpatur de puero, et *minor* de juniore, etiam a Nostro, ut patet ex notatis ad lib. IV. p. 83. ter idem ingrate inculcasset Auctor 'senex,' 'magnus,' 'gravatus annis.' Atqui pro 'procero' non ponitur hæc vox, nisi ridicule nonnumquam. Hinc olim in Miscell. Observ. conjeci *ignarus* pro ignoto, ut lib. VII. p. 149. 'per obliquam ignaramque me ducebat viam:' ubi plura. Et certe, si constaret, quod ait Pricæus, Madaurensem nostrum ante oculos habuisse illa, quæ citat ex Virgilii lib. III. Æn. vix dubium esset de hac emendatione. Nam in ea descriptione additur vs. 592. 'Ignoti nova forma viri.' Vel divinavi: *magnis i. g. gravatus annis*:

ut dicitur *magno natu*, et similia, ac paullo plus significaret, quam lib. II. p. 21. 'senex jam gravis in annis.' Pro *multis* autem sæpe *magna* dici vidimus ad lib. VII. p. 188. 'Magnis equidem talentis.' Sic lib. X. p. 229. 'magna tropæa numerabat.' At nunc unice mihi placet conjectura Nobilissimi doctissimique JCti, et amicissimi viri, Matthiæ Roveri, *magis*, scilicet, quam prior senex, de quo facta fuerat mentio. *Oud.* *Senex alius, magnus ille quidem, &c.*] Æneid. III. 'Cum subito e sylvis macie confecta suprema, Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu Procedit, supplexque manus ad littora tendit:' cum sequentibus: ex quibus totus hic locus expressus est: quod hic 'draco,' ibi 'Polyphemus.' *Pric.* *Gravatus annis*] Theocritus: Πολλοῖσι βαρὺς περ ἐὼν ἐνιαυτοῖς. sic, ὑπὸ τῆς ἡλικίας βαρυνόμενον Polybius: et, 'cervos ætate gravatos,' Servius in Virgilium Ecl. VII. *Idem.*

In baculum pronus] Saxo Gram. 'Minus vegetum corpus fulcimine tutans, Flaccida subjectis innixus membra bacillis.' Seneca Herc. Fur. 'Iners senectus adjuvat baculo gradum.' Idem Œdipo: 'Baculo senili triste prætentans iter:' alter II. 6. de Clementia: 'Obnixam baculo senectutem.' Ovid. Metam. VIII. 'Membra levant baculis.' Cornel. Gallus: 'Baculo incumbens ruitura senectus.' *Pronus*, ὑπὸ χρόνου καμφθείς· ut Crates de seipso locutus. *Idem.*

Et lassum trahens vestigium] Ovid. ubi supra: 'Tardique senilibus annis, Nituntur longo vestigia ponere clivo.' Claudianus I. in Ruffinum: 'Longævum mentita senem, rugisque severas Persulcata genas, et ficto languida passu:' adde quæ ex Plinio et Plauto Beroaldus. Phædrus lib. V. 'Quin etiam resides, et sequentes otium, Ne defuisse noceat, repetunt ultimi:' repone, *reptant ultimi*. Seneca de sene Œdipo: 'Repit incertus viæ.' Bene autem, *trahens vestigium*. In Euripidis Phœniss. Γῆρᾳ τρομερὸν ἕλκω ποδὸς βάσιν. *Idem.*

Cum fletu, &c. genua contingens] Ennius: 'Lacrymansque ad genua accidit.' *Idem.*

Per fortunas, &c.] Cicero VII. 11. ad Atticum: 'Per fortunas, quale tibi consilium Pompeii videtur?' Infra hic lib. IX. hoc sensu, 'per spes prosperas quem orare' dixit. *Idem.*

Geniosque vestros] Glossarium: 'Τύχη ἑκάστου ἀνθρώπου, genius.' Seneca Epist. XII. de villico suo: 'Jurat per Genium meum,' &c. vide Hanseniuni de Jurejurando Vett. pag. 96. Heraldum ad Tertulliani Apologeticum, pag. 125. *Idem.*

Sic ad meæ senectutis spatia validi lætique veniatis] Marcellus Empiricus: 'Sic non incuses validam placitamque senectam.' *Idem.* *Ad meæ senectutis spatia, &c.*] Infra lib. XI. 'Cum spatium seculi tui permensus,' &c. Terent. V. 4. Adelph. 'Prope jam excurso spatio.' Donatus: 'In summa senectute.' Firmicus V. 1. 'Ad extremæ senectutis spatia perveniet.' *Idem.*

Validi lætique] Ita Augustus apud A. Gellium 'lætum et benevalentem' dixit. *Idem.*

Decepto seni] Male Beroaldi conjecturam, quam et Meursius suam fecit in Exercit. Crit. lib. III. cap. 28. in contextum recepere Vulc. Ed. sec. Elmenh. et Scriv. Nec ullius assis hic est Brantii *defecto*, contra Mss. Egregie Pricæus, cujus scrinia de more compilavit Floridus, docet, *deceptum* significare præter spem et opinionem: destitutum, orbum, privatum eo, quod ipsi carum erat pignus. Adde Cel. Burmann. ad Petron. c. 115. 'Illum arma decipiunt:' et ad Vellei. lib. II. c. 116. me ad Lucanum, et omnino Comm. ad Virg. Æn. IV. 17. 'deceptam morte fefellit.' Adposite Auson. Epigr. Parent. IX. 7. 'Te juvenis primis luxi deceptus

in annis:' et vs. 13. 'deceptos canos.' Cic. lib. v. ad Fam. Ep. 16. 'Ea inpendere Reip. quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur.' Veget. lib. III. c. 24. 'Currus falcatus uno adflicto aut vulnerato equo decipitur.' Pro *canis* in Palat. stulte *causi si.* Guelf. pr. *mei redite.* Oud. *Decepto seni subsiste*] *Decrepito* maluit Beroaldus. Glossæ: 'Decrepitus, ὑπέργηρως, τετυμβωμένος γέρων, ταχυθάνατος·' et in vetere Onomastico: 'Decrepiti, ἐσχατογέροντες.' Est qui *defecto* substituit, et stabilire satagit. *Decepto* (editionum veterum et membranarum Oxoniensium lectio,) scriptura est sincerissima. Est autem 'decipi' hoc in loco, orbari: nec hoc tantum, sed ab affectu carissimo derelinqui, orbari pignore dilectissimo, et quasi ἀπορφανίζεσθαι. Elegantissimæ, minusque cognitæ significationis exempla ponemus. Auson. 'Torqueo deceptos ego vita cœlibe canos.' Anna de sorore moritura apud Silium Italicum, lib. VIII. 'Quod vidi decepta nefas! congessit in atram Cuncta tui monumenta pyram.' Calpurnius Siculus: 'Sæpe etiam leporem decepta matre paventem Misimus.' Ambrosius Hexaëm. v. 9. 'Turtur ubi fuerit jugalis proprii amissione viduata, pertæsum thalamos et nomen habet conjugii, eo quod primus amor fefellerit eam dilecti morte deceptam.' Virgilius (ex quo Ambrosius,) Æneid. IV. 'Postquam primus amor deceptam morte fefellit.' Idem Georg. IV. de Orpheo, Euridice amissa: 'Cava solans ægrum testudine amorem:' ubi Servius: 'Amorem ægrum: mœstum, deceptum.' Jephthe ad filiam sacrificandam Judic. 11. 35. 'Decepisti me, et ipsa decepta es.' Apud Quintilianum Dives liberis privatus: 'O miseras cogitationes! o decepta solatia!' Hegesippus v. 2. urbem Hierosolymitanam alloquens: 'Quomodo decepta es populis tuis!' Cyprianus Epist. II. 'Sed et Catechumeni apprehensi infirmitate, decepti esse non debent, ut eis subveniatur.' Quibus omnibus locis *decepti* sunt μεμονωμένοι, *desolati.* Virgilius de Creusa amissa inter fugam Æneæ: 'Defuit, et comites natumque virumque fefellit:' id est, *decepit;* nisi (quod non non æque arridet) sit Græcum ἔλαθεν. video enim et ipsos Græcos sic ponere τὸ ἀπατᾶσθαι. Dio Cassius de matre Getæ, interfecto eo: Καὶ ἡ μὲν οὕτως ἀπατηθεῖσα, τὸν υἱὸν ἐν τοῖς ἑαυτῆς κόλποις ἀνοσιώτατα ἀπολλύμενον ἐπεῖδε. Hæc eo libentius attuli, ut Latinam nonnihil linguam ornarem, et quia insignes viros, qui hunc obiter Appuleii locum produxerunt, virtutem istius vocis video aliter explicasse. *Pric. Decepto*] Videtur legendum *Decrepito,* ut sit pathos ab ætate senili, quæ invalida atque imbecilla est, indigaque alienæ opis. 'Decrepiti' dicuntur senes, quasi clamosi, a crepitu: nam 'crepare' sonare est: clamosos autem et querulos esse senes nullus est qui nesciat. Alii interpretantur, dici quasi in dubio vitæ constitutos, a 'crepero,' quo significatur anceps et dubium, unde et 'crepusculum' dictum lux dubia: et 'Crepusci homines' nominati, qui eo tempore erant nati, ut Lucii, qui prima luce. *Beroald.*

Meumque parvulum ab Inferis ereptum canis meis reddite] Cicero Verrina v. 'Filii nomen implorans, mihi ad pedes misera jacuit, quasi ego excitare filium ejus ab Inferis possem.' *Reddite* autem venustate heic non pauca dixit, non minima proprietatis observatione. Horatius: 'Medicum roget ut te Suscitet, et reddat natis carisque propinquis.' Apud Tacitum ille Annal. I. 'Sed quis fratri meo vitam? quis fratrem mihi reddet?' apud Hieronymum liberorum ultime periclitantium mater Hilarionem orans: 'Per ego te Jesum cle-

ssimum Deum nostrum obtes-
er crucem ejus et sanguinem,
ldas mihi tres filios :' et post:
rion servo Christi, redde mihi
meos.' Ovidius: ' Aut mihi
meos: aut me quoque conde
hro.' Hoc sensu Luc. 9. 42.
ὄναι. vide et Luc. 7. 15. 1. Reg.
. 2. Reg. 4. 36. *Pric.*
ɪ. 167 *Nepos namque meus, et iti-
hujus suavis comes*] Æneid. ɪɪ.
s comes, et consanguinitate
aquus.' Philostratus in Heroi-
ἐθεράπευον ἀεὶ τὸ βάδισμα τῶν πα-
οἱ τῶν παίδων νεώτεροι. *Idem.*
ntantem spiculæ] Guelf. ambo,
ate. Pro horum et Medicea
ura *caricantem* conjicere posses
antem, ut retineamus vetusta-
Edd. lectionem *sæpicule*. Nam
ss. est *sepicule*, sive *sæpiusoule*,
statim quoque sequatur ' avum
ale clamitantis.' Verior tamen
ır lectio per Roaldum et Col-
&c. recepta, sive *cantantem in
ila*, seu parva *sæpe*, ut solet hæc
t *sæptum* per diphthongum exa-
V. Burm. ad Ecl. ɪ. 34. quamvis
minutivum alibi non repererim.
ler. *spicule.* Oud.
*m forte passerem, &c. consectatur
re*] Id est, *dum consectatur:* ut
. ɪɪɪ. ' Telum quærens invenire.'
æ: ' Consectatur, ἐξέρχεται εἰς
ιρατηρεῖσθαι.' Supra lib. ɪ. ille:
n voluptatem gladiatorii specta-
&c. consector, in has ærumnas
i.' *Pric.*
foveam, quæ fruticibus imis sub-
] Dubitat Pricæus, foveam na-
em, an feris capiendis factam
igere debeamus. Ego prius ma-
Nullus enim hic venationi locus,
pi bene adjuncta fovea, qua agri
runtur a communi via, quaque
opilio sciebat, latere draconem.
tque frutices crescentes, et vivi,
superinjectæ foveæ herbæ, de
ıdi Dausq. et Drakenb. ad Sil.
ɪ. vs. 330. ' In foveam parce
tectam velamine frondis Ducit nocte
lupos positæ balatibus agnæ.' Non
male vero Pricæus substituit *qua*, sive
ubi. Eum vide et ad lib. ɪ. p. 2.
' Prata qua prænterit.' Ac sic Mss.
aliquot et Edd. Vett. Claudiani ɪ. de
Rapt. Pros. vs. 236. ' Devenere lo-
cum, Cereris qua tecta virebant :' ut
lib. ɪ. in Ruf. 124. ' Est locus, extre-
mum pandit qua Gallia litus.' In
Oxon. *fluctibus*. In Guelf. pr. *fructi-
bus* corrupte pro *fructic.* quam vitio-
sam librariorum fuisse scripturam,
monuimus sæpe, et sicut statim in
multis est ' fructices horridos.' *Oud.*
*Delapsus in proximam foveam quæ fru-
ticibus imis subpatet*] Supra lib. vɪɪ.
' Campis subpatentibus.' Pro *quæ*,
malim *qua, &c. subpatet* reponi. Lib. ɪ.
' Per vulnus illud qua maxime pate-
bat :' et ɪv. ' Qua clavi immittendæ
foramen patebat :' eodem lib. ' Ad
ipsum confinium gulæ qua cervix ex-
acta fuerat.' Foveam hanc natura-
lemne dicemus, an ad feras capien-
das factam? vide v. 12. Jul. Pollu-
cem. *Pric.*

Auxilium s. s. clamitantis] Perverso
judicio Elmenhorstius, et ex eo Scri-
verius, revocavit vulgarem ante Col-
vium lectionem *auxilium*. Multo ele-
gantius in omnibus Mss. solo Bertino
recentissimo Cod. excepto, uti et in
Ed. Junt. post. exhibetur *avum*; quod
bene vindicavit Pricæus. Huc allu-
dit enim et Pith. scriptura *ovium*,
Guelf. pr. *anum*. Nam solent pueri,
in periculo præsertim, invocare ca-
rissimos sibi, quos credunt sibi posse
auxilium ferre. Sic Icarus cadens
clamat apud Ovid. lib. ɪɪ. Art. 91.
' Pater, o pater, auferor.' *Clamare*
autem et *conclamare* cum Accusativo
personæ pro elata voce nominare,
vocare, occurrit sæpius, tum in Nos-
tro, tum aliis, ut jam Lexica satis
notarunt. Ovid. lib. ɪɪɪ. F. 223. ' Qui
poterat, clamabat avum, tum denique
visum.' Mox ' juvenem inclamant.'
Oud. *Avum sibi sæpicule clamitantis*] Ita

bene Fuxensis cum Oxon. Ms. et vetere Vicentina editione: *auxilium* (quod nonnullis placet) huic loco minus belle convenit: pueruli in discrimine positi carissimas necessitudines suas nominatim cient: id locorum, id seculorum omnium consuetudo monstrat. 'Avum clamare' hic, ut II. 'saxa conclamare.' *Pric.*

Defectam valetudinem] Vel, (ut loquitur lib. XII. § 3. de usufructu, &c.) 'defectam senectutem.' *Idem.*

At vobis, ætatis et roboris beneficio, &c.] 'Vobis quibus integer ævi Sanguis adest, solidæque suo stant robore vires.' *Idem.* *At vobis, &c. facile est, &c.*] Propertius II. 9. 'At vobis facile est verba et componere fraudes.' *Idem.*

Puerumque illum novissimum successionis m. atque unicam stirpem] In D'Orv. etiam est *nobilissimum:* quod quo bono sensu acceperit probaveritque Roaldus, [vid. VV. LL.] non capio. Mera est librariorum aberratio, nota ex confusione τῶν *b* et *v*. Vide ad lib. VII. p. 148. 'nobilissima parte corporis,' ubi vulgo *novissima.* Dein ultimam Colvii conjecturam recepit Scriverius, et notæ præfixit *novissimam* Pricæus. Mihi non opus videtur ulla mutatione, quæ nec Latina satis est. Quid enim significabit 'novissima successionis stirps?' Sed 'successionis novissimus' est ultimus eorum, qui senis successores et heredes fuerant, adeoque jam unicus, sive unica stirps et proles. Lib. X. p. 224. 'Novissima consequia.' In Guelf. pr. *at unicam.* Oud. *Novissimam successionis meæ atque unicam stirpem*] Seneca Herc. Fur. 'Unicum lapsæ domus Firmamen, unum lumen afflicto malis.' Bene autem nepotem stirpem suæ successionis vocat. Virgilius: 'Dii patrii servate domum, servate nepotem:' ubi Servius, 'A quo certa erat Romanæ prolis propagatio.' Mater Tobiæ, de filio X. 4. 'Baculum senectutis nostræ, &c. spem posteritatis nostræ amicam:' quo nomine senex iste misericordiam movet: sic Luc. 9. 38. ille: Ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής ἐστί μοι. Sub hac imagine autem Λουκᾶς majorem tristitudinem fingit. Theophylactus ad Luc. 18. Οἱ πατέρες, ὅταν ἕνα παῖδα ἔχωσι, πλείω τὴν σχέσιν πρὸς τοῦτον ἐπιδείκνυνται. Plinius lib. IV. Epist. 21. 'Cujus ego pro salute, &c. hoc sum magis anxius, quod unicus est.' Ovidius: 'Parcius e multis mater desiderat unum, Quam quæ flens dicit, Tu mihi solus eras.' *Pric.*

Suamque caniciem distrahentis] Lib. VII. 'Ambabus manibus cinerosam caniciem trahens:' et X. 'Trahensque cinere sordentem caniciem.' *Id.*

Juvenior] Antiqui usurpant *juvenior* pro *junior.* Calpurnius: 'Sum quoque juvenior.' Columella de apibus loquens in X. 'Illi quidem incommodo, quod juveniori examini solet accidere.' *Beroald.*

Quique solus præter alios, &c.] Imitatur Plautina Pseud. ista: 'Sed cur sedebas in foro, si eras coquus Tu solus præter alios?' sic I. Florid. 'Solus ante alios catus canere:' et IV. 'Hoc unum sibi præ cæteris deesse.' *Pric.*

Exurgit alacer] Vide supra pag. 13. notata. *Idem.*

Et percontatus quoniam loci, &c.] Lib. I. 'Percontato pretio, &c. viginti denariis præstinavi:' melius Vicentina editio, *præcontatus*, et *præcontato* legit: nam non hic simplex percontatio tantum, at quæ actus secuturi prævia. *Idem.*

Dum pabulo vestro, suaque cura refecti] *Modo* edidit Scriver. sed in Bertin. non est *modo*, at *nostro.* Neque homines refecti erant pabulo; apti possunt dici ad iter, cum jumenta etiam erant pabulata, sed ipsi non possunt dici refecti esse pabulo jumentorum. Quare nequaquam displicet Stewechii conjectura, quam

lus callide in interpretatione ssit. In Palat. est, *d. pabulo* 'uitne ergo, *dum pabulo vix nos, me s. c. r.* Oud.

cinulis quisque sumtis suis] D'Orrc. *suis quisque s.* optime et ve.e. In his enim *quisque* pronopostponi solet. Vide me ad B. Afric. c. 31. 'suo quisque Comm. ad Liv. lib. VI. 13. ctionem sui quisque populi.' i. lib. III. c. 1. 'sua cujusque ii poma vel semina.' Ita Ms. rm. Virg. Ecl. VII. 54. 'sua e sub arbore poma:' ut lego viris doctis. *Idem. Sarcinulis e sumptis suis, viam capessunt*] XI. 'Sumptis rursum quæ quisetulerant, alacres ad fanum recapessunt.' Glossæ: 'Sarciνεύη ὁδοιπορικά.' *Pric.*

more, &c. nominatim cientes ilvenem frequenter inclamant] 'Tarm longo socium clamore requi- Lucretius lib. IV. 'Palantes es cum montes inter opacos imus, et magna dispersos voce s.' Æneid. II. 'Implevi clamore mœstusque Creusam Nequicingeminans, iterumque iterumocavi.' *Idem.*

r mora diutina commoti, mittunt e cessitorem, &c.] Florid. III. 'Sed intius æquo sedetur, nec Phi- usquam comparet, missi ex ptioribus qui accirent.' Vicenditio, Oxoniensis Ms. et quo us usus, *hora diutina.* Idem.

a super conservo suo renunciat] libri istius: 'De ejus exitio, tius domus infortunio, mira ac da, &c. sic annunciabat.' *Idem.*

inato illi, &c. immanem draconem ntem insistere] Superstare. Glosn: 'Ἐφίσταμαι, Immineo, insis- Ovidius Metamorph. III. in Cad- draconis fabula: 'Ut nemus in-, lethataque corpora vidit, Vicque super spatiosi corporis hos- &c. Apud Quintilianum ille Declam. XII. 'Velut infaustæ aves super exspirantes stamus.' Draconis pastores et bubulcos vorare soliti meminit et in Vita Hilarionis D. Hieronymus. *Idem.*

Nec ullum usquam miserrimum senem comparere illum] Terentius: 'Ille autem vir bonus nusquam comparet.' Florid. III. Noster: 'Neque Philemon usquam comparet.' *Idem.*

Qui eum prorsus hunc illum, nec alium locorum inq. præmittebatur] Hæc in B. et M. absunt. *Putean.* Absunt etiam ab Oxon. Guelf. utroque, Par. D'Orv. *quietem* item in Regio, Fux. Pith. *qui cum* Ed. Vicent. Rectius foret *tum.* Pro *locorum* in Flor. Pith. Fux. est *cocorum*, in Edd. ante Beroald. *cæcorum:* unde corrigendum puto *tesquorum;* quæ sunt deserta, horrida, ut ab Auctore describuntur, et sacra quædam loca, quorum genium et inquilinum bene fingit Draconem. Adi Drakenb. ad Sil. l. VI. 288. De 'Tesquis' vide ad Propert. IV. 9. 34. Infra in Flor. N. XI. et XVII. 'Merulæ in remotis tesquis fringultiunt, ut hic passer.' Dein insulsissime corruptum est verbum *præminabatur;* ut vere legitur in Mss. plerisque, et Edd. ante Aldum. Colvius, qui *præminabantur* contra sensum primus edidit, sequentibus eum, quod miror, Vulc. Merc. Wow. Elmenh. Pric. hic aliud egit. Clarus est sensus, nec quidquam difficultatis hic video, si quidem tamen ipsius Appuleii sunt. *Præminatus* erat opilio, eum Draconem illic latere inquilinum eorum tesquorum. Vide Stewech. p. 361. et me ad lib. VI. p. 119. 'Ut abiret innoxius, præminantis.' *Oud.*

Pag. 168 *Velociore se fuga proripiunt*] Phædrus: 'Veloci saltu fovea se liberat.' *Pric.*

Celerrime denique longo itinere confecto, &c.] Oxon. et Vicent. hoc modo interpungunt: *Nosque pellunt crebris tundentes fustibus celerrime. De-*

nique, &c. celerrime pellunt, intellige: neque clausulam verbo *denique* incipere Appuleio insolitum. *Idem.*

Ubi compertum facinus] *Ubi* legas in Mss. plerisque. Nihilominus, cum *mihi* dent Flor. Pith. et Edd. ante Colvium, malim omnino cum Beroald. et Scriverii Ed. *inibi*. Lib. I. p. 16. 'Inibi deversatur.' Lib. VI. p. 120. 'Inibi spiraculum Ditis.' Infra p. 169. 'Inibi Larem decernunt:' ubi etiam variatur. p. 175. 'Inibi vir principalis,' et sæpissime. Male vero Vulc. Ed. sec. Wower. et seqq. receperunt ejusdem Beroaldi conjecturam *compertum*, quum *cœptum* vel *ceptum* librariorum more sit in Mss. O. et Edd. prioribus, quod alii ridicule vel mutant vel capiunt. *Cœptum* et *inceptum* passim dicitur de re audaci, nefaria et magni momenti. *Oud.* *Ubi compertum facinus oppido memorabile, &c.*] Id est, 'facinus oppido memorabile compertum:' si hæc vera lectio. Lib. I. 'Me vera comperta memorare:' et IX. 'Fabulam suavem compertam.' Præfero ego quod in aliis libris, *Ubi cœptum facinus.* Donatus ad v. 6. Eunuch. 'Incipere, magnorum facinorum est:' et ibid. ad Sc. 4. 'Facimus mediocria, incipimus ingentia.' Idem ad I. 3. Phorm. 'Incipere, proprie, quasi de re magna dixit.' Colvius *spectum facinus*, ridicule. *Pric.* *Mihi cœptum facinus*] Purior intellectus est, si legas, *Inibi compertum facinus:* ait enim, narrare se velle facinus memorabile, quod inibi, id est, in eo pago compertum exploratumque habuit. *Beroald.*

Servus quidam, cui cunctam familiæ tutelam Dominus permiserat suus] Dixi ad Matth. 24. 47. *Pric.*

Possessionem maximam, &c. villicabat] Glossarium: 'Οἰκονομῶ, villico. Οἰκονόμος, ὁ ἐπὶ τῆς κώμης, villicus:' et in alio: 'Villicus, ὁ κατ' ἀγρὸν οἰκονομῶν.' *Idem.*

Habens ex eodem famulitio conservam conjugem] Rationem ex his Tertulliani disce: 'Domini disciplinæ tenacissimi servis suis foras nubere interdicunt: scilicet, ne in lasciviam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant.' In plerisque veteribus hoc loco *conjugam*. Idem. *Conservam conjugam*] Præcipit Columella, villico conjugem copulandam esse, quæ eum contineat, et in quibusdam rebus adjuvet: ea nec juvenis esse debet, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimi: nam fœditas villicæ fastidiosum, nimia species desidiosum faciet ejus contubernalem: eadem a vino, ab escis, a superstitionibus, a somno, a viris remotissima sit. Cato, 'Villica,' inquit, 'ad cœnam ne quo eat, neve ambulatrix siet: munda sit, villam conversam mundamque habeat, cibum villico et familiæ curet: gallinas multas et ova uti habeat: nuces et poma, et alia quæ condi solent, condita habeat.' *Conjugam* accipe pro conjugem, quasi conjugatam, copulatamque. Plin. in VIII. de aspidibus loquens, sic inquit: 'Conjuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est.' *Beroald.*

Narrare cupido] Vulgo, *cupio.* Ausim legere *cupitio:* ut supra lib. IV. 'Sitim levitio.' *Brant.* Æque ineptum est *levitio* ac *cupitio*. Apage tam olidos archaismos. Nec damno quidem *cupido*, scil. est mihi, quod cum Lipsiano præbet Palat. Quia tamen in ceteris Mss. et Edd. ad Colvium legitur *cupio*, parum afuit, quin id cum Scriverio restituerem. Immo l. IX. p. 188. 'sed nosse valde cupio:' in Ed. Beroald. similiter irrepsit *cupido*. Oud.

Commiserat] Alii, *permiserat.* Elmenh. E solo Florentino ita rescripsit Elmenhorstius, eumque secuti Scriverius et Florid. pravo judicio. *Permiserat* optime exaratur in Mss. et Edd. ceteris, quod significat plenam potestatem, quam illi ad tutelam domus tradiderat dominus. Vide

quædam l. IV. p. 67. et ad Cæs. l. v. B. G. c. 3. 'Fortunas ejus fidei permissurum:' item Munk. et Burm. ad Ovidii Arg. Fab. Metam. p. 59. Lib. IX. p. 195. 'cui nostra tutela permissa fuerat.' De Mundo in f. 'Eique se totum dedit atque permisit.' Virg. l. IV. Æn. 104. 'Dotalisque tuæ Tyrios permittere dextræ.' Restituendum et Vitruvio Præf. l. VI. 'Ingenuo pudori, non audaciæ protervitatis permittendum judicantes.' Ita enim in 2. Voss. Franek. et Arundel. non *committ.* Ceterum in Reg. Fux. et D'Orv. est *permis. s. dominus.* A primis et Pith. abest *suus.* Oud.

Extraneæque] Colvium secuti sunt Editores omnes, Scriverio excepto. Et sane *extraneæque* exstat in D'Orv. Guelf. pr. Oxon. &c. Sed vel sic cum ceteris malim *extrariæ*, sive non domesticæ, alienæ, ut 'bona extraria' de Phil. Mor. p. 608. et alibi. Inspice Indicem, et Comm. ad Sueton. Vespas. c. 5. 'Canis extrarius.' Immo et bis pro *extraneis*, seu peregrinis, et ex alia terra, in Floridis N. 18. Mssti habent *extrarios.* Similiter Mss. optimi Auctoris ad Herenn. l. I. c. 14. II. c. 13. 'extrariæ defensionis.' Variant Codd. Ciceronis l. II. de Invent. c. 56. et 59. ubi iidem nunc *extraneæ*, nunc *extrariæ* habent. Ut enim a 'contra' 'contrarius,' sic ab 'extra' 'extrarius' est. Ita 'momentarius' abiit in 'momentaneus' l. IX. p. 177. ubi vide. In Fux. est *exciturœque.* Oud.

Dolore pellicatus uxor ej. instricta] Participium *instricta*, quod hic legas in Mss. Lips. Pal. Guelf. sec. D'Orv. Reg. Fux. Inc. Pith. Edd. Rom. Ber. Junt. post. Bas. Colv. et seqq. est quidem probæ monetæ, sed alio sensu: ut videre est ad l. x. p. 218. 'feralibus amiculis instrictus, atque obditus;' non vero, ut hic sumitur, pro tacta, perculsa, perstricta: ut volunt viri docti. Librariorum est mera aberratio, æque atque illorum, qui *instructa* scripserunt, ut est in Oxon. Guelf. pr. Ed. Vicent. et Marg. Bas. pr. pro *instincta*, quod verissime servarunt membranæ Florentinæ cum Edd. Junt. pr. Ald. et Colin. et Beroaldus se ex aliis legere malle, bene adnotaverat. Is enim non *instructa* voluit, ut Colv. et Pric. scribunt, sed *instincta*, quod ceteroquin bene vindicavit ultimus, cujus scrinia legit Floridus. L. III. p. 44. 'privatis simultatibus instinctum.' L. IX. p. 188. 'Insignis tutelæ nimietate instinctus atque inflammatus.' p. 193. 'His instincta verbis mariti,' ut et de Phil. Mor. init. Sic enim omnibus his locis, non *instrict.* aut *instruct.* leg. Auct. de Corr. Eloq. c. 14. 'Concitatus et velut instinctus.' Vitruv. l. IX. c. 3. 'Instinctæ mentes litterarum jucunditatibus.' Sic enim Mss. Vossiani cum Franek. teste P. Wessel. l. II. Obs. c. 28. Plura vide ad Lucan. l. v. 150. 'Instinctam sacro mentem testata furore.' Drakenb. ad Liv. l. IV. 33. 2. 'Velut fanatico instincta cursu:' et l. IX. c. 11. In Ed. Junt. post. est *uxore.* Idem. *Instricta*] Offensa, perculsa, perstricta. Alii legunt *instincta*, alii *intricta* pro extimulata, impulsa, exagitata: et sic legere malim, quam *instricta.* Beroald. *Quo dolore pellicatus uxor ejus instricta*] Terent. IV. 4. Hecyræ: 'Ægræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt:' ubi Donatus: 'Nec facile ferunt pellicatum, neque amorem aliarum in viris.' Seneca Agam. 'Ultimum est nupta malum Palam mariti possidens pellex domum.' Glossæ: 'Ζηλοτυπία, pellicatus.' Onomasticon vetus: 'Pellicatus, παλλακία.' bene autem, *dolore pellicatus.* Cicero apud Priscianum: 'Uxorem pellicatus dolore concitatam.' Servius ad Æneid. I. de Junone: 'Permota forma pueri velut pellicatus dolore, eum in avem vertit:' sic 'ira pellicatus' apud Valer. Maximum IX. 14. et infra hic lib. x. 'pellicatus indignatio.' In Oxoniensi Ms. et Vicentiæ edito

libro *instructa:* quod ad aliquid Beroaldo probatum. Colvius ex codice suo *instricta* et hic et alibi hujus Scripti reponit. Aldina lectio est *instincta:* quam ut veram sine scrupulo admitto. 'Instingui,' est percelli, incendi, inflammari. Tacitus in Agricolæ vita: 'Instinctos ruentesque' (milites suos) 'ita disposuit, ut,' &c. Idem, vel alius quis, in de Clar. Orator. 'Concitatus, et velut instinctus.' Seneca Epist. 108. 'His' (præceptis) 'instinctus, abstinere ab animalibus cœpi.' Gellius I. 11. 'Impulsu atque instinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguisse non opinor existimanda est.' Gloss. ''Ερεθισμὸς, instigatio, instinctio:' (ubi melius *instinctus* scribas.) Ibidem: 'Οἶστρος, ὁ παροξυσμὸς, instinctus:' infra heic lib. IX. 'His instincta verbis mariti audacissima uxor:' ibidem: 'Insigni tutelæ nimietate instinctus atque inflammatus:' et in lib. de philosophia: 'Mentes, Natura duce, instinctæ ad ardorem ejus:' ita enim in his omnibus Appuleii locis legendum credimus, clareque ex superioribus testimoniis probasse existimamus. *Pric.*

Cunctas mariti rationes] *His accounts:* rationes villicationis ejus, quas Domino exhibendum habuit et approbandum. In Apologia: 'Neget eam rationibus villicorum subscripsisse.' *Idem.*

Et quicquid horreo reconditum continebatur, admoto combussit igne] Senec. Herc. Fur. 'O quam cruentus fæminas stimulat dolor, Cum patuit una pellici et nuptæ domus! Scylla, aut Charybdis Sicula contorquens freta, Minus timenda est: nulla non melior fera est.' Quæ fortasse ex Euripidæis istis: Γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα, Κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾷν· Ὅταν δ' ἐς εὐνὴν ἠδικημένη κυρῇ, Οὐκ ἔστιν ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα. Ex quibus forsan desumpta et Ovidii illa: 'Sed neque fulvus aper media tam sævus in ira, Fulmineo rapidos dum rotat ore canes: Nec lea cum catulis lactantibus ubera præbet, Nec brevis ignaro vipera læsa pede: Fœmina quam socii deprensa pellice lecti Ardet, et in vultu pignora mentis habet.' *Idem.* *Quicquid horreo reconditum, &c.*] Supra hic: 'Quicquid in casula pretiosum conditum servabat,' &c. *Idem.*

Tori sui contumeliam] In Apologetico: 'Ita ei contumelia lecti sui vectigalis est:' ubi malim *vectigal* legi. *Idem.* *Jam contra sua saviens viscera, &c.*] Adeo vere argumento simili Horatius: 'Exigit autem Interdum iste dolor plus quam lex ulla dolori Concedit:' et Seneca I. 26. de Clementia: 'Illa rationis expertis, et a nobis immanitatis crimine damnata, abstinent suis: et tuta est etiam inter feras similitudo; apud homines tantum, nec a necessariis quidem rabies temperat sibi, sed externa suaque in æquo habet.' Viscera, filiolum intellige. Artemidorus lib. v. Τὰ σπλάγχνα τὸν παῖδα σημαίνουσιν· οὕτω γὰρ καὶ τὸν παῖδα καλεῖν ἔθος ἐστί. Hieronymus ad cap. 17. Proverb. 'Nimirum illud contra exteros, hoc contra sua viscera certamen agebant.' *Idem.*

Laqueum sibi nectit] Volebam *plectit.* Sed hoc ipso libr. extr. 'mortem sibi nexu laquei comparabat.' *Brant.* Haud inepta Brantii est conjectura; quia illico subditur 'infantulumque eodem funiculo nectit,' odiosissima ejusdem verbi repetitione, ab Appuleii stylo aliena, qui amavit in talibus ὁμοιοτέλευτα synonyma quidem, vel per varias præpositiones distincta, non eadem simplicia verba. Verum an 'plectere laqueum' quis dixerit, dubito; 'plectere coronam,' et similia scio. Adi ad l. VI. p. 110. et quos laudat Burm. ad Phædr. F. 9. 'se plecteret,' sive flecteret. Ut in duobus vetustissimis Vossianis a m. pr. legas in Cicer. l. II. N. D. c. 44. 'Pos-

teriore trahens plexum vi corporis arcum.' Vulgo, *flexum*. Quid si semel modo scripsit Auctor, *laqueum sibi, infantulumque, &c. eodem funiculo nectit?* In D'Orvill. codice illa omnia *infantulumque, &c. nectit*, non comparent. An legendum *nexilem?* ut lib. v. p. 99. 'laqueo me nexili suspendam.' Mart. Cap. lib. IV. pag. 95. 'nexilis complexio circumventos strangulat.' Videant acutiores. Pro *funiculo* in Palat. vitiose *fluncto*. Oud. *Laqueum sibi nectit*] Infra heic: 'Mortem sibi nexu laquei comparabat:' et v. 'Me statim laqueo nexili suspendam.' *Pric.* *Infantulumque, quem de eodem marito jamdudum susceperat, &c.*] Ovidius ubi supra: 'Conjugis admissum, violataque jura mariti, Barbara per natos Thracias ulta suos.' *Idem.*

Seque in præaltissimum puteum præcipitat] Flor. *per alt. p.* Elmenh. Neque aliter exhibetur in Mss. Lips. Oxon. Reg. Fux. Palat. D'Orv. Pith. Guelf. sec. unde Drakenb. ad Liv. l. XL. c. 21. conjecit, *in peraltissimum*. Sed in meis Flor. Cod. excerptis est *per præaltissimum p.* quod unice verum existimo, et Appuleianum, ut in Add. partim vidit Pricæus. L. IV. p. 66. 'per altissimum præceps in vallem proximam præcipitant.' L. v. p. 104. 'per proximi fluminis marginem præcipitem sese dedit.' De Mundo p. 742. 'alias figuras per proclive sibi jaciat:' ubi in Edd. nonnullis etiam, *in pr.* Virg. Æn. VIII. 256. 'seque ipse per ignem Præcipiti injecit saltu.' Malim autem *præalt.* retinere e l. VI. p. 120. 'pergit quampiam turrim præaltam, indidem se datura præcipitem.' Et sic alii. Front. l. I. 72. 'In præalti fluminis transitum:' ubi male in Cod. Scriver. *peralti*. Oud. *Seque in præaltissimum puteum, appendicem parvulum trahens, præcipitat*] Ovid. 'Jactura socii sanguinis ulta virum.' De Ino Seneca: 'Insiluit freto, Mersura gnatum seque.' Plinius de re non dissimili, sed a causa dissimillima profecta: 'Se cum marito ligavit, abjecitque in lacum.' L. VI. Epist. 24. Oxon. hic, *Seque per altissimum puteum, &c.* quæ lectio germanissima: supra lib. IV. 'Per altissimum præceps in vallem proximam, &c. præcipitant.' *Pric.* *In præaltissimum puteum*] Porphyrius apud Fulgentium: 'Puteum quoque te puto Quinte, Quanto altus magis es, tam mage despiceris.' *Idem.*

Luxuriæ suæ præstiterat] Bert. *luxurie sua*. Elmenh. Probavit id Pricæus, immo Scriverius in contextum recepit. Ac sane passim a Nostro et aliis *luxuries* adhibetur de libidine. Vide Iudic. et Lexica. Solin. c. 30. 'Quis verum patrem noverit in hac luxuria incesti lascivientis.' Reliqui *uxori suæ* cum Colvio dederunt, et jam olim Ed. Junt. post. cum Mss. quantum scio, omnibus; unde suspicor, relictum ab Auctore, *uxori luxurie sua*, vel *luxu uxori suæ*. Quod proxime accedit ad *luxuriæ suæ*, ut est in Edd. Vett. ac Pith. *luxurie suæ*. Nam et *luxus* eo sensu sumitur. Vide quæ scripsit Burm. ad Sueton. Ner. c. 29. Sed et *suæ* simpliciter pro *uxori suæ* stare potest; ut passim apud poëtas. *Oud.* *Qui causam tanti sceleris uxori suæ præstiterat*] Vicentina, et Mss. nonnulli, *luxurie sua præstiterat:* quæ fortasse sincerior scriptura: sic VI. hoc sensu 'luxuria puerilis:' et VII. 'luxuria amatoria.' *Pric.*

Nudum, ac totum melle illitum firmiter alligavit arbori ficulneæ] Hieronymus in vita Pauli: 'Perseverantem in fide Martyrem, &c. jussit melle perungi: et sub ardentissimo Sole ligatis manibus post tergum, resupinari: scilicet, ut muscarum' (Appuleius hic *formicarum*) 'aculeis cederet, qui ignitas sartagines superasset.' In lege Lyctiorum (is Cretæ populus) ne quis Urbem suam Epicureus intraret: 'Ἐὰν δέ τις ἀφίκηται θρασυνόμενος, &c. δεδέσθω ἐν κύφωνι πρὸς τῷ ἀρχείῳ ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπιῤῥεόμενος μέλιτι γυμ-

νὸς, καὶ γάλακτι, ἵνα ᾖ μελίτταις καὶ μυίαις δεῖπνον. (apud Suidam in Ἐπίκουρος et in κύφων.) confer Plutarchum in vita Artaxerxis, Theodoretum Ἑλλην. παθημ. Serm. 9. *Idem.*

Arbori ficulneæ] Servius ad Georg. I. 'Sunt aliquæ derivationes ex usu magis quam ex ratione venientes, ut quernus, ilignus, ficulnus,' &c. *Idem.*

In ipso carioso stipite] Ms. *ipsa cariosa stip.* Colvius. Bert. *cariosa.* Elmenh. Adde Palat. D'Orv. Fux. et Edd. Wower. et Pric. Quasi *stipes* esset feminini generis. Sed in Pith. est *cuj. etiam ipso cariosa stipe*, in Oxon. *in ipsa cariosa stipe:* unde forsan erat legendum *stirpe*, sc. ima, ubi formicarum sedes. Jam vero stirps, de arbore cum sumitur, æque masculini ac sequioris generis est vox. Vide Comm. ad Virgil. l. XII. Æn. 208. 'imo de stirpe recisum:' et Grammaticum in notis N. Heinsii ad Prudentii Psychom. vs. 879. Eadem confusio in Plinio l. VIII. c. 26. 'Atque ubi acutissimum vidit stirpem:' in al. *stipitem*, sed in optimis Mss. Leidd. Voss. et aliquot Edd. *acutissimam.* Oud.

Inhabitantium formicarum nidificia burriebant] *Bulliebant* Ald. *Roald. Burriebant.* Sic scriptus liber, sic veteres Editiones omnes. Nescio, cur Beroaldus reposuerit *bulliebant.* Quod nequaquam æque exprimit susurrum illum undantium formicarum. *Colv.* Hæc est vetus et sincera lectio Flor. et Rom. codicis, pro qua nobis licenter ingessit Beroaldus *bulliebat.* Vide Indicem. *Elmenh. Burriebant*, quod sane, vel *buriebant*, in plerisque Mss. et Edd. primis exstat, defendit etiam Barthius l. XXXVI. Advers. c. 13. quasi is esset sonitus formicarum, et vetus vox, ab Appuleio usui redonata. Immo Sopingius adscripsit Glossas. 'Burdit, ψηρτιᾷ, γαυριᾷ,' legens ibi quoque *burrit.* At ibidem cum eadem explicatione præcedit *Burdiat:* et, quæso, qui τὸ γαυριᾷν locum habet in *burrire?* Certe sono formicarum, quem nescio an umquam quis audiverit, id verbum non videtur convenire, et melius adhiberetur de apibus. Hinc Floridus illud non de sono, sed concursatione cepit. Mihi non secus ac Beroaldo Pricæoque suspectum est, licet vix potuisse effingere librarii videantur. Conjecturæ Beroaldi, quam secuti sunt Junt. Ald. Colin. Bas. favet vox sequens 'scaturigine,' ac l. VI. p. 116. 'ruunt sepedum populorum undæ:' et locus G. Britonis in Phil. l. I. vs. 637. de formicis: 'Nunc huc, nunc illuc discurrunt ordine nullo, Fragmina cellarum studio reparare frequenti certantes, caveis simul ebullire videres.' Magis tamen inclino in Pricæi conjecturam, *oberrabant.* Verum ei refragatur ipsa Auctoris constructio. Si enim *nidificia* in quarto casu sumas, verbum caret recto casu, unde pendeat. Neque ipsa 'nidificia formicarum' dici queunt 'oberrare' et 'commeare.' Sciendum itaque est, in Palat. et Guelf. Codd. scribi, *inhabitantes formicæ abhorrebant*, vel *aborebant*, et in Parano, *inhabitantes formicæ uberrabant.* Unde suspicor, a manu Appuleii venisse: *cujus in ipso carioso stirpe inhabitantes formicæ nidificia*, vel *mira nidificia oberrabant, et, &c. commeabant:* vel etiam, *inhabitantium formicarum turba nidificia oberrabant.* Conjunctio syllabarum *urba oberra*, et pluralis numerus, singulari subjunctus, quamvis alioquin frequentissimus, corruptioni occasionem potuit subministrasse. Quo facit, quod in Bertin. sit *commeabat*, si verum monet Elmenhorst. In Pith. est *burrio.* Idem. *Cujus in ipsa cariosa stipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant*] Oxon. *In ipsa cariosa stipe.* Alii, *in ipso carioso stipite.* Pro *burriebant* Beroaldus *bulliebant:* quæ lectio ab aliis improbatur, ut formicarum susurris minus congruens, quos hac fictitia voce Appuleium expressisse putant. Hujusmodi ani-

malculorum susurros ego nunquam audivi: in Codice Oxoniensi est *aberrabant:* unde facile *oberrabant* scribo: *oberrabant*, est, huc illuc errabant. Et quis tot aliis conjecturis hanc præferre gravabitur? *Pric.* *Burriebant*] Lego *bulliebant*, pro eo quod est scaturiebant, fervebantque. *Beroald.*

Multijuga scaturigine] Fulvius, *multivaga.* Elmenh. Non Fulvius, sed Fulvianus codex ita legit, consentiente D'Orvilliano, uti crebro hæ voces confunduntur. Adi ad l. v. p. 111. Verum optime defendit Pricæus vulgatam lectionem. Non ita vagantur formicæ circa nidum; sed uno tramite procedunt, suamque servant callem, teste Ovidio, et Hesychio in v. Μυρμήκων ὁδοί. Jam autem *scaturigini* egregie convenit τὸ *jugis:* quod crebro jungitur aquæ, fonti, &c. Vide ad Hirt. l. VIII. B. G. c. 16. Misc. Obs. vol. VI. p. 564. L. IV. p. 72. 'Multijugi adparatus.' *Oud.* *Et ultro citroque commeabant multivaga scaturigine*] Ovidius Metam. VII. de quercu loquens: 'Heic nos frugilegas aspeximus ordine longo Grande onus exiguo formicas ore gerentes, Rugosoque suam servantes cortice callem.' *Multivaga* illud a Wowerio est, ad cujus editionis normam hic contextus formatus: in cæteris omnibus *multijuga:* quæ scriptura reponenda: supra lib. VI. 'Ruunt aliæ superque aliæ sepedum populorum undæ.' Theocrit. XV. Μύρμηκες ἀνήριθμοι καὶ ἄρυθμοι. qui loci non *multivagum* sed *multijugum* exprimunt: sic infra hic 'multijugis ovium talis flagrum tessellatum' dixit: et supra lib. VI. 'multijugas preces.' *Pric.* *Ultro citroque*] Glossarium: 'Ultro citroque, ἔξωθεν καὶ ἔνδοθεν· τουτέστι, πανταχοῦ.' *Idem.*

Parvis quidem, sed numerosis et continuis morsiunculis, &c.] Plautus: 'Jam ego te faciam ut hic formicæ frustulatim differant.' In vetere Onomastico: 'Morsiuncula, δηγμάτιον.' *Idem.*

Per longi temporis cruciatum, &c.] Cyprianus contra Demetrianum: 'Saltem contentus esto dolorum nostrorum compendio, et simplici ac veloci brevitate pœnarum; admoves laniandis corporibus longa tormenta.' Seneca II. 5. de Benef. 'Acerrima est crudelitas quæ trahit pœnam.' *Id.*

Visceribus adesis, homine consumto, membra nudarunt] *Abesis* exaratum est in D'Orvill. Fux. Guelf. et Palat. Sed nihil est mutandum. Frequens illa in scriptis aberratio, ut L. IX. p. 185. 'palpebras adesi.' Consule Broukhus. ad Propert. l. IV. El. 7. 9. 'beryllon adederat ignis.' Nemes. Ecl. IV. 11. 'Quos lusus adederat ignis.' Vide et Heins. ad Ovid. I. Am. XV. 41. Non vero in Bertin. est *adesione hominis*, sed simpliciter *adesione.* Quod modo ex contractione natum videtur. Nec enim adsensum queo præbere N. Heinsio ad Ovidii l. XIV. Metam. vs. 208. emendanti *omnino consumta membra nudarunt.* Nam, quæso, quomodo *nudare* possunt *membra*, quæ *consumta* sunt? Quod si *membra* se bene habeat, conjungenda sunt *carnibus* et *visc. adesis membra nudarunt*, sive artus spoliarunt iis. Alioquin conjicias, *hominem consumtum*, *membris n.* Per *hominem* captata locutione intellexit Auctor, omne quidquid carnis est. Conferendus hic omnino est Lucani locus, quamvis sit corruptissimus, l. IX. vs. 769. 'Jamque sinu laxo nudum est sine corpore vulnus, &c. Omne Quidquid homo est, periit. Pestis natura profana Morte patet:' uti nunc legendum existimo. Illic vide, et Martial. de Spectac. Ep. VII. 'Inque omni nusquam corpore, corpus erat.' In Regio, Fux. *membra nudant.* Oxon. *et ossa.* Oud. *Carnibus, &c. adesis membra nudarunt, ut ossa tamen viduata pulpis, &c.*] Hieronymus ad cap. 37. Ezechielis: 'Ossa cum aliis ossibus nervorum vinculis colligantur, deinde implentur carnibus: et desuper ob

pulchritudinem extenditur cutis, quæ nudarum carnium operiat fœditatem.' In Oxon. et Florent. melius, *ut ossa tantum*. Pric.

Nitore nimio candentia] Infra lib. IX. 'Demonstrat novitate nimia candentes aureos.' *Idem.*

PAG. 169 *Hac quoque detestabili deserta mansione, &c.*] Virgil. 'Hanc quoque deserimus sedem.' *Idem.*

In summo luctu] Mihi certissime reponendum videtur *in summo lucu*, eadem ratione, qua 'primo lucu' apud Plautum, Terentium, alios. *Brant.* Non *lucu* apud Comicos, sed *luci* legitur. Vide Plautinum Parei lexicon, et Bentlei. ad Terentii Adelph. v. 3. 55. 'ceterum rus cras cum filio Cum primo luci. M. Immo de nocte censeo.' Qui locus fugisse videtur Pricæum, cum ait se ignorare, Terentium dixisse *cum primo lucu*: ut Donatus et alii eo loco et in Plauto legi volunt. Confer Westerhovii compilationes. Et profecto ego quoque non video, cur pagani isti in tanto luctu fuerint ob inprobi illius servi pœnam, non admodum recentem, nisi fuerit ob detestabile spectaculum. Neque huc pertinent superiora p. 162. 'graviter affectis rusticis,' qui miserabili dominæ morte erant adtoniti. Quid si igitur legas, *jam summo luci*, sive cum jam summa lux erat, postquam in eo pago totam perquieverant noctem, proxime præcedentem, et hinc sine intermissione rursus toto die iter perrexerunt. Et sic solet Auctor initium finemque itinerum describere. L. I. p. 14. 'Et jam jubaris exortu cuncta collustrantur.' L. h. p. 163. 'Jam vespera semitam tenebrante:' et innumeris locis. Immo ibid. 'debere idque vel in primis observitare, ut luce clara, et die jam provecto, et sole florido vitantes insidias transabiremus:' quo tunc neglecto monitu, et male mulcati, nunc videntur consilium mutasse, et clara demum luce profecti esse. *Oud.* *Paganos in summo luctu relinquentes*] Est qui *in summo lucu* scribendum confidentissime adfirmat: *cum primo lucu* Terentium non ignoro dixisse: ut Matt. 20. 1. ἅμα πρωΐ. at interim id non est *in primo lucu*: nec memini Plautum aut alium tali modo locutum: adde quod et supra hoc libro occurrunt ista: 'Hæc ille, &c. illacrymans, graviter affectis rusticis annunciabat:' ubi 'graviter affecti rustici,' sunt fere quos hoc loco 'Paganos in summo luctu' vocat. *Pric.*

Dieque toto c. emensi vias] Non *toto*, sed *totas* legit Colvius, [vid. VV. LL.] ut debuit, si *denique* admitteret; quo facit D'Orvill. dans *diemque totas*. Immo *denique totas* habet mea Fux. Cod. collatio. In Oxon. Guelf. pr. est *dieque totam campestrem emersimus civit.* corruptissime. Sed verissime in Florent. Pith. Guelf. sec. est *dieque tota*, ut expressit Scriverius, et videtur voluisse Elmenh. Nam in textu ejus remansit *toto*. In Edd. Vic. Junt. pr. Ald. male etiam *emersi*. Vide ad pag. 2. 'Glebosa camporum emensa.' *Oud.* *Campestres emensi vias*] Onomast. vetus: 'Campestria, πεδινὰ χωρία.' *Pric.*

Civitatem quandam, &c. jam fessi pervenimus] Lib. IX. 'Ad hortulum nostrum jam fesso equo diverterat.' Sallustius Jugurthino: 'Diu multumque fatigati tandem in castellum perveniunt.' *Idem.*

Inibi Larem sedesque perpetuas pastores illi statuere decernunt] Supra lib. IV. 'Secum eos animadverteram colloquentes, quod in proximo nobis esset habenda mansio, et totius viæ finis quieta: eorumque etiam sedes illa et habitatio.' *Idem.*

Longe quæsituris firmæ latebræ, &c.] Vulgaris lectio contrarium sensum habet, quam Auctor innuit. Nam *latebræ quæsituris* non possunt significare, nisi loca, in quibus latere possunt illi, qui quærent: cum Appu-

leius voluit dicere, eam mansionem visam illis esse sibi tutas et firmas latebras contra istos, qui jam diu, vel e longinquo ipsos quæsivissent, vel investigaturi essent, ut vulgo etiam exponunt, invita verborum constructione. Eadem fere difficultas remanet in Stewechii conjecturis. Quare omnino amplector Codd. Ursiniani et D'Orvilliani scripturam *quæsitis*, sive quod videretur hæc civitas tutum esse latibulum iis pastoribus, diu et e longinqua regione inquisitis. Posset ex *uris* cogitari de additamento *viris* vel *n̄ris*, i. e. *nostris*. Sic olim putabam. Sed postquam bene perpendi permutationem modorum *viderentur* et *invitabat*, apparuit mihi satius esse, nihil mutari, et hoc sensu sumenda esse verba: Quia pastores putabant, hæc loca firmas latebras visum iri illis, qui se inquisituri essent, vel inquirere vellent, et eos ideo sc. non tam longe vestigatores esse, et quia annonæ copia *invitabat*. Ut participium non pendeat a 'firma vid.' sed a solo verbo 'viderentur.' *Oud.*

Beata celebritas] *Tanta c.* Guelf. sec. *Crebritas* exaratur etiam in D'Orvill. et editum est a Scriverio. Atque hoc quidem loco contra N. Heinsium l. IV. Metam. Ovid. vs. 46. præfero. Quia *celebritas* videtur magis convenire hominibus, iisque, quæ ad ipsos homines pertinent; *crebritas* et hominibus et rebus, atque, ut hic, annonæ. Ex sensu eligendum est, quod videtur singulis locis aptius. Nam ubivis hæ voces commutantur, ut vidimus jam l. I. p. 14. 'Crebritas commeantum.' Ovid. l. VI. Met. 165. 'comitum celeberrima turba:' ubi in pluribus Codd. *creberr.* Sed adi ad Sueton. Tiber. c. 52. 'per noctes celeberrime adclamatum est.' *Idem.* *Et annonæ copiosæ beata crebritas*] Glossæ: 'Εὐθηνία, Copia, ubertas, annona,' &c. In Oxon. et vett. editt. *celebritas.* Pric.

Quo vendibiliores videremur] Miror *venditariores* e Plauto potuisse placere alicui; cum 'venditaria lingua' ei dicatur active, hic passivo sensu non potest non accipi. Neque etiam conjecturis opus est, qualis *venui:* quam prave in contextum intrusit Wower. retinente Pricæo, qui tamen divinavit *vendi carius*, quod pejus est. Cur etiam non *venu cariores*, ut alibi pro *venui*. Sed *vendi cariores*, quod est in Mss. novem cum Edd. Colv. Vulc. Merc. facile se tueri potest, ut sit Infinitivus pro nominis Dativo casu *venui*. Quales infinitivi milleni sunt apud Poëtas. Malim tamen acquiescere hic Elmenhorstii, quem et sequuntur Scriv. ac Flor. judicio, ex aliis Mss. quibus accedit Pithœanus, *vendibiliores* restituentis, quod est in omnibus ante Colvium Edd. et Appuleii menti bene accommodum est. *Vendibilis* enim est vox optimis quibusvis usurpata, ipsumque comparativum occurrit apud Varronem lib. I. R. R. c. 4. loco adposito: 'Cultura agrum non solum fructuosiorem faciunt, sed etiam vendibiliorem, atque adjiciunt ad fundi pretium.' Quod Pricæus pro *cariores* substituere voluit *carius*, videtur offensus fuisse genere masculino; cum præcedat neutrum *jumentis*. Sed intelliguntur 'asini,' in quibus ipse Lucius, et 'equi,' ut subdit, de qua generis mutatione vide ad lib. IV. p. 75. 'numerumque perditorum.' sc. *ursorum:* etsi præcedunt 'feræ.' *Oud.* *Jumentorum refectis corporibus quo venui cariores videremur*] Sic apud Philonem (lib. ὅτι πᾶς ὁ σπουδ. ἐλεύθ.) δελφάκια καὶ πρόβατα ὁπότε μέλλοι πιπράσκεσθαι, τροφαῖς ἐπιμελεστέραις εἰς εὐσαρκίαν πιαίνειν. Lucianus in Vit. auct. Στῆσον ἐξῆς παραγαγὼν τοὺς βίους· ἀλλὰ κοσμήσας πρότερον, ὅπως εὐπρόσωποι φανῶνται, καὶ ὅτι πλείστους ἐπάξωνται. Editio Vicent. *quo vendibiliores videremur:* et sic multi Mss. In vetere Onomast. 'Vendibile, τιμαλφές.' Oxon. Fux.

et alii, ut hic editur: tentabam ego, *quo vendi carius videremur*: id est, quo carius venderemur: sic IX. 'Molæ, quæ maxima videbatur, &c. adstituor,' et alibi in his libris. *Pric.*

Ad mercatum producimur] Infra lib. IX. 'Productum me, voce præconis venui subjiciunt.' Terentius Heautont. 'Omnes produxi ac vendidi.' Donatus ad Ejusdem Eunuch. I. 2. 'Produci res venales dicuntur.' *Idem.*

Magnaque voce præconis] Vide supra pag. 44. dicta: infra hic de eodem: 'Voce rauca saucius.' *Idem.*

At me, &c. cum fastidio plerique præteribant] Abies jactabunda, ad dumum, in Avieni fabulis: 'In me suspensos explicat aura sinus: At tibi deformem quod dant spineta figuram, Despectam cuncti præteriere viri.' Hesychius: Παρειμένος, &c. καταπεφρονημένος. Seneca cur bon. vir. &c. 'Fortuna fortissimos sibi pares quærit, quosdam fastidio transit.' Supra lib. IV. de vetula: 'Fastidium Orci.' *Idem.*

Subsicivum] Apud scriptores modo *subsicirum*, modo *subsicivum* scribi lego indifferenter, eodem significatu et intellectu: nam *subcisiva* dicuntur, quæ *subcisa* sunt, et quasi subtracta, a subcidendo dicta. *Subsicivum* vero a *subsecando* inclinari videtur. Plin. Gellius, M. Tull. 'subcisiva tempora' eleganter appellant, quasi subtracta, subducta, subsectaque negotiis rebusque necessariis: quæ vulgo furto subrepta dicuntur: hic *subsicivum* accipe pro reliquum: et supervacaneum, quasi subsectum ex reliquo grege divendito, sicut in XI. quoque dixit: 'Qui subsicivum, quamvis iteratæ jam traditioni remansisset.' Lucianus dixit ὕστατον καὶ ἀπολελειμμένον. Lucius noster, 'relictum solum et subsicivum.' In XII. commentario Suetonii nostrum super hoc verbo extat annotamentum. Illud adde, apud Nonium Marcellum legi vulgo *subsivum*, cum legendum (mea quidem sententia) sit *subsicivum*, quod significare ait sequens, succedaneum, succedens, tanquam a succedendo inclinatum. *Beroald.*

Qui de dentibus nostris ætatem computabant] Xenophon in de re equestri. Suidas in κατηρτοκότα. Hesychius in λιπογνώμονες, et γνῶμα· sic enim, non γῶμα scribendum. *Pric.*

Manum cujusdam, &c. mordicus arreptam, &c.] Aristophanes Pluto: Ὀδὰξ ἐλαβόμην. Scholiastes: ἀντὶ τοῦ, τοῖς ὀδοῦσιν αὐτὴν ἔλαβον. *Idem.*

Putridis scalpebat digitis] Lipsiano codici accedunt Pal. D'Orv. Oxon. Fux. Pith. Edd. Colv. Vulc. Merc. Wow. Pric. sed male. Illa enim vox huc non quadrat. Nam 'putridus' est putrescens, *verrottende*, a 'putrore,' voce Lucretiana lib. II. 928. et alibi; quales hujus emtoris digiti non possunt dici, sed *putidi*, i. e. fœtidi a 'putore,' de quo vide ad lib. IV. p. 65. 'putore nidoris,' cujus manus sordebat fœtore. Eadem varietas apud Lucan. lib. II. vs. 441. 'putrida membra recidit:' ubi tamen legendum *putria*. Alterum forte restituendum Ausonio Epig. 108. vs. 18. 'Turpia non aliter Polygiton membra resolvit.' Nam in Ms. Voss. *Turpida*, et præcessit vs. 2. 'Ulcera membrorum scabie putrefacta foventem.' *Oud.*

Plenissime conterui] E Lipsii conjectura ceteri cum Colvio in contextum receperunt *pænissime* contra Mss. O. et Edd. vett. Unde enim ante Roaldi notas venerit *planissime*, quod nonnemo hic malebat, nescio. Mutari nequaquam oportuit *plenissime*, i. e. omnino. Passim 'plene,' et Adject. 'plenus' usurpatur pro 'omnino,' 'toto,' 'omni.' Hinc 'plenius periclitari' lib. IX. p. 178. 'plenius gratias agere' Flor. N. 16. Min. Fel. cap. 14. 'plenius peroratum:' quod tentari non oportuerat. Recte vero Ill. N. Heins. ad Ovid. Epist. XIX. 17. e Ms. Florent. cui adde Pithœa-

nuum, rescribi jussit *conterui*, ut diserte exstat in Regio, Fux. Guelf. utroque; sicut in Mss. multis et in his Voss. *conterit* vel *conteritur* pro *contritum* in Ser. Sammonico vs. 474. damnante tamen Burmanno. De qua inflexione ibi Heinsium consule, et quos laudat Broukhus. ad Tibull. lib. I. El. 4. 44. 'Aut opere insuetas adternisse manus.' Immo Charisius notat, Appuleium dixisse *terii:* sed G. J. Vossius probabiliter emendat *terui*. Lib. III. de Anal. c. 30. Atque ita quoque reponendum e Mss. in Apol. p. 309. Ed. Colv. 'carbone de rogo obteruerit:' quod jam monuit Heins. in Advers. pag. 556. Forsan etiam infra lib. XI. p. 260. 'Viriculas patrimonii adteruerant inpensæ.' Illic vide. *Mordicus* exsulat a Paræano; mallemque *mordicibus*, si juvaret idoneus codex. De his vocibus late egi ad lib. III. p. 60. 'mordicus adpetens.' *Idem.*

Præco diruptis faucibus] Mos olim præconum in mancipia vænui subjecta jocos et dicteria jactare, quod ex Luciani βίων πράσει optime videre est. Sic parasitus de se ipso, Plauti Sticho: 'Nunc si ridiculum hominem quæret quispiam; Venalis ego sum cum ornamentis omnibus,' &c. Putem huc spectare versum Lucilii lib. XI. 'Conjicere in versus dictum præconis volebam, Grani:' et locum Athenæi Dipnosophist. lib. X. Τούτου δὲ καὶ Ἰσχόμαχος ὁ κῆρυξ ἐγένετο ζηλωτής, ὃς ἐν τοῖς κυκλοῖς ἐποιεῖτο τὰς μιμήσεις· ὡς δ' εὐδοκιμεῖ, μεταβὰς ἐν τοῖς θαύμασιν ὑπεκρίνετο μίμους. Certe celebrata Veteribus passim præconum dicacitas. *Colv.*

Et rauca voce saucius] Ita, 'raucam præconis vocem' I. 3. Sidonius. Servius ad Æneid. XI. 'Raucum τῶν μέσων: modo enim canoram significat, modo vocem pessimam.' *Pric.*

In meas fortunas ridiculos construebat] In Par. Guelf. pr. est *in mea fortuna*. Ab eodem, Guelf. utroque, et Palat. abest vox *ridiculos*. Dein *construebat*, ut primus edidit Colvius, exhibent Mss. O. præter Bertinum et Pithœanum, in quibus est, sicut in Edd. prioribus, *instruebat*, et prætulisse videtur Elmenhorstius. Certe ego mutatum nollem. Frequens enim est Auctor in hoc composito, quod passim cum altero confundi solet. Vide Indic. Flor. ut et Notarum. Lib. V. p. 98. 'Novum commentum instruit.' Lib. VII. p. 144. 'Fortuna aliam mihi pestem instruxit.' Lib. X. p. 215. 222. 'Voluptates ejus instruebat.' Alibi 'fraudem instruere,' nec non simplex 'struere voluptatem' lib. XI. p. 260. *Oud.* *In meas fortunas ridiculos construebat jocos*] Hinc I. 85. Martialis, 'facetus præco.' *Pric.*

Extritis ungulis debilem] Supra lib. IV. 'Ungulis extritis claudus et titubans.' Seneca Epist. LI. 'Jumenta in molli palustrique pascuo saginata, cito subteruntur.' *Idem.*

Colore deformem et inerti pig. ferocem] *Colorem* illum primus ex ingenio finxit Beroaldus, expressum a Basil. Colv. et seqq. In Mss. et Edd. priscis, item Juntinis et Aldi, est *dolore*, sine dubio vitiose, ex quo tamen verissimam lectionem excudere facile fuit, nempe *lurore*. Quam sæpissime adhibet Auctor. Lib. I. p. 4. 'Lurore deformatus:' ubi etiam vide, et lib. V. p. 100. 'Exsangui colore lurida.' Lib. VIII. p. 157. 'lurore et inluvie collapsa membra.' Lib. IX. p. 185. 197. 'Tum lurore deformes,' Mox *et* abest ab Oxon. Male vero Elmenhorstius testatur in Flor. Cod. esse *inerti*, probatque. Ibidem, ut in reliquis Mss. legitur, *in hebeti f.* ex Appuleiano genio. Vide cum alibi, tum ad lib. I. p. 3. 'in mollitie' vel 'mollitiem decorus.' Pith. Edd. Vicent. Ber. *inherti*, corrupte pro *inhebeti*. Oud. *Et colore deformem*] Oxon. et tres alii Mss. *dolore d.* quod alii quidem probant, ego non intelligo. *Pric.* *Dolore*] Minutulus error, qui

emendari potest unius literæ immutatione, ut pro *dolore* legas *colore deformem*: color enim maxime spectari solet in venalibus jumentis, ita ut honestate coloris sæpe pretiosiora fiant: sicut e contrario, ex coloris malitia repudiantur. Virg. in descriptione equorum, illud celebratissimum prodidit: 'honesti Spadices glaucique; color deterrimus albis, Et gilvo.' *Beroald.* *Et in hebeti pigritia ferocem*] Pigrum ad portanda onera, et id genus ministeria subeunda: ferocem ad calces elevandas, et mulieres incurrendas. In nonnullis heic, *et inerti p. f.* Pric.

Nec quidquam amplius quam ruderarium cribrum] Vide supra pag. 63. notata. *Idem.* *Ruderarium cribrum*] Nihil prorsus contemptibilius, abjectius, despectius in asino dici potuit, quam ut ruderarium cribrum diceretur: quo dicto signatur asinus nulli rei prorsus utilis, nisi ut ex ejus corio fiat *cribrum* non frumentarium, sed *ruderarium*, quasi dicat, stercorarium, ad rudera scilicet expurganda accommodatum: quo nihil esse potest vilius: est enim *rudus*, stercus quod raditur. *Rudera* quoque dicuntur purgamenta et quisquiliæ cementicii et latericii parietis vetusti et diruti. Palladius interpretatur saxa contusa, quibus pavimenta statuminantur, hoc est, solidantur: quod et Vitruvius refert. De rudere novo et vetusto scripsi copiose in commentariis Suetonii. *Rudetum* appellat Cato, locum ruderis plenum: qui a Plin. *ruderatus* dicitur. Inde fit verbum elegans *Eruderare*, quod est expurgare, defecare, emaculare. Sidon. Apollinaris: 'Aures virosa susurronum fece completas eruderat.' *Beroald.*

Quare adeo v. donemus] In Palat. Guelf. Reg. Fux. Oxon. D'Orv. Inc. *Quare donemus.* Pith. Edd. antiquæ, *Atque adeoque vel d.* Arbitror omnino vocem *adeo* male a Colvio et seqq. Editoribus omissam, esse revocandam. Passim ea vox ab auctoribus inseritur, et a poëtis, in primis Comicis, elegantiæ et intendendi gratia; vel pro *ideo* sumitur. Vide Drakenb. ad Liv. lib. x. c. 5. 'Non potentem, atque adeo etiam absentem.' Infra lib. IX. p. 185. 'palpebras adesi, atque adeo male luminati.' De Phil. Mor. p. 609. 'Adeo honestum adpellari oportet.' Sic Mss. Vulgo, *ideo.* Quare vel legendum, *Quare adeo*, vel *atque adeo vel d.* quæ est ipsa Bertin. Cod. scriptura, sive ob istud *que* cum Stewechio amplius *atque adeo, inquit, vel d.* Terent. in Phorm. II. 3. 43. 'Atque adeo quid mea.' *Vel* hic significat *tantummodo*, ac sæpe per librarios exsulat. Vide ad l. h. p. 158. 'Quo vel clandestinis,' &c. *Oud.* *Quare vel donemus eum cuipiam, &c.*] Claudianus de Eutropio: 'Omnes pœnituit pretii, venumque redibat Dum vendi potuit: postquam deforme cadaver Mansit, et in rugas totus deflexit aniles; Jam specie doni certatim limine pellunt, Et fœdum ignaris properant obtrudere munus.' *Pric.*

Si qui tamen fœnum suum perdere non gravatur] Facetus præco ille apud Martialem, colles venum exponens: 'Quis faceret pretium nisi qui sua perdere vellet?' *Idem.*

Cachinnos circumstantibus commovebat] Infra lib. IX. 'Risum toto cœtu commoveram.' *Idem.*

Jam aufugiens effugere] Abest *jam* a Palat. In Pith. est *mei.* In Guelf. sec. *et.* Perperam vero jungunt vulgo *auf.* vel *fugiens effugere;* quum Auctor construxerit, *quam per tot regiones jam aufugiens, non potui effugere vel placare.* Atque *aufugiens* cum Lips. Cod. habent Palat. Guelf. sec. item Edd. Vulc. Wow. Pric. In ceteris *fugiens.* Et sane negant viri doctissimi, Broukh. ad Propert. lib. I. 9. 30. Burmann. ad Petron. c. 81. umquam occurrere conjunctum Accusativo, nisi corruptis locis, apud probati styli auctores, ut certe nusquam

apud Nostrum. Sed lib. I. pag. 15. 'per diversas et avias regiones aufugi.' Unde distinctione post *quam* posita, facile hic *auf.* possit retineri, præsertim cum potuerit captasse differentiam Appuleius in *auf.* et *effug.* Verum cum in reliquis Mss. et Edd. non compareat *au*, ego quoque exsulare istam syllabam passus sum. *Potuit* perperam est in Edd. ante Beroaldum. *Oud.* *Illa fortuna mea sævissima, quam per tot regiones jam aufugiens, effugere, &c. non potui, &c.*] Apud Virgilium: 'Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur.' *Pric.* *Non potui*] Lege *potui*, ut sit prima persona: de se enim loquens inquit: 'Ego fortunam effugere potui, nec placare.' *Beroald.*

In me cæcos detorsit oculos] Lib. VII. 'Cœcam, et prorsus exoculatam esse Fortunam.' *Pric.*

PAG. 170 *Duris meis casibus*] Vide supra p. 60. notata. *Idem.*

Mire repertum] Colvius, *mi e re repertum:* commento (ut mihi videtur) mire, et ab re reperto. In Apologia Noster de speculo: 'Cum in eo visitur imago mire relata.' *Idem.*

Cinædum, et senem, calvum quidem, cincinnis, &c.] Perperam τὸ *et* omiserunt Scriv. et Floridus. *et senem* eleganter dictum est pro *et eum quidem senem.* *En dat wel.* Luciano κίναιδος, καὶ γέρων. Hinc explicationis gratia librarii aliquot, et in his Pithœanus, Fux. et Edd. ante Colv. dederunt *cinædum, et senem cinædum.* Vide ad lib. I. p. 17. 'Et recte:' item ad lib. VII. init. 'In bestiam, et extremæ sortis quadrupedem.' Dein prave Colvius e Ms. Lips. cui suffragantur Pal. Oxon. D'Orv. Fux. item Edd. Vulc. Merc. Wow. Pric. ejecit particulam *sed,* quam agnoscunt reliqui, tum Mss. tum Edd. et flagitat præcedens *quidem.* Nam perperam Elmenhorstius id tacite mutavit in *quemdam.* Pro *semicanis* in Guelf. pr. a m. rec. *semicomis;* pro *capillatum* vitiose in Bas. pr. *capillorum.* *Oud.* *Cinædum, et senem*] Ibidem, de Ruffino quodam: 'In hac etiam ætate, qua nunc est, qui ipsum perdepsuint multi sunt:' ubi plura p. 164. notata. Sarisberiensis III. 13. Polycratici: 'Pudet dicere, quod seipsos viri ætate provectiores et sensu turpitudini tantæ non subtrahant: et cum eos in nobiliore sexu Natura creavit, ad deteriorem, quantum in ipsis est, ex innata malitia prolabuntur: effæminati vitio et corruptela morum, cum tamen Naturæ beneficio fœminæ esse non possunt.' *Pric.*

Calvum, &c. cincinnis semicanis et pendulis capillatum] Erat ἀναφαλαντίας οὖλος, ut in Navig. Lucianus loquitur. Martialis ad Labienum v. 50. 'Sunt illinc tibi sed et hinc capilli, Quales nec puerum decere possint: Nudum est in medio caput, nec ullus In longa pilus area notatur.' Idem ad Marinum x. 83. 'Raros colligis hinc et hinc capillos, Et latum nitidæ Marine calvæ Campum temporibus tegis comatis.' et in fine: 'Calvo turpius est nihil comato.' *Idem.*

Unum de triviali popularium fece] 'Natum in triviis.' Scholiastes vetus Horatii ad Serm. II. 'Balathroni, scurræ, et triviali.' Vide ad Act. 17. 5. notata. *Idem.*

Circumferentes mendicare compellunt] Clemens Alexandrinus Protreptico: Μένανδρος γοῦν ὁ κωμικὸς, ἐν Ἡνιόχῳ ἐν ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι· Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω θεὸς Μετὰ γραὸς, οὐδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν Ἐπὶ τοῦ σανιδίου μητραγύρτης. Τοιοῦτοι γὰρ οἱ μητραγύρται· ὅθεν εἰκότως ὁ Ἀντισθένης ἔλεγεν αὐτοῖς μεταιτοῦσιν, Οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν. Minutius Octavio: 'Mendicantes vicatim Deos ducunt.' Huc spectat Dionys. Halicarn. lib. II. Tertullianus Apologet. c. 13. *Colv.* Tzetzes 13. Chiliad. Hist. 475. Vide quæ dixi ad Minut. fol. 59. *Elmenh.* *Qui per plateas et oppida cymbalis et crotalis personantes,*

Deamque Syriam circumferentes, mendicare compellunt]. Tertullianus in Apologetico: 'Circuit cauponas mendicans religio.' Ibidem: 'Non sufficimus et hominibus et Diis vestris mendicantibus opem ferre.' Vide Suidam in Περγαῖα Ἄρτεμις. Infra hic lib. IX. 'Divinis exuviis onustus, cum crotalis et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam.' Et nota, *per plateas*. Augustinus Civ. D. VII. 26. de hoc genus æruscatoribus: 'Per plateas vicosque Carthaginis, etiam a populis unde turpiter viverent exigebant.' *Pric.*

Cappadocum me et satis forticulum] Cum Mss. dudum ante Colvium recte *Cappadocum* exhibuere Juntæ et Aldus. Vide Lexica, et de generositate equorum Cappadocorum B. Pium t. I. Thes. Crit. p. 448. Dempster. de Hetruria Reg. lib. III. c. 73. Veget. lib. IV. de Art. Veterin. cap. 6. § 4. Perperam vero *satis* mutare tentavit Lipsius, ex cujus mutatione sic citat J. Argolus ad Onuph. Panvin. lib. I. de Lud. Circ. c. 13. Auctor cum aliis τὸ *satis* Adjectivis jungere amat; ut vidimus ad lib. II. p. 35. 'puer et satis peregrinus.' In Oxon. Guelf. pr. *fortilocum*. Fux. *renuntiat*. Oud. *Ille Cappadocum me et satis forticulum denunciat*] Vegetius IV. 6. 'In permutandis equis vel distrahendis maximam fraudem patriæ solet afferre mendacium: volentes enim carius vendere, generosissimos fingunt.' Intempestive Lipsius hujus loci lectionem immutavit. *Pric. Cappadocum me*] Qui mancipia vendunt, nationem cujusque in venditione pronunciare debent: ut inquit Ulpian. Plerumque enim natio servi aut provocat, aut deterret emptorem. Idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptum etenim est, quosdam servos bonos esse, qui nationis sunt non infamatæ; quosdam malos videri, quia ea natione sunt quæ magis infamis est. Nunc itaque præco ex hac doctrina nationem pronunciat venalis asini, tanquam mancipii; eumque esse ait Cappadocem, tanquam nationis probatæ: namque ex Cappadocia regione Asiatica servi utiles et boni venales deportabantur, quos Cappadocas poëtæ concinnantes appellitant, Persius, Martialis, et Papinius. Ad hunc intellectum referendus est versus ille Horatianus: 'Eget aëris Cappadocum rex:'. ubi 'rex Cappadocum' significatur, non rex Cappadociæ (ut ego sentio), sed dominus fabulosus, habensque Cappadocum, id est, mancipiorum, legiones in famulitio. *Beroald.*

De suis novit professionibus] Ita Bertin. *Sciopp. in Symb. et Susp.* IV. 8. Bert. et Flor. *de suis n. professionibus*. Elmenh. Sic scriptum etiam in Pithœano, et excusum est quoque in Editionibus Colvianam præcedentibus, ac Scriverii. Tacite reposuit Colvius *sua professione* e Ms. Lipsiano, cui suffragantur ceteri. Pluralis numerus tamen facile se tueri potest: ut intelligantur primo professio naturalis temporis locique, de qua hic agit Pricæus et in Apol. p. 191. 'Natam sibi filiam ceterorum more professus est:' ac luculentius jam ante Torrentius ad Suetonii Tib. cap. 5. 'Natus est Romæ in palatio, XVI. Kal. Dec. &c. Sic enim in fastos, actaque publica relatum.' Tum professio censualis, in qua notum est, unumquemque debuisse *annos profiteri*. Vide Cic. pro Archia, Ascon. aliosque: et tandem *professio*, qua edebant Mathematico genituram suam; de qua consule Commentarios ad Sueton. Aug. c. 94. et in Florid. N. 15. *Oud. Sed ipse scilicet melius istud de sua novit professione*] In Glossis: 'De professione, ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος' at id nil ad istius loci sententiam: *professionem* heic *natalium professionem* intellige: quæ præcise in l. non nudis. Cod. de probat. et l. statim. Cod. de fide instrum. *professio*, ut hoc loco, vo-

catur: cur autem de asino loquens ita jocetur, ex sequentibus apparet. *Pric.*

Quamquam enim prudens, &c.] D'Orv. *quantum.* Existimat vero Pricæus, scribendum esse, *inprudens.* Sed accedere illi nequeo, et hunc loci sensum esse opinor jocantis præconis: Quamvis sat sciam, eum esse civem, et prudens incurram in crimen legis Corneliæ, qui eum vendam tibi pro servo, eme tamen illum modo pro servo. Si *inprudens* exarasset Auctor, debuisset esse, ni fallor, *incurrerem.* Oud. *Quanquam enim prudens, &c.*] Fortasse *imprudens* scribendum. Obscuri admodum loci potest hæc sententia esse: ætatem ejus ex natalium tabulis multo certius quam ex dentibus explorabis: natalium inquam, potest fieri enim ut imprudens legem Corneliam incurram, dum tibi civem Romanum pro servo vendo: quin eme tamen, &c. quasi mancipium, quod poterit te foris, poterit et domi juvare. ἔγκλημα autem, sive *crimen* dixit, non *pœnam* legis, quia imprudenter vendens. *Pric.*

Legis Corneliæ] An de plagiariis? Quæ nusquam lecta. Certe lege Fabia de plagiariis tenentur, qui hominem liberum vendunt, emunt. Lib. I. D. de Lege Fabia de Plagiar. lib. XV. c. eod. lib. II. c. ubi de criminib. agi oport. Lucianus: Ὁ. κῆρυξ πῶς ἔφης; πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον; Ἐρ. ἔγωγε. Ἀγ. εἶτα οὐ δέδιας μή σοι δικάσηται ἀνδραποδισμοῦ, ἢ καὶ προκαλήσεταί σε εἰς Ἄρειον πάγον; Sed etiam forte caput hoc fuerit legis Corneliæ de Falsis. *Colv.* Lib. I. ff. Leg. Fab. de plagiar. *Elmenh.* Vide Ampl. Bynkersh. lib. III. Observ. J. C. 18. *Oud.*

Quin emis, &c.] Plautus Persa: 'Quin tu hanc emis?' *Pric.*

Bonum et frugi mancipium] Horatius, etiam ex mancipii persona: 'Sum bonus et frugi:' supra lib. V. 'Honesta hæc, et natalibus nostris, bonæque tuæ frugi congruentia?' et IV. 'Statui, &c. asinum me bonæ frugi Dominis exhibere.' *Idem.*

Quod te et foris et domi poterit juvare] Id est, qui foris circumgestanti tibi Deam cornu canens adambulare poterit, domi vero promiscui operis concubitus partiarios agere: ut infra de juvene corpulento his usibus inserviente loquitur. Ita tractat cinædum præco: ita falsum hoc dicterium capiendum. *Idem.*

Odiosus emptor aliud de alio non desinit quærere] Glossarium: 'Περιεργάζομαι, sciscitor, otiose ago:'. videtur *odiose* legendum: 'odiosi' dicebantur molesti percontatores: et 'odium,' intempestiva ac nimia interpellatio. Plautus: 'Enecas jam me odio.' Terent. Hecyra: 'Tundendo, atque odio effecit denique,' &c. Ibidem: 'Cum isthoc odio:' ubi Donatus: 'Instantia ac molestia.' *Idem.*

Percontatur anxie] Glossæ: 'Πολυπραγμονῶ, sciscitor, percontor.' *Idem.*

Vervecem, (inquit,) non asinum vides] Lib. VII. 'Emasculare, et quovis vervece mitiorem efficere.' Lactant. III. 26. 'Da mihi virum qui sit iracundus, effrænatus: paucissimis Dei verbis tam placidum quam ovem reddam.' Scriptor vitarum illustrium, de Fabio Maximo: 'Ovicula a clementia morum dictus:' de Eodem eadem Plutarchus. Cyprianus in de zelo et livore, de Christo loquens: 'Gregem suum oves vocat, ut innocentia Christiana ovibus exæquetur: agnos vocat, ut agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur.' Chrysostomus: Ἐὰν ἴδωμεν ἄνθρωπον ἥμερον, λέγομεν, πρόβατον ὁ ἄνθρωπος. Basilius ad illa Esaiæ 7. Θρέψει ἄνθρωπος δάμαλιν βοῶν, καὶ δύο πρόβατα. Ἀντὶ τοῦ, ἡμέρου, καὶ ἐπιεικοῦς, &c. ἤθους, πρόβατα τροπικῶς προσηγόρευσε. et post: Πρόβατα, οἱ χρηστότεροι τὰ ἤθη. Aristophanes Pace: Ὡς ἐσόμεθ' ἀλλήλοισιν ἀμνοὶ τοὺς τρόπους. ubi Scholia: Εὐήθεις, &c. ἢ πραεῖς καὶ μαλακοί. ex quibus (ut sæpicule) Suidas: Ἀμνοὶ τρόπους· ἀντὶ τοῦ, πραεῖς, εὐήθεις, ἁπλοῖ.

Theodoretus in de Providentia: Ταῖς ἁπλαῖς καὶ ἀκακοήθεσι ψυχαῖς ἐκ τῶν ἐπαινουμένων ζώων τὰς προσηγορίας τεθείκασιν. *Idem.*

Ad usum omnem quietum] Florus IV. 11. 'Habiles in omnia quæ usus poscebat:' sic, 'habilia ad ministerium mancipia,' in lib. XXXVII. ff. de ædilit. edicto. Cicero Nat. Deor. II. 'Ad usum aptus.' *Idem.*

Nec calcitronem quidem] *Calcitrosum* dat Regius; ut sæpius apud JCtos, aliosque. Sed vetustiores amarunt *calcitronem.* Quare nequaquam contra reliquos Codd. est novandum. Junctim etiam Gellio lib. IV. c. 2. 'equus mordax et calcitro.' *Calcetronem* Guelf. *Non* pro *nec* exaratur item in Reg. Pith. et D'Orv. Sed quomodo *nec* defendendum sit, vide ad lib. IV. p. 69. 'Nec perfringere quidem.' *Oud. Non mordacem, nec calcitronem*] Glossæ: 'Δηκτικὸς, mordosus.' Pollux, ubi de equi vitiis: Δάκνων, λακτίζων, &c. *Pric.*

Sed potius in asini corio modestum hominem habitare credas] Lege, ut in Oxoniensi et aliis, *Sed prorsus ut in asini, &c.* supra lib. VI. 'Quod si vere Jupiter mugivit in bove, potest in asino meo latere vel vultus hominis, vel facies Deorum.' *Idem. Modestum hominem*] Scholiastes vetus Horatii: 'Vulgo simplex modestus dicitur.' Glossæ: 'Modestus, ἐπιεικής.' *Idem.*

Prorsus ut in asini corio m. h. inhabitare credas] Ita Mss. omnes. Vulgo, *potius in a. c. m. h. habitare c.* Elmenh. *Prorsus* habent Mss. ceteri, quod prave Colvius mutavit cum iis, qui eum sequi solent in *potius.* Sed Palat. et D'Orvill. cum Edd. ante Colvium non habent *in:* quæ præpositio hic facile abesse potest, præsertim cum omnes Codd. et Edd. servent *inhabitare,* præter Lipsianum, Guelf. sec. et Colvium cum seqq. Malim tamen delere particulam *ut,* quam non agnoscunt Lipsian. Reg. Fux. D'Orvill. Solent enim scriptores, et in his Appuleius, illa 'credas,' 'putes,' 'scires,' et similia efferre sine τῷ *ut.* Elmenhorstio adsensum præbet ex Oxon. Pricæus: cui adde Guelf. utrumque, Pith. *Oud.*

Faciem t. m. ej. feminibus, facile percontaberis] In Pal. est *femoris,* in Flor. et Oxon. *femoribus.* Cave quid mutes. Vide Beroald. et Pricæum, Comm. ad Sueton. Tit. c. 4. et supra p. 156. 'Plagosa femina contegenti:' et lib. X. p. 228. Dein *inmiseris,* si in Ms. idoneo sit, nolim rursus mutari, quod post Stewechium in Bas. sec. et ceteras est receptum. Alioquin ex *emiseris,* quod in Mss. plerisque, ut Reg. Inc. Fux. Guelf. D'Orv. Pal. &c. et *emissis* in Pith. legas, facile depravari potuit ex *imiseris,* sive *commiseris.* Quo vehementer facit sequens verbum *periclitaberis;* ut bene Colvius e Lips. Cod. rescribi curavit, et Mss. O. habent pro eo, quod prius edebatur, *percontaberis,* et Stewechiana conjectura *perscrutaberis.* Vide me ad Cæsar. lib. II. B. G. cap. 8: 'Quid hostis virtute possit, periclitabatur.' Solin. c. 19. 'periclitari fidem voluit:' ubi in Mss. aliquot recentioribus *pernoscere.* Sed adi Salm. Eadem confusio lib. IX. p. 178. 'foribus patefactis plenius, an sim jam mansuetus, periclitantur.' pag. 179. 'plausus manus et aurium flexus, et quidvis aliud periclitantium, placide patiebar.' Dein D'Orv. Fux. etiam inserit *vides;* et Guelf. sec. Pal. Oxon. *videns,* Guelf. pr. *videntis,* quod e Glossa natum, unde aliis *videbis,* perperam e Lipsiano intrusit Colvius cum Vulc. Merc. Wow. cum non compareat in Mss. ceteris, nec Edd. prioribus. Vide et Pricæum. Mox Pith. *præmonstrat,* Fux. Guelf. pr. *demonstrat.* Oudendorp. *Si faciem tuam mediis ejus feminibus immiseris*] Est jocus παρὰ προσδοκίαν· debebat *manum tuam,* non *faciem.* Oxon. Palat. et alii *femoribus:* melius *femi-*

nibus: sic x. 'Titione inter media femina detruso:' et in Apologetico: 'Interfeminium tegat.' Columella (qui et belle Appuleium illustrat) VI. 2. 'Mox etiam convenit tota terga tractare, et respergere mero, quo familiariores bubulco fiant: ventri quoque et sub femina manum subjicere, ne ad ejusmodi tactum postmodum pavescant.' *Pric.*

Patientiam] Inepte profecto Elmenhorstius *patientiam* exponit 'partem asini virilem' in Indice, et Scriverius in Epistola ad Wower. inserta t. VI. Obs. Misc. p. 171. tentabat *parientiam*: cum certo certius sensus sit, 'quam patienter te hoc facientem laturus sit.' Debuisset saltem dici *parientiam* a parere sive obsequi. Eodem modo peccatur a nonnullis lib. XI. pag. 254. 'Nec inpatientia corrumpebatur obsequium meum.' *Oud.* *Facile periclitaberis, videns quam grandem tibi demonstret patientiam*] *Patientiam* heic Elmenhorstius capit pro *natura*, id est, membro salaci: ego simpliciter accipio: supra VII. idem asinus iste: 'Nimia' (pueri) 'insolentia expugnata patientia mea.' Pro *videns*, sunt qui *videbis* legunt: recte autem utrumque abest a Mss. et veteribus editionibus. 'Periclitaberis,' inquit, (id est, experieris,) 'quam grandem,' &c. sic IX. 'Patefactis foribus, an jam sim mansuefactus periclitantur.' Terentius Andr. III. 'facere periculum' dixit. *Pric.*

Lurconem tractabat] Flor. unus, *l. dictabat.* Elmenh. Perperam. Confer Pricæum. Nisi inde fingere placeat *ductabat* cum Heinsio ad Ovid. Ep. XXI. 182. sive dolis ludebat. Sed *lurconem* explicant helluosum, seu gulosum. Quo sensu certe hæc vox vulgo sumi solet. Verum non video, quo pacto hæc significatio huic Isiaco conveniat. Quare malim interpretari obscœnum, seu libidinosum, sive ὄμματα λιχνὰ habentem. Glossæ: 'lurcones, λεῖχνοι.' In Flor. Guelf. pr. et Pal. *lirconem*, Fux. *lyrchonem.* Edd. Vic. Juntinæ, Aldi *lucronem*, seu lucri cupidum et mendicum. At nusquam ea vox, quod sciam, occurrit. *Oud.* *Tractabat dicacule*] Sic supra V. 'ridicule tractare.' Lib. IX. 'ludicre tractare:' et infra hic, (si vera lectio) 'ridicule laudare.' *Dicacule*, irrisorie. Onomast. vetus: 'Dicaculus, σκωπτικός.' Scholiastes vetus Horatii: 'Dicaces sunt, qui risum movent maledicendo, qui habent joca mordacia:' hinc supra I. 'probrum dicacule dicere.' apta et *tractandi* vox illudenti. Terent. Heaut. II. 3. 'Hæc arte tractabat virum.' Apud Gellium libri VIII. cap. 14. lemmate: 'Ignominiatus tractusque:' et lemmate 18. libri VII. 'Quem in modum Phavorinus tractaverit intempestivum quendam de verborum ambiguitatibus quærentem.' Neutiquam Phavorinus *tractabat*, at *tractabatur*, ut interpellator intempestivus: quod ex serie totius capitis apparet, et præcipue his verbis ejus: 'Non tempestive hunc hominem accessimus:' corrigenda itaque vulgata lectio, et hoc modo formanda: 'Quem in modum Phavorinum tractaverit quidam' (aut si malueris *Grammaticus quidam*) 'intempestive de verborum ambiguitatibus quærentem.' *Pric.*

Cognito cavillatu] Gloss. 'Cavillatio, &c. εἰρωνεία.' *Idem.*

Sed ille, &c. similis indignanti] Hegesippus II. 2. 'At ille indignanti similis,' &c. Virgilius: 'Indignanti similem similemque minanti:' supra hic lib. VII. 'Dolenti atque indignanti similis.' II. 'Lixæ temulento similis:' et X. 'Tristes, et iratis similes.' Augustin. Confess. IX. 11. 'Quærenti similis.' Gellius VII. 17. 'Oscitans, et hallucinanti similis.' *Idem.*

At te (inquit) cadaver surdum et mutum, &c.] Lib. IX. 'At te nequissimum et perjurum caput,' &c. Cum jocis velitari iste non posset, se ad

diras convertit. Chremylus cum Paupertate disputans apud Aristophanem: 'Ἀλλά σέ γ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειε.' ubi Scholia: 'Ἐπιστομηθεὶς παρὰ τῆς Πενίας, &c. εἰς κατάρας τὸν λόγον ἔστρεψε.' In hæc Appuleii verba sic Beroaldus: 'Imprecatur ut ira Deorum obsurdescat, obmutescat, excæcetur:' non ita est: imprecatur cæcitatem tantum, cetera convicio prolata: sic supra 100. 'Etiamne tu busti cadaver?' ubi Claudianum vide: ita Cicero Pisonem 'cadaver et carnem putridam' vocavit: simile convicium κωφὸς καὶ τυφλὸς apud Arrianum IV. 8. in Epictetum. Bene autem *surdum ac mutum cadaver:* sic, cadaver κωφὸν καὶ ἄναυδον Moschio Syracusanus dixit. *Idem.*

Sanctus Sabadius] *Sancum* sæpe abiisse in *Sanctum*, certum est. Vide quos laudant Dempster. ad Rosinum p. 35. et Drakenb. ad Silium lib. VIII. 244. Sed ille non est Deus Isiacorum. Dein *Sabazius* ediderunt Vulcan. Ed. sec. Scriver. et Floridus. Ed. Elmenh. *Sabacius.* Ms. Oxon. Guelf. pr. *Sabarius*, D'Orv. *Sabaudius*, Cod. Inc. *Sabidius.* At nil est mutandum. Græcum ζ Latinis posterioribus sæpe per *d* effertur, et præsertim in hac voce, ut fuse docent Valesius ad Harpocrat. p. 329. et Salmas. ad Spartian. Hadr. c. 9. Non autem SABAZO, sed SABAZIO in Inscriptione superiore [vid. VV. LL.] aliisque dant alii, et Gruterus p. XXII. De nominis ratione vide et Periz. ad Ælian. lib. XII. V. H. c. 35. *Oud.* *Sabadius*] Al. *Sabazius:* de hoc alii pluscula. *Pric.* *Sanctus Sabadius*] Eundem haberi Solem atque Liberum accepimus, quem Sabadium nuncupantes magnifica religione in Thracia celebrant, ut Alexander scribit: eique Deo in colle ædes dicata est specie rotunda, cujus medium interpatet tectum. Rotunditas ædis monstrat hujusce sideris speciem, summoque tecto lumen admittitur, ut appareat Solem cuncta vertice summo lustrare lucis immissu, et quia eo universa patescunt. Igitur cum Dea Syria sit Luna, et cætera numina fœminea complectatur, merito illi jungitur Sabadius, qui est Sol et Liber pater, breviterque omnia masculina numina complectitur. Addamus hoc in loco et illud tanquam auctuarium, quod numina quædam Antiqui coluerunt utriusque sexus particulatione pollentia: quos Deos Arsenothelys appellant, quasi dicas masculos et fœminas: quo nomine quædam quoque animalia ab Aristotele nominantur, semet ineuntia. Sabadii Dei meminit M. Tullius in libris Legum, eumque ut peregrinum ejectum a civitate Atticorum tradit: etsi mendose *Sabeius* pro *Sabadius* scriptum legitur. In monumentis Græcorum, maximeque apud Suidam, comperio Sabazium dici Deum Dionysium, hoc est, Bacchum, ἀπὸ τοῦ σαβάζειν. ita enim barbari dicunt bacchari. *Beroald.*

Cum suo Adone Venus Domina] Servius ad Æneid. v. 'Singula Numina habent inferiores potestates, quasi ministras: ut Venus Adonim, Diana Virbium:' *Venus Domina* hic, ut v. ad eandem: 'Quid tale Domina deliquit filius tuus?' sic, δέσποινα Ἄρτεμις (ni fallor) apud Sophoclem. *Pric.*

Cæcum reddant] Flor. *reddunt*, forte pro *redduint*, ἀρχαϊκῶς, ut in inprecatione ac voto apud Comicos. Infra lib. IX. p. 191. in Ed. Junt. post. 'numina te pessumum pessume perduint.' Isis autem sui numinis aut cultus violatoribus credebatur cæcitatem inmittere, ut docet Ill. N. Heinsius ad Ovid. lib. I. ex P. 1. 55. 'privatus lumine.' Ac recte Pricæus hoc ultimum solum de inprecatione capit, non etiam præcedentia 'mutum et surdum delirumque,' ut putabat Beroaldus. Ista modo sunt convicia, quæ in eum jactat. *Oud.*

PAG. 171 *Scurrilibus, &c. velitaris jocis*] Ita Gellii VI. 11. 'Maledictis velitari:' apud Titinnium 'verbis ve-

' et Nostrum in Apologetico, mniis velitari.' V. Festum Pom- ı. *Pric.*

uento fero posse Deam committere] quo fero imponere,' l. xxxvii. Justinum: ubi frustra doctissi- vir τὸ *equo* pro glossemate ex- t. *Idem.*

turbatum repente divinum dejiciat crum] De idoli cultore xiii. 15. ntiæ Scriptor: ' In pariete po- illud, et confirmans ferro, ne cadat prospiciens illi.' Baruch. 6. de Diis fictitiis: 'Επ' ὤμοις ται, &c. αἰσχύνονται δὲ καὶ οἱ θε- ποντες αὐτὰ, διὰ τὸ μήποτε ἐπὶ τὴν έσῃ. Pro *turbatum*, *disturbatum* : sic lib. vii. ' Disturbato ges- e:' et ix. ' Mensas impetu meo, listurbo.' Onomasticon vetus: urbo, ἀποῤῥίπτω.' *Idem.*

nibus solutis] Flor. pro var. lect. *utis:* quod hinc tacite inculca- Elmenh. et ex eo Scriver. et dus. Simplex efficacius. Ovid. i. Art. 431. ' Funere sæpe viri æritur. Isse solutis Crinibus, tus non tenuisse decet.' Metam. iii. 284. ' crine soluto, Sicut magni genibus procumbere non edignata Jovis:' et alibi. Tibull. 3. ' Tu manes ne læde meos, sed solutis Crinibus, et teneris, ı, parce genis.' Et sic alii: ac tur *dis*. Oud.

Deæ meæ humi jacenti aliquem um quærere] De medico apud tum in Menæchm. ille: ' Tan- vix ab ægrotis venit: Ait se ob- e crus fractum Æsculapio, A- ıi autem brachium.' Philippus lexandrum filium apud Lucia- Dial. Mort. Ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, νον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; &c. et no- Deæ humi jacenti:' infra heic, ı vehiculo meo sublata, et humi sita:' et post de Eadem: ' Si- cri jacentis contemplatione.'

Cogitabam subito velut lymphaticus exilire, &c. sed prævenit cogitatum meum emptor anxius] Lib. iv. ' Cogitabam totum memet pronum abjicere, &c. sed tam bellum consilium meum præ- venit sors deterrima.' ' Emptor anxius' hic, est qui Horatio ' hians emptor:' quo spectat et ' calor lici- tantis' in lib. ix. ff. de public. et vectigal. *Idem.*

Ut me ferocitate cernens exasperatum, emptionem desineret] Apud Plautum ille in Menæchm. ' Ego me assimu- lem insanire ut illos a me absterream.' ' Ferocitate exasperatum,' ut supra hic de canibus: ' Præter genuinam ferocitatem tumultu suorum exaspe- rati.' *Idem.*

Pretio depenso statim] Glossæ: ' Pre- tium, τίμημα ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλό- μενον.' *Idem.*

Quod quidem gaudens Dominus, sci- licet tædio mei, facile suscepit] Psalm. 44. 13. ' Vendidisti populum tuum sine pretio:' ubi (apprime ad Appu- leii illustrationem) Diodorus: Πέπρα- κας ἡμᾶς, &c. τοῦ μηδενός· (id est, pre- tio vilissimo:) τοῦτο γὰρ λέγει, ἄνευ τι- μῆς· ὡς ἀχρήστους δούλους, καὶ οὐδενὸς ἀξίους. *Idem.*

Tumicla spartea] Mss. plerique ha- bent *tumida*, et Florent. unus pro Var. Lect. *tumida partea*, Pith. *tumidā partea*, Edd. Vic. et Junt. post. *tumi- da parte*, quod capiebat Beroaldus de turgida colli parte, qua asini alligan- tur præsepi. Sed et idem, quia in Mss. est *spartea*, interpretabatur *spar- team tumidam*, pro fune crasso. Ve- rum *spartea* numquam substantive su- mitur. Sic tamen reliqui editores us- que ad Colvium, qui cum Vulc. Wow. Pric. Flor. verissimam Scaligeri emendationem *tumicla* recepit, ut di- serte exstat in Ms. D'Orvilliano, et uno Florentino, pro tumicula sive to- micula, parva *tomica*, quod citra ne- cessitatem Lindenb. adscriptis Vitru- vii locis lib. vii. c. 3. et Rutgers. lib. iii. V. L. c. 9. conjecerunt, et minus

bene receperunt Elmenh. ac Scriver. 'Helcium sparteum,' 'tæniam sparteam,' 'copulam sparteam' ait, ut lib. IX. p. 184. 185. Nihil frequentius est in Mss. quam *cl.* corruptum esse in *d*, et vice versa. In Palat. *spartreæ*. Oud. *Tumicla spartea, &c.*] Ita Scaliger emendavit ad Festum verbo 'Tomioes.' *Pric.* *Tumida parte deligatum*] Eam partem in asino signat, quæ tumore turgida circa collum jumentorum propter vincula tractoria esse solet. Codex manuscriptus habet *tumida spartea:* quæ lectio purior est, et probior: ubi *spartea* ponitur pro helcio et vinculo ad trahendum accommodato, dicta a *sparto* ex quo conficitur. *Spartum* autem herba Hiberica est, sive juncus, quo sutiles naves suebantur: a cujus copia Carthago nova in Hispania *spartaria* cognominatur: hinc *sportæ*, quasi *sparteæ* dictæ: de *Sparto* plura Plin. in XIX. idem in XXIV. dubitat, an genista, quæ præstat usum vitilium, sit spartum. Græci ad funes sparto usi sunt, unde spartea pro fune et vinculo. *Tumida* autem dixit, a crassitudine funis et vinculi spartei. *Beroald.*

Novitium famulum] Glossæ: 'Novitius, νεώνητος.' *Pric.*

Tradidit Philebo] Traditio emptionem sequitur. *Idem.*

De primo limine proclamat] Ostenditur studium ejus eloquendi quod præstinaverat. Æneid. XI. 'Et mœstas alto fundunt de limine voces:' ubi Servius: 'Ad preces festinantium mulierum desiderium ostenditur:' supra hic lib. V. 'Jam inde a foribus boans:' simile hic infra, 'ab ingressu statim primo constrepere.' *Idem.*

Mercatus perduxi] *Mercato*, quod est in Edd. O. ante Colvium, sæpe in Mss. occurrit pro *nundinis, mercatu;* et ita G. Vossius alibi legere mavult ad Vellei. lib. I. c. 6. Videtur tamen potius esse mos vel lapsus librariorum plerumque, de quo consule Drakenb. ad Liv. lib. I. c. 15. § 30. Sic infra *rudito* e Ms. pro *ruditu*. Non male ergo *mercatu* legit Brantius. Nam ad publicum mercatum productus erat p. 169. Plaut. Asin. II. 3. 'Asinos vendidit mercatori mercatu.' At Mss. quoque Pal. D'Orv. Reg. Par. Inc. favent vulgatæ nunc lectioni *mercatus*. Sed in Oxon. Guelf. pr. *mercatum*. Scilicet Florentinæ ex Coll. Lindenbrogiana membranæ, nec non Pithœanæ servarunt nobis veram lectionem *mercata*. Nam ipse Philebus cinædus cinædos vocans *puellas*, se quoque sic consideret, necesse est; unde etiam apud Lucianum illi respondentes eum feminino quoque genere alloquuntur. T. II. p. 604. Τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον σαυτῇ πόθεν ἄγεις. Nec obstat, quod hic tamen masculino genere dicatur *solus;* quia ut ad *magistrum* loquuntur apud Nostrum, non apud Lucianum. Quid? quod et mox non *quæ, ratæ*, sed *qui* in D'Orv. et Inc. et *rati* in Fux. Pal. Pith. Guelf. D'Orv. Inc. et Edd. O. ante Colvium legatur: ut solent Auctores in descriptione Eunuchorum, et Cinædorum variare genus, quia tales nec viri nec feminæ. Adi Terent. Eun. II. 3. 65. &c. Catull. c. LXII. vs. 8. ubi vide Vulpium, et omnino Heins. ad Ovid. Ep. VI. 48. 'Quæque sub Idæo tympana colle movent.' Bouhier. ad Petron. Carm. de B. Civ. p. 105. Tutius tamen judico, *mercatus* vel *mercatu* retinere. Ceterum male Scriverii Ed. Amst. dedit *produxi*. Nam de publico mercatu, in quem productus erat, eum domum privatam jam detulit. Infra recte *perduxisse* eadem quoque exhibet. Utrumque junctim lib. IX. p. 183. 'productum me venui subjiciunt, et emtum pistor ad pistrinum perducit.' *Oud.*

Sed illæ puellæ chorus erat cinædorum] Lib. X. 'Sed isti Castores erant scænici pueri.' *Pric.*

Fracta, rauca, et effeminata voce] In Oxon. Fux. Pith., qui inserit *et*, et

D'Orv. ac Guelf. utroque etiam est *fracte*, vel *fractæ*, unde aliquando cogitavi, an hic legendum esset *fauce rauca et effem. voce*. Vide Pric. ad p. 169. 'præco diruptis faucibus et rauca voce saucius.' Ac sæpe *faucis* vox adhibetur in clamoribus. Vide Auctor. ad Herenn. lib. III. c. 14. Sueton. Aug. c. 84. 'infirmatis faucibus, præconis voce concionatus est.' Et passim. Adi Isidor. lib. XI. Orig. c. 1. Virgil. de Cerbero lib. VI. Æn. 417. 'latratu regna trifauci Personat:' et Silius lib. II. 551. 'formaque trifauci Personat:' ac Noster lib. VI. p. 121. 'tonantibus oblatrans faucibus.' Hinc emendandum Epigramma de Hecuba in Catal. Cl. Burmanni t. I. p. 110. 'invita fauce latravit anus.' Vulgo ineptissime, 'in vico saucia latrat:' 'rupta tremente Verba sono' de Pythia Lucan. V. 153. Vide omnino ad vs. 191. De 'tremula voce' senum et anuum vide Broukh. ad Tib. I. 5. (2. 91.) In Ed. Vulc. sec. est *facta rauca*. Verum recte *fracta* se habet: quæ adprime convenit castratis, et mollibus, feminisque. Xiphil. de Heliogab. p. 912. Ed. Hanov. Τούς τε παρόντας ἀθρῷ τε καὶ κεκλασμένῃ φωνῇ προσεταιριζόμενος. Suidas in Βωμολοχεύσατο. Claud. I. in Eutrop. vs. 261. 'verbisque sonat plorabile quiddam, Ultra nequitiem fractis:' ubi vide Barth. et Heins. nec non hic Pricæum, et Cannegiet. ad Aviani F. XVII. 13. 'Illa gemens, fractoque loqui sic murmure cœpit.' Huc facit et Martian. Cap. lib. IX. p. 302. 'Mars eminus conspicatus nuptias teneræ cum admirationis obtutu languidiore fractior voce laudavit, profundaque visus est traxisse suspiria.' Unde et suspicio mihi nata est, an non et hæ puellæ *fractæ* rauca et effeminata voce queant dici, juvantibus Mss. Verum insuper quæritur, quomodo 'fractam et effeminatam vocem' adpellare potuerit Auctor 'raucam.' Hinc doct. Cannegieterus ibid. pro glossa mala vocem delendam censet. Sed male, ut opinor. Quia iis vox erat effeminata et fracta, eamque tamen magno clamore et ululatu intollebant, fiebat eratque 'rauca,' ut supra præconis, et inde sequitur 'clamores absonos.' Virg. junxit lib. IV. G. 71. 'æris rauci canor, et fracti sonitus tubarum.' Atque omne murmur, vel sonus ingratus passim 'raucus' dicitur. Hinc de picarum sono Ovid. lib. V. Met. vs. ult. 'Raucaque garrulitas.' Immo et de tenui nec claro sono occurrit. Vide Burm. ad Æn. II. 546. 'rauco ære repulsam:' quem locum imitatus videtur Claudian. B. Gild. 433. 'raucosque repulsus Umbonum.' Vide et Virg. Æn. III. 515. 'fractas ad litora voces.' Dein haud inlepida est scriptura Cod. D'Orvilliani, *et exanimata voce:* intercepto scilicet præ nimio clamore, ultra quam vires paterentur, et garrulitate spiritu. *Oud.* *Quæ statim exultantes in gaudium, fracta, &c. et effœminata voce clamores, &c. intollunt*] In Hecyra Terentii: 'Postquam adspexere ancillæ advenisse, ilico omnes simul Lætæ exclamant,' &c. 'Voce fracta,' ut apud Gellium III. 5. 'infractam vocem:' apud Senecam Epist. XC. 'molles et infractos cantus:' et Xiphilinum in Heliogabalo φωνὴ κεκλασμένη. Bene autem 'fractam' vocem effœminatam vocat. Isidorus II. 12. de Offic. Ecclesiast. 'Vox lectoris simplex erit, &c. plena spiritu virili, &c. non fracta, nec tenera, nihilque fœmineum sonans.' Hesychius: Θηλυδριώδες· κατακεκλασμένον. *Pric.* *Exultantes in gaudium*] Servius ad Æneid. X. 'Exultare, est gaudere.' Minucius Octavio: 'Quanto, quamque impatienti gaudio exultaverim.' *Idem.*

Non cervam pro virgine, &c.] Porphyrius περὶ ἀποχ. β. Ἐθύετο (ante tempora Hadriani) καὶ ἐν Λαοδικείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν τῇ Ἀθηνᾷ κατ' ἔτος παρθένος, νῦν δὲ ἔλαφος. De Iphigenia (quæ

hic innuitur) est fabula pervulgatissima. *Idem.*

Magistrum] Utpote Μητραγύρτην et Archigallum. Vide Inscript. Gud. et Phil. a Turre de Mithra p. 273. &c. *Oud.*

Heus, aiunt, &c.] Oxon. *Heus civiter*, &c. sub quo fortasse latet quid, quod in transitu non eruo. *Pric.*

Exedas t. bellum s. pullulum] D'Orv. et Oxon. etiam cum utroque Guelf. *excedas.* Inepte. De variis *exedendi* et *exsugendi* sensibus adi omnino N. Heins. ad Ovid. l. xiv. Met. 208. Hemsterh. ad Lucian. t. i. p. 115. et quos laudat, Burm. in Misc. Obs. N. vii. p. 178. Quod male in *exusta* apud Vitruv. l. ii. c. 8. mutat Cl. Wesseling. lib. i. Obs. c. 18. Adi tu Varron. l. ii. de R. Rust. c. 4. et ipsum Vitruvium l. ii. p. 25. 'tophus exsugens.' L. i. c. 4. vi. c. 2. p. 108. 109. L. viii. præf. et c. 1. Compositum *exedi* restituendum etiam est Columellæ e Mss. Sangerm. et Medic. l. ii. c. 10. 'Ea ne curculionibus absumatur (nam etiam dum in siliqua, exestur) curandum erit.' Vulgo *estur.* Ceterum in Palat. *t. velum p.* Guelf. *vellum.* In D'Orv. Oxon. Guelf. pr. *pullum.* Oud. *Cave ne solus exedas, &c.*] Lib. iv. 'Ut equus meus tanta copia, et quidem solus potitus, Saliares se cœnasse cœnas crederet.' Juvenal. i. 'Pœna tamen præsens,' &c. ubi vetus Scholiastes: 'Quod solus voraverit quod multis sufficere potuisset.' Lucilius apud eundem Scholiasten Sat. ix. 'Gustavi crustula solus:' sic, πλακοῦντα αὐτὸς μόνος καταπίνειν, apud Arrianum i. 18. in Epictetum: et, τὰς θύρας ἐπικλεισαμένους, τρυφᾷν μόνους, apud Lucianum. Julianus in Epistolæ fragmento: Πάντας ἀπελάσομεν, ἵνα μόνοι τὰ κοινὰ δῶρα, &c. ἁρπάσωμεν. quibus adde ex Platone et Euripide jam statim adducenda. Ab ista gulæ voluptate ad inguinum hic translatio facta: sic ix. 'Solus ipse cum puero cubans, gratissima corruptarum nuptiarum vindicta perfruebatur:' et apud Petronium: 'Errantem' (puerum) 'sua veste circundedit, ac domum abduxit: credo ut tam magna fortuna solus uteretur.' Propert. 'Fruar, o solus, amore meo.' *Pric. Tam bellum scilicet pullulum*] Plautus Cas. 'Meus pullus, meus passer, mea columba,' &c. Festus Pompeius: 'Antiqui puerum, quem quis amabat, ejus pullum dicebant.' *Idem.*

Sed nobis quoque tuis palumbulis nonnunquam impertias] Euripides: Μετάδος φίλοισι σοῖσι σῆς εὐπραξίας, Καὶ μὴ μόνος τὸ χρηστὸν ἀπολαβὼν ἔχε. In Lyside Platonis: Τί; ὑμεῖς αὐτῷ μόνοι ἑστιᾶσθε; ἡμῖν τε οὐ μεταδίδοτε τῶν λόγων. Plenius in Appuleio legas, 'indidem nonnunquam impertias:' supra lib. iii. 'Et impertire nobis unctulum indidem.' *Idem.*

Ceraula] Locum hic habere nequit *Choraula*, [vid. VV. LL.] sive tibicen, tibia recta in sacris Græcorum ludis chorisque canens. Vide ad Sueton. Ner. c. 54. Harduin. ad Plin. l. xxxvii. c. 1. Homo enim hic non *tibia*, sed *cornu canebat*, ut bene advertit in margine Lindenbrogius, cui hæc debetur emendatio. Qualis cornicen semper aderat Isiacis, et Cybeles, Deæque Syriæ sacris. Quia tamen et turba tibicinum aderat, ut vel ex pag. seq. et Luciani αὐλητῆς ὅμιλος patet, videntur librarii inde *choraula* formasse. Sicuti et alibi pro *ceraula* irrepsit. Sed tibicines hi cornu canebant, seu tibia inflexa. Ovid. lib. i. ex P. i. 39. 'Ante Deum matrem cornu tibicen adunco Cum canit.' Adi Neapol. et Heins. ad Ovid. l. iv. t. 181. 'inflexo Berecynthia tibia cornu:' et l. vi. Fast. vs. 660. ac Salmas. Plin. Exerc. p. 87. ad Nostri locum de Deo Socratis p. 685. 'Cymbalistarum, et tympanistarum, et ceraularum.' Vulgo ibi quoque, *choraularum.* Item Colvium ad Flor.

N. 4. '*Monumentarii ceraulæ.*' Bene igitur cum Elmenhorstio sic ediderunt Scriverius et Floridus, et confirmant membranæ Pithœanæ. *Oud.*

Collatitia stipe de mensa paratus] Si Schikeradi sententia locum habere posset, dixisset potius Auctor *ad mensam*. Errasse Beroaldum quoque et Sopingium, patet vel ex solo illo Apol. loco, ubi vide Pricæum. p. 50. de *lapide*, qui Aristophani quoque τράπεζα dicitur, servi emebantur; ut ibidem docet Pricæus, cujus notam compilavit hic Floridus. Adde Brodæum l. VI. Misc. c. 5. *Idem.* *Collatitia stipe, &c.*] Ita non semel vel uno XIV. libro (imitatione Appuleii nostri) Ammianus Marcellinus. Appuleius ipse in Apologia: 'Collatis sextantibus.' *Pric.* *Collaticia stipe demensa*] Signat tibicinem redemptum esse pecunia, quam eleganter *Collaticiam* nominat, quia collata fuerat. Sed amphibolon est, utrum collata a choro cinædorum, an collata a popularibus religioni Deæ Syriæ mancipatis. Proditum est ab historicis, funus Agrippæ collatis sextantibus a populo Romano adornatum esse. Talis pecunia eleganter *Collaticia* dici potest. *Demensa* autem accipe pro numerata, soluta: una dictio est. M. Tull. 'Ut verba verbis quasi demensa et paria respondebant:' sic et *demensum* dicitur: quo nomine significatur cibarium servorum: nam servi quaternos modios frumenti accipiebant in mense, et id *demensium* dicebatur, sive *dimensum*. Utrum autem a mense, an a metiendo, incertum est. Quidam in duas dictiones distinguunt, ut sit *de mensa*, scilicet numulari: tanquam significet pecuniam de mensarii mensa esse persolutam, quam Græco vocabulo *trapezan* vocant: unde et *trapezitæ* dicti argentarii mensariique, dictione apud Plautum frequentissima. *Beroald.*

Circumgestantibus Deam cornu canens adambulabat] Ovidius in de Ponto: 'Ante Deum matrem tibicen adunco Cum canit,' &c. *Pric.*

Promiscuis operis partiarios agebat concubitus] *Promiscui* exaratur in D'Orv. Fux. Oxon. Guelf. pr. a m. sec. edideitque sic Scriverius. Nemo nescit, *opus* honesto vocabulo a Nostro aliisque vocari coitum. Vide Broukhus. ad Tibull. I. 10. 64. Hinc corrigendum putat Heinsius Cælium Aurelian. Ed. Lugd. in 8vo. p. 290. 'Ac deinde post effectum displicere sibimet facit corpus,' legens *opus*. Sed quæ est, quæso, hæc loquendi ratio 'concubitus operis,' pro 'opere concubitus.' Ad talem hypallagen confugere non necesse est. *Operas* sive actiones et scenica quasi officia, ad Veneream rem eleganter transtulerunt: ita ut nihil mutandum esse possis censere. Sed quia tot Mss. dant *promiscui*, ac Guelf. pr. *partiarius*, et Flor. *concubinus*, omnino arbitror, dedisse Appuleium, *promiscue operas partiarias agebat concubinus.* Consule Herald. ad Arnob. lib. IV. p. 147. 'Cujus fuerit conditionis Venus, cujus operæ, cujus quæstus:' et quæ notavi ad Suetonii Tiber. c. 43. 'Cubicula libris Elephantidis instruxit, ne cui in opera edenda exemplar imperatæ schemæ deesset.' Hinc patet, errare Cl. Heumannum, qui *opere* substituit in Minucio Felic. c. 9. 'si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti,' in Misc. Nov. Lips. v. VII. p. 255. Eleganter vero active sumitur *concubinus*, sive qui instar *patientis concubini* seu catamiti debebat obsequi turpissimæ illorum libidini, et suarum partium operas nunc huic, nunc illi promiscue et quasi in commune præbere. Confer omnino Curtium lib. X. c. 2. § 27. 'Bonis vero militibus cariturus sum, pellicum suarum concubinis:' ibique doctiss. Snakenburgii notam. Ad hunc locum nonnihil pertinet et locus Livii l. IV. c. 2. 'Promiscua connubia, ut ferarum prope ritu vul-

gentur concubitus.' De *partiario* adjectivo et adverbio vide ad l. IV. p. 84. l. IX. p. 196. Gron. Obs. l. IV. c. 16. Comm. ad Caton. R. R. c. 16. et c. 137. et Glossas. *Oud.*

Appositis largiter cibariis, &c.] Hesychius: 'Επιδαψιλευόμενος, &c. ἐπιχωρηγῶν πλουσίως. ita enim tenore uno, in vulgatis male divisa, legenda. *Pric.*

Et Dominis placeas] Symmachus: 'Ita me Dii Dominis probabilem præstent.' *Idem.*

Et meis defectis jam lateribus consulas] Spurcissimi et propudiosissimi laboris nimietate exhaustis. In Priapæis: 'Defecit latus, et periculosa Cum tussi miser exspuo salivam.' Martialis: 'Rumpis Basse latus, sed in comatis.' Juvenalis: 'Nec queritur quod Et lateri parcas, nec quantum jussit anheles.' Infra hic, in ejusdem infamiæ scæna: 'Rusticanum, industria laterum atque imi ventris bene præparatum.' *Idem.*

Hæc audiens, jam meas futuras novas cogitabam ærumnas] Apud Ciceronem ex vetere Tragœdia Tuscul. III. 'Futuras mecum commentabar miserias.' In Hecyra Terentiana: 'Lacrymo, quæ posthac futura 'st vita cum in mentem venit:' supra lib. VI. 'Quam' (sententiam) 'meis tam magnis auribus accipiens, quid aliud quam meum crastinum deflebam cadaver?' *Idem.*

Deformiter quisque formati] 'Οξύμωρον, quale IX. illud, 'Farinulento cinere sordide candidati.' *Idem.*

Faciem cœnoso figmento deliti et oculis cunctis] Quod Colvius et seqq. e Lipsiano invexerunt, exstat sane etiam in Palat. D'Orv. Reg. Fux. Pith. Oxon. sed in Bert. est *faciem deliti*, ut præbent omnes Edd. priores: quod videtur non debuisse mutari. Sed quia in Flor. est *faciem delitam*, et sequitur *oculis obunctis*, non *oculos obuncti*, conjeci fuisse olim: *faciem deliti, tum et oculis, &c.* Græcismus ille *faciem* plane respondet Appuleiano genio. Singulis enim fere paginis eo utitur Auctor: ut vel videre est in hoc ipso loco. Adi et ad l. II. p. 21. 'Obtutum in me conversa:' et alibi. Lib. IX. p. 185. 'frontes litterati' sive *frontem*, quod malim; 'et capillum semirasi' lib. XI. p. 245. in Mss. aliquot, *capillum derasi funditus, verticem prænitentes.* Sed ibi, uti hic, malo varietatis et εὐφωνίας gratia *vertice* cum aliis. Syntaxeos mutatio obfuit librariis, creberrima tamen: ac simili modo Ovid. l. X. Met. 103. 'Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus.' L. XI. p. 260. 'Ecqui vestigium similis:' ut legendum videbimus. p. 262. 'Non alienam personam reformatus.' Sic Mss. Vulgo, *in al.* Proxime hæc verba ait Ovid. l. IV. Met. 47. 'Oblita rictus.' Similis menda vulgares adhuc obsidet Editiones Juvenalis Sat. VI. vs. 490. 'Disponit crinem laceratis ipsa capillis Nuda humero Psecas infelix, nudisque mamillis.' Mss. magno numero cum Edd. priscis, *nuda humeros.* Verissime. Lucan. lib. VI. 256. 'nudum pectora Martem.' Claud. Cons. Prob. et Olyb. vs. 87. 'dextrum nuda latus.' Ovidio sæpius 'nuda genu,' 'pedem,' &c. aliisque, in quibus talia sexcenties, a novatoribus intrusa, rursus corrigere necesse habuerunt viri eruditiores, elegantioresque. Vide ad Virg. Æn. V. vs. 570. *Pigmento* autem tueri se facile potest loco Apologiæ p. 424. Ed. Flor. de tabula, 'quod luto fictum, aut pigmento illitum.' Vel sic tamen aliorum Codd. lectionem *figmento* præfero. Κατάπλασμα intelligit: atque ita jam legit Salmasius ad Tertull. Pall. p. 247. 'Cutem fingere.' Sic 'fingere corpus,' 'capillos, &c. unguento:' de quibus egi ad Lucan. l. X. 491. Adde Heins. ad Ovid. Am. l. I. 14. 2. ubi videtur Cl. Burmanno e memoria excidisse, *fingere* hoc sensu pro tinguere, unguere, pingere usurpari. Atque hinc est,

quod *fingere* sæpe ponatur pro fucare, obvelare, et mentiri simulatione. Vide ad Valer. Flacc. l. II. 241. 'Ficta' vel 'picta genas.' Inde etiam explicandus videtur ejusdem locus l. v. 532. ubi hærent interpretes: 'Et fingit placidis fera pectora dictis,' sive fucat, et sic tegit. Confer vs. 571. et l. VII. 32. *Oud.* *Oculis obunctis*] B. Ambrosius lib. I. de Virginib. 'Gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur.' *Colv.* *Facie cænoso pigmento delita*] D. Augustinus de hoc genus æruscatoribus: 'Facie dealbata, fluentibus membris, &c. per plateas vicosque Carthaginis, a populis unde turpiter viverent, exigebant.' *Pric.* *Et oculis obunctis*] Id est, palpebris. Vide ad Apologiam pag. 174. dicta. *Idem.*

Mitellis] Servius ad Æneid. IV. 'Quibus effeminatio crimini dabatur, etiam mitra iis adscribebatur.' In vetere Onomastico: 'Mitella, μιτρίον.' *Idem.*

Crocotis] Ms. *creciocotis*. Mulierum hæc etiam vestis. Ælianus Var. Histor. lib. VIII. Εἴγε καὶ Φωκίωνος γυνὴ τὸ Φωκίωνος ἱμάτιον ἐφόρει, καὶ οὐδὲν ἐδεῖτο οὐ κροκωτοῦ, οὐ ταραντινοῦ, οὐκ ἀναβολῆς, οὐκ ἐγκυκλίου, οὐ κεκρυφάλου, οὐ καλύπτρας, οὐ βαπτῶν χιτωνίσκων. Ideo bene ex veteri libro restituimus infra lib. XI. 'Et simiam pileo textili, crocotisque Phrygiis, catamiti pastoris specie.' Enumerans vestium genera feminearum senex apud Plautum Epidico. (II. 2. 47.) 'Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.' Et Aulularia earumdem concinnatores: 'Cum incedunt infectores crocotarii.' Plura exempla apud Nonium, cap. de Vestimentorum gener. *Colv.* Pal. *crocrocodis*. Flor. unus d. *crocrocodis*. Male. Vide Indicem. *Elmenh.* In Palat. est *crocorcotis*, Oxon. Guelf. pr. *crococotis*, Fux. *crocrocotis*, Pith. *crocrotis*, Guelf. sec. *crococortis*. Cur non deminutive, ut apud Plautum, *crocotulis*? ut *mitellis* pro *mitris*. Sic etiam Catal. Burm. t. I. p. 483. 'Nec dein movere lumbos in crocotula:' ut leg. censeo. De *crocotis* adi Salmas. ad Tertull. Pallium p. 291. &c. Spanhem. ad Callim. pag. 100. *Oud.* *Crocotis*] De his jam alii. *Pric.*

Bombycinis linteis] Pro *injectis*, quod est in Edd. Vett. O. dedit Bas. pr. *linteis*, hinc Bas. sec. retinuit *linteis injectis*, et ita istud nomen textui temere contra Mss. irrepsit, quod bene Colvius rejiciendum in notis monuit; sicuti et paruerunt ceteri. Recte. Vestimentorum enim genera solent adjective efferri, *vestis* aut simili voce subintellecta. Vide Plinium. Infra lib. XI. p. 240. 'Multicolor, bysso tenui pertexta.' Martialis lib. VIII. 68. 'Femineum lucet sic per bombycina corpus.' Male hic in D'Orv. *bombyciniis*. Dein *injecti*, quod restituit idem, omnino habent omnes Mss. unico Bert. excepto; pro quo male hic Merceri Ed. Paris. A. 1601. et Soping. in marg. exhibent *intecti*: quod sæpe quidem apud Nostrum occurrit; sed hic non adeo concinnum est. Vult enim Auctor, vestes iis dissolutas fuisse, et temere corpori injectas, nec certe cinctas, ut distinguat ab illis, quos dicit, 'quidam tunicas cingulo obligati:' sicut lib. XI. pag. 245. legendum: 'linteamine cinctum p. strictim intecti;' e Mss. Sed late illorum participiorum diversam vim adstruxi ad lib. II. p. 33. 'Aureis vestibus intecti:' ubi vide. *Oud.*

In modum lanciolarum] Cape χιτῶνας ῥαβδωτούς. Alii emendare conati: *in modum laciniarum*. Wower. Modius, *laciniarum*. Elmenh. Probante etiam Scioppio in Susp. L. IV. Ep. 8. At non in Symb. Mihi quidem vix intelligi posse videtur. His tunicæ cingulo subligatæ non poterant fluere instar laciniarum quoquo versus. Sed tunicæ ipsæ erant ῥαβδωτοὶ, et virgatæ, purpura quasi fluente

trabium instar seu parvarum lancearum purpurearum, ut bene explicant alii. De quo plura ad Florid. N. 9. 'Tunicam interviam triplici licio, purpura duplici.' In Oxon. Guelf. pr. est *laciolarum*. Oud. *Tunicas albas in modum lanciolarum, &c.*] Cyprian. 'Sacerdotes tunicis muliebribus iidem Interius ritum cultu exteriore fatentur.' *Virgatas* heic *tunicas* recte Beroaldus intellexit. Casaub. etiam ad marginem Appuleii sui *ῥαβδωτοὺς χιτῶνας* alliverat. *Pric.*

Pedes luteis induti calceis] Catullus (c. LX. 10.) 'lætus huc Huc veni, niveo gerens Luteum pede soccum.' *Colv.* Male Heraldus ad Mart. p. 227. legit *linteis*. Guelf. pr. *liceis pedis*. Oxon. *ind. calc.* Desunt in Par. et Guelf. pr. Malim vero *inducti*: nisi refragarentur hic omnes libri, præter Pithœanum tamen. Vide ad lib. II. pag. 89. 'palmeis baxeis inductum.' *Oud.*

Deamque serico contectam amiculo, &c.] Vide Baruchi VI. 12. *Pric.*

Attollentes i. gladios et secures, evantes exsiliunt] *Et* abest Guelf. pr. Oxon. qui etiam cum Reg. Fux. Pal. D'Orv. Guelf. sec. ostentant *levantes*; ita ut eorum auctoritate facile admitti posset: *Adtollentes i. gladios, et secures levantes*. Videntur tamen potius librarii non intellexisse *evantes*, seu *bacchantes*, ut alibi ait, et *euan evoe* clamantes, utpote colentes *Sabazium* quoque Bacchum: jam autem *σαβάζειν* dicitur pro *εὐάζειν*, nos docente id D. Heinsio ad Silium Ital. lib. I. 18. Sic Propertio lib. II. 2. 28. 'euantes chori:' ac Virgilio lib. VI. Æn. 517. 'euantis orgia circum Ducebat Phrygias.' ibique Serv. quos jam citarunt Beroald. et Pric. *Oud.* [Nihil notat Oudendorp. de voce *ac*, quam ipse habet cum omnibus Edd. quas manu tractamus.] *Euantes*] Servius ad Æneid. VI. 'Euantes, bacchantes: a Libero, qui Euan dicitur.' *Pric.*

Incitantes tibiæ cantu] Constant Mss. in lectione *incitante*. In nullo vidi prius Colvio editum *incitantes*. Sic 'tuba ciere et dare bellum' dicitur. Adi Dukerum ad Petronii cap. 122. vs. 134. 'Tuba Martem Sideribus tremefacta ciet,' in Comment. Flori Ed. pr. pag. 925. et sec. pag. 612. ac me ad Lucan. lib. IV. 186. 'Classica dent bellum.' Immo et lib. IX. pag. 179. 'Sibilo præsentiam suam denunciante.' *Oud.* *Lymphaticum tripudium*] Vide quæ vir optimus et rerum litterarumque veterum impense doctus Johannes Meursius de Orchestra pag. 25. notat. *Elmenh.* *Incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium*] Seneca Epist. CVIII. 'Quidam ad magnificas voces excitantur, alacres vultu et animo: nec aliter concitantur quam solent Phrygii tibicinis sono semiviri.' Juvenal. 'Cum tibia lumbos Incitat.' Phædrus de tibicine: 'Cujus flatibus Solebat incitari saltantis vigor.' Lucretius: 'Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.' Horatius: 'Pulso Thyas uti concita tympano.' Chrysostomus Homil. de tribus pueris: Τὰ λεγόμενα τῆς Μουσικῆς ὄργανα τοὺς ἄφρονας δεινῶς, &c. ἐξεβάκχευε. Jamblichus de commissatore juvene: Ἐξήπτητο καὶ ἀνεζωπυρεῖτο ὑπὸ τοῦ αὐλήματος. *Pric.*

Percursatis casulis] Bene *pererratis* contra Colvium, quem de more secuti sunt Vulcan. Merc. Wower. vindicavit etiam Pricæus. Nam ita dant et Mss. mei, eleganter. Virgil. Ecl. I. 62. 'pererratis amborum finibus:' et crebro. Immo Noster lib. III. init. ait, 'pererratis plateis omnibus.' Lib. IX. p. 179. 'Nec paucis casulis atque castellis oberratis, devertimus ad quempiam pagum urbis opulentæ quondam.' Ex quo loco certe e varia lectione, forsan et hic, in Codd. Oxon. et Par. inrepsit *castellis*. Quod præferebat Pricæus. Sed male. Sensus Auctoris est, ipsos, postquam per-

erraverant rusticos vicos, et pauperiores *casulas* (quo deminutivo sæpius utitur) pervenisse tandem ad *villam* possessoris opulenti. In Guelf. pr. a m. pr. erat *casibus casulis*. Oud. *Nec paucis percursatis casulis*] Melius Oxon. *castellis*. Ex eodem et aliis membranis *pererratis* lege. Virgil. 'Pererrato statues quæ denique Ponto:' ubi Servius: 'Hoc verbo ostendit erroris longinquitatem.' *Pric.*

Possessoris Britini] Miror, ineptam istam lectionem *Britini* contra Mss. Beroaldi, Roaldi, Colv. Elmenh. Pric. ubivis in contextu mansisse, præterquam in Edd. Junt. post. Scriv. et Floridi. Eam quidem Hermolaus explicare conatus est; quasi intelligeretur aliquis e *Britia*, Bithyniæ civitate. Sed cur talis nationis hominem memorasset Auctor, cum res agatur in Thessalia eique continuis regionibus? Adhæc tantum non omnes libri dant *beati*, et in his Reg. Fux. Guelf. D'Orv. Bert. vel *bti*, ut est in Pith. Oxon. et Palat. ex quo Gruterus formavit etiam ad suæ editionis marginem *beati*, sive divitis et opulenti; ut vocem illam sumi sexcenties, vel pueri sciunt. *Oud.* *Ad quandam villam possessoris Britini*] Puto rectius *beati*, quomodo in Fuxensi libro, et alio a Beroaldo laudato: compendium scripturæ illius habet et Oxon. Ms. *Pric.* *Possessoris Britini*] Nomen est proprium rustici opulenti fortassis a Brittia civitate Bithyniæ deductum, ut sentit Hermolaus, vir in nostra memoria doctissimus. Lucian. meminit Berisæ civitatis Macedoniæ, a qua *Beritinus* commode deduci posset. Codex vetustus manuscriptus habet *possessoris beati*, quod placet: ut exponas, eos venisse in villam beati, hoc est, opulenti et divitis possessoris. *Beroald.*

Cervices lubricis intorquentes motibus] Ulpianus l. I. de Ædil. ed. 'si servus inter fanaticos non semper caput jactaret.' Hoc etiam Bacchantium. Tacitus Annal. XI. 'Ipsa crine fluxo, thyrsum quatiens, juxtaque Silius edera vinctus, gerere cothurnos, jacere caput.' *Colv.*

In circulum rotantes] In Edd. Juntinis et Aldi expressum est *crinibusque*, forte pro antiquo accusativo *crinisque*. Dein *arculum* placebat quoque Sopingio ex Festo, ut quidem est in Guelf. sec. atque Elmenhorst. ait esse in duobus Florentinis, sed in Excerptis Lindenbrogii nihil tale inveni. De his arculis consule Reines. l. II. Var. Lect. p. 238. et Grævium ad Isidori Glossas. Recte tamen repudiarunt seqq. Editores. Non enim ex pendulis crinibus faciebant talem rotundum arculum, quem verisimilius Antiquarius quis posset intrudere Martiano Capellæ l. I. p. 19. 'Erat illi in circulum ducta fulgens corona.' Sed caput comasque in aërem κύκλῳ jactabant, sive rotabant, ut exempla evincunt a viris doctis prolata, quibus plura facillime addi possent. In Edd. autem Colvii et seqq. contra Mss. et Edd. Vett. minus concinne exhibetur, *rot. in circ.* Guelf. pr. *rorantes*. Oud. *Crinesque pendulos rotantes*] Statius: 'Quatit ille sacras in pectore pinus, Sanguineosque rotat crines.' Servius ad Æneid. X. 'Mater Deum dicta Cybele, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλήν: quod semper Galli motu capitis per furorem comam rotantes, ululatu futura pronunciabant.' Euripides πλοκάμους ῥίπτειν καὶ προσείειν dixit. Lucianus de Alexandro pseudomante: Σείων τὴν κόμην ἄνετον, ὥσπερ τῇ μητρὶ ἀγείροντές τε καὶ ἐνθεάζοντες, ἐδημηγόρει. Lucret. ubi supra: 'Terrificas capitum quatientes Numine cristas, Dictæos referunt Curetas:' adde quæ heic Colvius, et in Omissis. *Pric.*

Ad postremum] Flor. *ac postremum*, ut edidit Scriverius. Lib. II. p. 41: 'postremum injecta somni nebula.' L. IX. p. 177. 'Nec postremum saltem ipsis hominibus pepercisse.' L.

x. p. 215. 'sua postremum manu porrexerit puero.' Et aliis. Verum tum abundat hic copula *ac*. Quare nil mutandum censeo æque, ac Pricæus. L. IX. p. 189. 'Ad postremum tamen formidinem mortis vicit aurum.' Et sic *ad supremum* pro *tandem* videtur usus esse Quinctil. Decl. XII. c. 24. *Oud.* *Ad postremum, &c.*] Florent. *Ac postremum:* habemus quidem in Glossis, 'Τὸ τελευταῖον, denique, postremum,' &c. et apud Tacitum Ann. I. item adverbialiter, nil muto tamen: nam et infra lib. IX. 'ad postremum' dixit. Virgil. VI. 'Sic demum,' &c. ubi Servius: 'Ad postremum: h. e. novissime.' Juvenal. Sat. III. 'Ad summam,' &c. ubi Scholiastes: 'Ad postremum:' et Gellius XVI. 19. 'Cantus ad postrema.' *Pric.*

Ancipiti ferro] Id est, securibus iis de quibus supra locutus. Hesychius: Κρόπιον· ἀξίνη δίστομος. Virgilius XI. 'ferrum bipenne' dixit: ubi Servius 'bipennem,' 'securim' exposuit: et Æneid. VII. 'Ferro ancipiti decernunt.' Servius: 'Utrinque noxio: dicit autem aut gladios aut bipennes.' *Idem.*

Sua quisque brachia dissecant] In Oxon. est *disciunt*, in Par. *dissicuit*, et in solis Edd. Bas. *dissecat:* cum multo elegantior sit pluralis. Vide ad l. IV. p. 70. 'quisque decurrunt.' Tum *dissicant*, quod expressere Colv. Vulc. Merc. Wower. Elmenh. Pric. exaratur in Mss. tantum non omnibus, librariorum scilicet more, qui ubivis *dissicare* scripsere pro *dissecare;* ut 'quatinus,' 'protinus,' &c. et contra 'vendicare' pro 'vindicare.' Item 'dissicere' pro 'disjicere.' Quæ perperam placuere Colvio, aliisque. Adi Cl. Drakenb. ad Silium It. l. IX. vs. 538. pluribusque locis. Contra de Mundo pag. 735. 'dissectis nubibus fulminat cœlum,' in Mss. et Edd. multis *disjectis*. Oud. *Sua quisque brachia dissecant*] Statius ubi supra: 'Consumptaque brachia ferro Debilitant.' Lucianus de Corybantibus: Ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, ὁ δὲ, &c. Prudentius in Romani passione: 'Cultrum in lacertos exerit fanaticus, Sectisque matrem brachiis placat Deum.' Cyprianus: 'Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem.' I. Reg. 18. 28. de Baali sacerdotibus: 'Incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis.' Vide Senecam apud Augustinum de Civit. Dei VI. 10. Martialis: 'Alba minus sævis lacerantur brachia cultris, Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.' *Pric.*

Inter hæc unus, &c.] Aretæus de Affectionibus temporalibus: Τέμνονταί τινες τὰ μέλεα θεοῖς ἰδίοις ὡς ἀπαιτοῦσι χαριζόμενοι εὐσεβεῖ φαντασίῃ, καὶ ἔστι τῆς ὑπολήψεως ἡ μανίη μοῦνον, τὰ δὲ ἄλλα σωφρονέουσι. ἐγείρονται δὲ αὐλῷ καὶ θυμηδίῃ ἢ μέθῃ, ἢ τῶν παρεόντων προτροπῇ. ἔνθεος δὲ ἡ μανίη, κ' ἢν ἀπομήνωσι, εὔθυμοι, ἀκηδέες, ὡς τελεσθέντες τῷ θεῷ, ἄχροοι δὲ καὶ ἰσχνοὶ, καὶ ἐς μακρὸν ἀσθενέες πόνοις τῶν τρωμάτων. Ubi graphice depinguntur hi nostri sacerdotes, et eodem fere modo, quo a Lucio nostro. *Colv.*

Anhelitus crebros referens] Lib. XI. de sacerdote altero illo: 'Fatigatos anhelitus trahens.' Donatus ad IV. 4. Phorm. 'Hariolus quasi fariolus, a fatis, et fando: cum *f* pro *h*, et item *h* pro *f* in multis locutionibus ponatur: an quod imitatur aspirationem in exhalando: nam halitu solent excludere mortalem animam ut divinam recipiant.' Pollux I. 1. de oraculis et prophetis agens: Τὸ πνεῦμα δὲ εἴποις ἂν, καὶ, ἀτμὸν μαντικὸν, καὶ ἆσθμα δαιμόνιον. Dio Chrysostomus de Regno I. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐκ ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν λεγομένων ἐνθέων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἀσθμαίνουσα, καὶ περιδινοῦσα τὴν κεφαλὴν, &c. ἀλλὰ πάνυ ἐγκρατῶς, καὶ σωφρόνως. *Pric.*

Numinis divino spiritu repletus] Flor. *numini*. Male. *Elmenh.* Si Mss. hac in scriptura consentirent, nihil mendi

hic latere suspicatus fuissem. Nam ita et l. XI. init. 'divino numinis nutu:' ac sæpe 'deus' et 'divinus' cum voce *numine* conjunguntur: ut latius videbimus ad l. IX. p. 186. 'calcatis per omnia divinis numinibus.' Vide et l. VI. p. 119. Sed et Palat. Fux. Guelf. Oxon. et Edd. Juntinæ, Aldi, dant *numini*. Pith. *numeri*. Scilicet optime servarunt membranæ D'Orvillianæ *nimium*. Per 'divinum spiritum' satis intelligitur *numinis* sive *numinum*, quæ nominat p. 170. Ut vero *nimis* pro *valde*, et *nimius* pro *maximo* e solito Nostri, ejusque seculi et seqq. stylo passim occurrit, quod in Appuleianis commentariis sæpe videre est (Adi Ind. not.) sic *nimium* eodem sensu sumitur, ut l. h. p. 157. 'Thrasyllus nimium clamare, plangere.' Item l. III. p. 62. l. IV. p. 67. et sæpius. Plura vide ad Sueton. Gramm. c. 24. 'nimis pauca et exigua.' *Oud.* *Velut numinis divino spiritu repletus, simulabat, &c.*] Simulabat se θεόληπτον. Jul. Paulus recept. sentent. v. 21. 'Vaticinatores, qui se Deo plenos simulant,' &c. Isidorus Orig. VIII. 9. 'Divinitate se plenos simulant, et astutia quadam fraudulenta hominibus futura conjectant.' Noster in de Mundo: 'Velut Prophetæ quidam Deorum majestate effantur ceteris, quæ divino beneficio soli vident:' legendum videtur, *qui Deorum majestate pleni, effantur, &c.* et nescio an jam alibi hunc locum emendaverim. Apud Senecam Suasor. III. Ovidius: 'Feror huc et illuc, ut plena Deo.' Servius ad Æneid. VI. 'Nondum Deo plena, sed afflata divinitate Numinis.' Pollux ubi supra: θεοῦ πλήρης· et, θεοῦ πληρωθῆναι. Suidas: Κατεβακχεύοντο· τουτέστιν, ἐνεθουσίων, ἐπιπνοίας τινὸς πληρωθέντες. *Pric.*

Simulabat sauciam vecordiam prorsus. Quasi, &c.] P. Faber mallet, *s. sanctam vec.* Roald. Male. *Sauciam* est a Deo contacta. Vide omnino Lucan. l. v. 119. 'Stimulo fluctuque furoris Compages humana labat, pulsusque Deorum Concutiunt fragiles animas:' et vs. 186. 'Sic plena laborat Phemonoë Phœbo.' Et plura ibidem huc pertinentia. Immo sequentia 'quasi Deum præs.' &c. evincunt *sauciam* esse legendum. Nam perperam Barthius l. LI. Advers. c. 1. totam hanc sententiam a *quasi* usque ad *ægroti* inclusam, ut glossema humile, et plebeiæ futilitatis, proscribit, jungens cum vulgaribus Edd. *vecordiam prorsus. Specta.* Sed ex adlato Lucani loco patet, ni fallor, nihil esse ejiciendum. Immo jungenda sunt *prorsus quasi*, ut fit a Bourdelotio ad Heliod. p. 74. Edd. primis, Ber. aliisque, et Floridi. Nusquam enim Auctor per vocem *prorsus* claudit periodum, licet centies eam adhibeat: sed sensus suos etiam connectit per *prorsus quasi* alibi, ut l. IX. p. 188. 'cantharum clanculo furari, prorsus quasi possent tanti facinoris evadere periculum.' In Pith. *verecundiam p. qua D.* Oud. *Simulabat sauciam vecordiam*] Heliodorus VII. Ὡς τινα τῶν ἀγυρτῶν, ἢ καὶ ἄλλως ἐξεστηκότων παρήμοιβον. Lucianus de Alexandro pseudomante: Μεμηνέναι προσποιούμενος ἐνίοτε, καὶ ἀφροῦ ὑποπιμπλάμενος τὸ στόμα. *Pric.*

Quasi domini præsentia] *Domini* non est; nisi in Mss. Fux. Reg. Edd. Vic. Beroaldi, et Bas. ut solet ex contractione *dum* vel *dm̄*, sive *dn̄i*, Sed *deum* clare in Florent. D'Orv. Inc. aliisque, quod et e suis monuit Beroald. et ceteri editores secuti sunt. Eadem inepta depravatio τοῦ *Deum* in *domini* accidit supra, et infra crebro. Vide ad p. 165. 'Deum fidem:' et p. 176. 'Deum providentia.' L. IX. p. 182. 183. Non opus igitur est cum Pricæo reponere *divini*, et p. 175. 'divini reverens,' ac 'divini providentia,' citante ex Apologia, 'divini contumaciam,' sed quæ verba ego invenire nequivi. At in Florid. n. 15. Mss. et Edd. Vett. præbent, 'divini arcanum

antistitem,' pro *arcani*, vel *arcanorum*. Si quid mutandum hic esset, mallem *divum*: quo facit lectio Cod. Guelf. pr. *dnum*. Oud. *Quasi Deum præsentia soleant homines, &c.*] Χαριεντισμός· qualis apud Ciceronem ille Tuscul. III. 'In luctu capillum sibi vellere, quasi calvitio mœror levaretur.' Est in aliis hic. *Quasi Domini præsentia:* quis vero *Dominus* ille? nimirum neque *Deum*, nec *Domini*, sed *Divini* legendum: lectionem hanc compendiose exhibet Oxon. cod. in quo *Divini* exaratum: nec tantum in illo Ms. sed et in vetere Vicentina editione. pro voce minus cognita autem, notiorem obtruserunt nobis. 'Divinum, θεῖον.' et hinc in Apologia Noster, 'Divini contumaciam.' *Pric.* *Qua domini præsentia*] Quidam legunt, *quasi deum præsentia:* ut sit sensus, Præsentia Deorum et numine afflati homines debilitantur, et languore quasi quodam præditi ægrotant: et ita homines non sui dicentur, possessi numine, et spiritu dæmonis: alioqui homines non sui dicuntur, qui servi sunt: quales etiam dici possunt sacerdotes, qui se addixerunt religioni. *Beroald.*

Non sui fieri meliores] Fuit, cum locum hunc de mendo suspectum haberem ob ignorationem Græcismi, ἑαυτῶν βελτίους. Sic lib. IX. p. 204. 'Illum perempturus invadit avidus. Nec tamen sui molliorem provocaverat,' hoc est, se ignaviorem. Labor adeo, ut lib. III. 41. legendum putem: 'Statuas et imagines dignioribus, meique majoribus reservare suadeo.' Nam vulgata lectio *meisque majoribus*, nihil juvatur exemplis a Colvio allatis. Porro idem, quod hic mihi, viro docto usu venit in Tacito, apud quem sub initium lib. v. Hist. legimus: 'Atque ipse ut superior sui jam crederetur, decorum se promptumque in armis ostendebat.' Conatur istic mutare: *ipse ut super fortunam crederetur*. Sed non dubito, quin sic admonitus sententiam potius suam, quam Taciti verba dehinc mutaturus sit. *Sciopp. in Symb.* Jungunt quidam *non sui*, quasi non in sua potestate; vera quidem sententia, ut l. II. p. 29. 'mente viduas, necdum suus.' Sed tum necessario deest quid: unde N. Heinsio in mentem venerat inserere *non sui, haud fieri mel.* ad Ovid. l. XI. Metam. vs. 723. 'Hoc minus et minus est amens sua.' Verum idem rectius Græcismum esse statuit cum Isacio Pontano Anal. III. c. 17. et Scioppio, qui ante in Susp. l. IV. Ep. 8. *sui* ejicere voluerat. Sed adi omnino ad l. III. p. 51. 'meique majoribus:' et Comm. ad Taciti locum c. 1. Vitiose *moliores* in Ed. Vulc. sec. 'Sui meliores sunt, qui meliores facti sunt, quam ante fuerant, ut πλουσιώτεροι ἑαυτῶν Thucyd. l. I. c. 8. quem locum bene adlevit Burmannus. *Oud.*

Sed debiles effici] Sic impurus ille Mahomet cum morbo caduco laboraret, persuasit suis asseclis, se ex præsentia Angeli Gabrielis, cujus majestatem ferre non poterat, fieri ægrum, et ceu mortuum collabi: post visionem vero divinam ad sese iterum redire, nimirum ut ea, quæ vidisset et audivisset, in universi mundi utilitatem manifestaret. Joannes Cantacuzenus Orat. I. in Mahomedem fol. 75. *Elmenh.*

PAG. 173 *Quale providentia cœlesti meritum reportaverit*] Apud Suidam in Πυῤῥός· Ἡ δὲ δικαία Πρόνοια αὐτῆς δύναμιν ἐπεδείξατο. supra lib. III. 'Providentia Deum, quæ nihil impunitum nocentibus permittit:' 'meritum,' mercedem: nec aliter ad Phorm. II. 1. Donatus: 'mercedem' intellige, plagas a se impositas sibi: tale et v. illud de sororibus Psyches: 'Et perinde ut merebantur, ora lacerantes.' *Pric.*

Vaticinatione clamosa] Hinc intelligas, cur scripserit Plautus Truculento: 'Icit femur: num obsecro nam ariolus est, qui ipsus se verberat?' *Colv.*

Incessere] In Palat. Fux. Guelf. *incensere*, quod inepte protegit explicatque Brantius. Passim arguendi et corripiendi sensu occurrit *incessere*. Consule notata ad Sueton. Tib. c. 61. ad Lucan. l. v. 680. in Apol. p. 409. 'Incessere maledictis.' Nihil frequentius est, quam librariorum mos n ante s inculcantium, 'thensaurus,' 'semenstris,' 'quotiens,' et innumeris similibus. Vide ad Cæs. l. II. B. G. c. 6. 'portas succedunt.' Vulgo, *succendunt.* Oud.

Et insuper] Glossæ: 'Καὶ ἐπὶ τούτοις, insuper etiam.' *Pric.*

Pœnas n. f. ipse de suis manibus exposcere] Potest vulgaris lectio satis defendi, ut *de manibus* sumatur pro *per manus*. Male enim interpretatus est Floridus *a manibus*. Hoc enim significaret manus pœnam esse daturas. Non *ab illis*, sed *a sese* ipse suis manibus pœnas expoposcit. Sic abundaret quasi præpositio *de*. Adi omnino ad l. IV. p. 67. 'solatium de refectione tribues.' Immo sic plane Ovid. l. VI. Met. vs. 80. 'Percussamque sua simulat de cuspide terram.' Nihilominus multum præfero lectionem Codd. Lips. Oxon. utriusque Guelferbytani, ac D'Orvilliani, quam Pricæus e conjectura protulit, *ipse de se suis m.* quomodo fere 'de te petere,' aliaque in Nostro occurrunt. Vide ad l. VI. p. 120. 'petit de te.' *Oud.* *Pœnas noxii facinoris ipse de suis manibus exposcere*] Malebam, *de se suis m. e.* nec ignoro tamen hoc in Scripto τὸ *de* multoties abundare. *Pric.*

Quod semiviris illis proprium g. est] Plutarchus adversus Colotem fol. 1127. ἀλλ' οὐκ ἐλεύθερος οὗτος, ὦ Μητρόδωρ', ἐστὶν, ἀλλ' ἀνελεύθερος καὶ ἀνάγωγος καὶ οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσιν. In Flor. est *pium g.* Elmenh. Caret D'Orvill. τῷ *quod;* ut per parenthesin sequentia ponantur, haud ineleganter: et ut sæpius fit per Appuleium. Respice, quæso, ad l. I. p. 18. 'demonstro seniculum. In angulo sedebat.' Dein in eodem est *semiminimis*. In Reg. Fux. *semimaris*. Tum in Florent. sic *i—*

pum. Hoc lego *privum:* quod crebro abiit in *proprium*. Vide ad l. III. p. 47. 'privas inter nos amicitias.' Sed l. XI. p. 291. 'cerimoniis me prorsus propriis percolentes.' In Guelf. pr. *gestatum.* Oud.

Contortis tæniis lanosi velleris] In Mss. Lips. Pal. Reg. Fux. Pith. Guelf. D'Orv. Edd. Vic. Colv. Vulc. sec. Scriv. videas *tenis*, quasi a nominativo *tenus* vel *tenum*, sive vinculis et nodis. Atqui ita legi voluit Salmasius ad Tertulliani Pall. p. 165. (210.) 'quam philyræ tenis vixerat:' nisi potius hæc scriptura inputanda sit librariorum mori, pro *tæniis* scribentium *tenis*, ut aliorum *teniis*, *tenniis*. Id quod credere malo ob locum Virg. l. V. Æn. 262. 'evincti tempora tæniis:' ubi vide Serv. et Comment. ac Cercœtium sive Petavium in Salmas. p. 55. 'Tæniæ contortæ' sunt nodosæ fimbriæ, ex lanoso vellere: unde et 'fimbriatum flagrum' ait. *Idem.*

Multijugis talis ovium tessellatum] In Guelf. pr. *tali ovina*. sec. *tuli omnia*, in Palat. *tulionia*, D'Orv. Oxon. Par. *tali omnia*. *Ovium tali* dici possunt, ut δορκὸς vel δόρκαδος ἀστράγαλοι Græcis. De quibus vide Casaubon. ad Theoph. Charact. c. 5. Nescio tamen, cur ex *ovium* talis, magis quam aliorum pecorum hæc flagella fecerint Galli. Infra neutro genere Auctor dicit 'flagrum pecuinis ossibus catenatum:' ac Græcis simpliciter vocatur μάστιξ ἐξ ἀστραγάλων et ἀστραγαλωτή. Confer Reinesii Var. Lect. l. III. p. 426. Comment. ad Polluc. l. X. s. 54. Quid si ergo ipsam Mstorum lectionem retineamus, *omnia* sive *per omnia*, *omnino*, locutione cum op-

timis scriptoribus, tam Nostro frequentissima? Vide Solin. c. 59. in f. 'hirsuti omnia:' quod non mutandum. J. F. Gron. ad Senec. Consol. ad Marciam c. 25. 'Tramites omnia plani:' et J. Gron. ad Gell. l. II. c. 2. 'Omnia quæ pater imperat parendum.' Passer. ad Propert. l. I. El. 2. Plura dicam ad l. x. p. 220. 'possumus omnia quidem cetera fratres manere.' Dein in nullo Ms. est *tessellatum*, sed in Oxon. *testatatum*, in D'Orv. Inc. ut in ceteris et Ed. Vicent. *tesseratum*. Quod videtur esse verum. Si enim a *tessella* diminutiva voce fit *tessellatus*, cur non ab ejus primitiva *tessera* fit *tesseratus*, eodem sensu? *Idem.*

Sese multinodis commulcat ictibus] *Multis nodis* Pith. et Guelf. pr. Placebat nempe viro docto ad marg. Ed. Colv. et Pricæo, quod est in Mss. Fulv. et D'Orvill. *multimodis*. De quo plura notabimus ad l. x. p. 232. 'Ubi discursus reciproci multimodas ambages tubæ cantus explicuit:' ubi eadem confusio. Sed hic vulgatum magis probo. Multis nodis et vinculis contorta erant flagra: ut ea descripsit Auctor l. v. p. 99. 'Multinodis voluminibus serpens.' Martian. Cap. l. IV. in f. 'Et multinodos perpeti amfractus diu Hymen recuset.' Sic enim cum Grotio legendum, auctoritate vetustissimi Codicis Leidensis. Vulgo *perpetui*, quasi *multimodos* esset nomen substantivum. Sic etiam *nodi* sunt in ligno, sive *knobbels* vel *kwasten*: unde passim 'nodosi rami.' De 'mulcare' vide ad l. IV. p. 64. *Idem.*

Indidem sese multinodis commulcat ictibus] 'Nunc dextra ingeminans ictus, nunc parte sinistra.' Mecœnas ad Deam Cybelen apud Fortunatianum: 'Sonante tympano quate flexibile caput, Latus horreat flagello, comitum chorus ululet:' placet porro quod in uno Ms. *multimodis*. Pric.

Mire c. p. d. præsumtione munitus] Ms. *mie*. Lego, *mira*. Sic infra lib. x. (p. 217.) 'Sed, obfirmatus mira præsumtione, nullis verberibus ac ne ipso quidem succubuit igni.' *Colv.* *Mira* hinc ediderunt Vulc. Ed. sec. Elmenh. Scriv. Flor. et Pricæus in Notis; atque sic liquido exaratum est Florentiæ. Quare id retinui, licet ante vulgatum *mire*, quod in reliquis habetur Codd. satis defendi queat ex aliis Auctoris locis. Vide ad p. 170. 'mire repertum:' crebenque ille vocis *miras* et *mire* usus per Nostrum; et exemplum a Colvio prolatum unice infringit conjecturam Nic. Fabri, legentis, *commaculabat ictibus myrrhæ*, sive οἴνου ἐσμυρνισμένου, ad cruciatus et tormenta toleranda ministrati, de quo consulas et J. C. Wolfium ad Euang. Marci c. 15. 23. Vide et Ramirez de Prado Pentac. c. 9. Nusquam Auctor vocem præsumtionem adhibet nisi de persuasione et obfirmatione animi, ut alii multi: nec credo uspiam usurpari de 'antecapto usu.' In Pith. *dolori*. *Oud.*

Mira contra plagarum dolores præsumptione munitus] Plagas nobilitate plusquam Spartana concoquens. Infra lib. x. 'Obfirmatus mira præsumptione, nullis verberibus, &c. succubuit.' Utroque loco Nicol. Faber, vir magnæ eruditionis (lenocinante, sed falsa conjectura) malebat *myrrhæ*: videantur quæ περὶ οἴνου ἐσμυρνισμένου ad cruciatus et tormenta toleranda ministrati, et vir doctissimus ille, et in Annalibus Baronius: at longe a vero abest receptæ illa lectionis immutatio: atque hoc certum esse ex heic adductis exemplis liquidissime constabit: lib. III. 'mira celeritate' dixit: et ibidem, 'miro visendi studio:' lib. IX. 'miror impetu,' 'miro odio,' 'custodela mira,' et, 'mira sagacitate:' lib. x. 'mira desperatione:' et, 'miris artibus' l. XI. 'picturis miris:' et, 'miris simulacris:' fortasse et 'miram maciem' lib. I. quo tamen loco excusi legunt *miseram*. Pric.

Prosectu gladiorum] Sic supra pag. 156. 'prosectu dentium.' *Idem.*

Solum spurcitie sanguinis, &c. madescere] Homerus: Ἐρυθαίνετο αἵματι γαῖα. *Idem.*

Ut quorundam hominum, lactem] Post *hominum* subintelligendum est rursus *stomachus*, quam vocem bene interpretationi suæ inseruit Floridus. Sensus enim est, Lucium vereri, ne Deæ iratæ stomachus concupisceret asininum sanguinem, sicut quorumdam hominum, ægrotorum scilicet sive tabescentium, stomachus concupiscit lactem asininum. Vere sic locum explicuit et illustravit Castalio Dec. IV. Obs. c. 3. Male ergo Ms. quidam habet *bovum l.* teste Beroaldo, qui hujus loci sensum non percepit. Nec opus etiam est, cum Ferrario l. I. Elect. c. 16. *homines* sumere de gravidis feminis: unde conjecit scriptum fuisse *quarumdam*. Idem etiam ait, hic in nonnullis Mss. esse *lacte*, recte tamen faciens, quod non probet. Statim, 'et lactem, et caseos.' Vide supra ad p. 166. 'Haberetne venui lactem.' *Sic illa.* Fux. *ille.* Delet utramque vocem Castalio. *Oud.*

Sanguinem conspiceret asininum] *Conspiceret* retinent mordicus Mss. excepto Bertino, quod et Salm. oræ allevit. Quare cum Ber. Ald. Junt. post. Elmenhorst. ac seqq. *concupisceret* expressi, licet non alienus sim a Brantii conjectura *consitiret*; certe eam præfero divinationi Ferrarii *concuperet* vel *conciperet*: quæ verba frequenter sunt confusa, ut apud Juvenal. Sat. X. vs. 5. 'Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te Conatus non pœniteat, votique peracti?' Mss. Leidd. et alii magno numero perperam dant *concupis*. Quod jam olim de suis Britannicus et Merula monuerunt. Passim autem 'concipere' (sc. animo) 'nefas,' 'scelus,' 'spem,' et similia dicuntur, quæ peragere vel habere quis *concupiscat*. Cic. II. Catil. c. 4. 'Quid mali aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit?' Consule Cl. Burmann. ad Ovid. lib. VII. Met. 22. 'thalamos alieni concipis orbis:' ubi eadem varietas. Sed 'stomachus concipit sanguinem' pro 'concupiscit,' 'sitit,' Latine dici posse non puto. Ad hæc littera *s* in omnibus Mss. servata illi lectioni omnino obrogat. Inepte enim Castalio defendit vulgatum *conspiceret*, quasi facete transtulisset Auctor vivendi sensum ab oculis ad stomachum. *Idem.* *Sic illa sanguinem conspiceret asininum*] Volebam ad emendationem Beroaldi *concupisceret* excusum. *Pric.* *Sanguinem conspiceret asininum*] Lucianus: ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἑστὼς, μήποτε χρεία τῇ θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο: id est, 'Ego hæc cernens in primis timebam, ne asinino sanguine opus esset Deæ.' Hanc Luciani sententiam paulum devius noster Lucius invertit. Unde fit, ut ita corrigendum esse existimem, ut pro *conspiceret* legas *concupisceret*, et erit sensus: Ego existimavi, ne stomachus Deæ desideraret sanguinem asininum, sicut solet interdum lac humanum expeti. Dulcissimum est hominis lac, (ut inquit Plinius,) maximeque alit, mox caprinum. Quidam asininum bibendo liberati sunt podagra, chiragrave. Codex manuscriptus non habet *hominum lactem*, sed *boum lactem*: ut de lacte bubulo intelligas, quod medicatius est, et quo alvus maxime solvitur. *Lactem* autem dixit ex Veterum declinatione, apud quos *lactis* et *lacte* recto casu dicebatur. *Beroald.*

Pulsam carnificinam dedere] Purior lectio est, et sensus lucidior, si legas *pausam carnificinæ dedere*: signat enim, post pausam, id est, quietem et cessationem lacerationis et verberationis factam, pecunias collegisse a circumstantibus, quarum extorquendarum causa talia factitaverat. *Pausa* requies dicitur, et cessatio alicujus

rei. Dictio vulgaris et vernacula, qua et eruditi quoque usitati sunt. Lucilius: 'pausam facit ore loquendi.' Q. Claudius in annalibus: 'Pugnæ facta pausa est.' Lucretius: 'concurrere, nec dare pausam.' *Idem.*

Ubi tandem fatigati, &c. pausam carnificinæ dedere] 'Ut primum cessit furor hic, rabiesque quievit.' 'Pausam carnificinæ dare,' ut apud Lucretium: 'Concurrere, nec dare pausam.' et infra hic XI. 'sævis casibus pausam tribuere.' Dicitur et 'pausam facere.' Apud Varronem Ennius: 'Pausam fecere fremendi:' apud Gellium IX. 13. Quadrigarius: 'Pugnæ facta pausa est:' et infra heic lib. IX. 'pausam luctui facere.' *Pric.*

Stipes æreas] M. Varro lib. IV. de Lingua Latina: 'Diis cum thesaureis asses dant, stipem dicunt.' Tertullianus Apologetico: 'Certe, inquitis, templorum vectigalia quotidie decoquunt, stipes quotusquisque jam jactat? non enim sufficimus et hominibus et Diis vestris mendicantibus opem ferre: nec putamus aliis, quam petentibus impertiendum.' Propter has stipes Alcæus Epigr. Græcor. lib. I. Κειράμενος γονίμην τις ἀπὸ φλέβα μητρὸς ἀγύρτης. Plura, alia tamen, Lipsius ad Annal. XIV. C. Taciti. *Colv.* *Stipes æreas*] Ovidius: 'Ante Deum matrem cornu tibicen adunco Cum canit, exiguæ quis stipis æra neget?' *Pric.*

Imo vero et argenteas multis certatim offerentibus] Lucretius: 'Ære atque argento sternunt iter omne viarum, Largifica stipe ditantes.' *Certatim*, ut apud Plautum Milite: 'Inter se certant donis, Ille miserrimum se retur minimum qui misit mihi:' et Petronium: 'Suas opes summo certamine in Eumolpum congesserunt:' supra heic lib. IV. 'Amicorum donationibus variis certatim oblatas.' Suetonius 'certatim ingerere' in Nerone dixit. Onomast. vetus: 'Certatim, φιλοτίμως.' *Idem.*

Vini cadum et lactem et caseos] Adeo placuit iste pluralis [vid. VV. LL.] Scriverio, ut in contextum receperit; intelligitque Sciopp. *agninas*, sive tenera agnorum intestina. Prave omnino. Nusquam enim *lactes* simpliciter de *agninis* sumuntur, sed de quibusvis intestinis. Vide Nonium. Ridicule etiam inter *vinum, caseos, far, &c.* harum deliciarum mentionem inseruisset. Memorat Auctor omnia, quæ corradebant ad vitam sustentandam. Unde loco *ficuum*, quas refert Lucianus, nominavit *lac*, quod omisit ille. *Lactem* autem in Accusativo aliquoties occurrere, vidimus supra, et paullo ante monitum. *Lacte* rursus alii. In Oxon. est *caseum:* unde, si quid foret mutandum, mallem, *et vini cadum et lactis et caseum* vel *casei:* atque in Luciano t. II. p. 601. ἰσχάδας, καὶ οἴνου καὶ τυροῦ κάδον. Vulgo erat οἶνον; at nunc ex interpolatione Solani, καὶ τυρὸν καὶ οἴνου κάδον, me non probante. Sed hic a reliquis Mss. stabimus tutius. *Oud.* *Vini cadum*] Lib. II. 'Et vini cadum in ætate pretiosi.' *Pric.* *Et lactem, et caseos, et farris et siliginis aliquid, &c.*] Tzetzes ex persona unius ex collegio simili: Τίς οὐκ ἀπαρχὰς ὀσπρίων τε καὶ σύκων Ἀγνῷ φέρειν δίδωσι τυμπάνῳ Ῥείης; Et hoc μητραγυρτεῖν· id est, (Eustathio exponente) τὸ μετὰ τυμπάνων, &c. περιϊέναι, καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ τροφὰς ἀγείρειν. Firmicus VI. 31. 'Futura prædicunt, ut sic illis quotidianæ vitæ alimenta quærantur.' *Idem.*

Deæ gerulo] Mihi asino: περὶ ὄνου εἴδωλον βαστάζοντος est lemma in Græcorum veteribus fabellis. *Idem.*

Avidis animis corradentes omnia] Lucilius: 'Omnia viscatis manibus legit, omnia sumit.' *Idem.*

In sacculos farcientes] Præpositionem *in* ignorat Ms. *Colv.* *In* nec comparet in D'Orvill. nec Fuxensi: ac rectius, ut equidem opinor. Id enim, quod implemus, *farcimus*, non illud, quod ingerimus. Haud 'farci-

r in saccos,' sed 'farre saccos.' arto theatro' in Flor. N. 16. le Colv. *Sacculo* Ed. Vicent. et pr. ac *præparato* a m. sec.

Sarcinæ pondere gravatus] Male *inæ* delet Palat. cod. Supra ı. 'Nec, &c. immodico sarcinæ re contentus.' *Pric.*

ntes] In vetere Onomast. 'Paφέρομαι.' affini satis argumen. 19. 13. περιέρχεσθαι. *Idem.*

diales instruunt dapes] Infra lib. Dapem nefariam instruit.' *Idem.*

todam colono, ficta vaticinationis io, pinguissimum deposcunt arie- It Dea vel inescata proventum rem promitteret, vel propitiata undorumque pestilentias aver- Juvenalis Sat. vi. de hujus rrone: 'Grande sonat, metuibet Septembris et Austri Ad-a, nisi se centum lustraverit t xerampelinas veteres donasi.' Bene et 'mendacio vatimis.' Phavorinus de hoc genus nibus: 'Cibum, quæstumque udaciis captantes.' Et, 'quæ mere aut astute vera dicunt, æteris quæ mentiuntur, pars fit millesima:' apud Gellium v. cap. 1. *Idem.*

Deam, &c. esurientem suo satiaret io] Nil mirum Deam esurire uæ et medico indigere potuit.

. 174 *Probeque disposita cœnula*] *ita* proprie: vide supra pag. tata. *Idem.*

stria laterum atque imis ventris p.] Flor. unus, *imi.* Elmenh. tavit etiam Heins. et edidere ac Floridus, ut τῇ *industria* jungatur. Ut 'industria in-' in Schol. Juvenalis S. ix. 136. Pric. 'industria virium' Septi-. ii. de B. Tr. c. 2. 'Imus venc Justino lib. xxxviii. 1. 'Cuimum ventrem pertractanti veret, ne aliud telum inveniam quæreret.' Perperam vero Clar. Wasse ad Sallustii Catil. c. I. p. 4. conjecit *hiris*, putans *hiras* esse infimas partes, cum sint intestina et eorum anfractus, sive *ima ilia*, ut loquar cum Ovid. lib. xii. Met. 440. Vide Comm. ad Fest. et Arnob. lib. vii. p. 230. Ill. Bouhier. ad Petron. de B. Civ. vs. 45. Et sic e Mss. legendum de Dogm. Plat. p. 589. Ed. Flor. 'hirisque intestinorum:' et forsan Plin. lib. xi. c. 37. § 69. 'de crescentibus hiris.' Mss. *renis.* Vulgo, *crenis.* Oud. *Industria laterum, atque imi ventris bene præparatum*] Vox *præparatus* accedit ad formam Græcam. Philostratus v. 12. de athleta: Εὐψυχίᾳ καὶ μήκει κατεσκευασμένος. *Pric.*

Ante ipsam mensam] Rem sacram habitam Veteribus, eoque detestabilior fœditas. Ovidius: 'Ante ipsam, qua mors foret invidiosior, aram.' *Idem.*

Ad illicitæ libidinis, &c.] Lib. vii. 'Illicitas atque incognitas tentat libidines.' *Idem.*

Nudatum supinatumque juvenem, &c.] Catullus, simili spurcitia: 'O Memmi, bene me ac diu supinum, Tota ista trabe lentus irrumasti.' *Idem.*

Exsecrandis uredinibus flagitabant] Primo loco Mss. omnes cum Edd. primis, Junt. pr. Bas. dant *virginibus* vel *urginibus*, Reg. *infandinis virginibus.* Unde perperam Beroald. Ald. Colv. Vulc. Merc. Wow. Elm. Pric. fecere *inguinibus.* Non magis hic locum habent *inguina*, quam *virgines.* Verissima est lectio *uriginibus*, quam idem Beroald. Mod. et Colv. proposuerunt, et inveni jam in Ed. Junt. post. ac bene Scriverius et Floridus expressere. Vide ad lib. i. p. 6. 'cœnæ me gratuitæ, ac mox urigine percita, cubito suo adplicat.' Verum tunc nequaquam rectum videtur *uredinibus.* Hoc enim unum idemque est ut monuit Roaldus, et hinc illæ voces in Mss. quoque variantur l. dicto: atque hic ita a Pricæo confunduntur, ut quid velit, nescias. *Virginibus* hic

etiam ostentant Flor. pr. D'Orv. Pith. Guelf. Oxon. Pal. Sed *oribus* unice legendum esse, vere monuit Salmasius ad Tertull. Pallium p. 510. et sano judicio recepit Scriverius. 'Irrumationem' intelligit, quam illi pathici cinædi, 'omni parte corporis atque ore polluti,' ut de Commodo ait Lampridius c. 5. experiri ab isto *supinato* juvene volebant. Vide Priapeia, Catull. Mart. et Falst. Supplem. Ling. Lat. Minuc. Fel. c. 28. 'qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhærescunt.' Ceterum in D'Orvill. vitiose *efferuntur*. Adi ad lib. vi. p. 117. 'rabie efferari.' *Oud.* *Execrandis inguinibus postulabant*] Cato apud Festum: 'Intercutibus stupris flagitatus:' habebant Mss. *virginibus:* lege cum Beroaldo, et antiqua Vicentina, *uredinibus:* aut cum Colvio, *uriginibus:* supra hic lib. I. 'Urigine percita:' et unde scimus (quanquam nil moveo) an vox illa Juvenali restituenda? In editis est, 'Prurigo moræ impatiens:' qui scimus (inquam) an *urigo* scribendum? *Pric.* *Infandis virginibus*] Corrige *inguinibus*, sive *uredinibus*. Dictio illa *virginibus* hoc in loco cassa, futilis, et nugatoria est, nihilque ad intellectum Appuleium pertinens. Quadrat autem, sive, *inguinibus* quod placet, legas, sive *uredinibus:* ut statim subjungit: dicuntur autem *uredines* ardores, pruritus, incentiva libidinum: ab urendo deductum nomen. Lucianus *ἔπασχον ἐκ τοῦ κωμήτου ὅσα συνήθη καὶ φίλα τοιούτοις ἀνοσίοις κιναίδοις ἦν*: id est, 'passi sunt muliebria, quæ talibus impuris cinædis jucunda sunt.' *Beroald.*

Nec diu tale facinus oculis meis tolerantibus, &c.] Tale illud IX. 'At mihi penitus præcordia rumpebantur, præcedens facinus, et præsentem deterrimæ fœminæ constantiam cogitanti.' De motu animi ad aspectum rerum indignarum oboriente, videantur quæ ad Act. 17. 16. commentati sumus. *Pric.*

Porro quirites perclamare] Legendum semper judico, *Pro Q.* Soping. Atque ita expressit Colineus; sed male, ut clarissime liquet ex versu Priap. c. 25. 'Porro (nam quis erit modus) Quirites:' ubi vide quos laudat Sciopp. et hic Pric. atque omnino Th. Canterum lib. I. Var. Lect. c. 3. *Porro* abest etiam ab Edd. Juntinis. Secutus autem Wower. Elmenh. Scriv. Pric. Edd. exhibui *proclamare* auctoritate Mss. Bert. Oxon. D'Orvill. ut passim apud Nostrum. Vide Indicem. Negligenter Floridus dedit *exclamare*, dum in ceteris est *perclamare*. Apud Brisson. in Form. p. 718. Ed. Mogunt. editur *perclare*. Oud. *Porro quirites*] Lego *proh quirites*, ut sit vox exclamantis *Quirites:* sicut dicitur 'Proh Jupiter:' vel potius emenda, *o Quirites:* subsequitur enim auditum esse *O* tantum. Lucianus inquit: *ἀναβοῆσαι ὦ Ζεῦ σχέτλιε ἠθέλησα*: id est, 'Exclamare volui, o Jupiter infeste.' *Pric.* *Porro Quirites, proclamare gestivi*] Juvenalis: 'Non possum ferre Quirites.' Scholiastes: 'Exclamatio, porro quirites.' Vide Formulas Brissonii. *Pric.*

Processit O] Mss. et Edd. pleræque dant *præcessit:* quæ, si vera foret lectio, supra omnino legendum foret: *O Quir.* Sed bene Florent. Codd. *proc.* servarunt, ut e conjectura edidit Vulcan. Ed. sec. item Elmenh. Scriv. Flor. Sic fere lib. II. p. 156. 'Solæ lacrimæ procedere noluerunt.' Eadem confusio lib. v. p. 93. 'sermonis procedentis labe.' Pro *o* in Palat. et Guelf. sec. est *si*. Oud. *O, &c. clarum et validum*] *Ὦ σύντονον* Diogeni Laërtio: qui ad hunc modum de Xenocrate: *Χαλκῇ προσπταίσας λεκάνῃ ποτὲ, καὶ τὸ μέτωπον Πλήξας, ἴαχεν Ὦ σύντονον, εἶτ' ἔθανεν.* *Pric.*

Et asino proprium] Cur ita? an quod hoc animal ceteris magis fusti assuetum? *Idem.*

Inprovisi conferto gradu se penetrant] Pal. Oxon. Lips. Guelf. sec. *inprovisu.*

Tum *conferto* Guelf. *conserto* Edd. Scriv. male. Vide ad p. 164. Dein D'Orvill. *se petunt*, pessime. Gell. lib. v. c. 14. 'In eam me penetro et recondo.' Lib. XIII. c. 10. 'In Grammaticam se penetraverat.' Boëth. lib. II. de Cons. Phil. pr. 8. 'Quæ in profundum sese penetrent.' Infra de Dogm. Plat. lib. I. p. 589. 'poculente sese penetrarent.' Plura de hac locutione vide in Sanct. Min. lib. III. c. 3. ibique Periz. *Oud.*

Palamque, &c.] Ἐπ' αὐτοφώρῳ. *Pric.*

Jam jamque vicinos u. percientes] Cum vitiose in aliquot Mss. et Edd. primis editum esset *pertientes*, Beroaldus et reliqui id male ceperunt pro *partientes*, seu communicantes. Nihil verius est lectione *percientes*, quam firmant etiam Regius, Fux. Guelf. sec. et D'Orv. sive magno sono vehementer cientes, ac convocantes. Atque ita Plautus et Lucret. et sæpe Noster 'percitus.' *Oud.* *Jam jamque vicinos undique percientes*] Est quod IV. (ubi de suppetiis ferundis,) 'Vicinos corrogare,' (ita enim, non *rogare*, legendum monui :) 'et unumquemque ciere :' et VII. 'viciniam convocare :' nam *per* hoc loco vim adaugentem habet, quod non cogitantes Critici nostri, quantum frustra laboris exhauserunt! *Pric.*

Scenam patefaciunt : insuper ridicule, &c.] Vir doctus acute corrigere tentat : *sc. patefaciunt visu perridiculo.* Nolim tamen vulgatum damnare ; *ridicule laudantes* junguntur bene. Vide Pricæum. 'Ludicre tractare' lib. IX. p. 181. Al. *ridiculose.* Adi ad Gell. lib. VI. 13. In Palat. Guelf. utroque deest *scenam.* Pith. *cenam.* Oud. *Turpissimam scænam patefaciunt*] Lib. X. 'Vocatoque uno et altero, ac deinde pluribus conservis, demonstrant infandam hebetis jumenti gulam.' *Pric.* *Turpiss. scænam patefaciunt*] Lib. IX. 'Scænam propudiosæ mulieris patefacit :' et X. 'Incontanter ei libidinis nostræ totam scænam detegit.' *Idem.*

Ridicule, &c. laudantes, &c.] Sic supra v. 'ridicule tractare :' ubi dicta pag. 109. vide. *Idem.*

Hac infamia consternati] Cyprianus de istorum mendicabulorum Dea : 'Cujus cultores infamia turpis inurit.' *Idem.* *Hac infamia consternati, quæ per ora populi facile dilapsa, merito invisos ac detestabiles eos cunctis effecerat, &c. collectis omnibus, furtim castello facessunt*] Catullus : 'Cur non exilium, malasque in oras Itis? quandoquidem patris rapinæ Notæ sunt populo.' Apud Terentium IV. 2. Hecyræ : 'Hic video me invisum, &c. tempus est concedere.' Attius in Diomede : 'Ego me Argos referam, nam hic sum nobilis.' *Per ora populi* hic, ut I. 'Passim per ora populi :' et v. 'Per cunctorum ora populorum. Invisos ac detestabiles :' ut VII. 18. apud Gellium : 'Usque adeo intestabiles invisosque fuisse,' &c. 'Collectis omnibus :' ut I. 'sarcinulis collectis.' *Idem.*

A. jubaris ortum] Vulg. *exortum.* Colv. Ex hoc tempore ubique legas *ortum :* sed antiquam lectionem et compositum servant Florent. D'Orv. Pith. Fux. et Oxon. (e Guelf. nil notatum) ut loquuntur optimi quique. Vide ad Suet. Aug. c. 5. Vesp. c. 5. Vel etiam in plurali. Solin. cap. 25. 'Solis exortus venerantur.' Sic Mss. 5. optimi. Et ipse Auctor lib. I. p. 13. 'Jam jubaris exortu cuncta collustrantur.' Quare istud restitui. *Oud.* *Bonaque itineris parte ante jubaris ortum transacta*] Lib. I. 'Aliquantulum processeramus, et jam jubaris exortu cuncta collustrantur.' *Pric.*

PAG. 175 *Flagro illo pecuinis ossibus cathenato*] Hesychius : Κερκυραία μάστιξ. περιττήν τινα τὴν κατασκευὴν εἶχον αἱ Κερκυραῖαι μάστιγες. οἱ δὲ καὶ διπλᾶς αὐτὰς ἔφασαν εἶναι. εἶχον δὲ ἐλεφαντίνους κώπας, καὶ τὰ μεγέθη περιτταὶ ἦσαν. ὑπερηφάνους δὲ εὐπραγοῦντας τοὺς Κερκυραίους φησὶν Ἀριστοτέλης ποιεῖσθαι, ἢ γίνεσθαι. *Elmenh.* Hoc nihil ad Nos-

tri flagrum 'talis omnia tesseratum' p. 173. ubi vide. *Oud.*

Ad extremam confecerant mortem] Ante ubique, *ad extremas conf. mortes.* Colv. Si excipias Pithœanum, consentiunt Mss. O. et Ed. Junt. post. in sing. numero, ut ediderunt ceteri, post Colvium. Vide ad lib. VII. pag. 188. 'pæne ad ultimam mortem excarnificatum.' In plurali *mortes* summa potius pericula vel varia mortis genera significant, nisi de pluribus sumantur. Vide Serv. ad Æn. x. 854. Zinzerl. Prom. Crit. c. 47. Voss. de Anal. lib. I. p. 178. Burm. ad Ovid. lib. XI. Met. 538. In D'Orv. *conserant*, Ald. Ed. *confecerat*. Oud. *Verberantes, pene ad extremam confecerant mortem*] Gellius XVII. 1. 'Verberando necatus est.' Gracchus apud Eundem x. 3. 'Usque adeo verberari jussit, dum animam efflaret.' 'Ad necem usque verberare,' Terentius Phormione II. 2. dixit: et I. 2. Adelph. 'Ad necem usque loris operiri.' In lib. VIII. § 2. ff. de pœn. 'Nec ea pœna damnari quenquam oportet, ut verberibus necetur.' 'Conficere' heic 'ad mortem,' et scite, et Latine dixit. Donatus ad v. 4. Eunuchi: 'Proprie hoc verbum convenit gladiatoribus iis qui gravissimis vulneribus occubuerunt: sic Cicero in Catilinam: Gladiatori illi confecto et sancio:' ut illi solebant confici vulneribus, sic se plagis confectum dicit. *Pric.*

Meos p. enervare securi sæva comminaretur] *Meos* abest a D'Orvill. *enumerare* Fux. *secura* in eod. *secure* Oxon. Pith. Guelf. ambo. Vere autem *sæva* seu *inmani*, ut ante dixerat, e Lipsiano Cod. reposuit Colv. quod firmant Florent. Guelf. sec. Pith. Palat. Vide Pricæum, et Silium l. XIII. 721. 'Nunc meritum sæva Brutum inmortale securi Nomen.' *Comminare* Active, bonum quidem est verbum, sed aliud significat hic locum non habens. *Oud.* *Qui poplites meos enervare securi sæva comminaretur*] Suprà lib. IV. 'Districto gladio, poplites ejus, &c. amputant.' Isidorus Orig. lib. XVIII. 'Cetera membra securibus cæduntur, collum gladio tantum.' In Mss. et editis quibusdam male, *sua securi.* Virgilius, (ex quo Noster,) 'Sævasque secures.' Scriptor de Excid. Hierosolymitano v. 22. 'Super colla pignorum sævam librantis securim.' Plinius Panægyrico: 'Instare ferro, sævire securibus.' *Pric.*

Simulacri tacentis] Mirum est, Mss. consentire in ineptissima lectione *tacentis*, si excipias tamen Florent. et Pith. Sed millies hæ voces confunduntur. Vide Burm. ad Quintil. Declam. CLXIX. me ad Lucan. lib. v. 434. *Tacentes* Guelf. pr. *contemplationem* sec. *Oud.* *Simulachri tacentis*] Mutæ statuæ: sic Horatius 'infantes statuas' eleganter dixit, pro tacentes et mutas. Potes et legere *jacentes*: namque humi jacebat reposita Dea Syria, ut dudum dixit: et Luc. inquit χαμαὶ καθημένη: id est, 'humi jacens.' *Berould.*

Refertum sarcinis planis gladiis min.] Primo in Bertin. et Edd. Elmenh. ac Scriv. est *refercium*. Dein *sarcinis plenis* junxerunt Vulc. Wow. Pric. quorum ultimus tamen eam distinctionem damnavit, recte. *Plenis* est etiam in Reg. et Flor. quod posset sumi pro *totis.* Vide ad p. 169. Et ita sæpe vox *plenus* a Poëtis usurpatur. Consule N. Heins. ad Ovid. lib. II. ex P. 7. 77. Broukhus. ad Propert. lib. IV. 10. 36. et alibi crebro. Atque ita capiebat Broukhus. Tib. I. 5. 66. 'janua sed plena est percutienda manu.' Sed vide potius Vulpium et Heynium. *Planeis* est quoque in D'Orvill. *planis* Oxon. Palat. Inc. Guelf. ambo, Bert. Pith. quod retineo. πλατέσι ξίφεσι. Adi Pric. Passim 'plana manu.' *Oud.* *Rursum itaque me refertum sarcinis plenis, gladiis minantes, &c.*] Mss. duo, et vetustissimæ editiones, sic legunt ac dis-

tinguunt: *refertum sarcinis, planis gladiis minantes*. Colvius sinistris avibus illam alteram lectionem suggessit. 'Minare planis gladiis' Appuleius dixit, ut, πλαγίοις καὶ πλατέσι ξίφεσι παίειν, Dio Cassius lib. XL. et, 'plana faciem contundere palma' Juvenalis Sat. XI. sic, 'planas manus deducere,' &c. I. 14. apud A. Gellium. Non tali sensu Pontius in Cypriani vita: 'Manu expansa et complanata ad spathæ modum, ictum, &c. animadversionis imitatur:' quomodo hæc debeant sumi ex his Hesychii disce: Πλάται, τῶν σπαθῶν τὰ πλατέα. *Pric.*

Inibi] Onomast. vetus: 'Inibi, αὐτόθι.' *Idem.*

Vir principalis] Ἐκ τῶν τῆς πόλεως πρώτων. vide ad Act. 13. 50. adnotata. Florid. 3. Noster: 'Unum e principalibus viris.' *Idem.*

Eximiæ dominæ reverens] Pal. et Edd. primæ dm̄, id est, *deum*, non *domini*, ut putarunt: et hinc *eximiæ dominæ* seu Deæ Syriæ finxit Beroald. cum Edd. Junt. pr. Ald. Col. Bas. *Deæ* Junt. post. *divini* Pric. ut supra. Sed *Deum* recte dant Mss. etiam Flor. D'Orv. Oxon. Inc. cum Edd. a Colvio usque. Vide ad pag. 172. *Oud.* *Religiosus, et eximie Deum reverens*] Τὰ περὶ θεοὺς πάνυ νοσῶν, ut Rutilianus ille apud Lucianum in Pseudomante. Vicentina, et reliquæ veteres, *Domini reverens:* pro quo Beroaldus, *Dominæ:* id est, Deæ Syriæ: modestius et probabilius aliis, qui *Deum*, nullis libris adstipulantibus: fortasse in Ms. *divini* erat, ex quo *divini* legendum. Vide paulo supra notata, ad ea, 'Quasi Deum præsentia,' &c. *Pric.* *Domini referens*] Corrigo *dominæ reverens*, vel *deum reverens*; erat enim hic (ut inquit) homo religiosus, et reverens Deorum, quod religiosi est: vel *reverens dominæ*, quasi peculiariter cultor Deæ Syriæ. *Beroald.*

Sonitu tympanorum] *Sono* Reg. Inc. *soni* Oxon. *sonu* Edd. Vicent. Ber. Junt. utraque, Ald. Colin. Ac vere, ut opinor. 'In sonu signorum' dixit Sisenna, teste Nonio Marc. c. 8. § 76. Ammian. Marc. lib. XX. c. 9. 'Vocum sonu.' Gell. lib. XIII. c. 28. 'Cujus sonus indifferentia' e Mss. Vide et ad lib. IX. p. 199. *Oud.*

Modulis exercitus] In Mss. quantum scio, omnibus, præter Pith. est *exitus* vel *excitus:* ut jam expressit Ed. Junt. post. cum Colv. et seqq. Eadem erat confusio in Hirt. B. Alex. cap. 67. 'Excitusque nuperus:' ubi vide. Adposite etiam Quinctil. lib. XI. Inst. cap. 2. 'Simonides nuncio est excitus:' ubi cave cum summo Gronovio ad Senecam de Tranquill. Anim. cap. 14. legas *excitatus*. Consule et Pricæum. *Idem.* *Cantusque Phrygii mulcentibus modulis excitus*] *Exercitus* male habent Mss. aliquot, et antiquitus cusi: supra lib. VI. 'Quæ vocis excitu procurrens:' et X. 'Acerbæ mortis exciti nunciis,' &c. *Pric.* *Exercitus*] Exercitatus. Corn. Tacitus: 'Ipse forma decorus, et armis equisque in patrium nostrumque morem exercitus.' E contrario *inexercitum* dicimus, inexercitatum et quietum. Macrob. 'Ego Disarium nostrum inexercitum non relinquam.' Placet legas *excitus*, pro eo quod est excitatus, commonitusque. *Beroald.*

Votivo suscipiens hospitio] Id est, 'optato hospitio:' sic V. 'votivas nuptias.' VII. 'votivum conspectum:' et apud Scriptorem de Pudicitiæ bono, 'votivum negotium.' *Pric.*

Intra conseptum domus] Infra lib. XI. 'Infra conseptum templi.' Onomast. vetus: 'Conseptum, περίφραγμα.' *Idem.*

Capitis periclitatum] Martialis: 'Periclitatur capite Sotades noster.' *Idem.*

Quod incuriose pone culinæ fores, &c. suspensum, canis adæque venaticus latenter invaserat] Gratius in Cynegetici fragmento: 'Sed præceps virtus ipsa venabitur aula:' id est, in aula

domus tuæ: subdit enim: 'Pasce tamen, quæcunque domi tibi crimina fecit, Excutiet sylva magnus pugnator aperta:' ergo falsus (ni ego) Barthius, qui *aulam*, nidum exposuit. Apud Lucianum, inter pauperum contra opulentos malas preces, habemus, τὴν κύνα παρεισπεσοῦσαν τόν τε ἀλλάντα ὅλον καταφαγεῖν, περί τ' ἄλλα τῶν ὀψοποιῶν ἐχόντων, καὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ ἥμισυ. Et nota, *incuriose suspensum.* Longus in Poimenicis: Εἷς κύων, &c. τὴν ἀμέλειαν φυλάξας, τὸ κρέας ἁρπάξας, ἔφυγεν. *Idem.*

Lætusque præda, &c.] Florid. IV. de Aquila: 'Præda simul et victoria lætus.' *Idem.*

Quo damno cognito, &c.] Lib. IV. 'Tanto damno cognito.' *Idem.*

Suaque reprehensa negligentia] Ita melius quam in Bertin. Cod. *deprehensa.* Cornel. Nepos in Datame: 'Seipsum reprehendit.' *Idem.*

Lamentatus lacrymis inefficacibus] Lib. IV. 'Quid lacrymis inefficacibus ora, &c. fœdatis:' et IX. 'Lacrymis uberibus, et postremis lamentationibus inefficacem commovet miserationem.' *Idem.*

Mœrens, et utcunque metuens] Lib. V. 'Pavens, et utcunque metuens.' sic I. 'Trepidus, et eximie metuens.' *Idem.*

Altius filio consalutato] Wower. *arctius f. s.* Bene. *Elmenh.* Sic male vulgo hic locus distinguitur. Alioquin non alienus forem a scriptura *artius*, quam etiam Lipsius margini adlevit, et citavit Pricæus ad lib. X. p. 231. ut lib. X. p. 218. 'eumque complexus artissime.' Auson. Ep. XXIV. 185. 'Tunc ego te ut nostris aptum complecterer ulnis.' In vetustissimis membranis *actum.* Scribo, *artum.* Suet. in Claud. c. 43. 'Britannicum 'artius complexus.' Creberrime ita vox *artus* est corrupta. Adi Comment. ad Lucan. lib. III. 664. 'Robora quum vetitis prensarent artius ulnis.' Lib. IX. 111. 'Arte complexa dolorem:' metaphorice, ut Plin. lib. VI. Ep. 8. 'hunc artissime diligo.' Sic enim Mss. O. Cortius, *ardentissime.* Frustra, ut vel patet e sequentibus. Ibidem, 'Amas conjunctius tu.' ac supra ad lib. VI. pag. 125. Verum non opus hic est, ut dixi. Jungas modo *metuens altius*, ut recte fit in Edd. primis, et nonnullis aliis, sive vehementius. De quo vide ad lib. IV. pag. 80. 'altius ejulans.' Lib. IX. 'altius commota.' Lib. X. 'altius agitata.' De Deo Socratis in f. 'properas altum.' Cicer. I. Act. in Verr. c. 7. 'Altius' sive interius 'perspicere.' Plin. lib. V. Ep. 15. 'Altissime inspexi.' Frustra autem a Wowerio divinatum esse *consaviato*, docet nos Pricæus, qui tamen ipse a nimia novandi prurigine non est immunis, cum ad lib. IX. p. 188. citra ullam necessitatem tentat inculcare *de nexu laquei.* Oud. *Arctius filio suo parvulo consalutato, arreptoque funiculo, mortem sibi nexu laquei comparabat*] Ut quæ metuebat verbera vel hoc pacto evaderet. Seneca: 'Iracundus Dominus quosdam ad fugam coëgit, quosdam ad mortem.' Complecti et osculari suos mos frequens perituris. De Myro Plutarchus: Λύσασα τὴν ζώνην, καὶ βρόχον ἐνάψασα, τὴν ἀδελφὴν κατεσπάζετο, &c. Idem de Ancharo Midæ filio: Δοὺς περιπλοκὰς τῷ γεννήσαντι, καὶ τῇ γυναικὶ Τιμοθέᾳ, ἔφιππος εἰς τὸν τόπον τοῦ χάσματος ἠνέχθη. Pro *consalutato* Wowerius *consaviato* reposuit: adjuvabo (quod nec ipse fecerat) conjecturam ejus: supra hic lib. II. 'Amplexus osculatur artissime:' nec tamen loci lectionem immutatum ibo: nam et in vetere Onomast. *Consalutare*, est ἀσπάζεσθαι. et Tacitus (quem sæpe exprimit Noster) non semel ea voce utitur. *Pric.*

Nec tamen latuit fidam uxorem ejus casus extremus mariti] Lib. V. 'Nec enim vos utique domus meæ famosa fabula, &c. latuerit.' Lib. VI. 'Nec Providentiæ bonæ graves oculos innocentis animæ ærumna latuit;' lib.

IX. 'Ardentem Philosetæri vigilantiam matronæ nobilis pulchritudo latere non potuit:' et IV. 'Nec denique nos ...latuit Chryseros quidam,' &c. *Idem.*

Funestum nodum violenter invadens manibus ambabus] Apud Petronium ille: 'Inclusus suspendio vitam finire constitui, &c. cervicesque nodo condebam: cum reseratis foribus intrat cum Gytone Eumolpus, meque a fatali jam meta revocavit ad lucem.' *Idem.*

Adeone, &c.] Vir doctus sub nomine *M.* ad marginem Ed. Junt. post. adscripsit, videri hos alicujus Comici versus, *Adeone præsenti malo exterritus Mente excidisti tua?* Quibus respondet, quod statim initio lib. seq. hic Noster, 'Præcipitante,' inquit, 'consilium periculi tanti præsentia.' *Oud.*

Adeone, inquit, præsenti malo perterritus mente excidisti tua] In Eunucho Terentiana: 'Quid homo, inquam, ignavissime, Itan' parasti te ut spes nulla reliqua in te esset tibi?' *Pric.*

Mente excidisti tua] Catullus, si memini: 'Sensibus ereptis mens excidit.' Hoc voluit Scriptor Sapientiæ, qui *metum*, τῶν τοῦ λογισμοῦ βοηθημάτων προδοσίαν, XVII. 11. vocat. *Idem.*

PAG. 176 *Fortuitum remedium quod Deum providentia subministrat, &c.*] Lib. I. 'Cum nullum aliud telum, &c. Fortuna subministraret.' Etiam hic in vet. Vicent. *dni:* unde clarum *divini* legendum. *Idem.*

Deum providentia] In Edd. primis et aliis rursus, *domini* vel *dm̄*. Hinc Pricæus rursus conjecit *divini*. Sed recte Beroald. Colv. &c. cum Mss. *deum*. Vide supra ad p. 172. lib. III. p. 4. 'providentiam Deum.' *Oud.*

Domini providentia] Purior lectio est, *Deum providentia:* pro Deorum. *Beroald.*

Resipiscis] Frustra Pricæus lectionem veterem et vulgarem una cum Elmenh. et Scriverio defendere satagit, ipse satis docens, sibi videri ejus compositi sensum huc non convenire; cum proponit, si alicui inmutare placeret, *resipis* pro simplici *sapis*. At *respicis* firmant Mss. Florent. Guelf. sec. Pal. et Reg. ut edidere Colv. Vulc. Merc. Wower. et Florid. sive si curas quid et rationem habes in ultimo fortunæ turbine. Phæd. lib. II. F. 10. 23. 'Nihil respiciens, dum dolorem vindicet.' In Oxon. *rescipiscis.* Oud.

S. quid in ultimo Fortunæ turbine respicis, expergite mi ausculta] Apud Livium lib. I. 'Si tua re subita consilia torpent, at tu mea sequere.' Helena apud Euripidem: Εἰς ἄπορον ἥκεις, δεῖ δὲ μηχανῆς τινος. Apud Æschylum chorus ad Prometheum: Κακὸς δ' ἰατρὸς ὥστις ἐς νόσον Πεσὼν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις Εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος. *Mi ausculta*, consilium suggerentis formula. Apud Plautum Curcul. 'Auscultes mihi, Atque istam exturbes ex animo ægritudinem:' supra lib. V. 'Ergo ausculta mihi, nec te præcipitio, vel ullo mortis genere accersito perimas:' et VI. 'Meis itaque consiliis auscultantes, vitam puellæ, sed quam mereatur largimini.' τὸ *respicis* eo remittamus unde Colvius deprompsit, veterumque editionum scripturam *resipiscis* revocemus: 'resipiscit,' qui aberrantem spiritum revocat, vel excitat dormientem. Vide ad Andr. IV. 2. Donatum: conjecturæ autem si novæ locus, *resipis*, (id est, *sapis*,) scribamus: sic, pro *narrare*, *renarrare:* pro *dare*, *reddere:* et alia illius notæ hoc in Scripto occurrentia. *Pric.*

Expergite mi ausculta] 'Ut te ipsum serves non expergisceris?' Apud Senecam Herc. Fur. 'Meliora mente concipe, atque animum excita:' id est, expergiscere: *expergite* hic est ἐγρηγορότως. *Idem.*

Remoto quodam loco deductum] Supra lib. IV. 'Remoto et abdito loco positum.' *Idem.*

Femurque] Recte *femusque*, ut olim

in Miscell. Observ. Londini editis observavimus. Glossæ: 'Femus, μηρός.' *Wass.* Vide Misc. Obs. vol. II p. 395. quas ipsius hoc indi- [illegible] sei esse nunc scim- [illegible] Guelfer- [illegible] ... Gio. [illegible] ... [illegible] perperam corrigit [illegible] ...unkers ad Auson. [illegible] p. 32. [illegible]

[illegible] Onomasticon vetus: [illegible], [illegible]. *Pric.*

Cervini vicem] In Palat. et Ed. Junt. ur. etiam est *cervi*. Elmenhorstius Modii, sive potius Stewechii, ad l. x. p. 229. conjecturam nobis dedit pro Bertini Cod. lectione, quæ est *cervini vicem;* quæ est optima, confirmata a Pithœano, meritoque recepta a Scriverio, et pluribus confirmata a Tollio ad Auson. Ep. I. vs. 14. 'Fratris vicem.' Adi ad l. [illegible] lypsoni- [illegible]

[illegible] ...tionem [illegible] ...ena. Pith. tam[en] [illegible] cum Ed. Vicent. *destinata laniene.* Verissima scilicet est [illegible] emendatio *jam,* quam in conte[xtum] admisi. In D'Orv. *cultro,* Pal. [illegible] sec. *cultos.* Idem. *Nequissimo* [illegible]*roni sua placuit salus de mea m*[illegible] *multum conservæ sagacitate la*[illegible] *destinatæ etiam lanienæ cultros ac*[illegible] *Conservam,* uxorem intellige. E[illegible] 5. 14. de Hamane: 'Placuit ei' [illegible]ris) 'consilium, jussit excelsa[m] [illegible]rari' (Mordochæo) 'crucem.'